Comparat artem actiuam speculatiuę, et circa hoc duo facit. Primo ostendit ꝙ pars speculatiua magis est sapientia ꝙ actiua. Secundo respõdet cuidã obiectiõi, ibi: ¶ In moralibus. ⊢ Ostẽdit aũt quod primo dictum est, tali rõne. In quibuscunq; scientijs vel artibus inuentẽ id propter qđ homines scientes præ aljs hominibus in admiratione vel honore habentur, illæ scientiæ sunt magis honorabiles, & magis dignæ nomine sapientiæ. Quilibet autem inuentor artis habetur in admiratione, propter hoc ꝙ habet sensum & iudicium & discretionem causæ vltra aliorũ holum sensum, & non propter vtilitatem illoꝝ quæ inuenit, sed magis admiramur. ¶ Sicut sapientem & ab aljs distinguentem. ⊢ sapientem quidẽ quantũ ad subtilem inquisitionẽ causarum rei inuentræ distinguentẽ vero quantũ ad inuestigationẽ differẽtiarũ vnius rei ad aliam, vel aliter. ¶ Ab aljs distinguẽtẽ. ⊢ vt passiue legatur, quasi in hoc ab aljs distinguatur. Vnde alia lra habet ¶ Differentẽ ⊢ ergo scientiæ aliquæ sunt magis admirabiles & magis dignæ noie sapientiæ, ꝑpter eminentiorem sensum, & non propter vtilitatem. Cũ igitur plures artes sint repertæ quãtum ad vtilitatem, quarum q̃dam sunt ad vitę necessitatem, sicut mechanicæ: q̃dam vero ad introductionem in aljs scientijs, sicut scientiæ logicales: illi artifices dicendi sunt sapientiores, quorum scientiæ non sunt ad vtilitatem inuentæ, sed propter ipsum scire: cuiusmodi sunt scientiæ speculatiuæ. Et ꝙ speculatiuæ scientiæ non sint inuentæ ad vtilitatem, patet per hoc signum: quia ¶ Iam partis. ⊢ .i. acquisitis vel repertis oĩbus hmõi quæ possunt esse ad introductionem in scientijs, vel ad necessitatem vitæ, vel ad voluptatem, sicut artes quæ sunt ordinatæ ad hominum delectationem: speculatiuæ non sunt propter hmõi repertę, sed ꝓpter seipsas. Et ꝙ non sint ad vtilitatem inuentæ patet ex loco quo inuentæ sunt. In locis enim illis primo repertæ sunt, ubi primo homines studuerunt circa talia. Alia litera habet. ¶ Et primum his locis vbi vacabant ⊢ .i. ab aljs occupationibus quiescentes studio vacabant quasi necessarijs abundantes. Vnde & circa Aegyptum primo inuentæ sunt artes mathematicæ, quæ sunt maxime speculatiuæ à sacerdotibus qui sunt concessi studio vacare: & de publico expensas habebãt, sicut etiam legitur in Genesi. Sed quia vsus nomine artis fuerat & sapientiæ & scientiæ quasi indifferenter, ne aliquis putet hæc omnia esse nomina synonyma idem penitus ſignificantia, hanc opinionem removet & remittit ad librum moralium. i. ad sextum Ethicorum, vbi dictum est, in quo differant scientia & ars, & sapientia, & prudentia, & intellectus. Et vt breuiter dicatur sapientia & scientia & intellectus sunt circa partem animæ speculatiuam, quam ibi scientificum animæ appellat. Differunt autem, quia intellectus est habitus principiorũ primorum demonstrationis. Scientia vero est conclusionis ex causis inferioribus. Sapientia vero considerat causas primas. Vnde ibidem dicitur caput scientiarum. Prudentia vero, & ars est circa animæ partem practicam, quæ est ratiocinatiua de contingentibus operabilibus à nobis. Et differunt. Nam prudentia dirigit in actionibus quæ non transeunt ad exteriorem materiam, sed sunt perfectiones agentis: vnde dicitur ibi ꝙ prudẽtia est recta ratio agibilium. Ars vero dirigit in factionibus quæ in materiã exteriorem trãseunt, sicut ędificare & secare: vnde dr̃ ꝙ ars est recta ratio factibilium. Dejnde cum dicit.

Vbi sint prio inuente mathematicę artes & a quibus.

Lec.4. Cap.4. & 5 ifi.

Lec.4.

Lec.4.

Sed cuius gratia sermonem nunc facimus, id est. Omnes enim eam scientiam quæ sapientia nuncupatur circa primas causas & principia esse putãt. Quapropter expertus (vt prius est dictũ) sensum quemuis habentibus: artifex, expertis: architectus, manu conficientibus: opus artis contemplator, effectore sapientior esse videtur. Patet igitur sapientiam circa principia quędam causasve scientiam esse.

Lec.1.

Cuius autem gratia nunc sermonem facimus hoc est, quia denominatam sapientiam circa primas causas. & principia existimant omnes. Quare sicut dictum est prius, expertus quidem quemcũq; sensum habentibus sapientior esse videtur: Artifex autem expertis, architector autem manu artifice, speculatiui autem magis actiuis. Quod quidem igitur sapientia & circa qualdam causas & principia sit scientia, manifestum est.

Sapiẽtia ẽ circa cãs.

Ostendit ex præhabitis principale propositum, ꝙ .s. sapientia sit circa causas. Vnde dicit ꝙ hoc est cuius gratia. ¶ Nunc sermonem facimus. ⊢ idest ratiocinationem præ dictam, quia scientia illa quæ denominatur sapientia, videtur esse circa primas causas, & circa prima principia. Quod quidem patet ex præhabitis. Vnusquisq; enim tanto sapientior est, quanto magis accedit ad causę cognitionem: quod ex præhabitis patet, quia expertus est sapientior, eo qui solum habet sensum sine experimento. Et artifex est sapientior experto quocunq;. Et inter artifices architector est sapientior manu artifice. Et inter artes ętiam & scientias, speculatiuæ sunt magis scientiæ ꝙ actiuæ. Et hæc omnia ex prædictis patent. Vnde relinquitur ꝙ illa scientia quæ simpliciter est sapiẽtia, est circa causas. Et est similis modus arguendi sicut si diceremus. Illud quod est magis calidum, est magis igneum: vnde quod simpliciter est ignis, est calidum simpliciter. Lec.ij.

Quoniam autem hanc scientiam quærimus, hoc erit nobis considerandum: quarum inquam causarum principiorumq; scientia sapientia est. Si igitur existimationes quispiam eas quas circa sapientes habemus sumpserit, id forsitan inde magis perspicuũ fiet. Primum itaque existimamus sapientem omnia scire, maxime quo ad fieri potest non per singula scientiam ipsorum habentem.

Cap.1. proœ.

QVoniam autem scientiam hanc quærimus circa quales causas, & circa qualia principia sapientia & scientia sit, hoc vtique considerandum erit. Si itaque accipiat aliquis existimationes quas de sapiente habemus, fortassis ex his manifestum erit. Primum itaq; sapientem scire omnia maxime, sicut decet, accipimus non singularem scientiam eorum habentem.

Secta. Alia ista. Et princi. habent sub intentio magis est sapient. D

POSTQVAM Phs ostẽdit ꝙ sapiẽtia sit quędã scientia circa causas existens, hic vult ostẽdere circa quales causas & circa qualia principia sit. Ostendit autem ꝙ est circa causas maxime vniuersales & primas, & argumẽtatur à diffinitione sapientiæ. Vnde circa hoc tria facit. Primo colligit diffinitionem sapientiæ ex his quæ homines de homine sapiente & sapientia opinantur. Secundo ostendit ꝙ omnia ista conueniunt vniuersalt scientiæ quæ considerat causas prias & vniuersales. ibi: ¶ Istoꝝ aũt &c. ⊢ Tertio cõcludit propositum. ibi: ¶ Ex oibus ergo &c. ⊢ Circa primum ponit sex opiniones hominum cõmunes quæ de sapientia habentur. Primam. ibi: ¶ Primum itaq; &c. ⊢ quæ talis est, ꝙ communiter omnes accipimus sapientem maxime scire omnia, sicut eum decet, non ꝙ habeat notitiam de omnibus singularibus. Hoc enim est impossibile, cum singularia sint infinita, & infinita intellectu comprehendi non possunt. Deinde cum dicit.

Lec.j.

p.7.h.ii.

sex cõditiones sapiẽtis. patẽtes.

Sapiẽtis descriptio.

Deinde

Deinde sapientẽ eũ esse putamus, qui difficilia homini, nõ facilia cognitu cognoscere põt. Sentire. n. omnibus est cõe, quapp facile & haud sapiens est.

Secunda.

Post ea difficilia cognoscere potentem, nec leuia homini noscere, hunc sapientem dicimus. Sẽtire enĩ omniũ est cõmune, quare facile & non sophon.

Secundam ponit, & est ista, ꝙ illum sapiẽtem ponimus esse qui est potens ex virtute sui intellectus cognoscere difficilia, & illa q̃ non sunt leuia cõiter hoibus ad sciendũ, qa cõe est oĩbus sentire. i. sensibilia cognoscere. Vnde hoc est facile, & nõ est sophon. i. aliquid sapientis & ad sapientem pertinẽs. Et sic patet ꝙ id quod ꝓprie ad sapientẽ pertinet, non leuiter ab oĩbus cognoscitur. Deinde cum dicit.

Tertia.

Preterea magis exactum.

Adhuc certiorem.

Tertiam ponit, & est, ꝙ nos dicimus illum sapientem esse qui de his quæ scit, habet certitudinẽ magis q̃ alij communiter habeant. Deinde cum dicit.

Quarta.

Magisq; habilẽ ad principia tradenda, causasq; docentẽ, sapientiorẽ eẽ circa sciam q̃libet arbitramur.

Et magis causas docentem, sapientiorem circa omnem esse scientiam.

Quartã ponit, & est talis. Illũ dicimus magis sapientem in omni scięntia, qui potest assignare causas cuiuslibet quæsiti, & per hoc docere. Deinde cum dicit.

Quinta.

Scientiarum etiã eam quę sui causa sciendi; gratia est expetibilis, magis sane q̃ ea quæ est euentus gratia, sapientiam esse censemus.

Sed & hanc scientiarum quæ suiipsius causa est, & sciendi gratia eligibilis est, magis est sapientia q̃ quæ contingentium gratia.

Sexta.

Quintã ponit, & est, ꝙ illa de numero sciarũ est sapiẽtia quę per se est magis eligibilis & voluntaria. i. volita grã sciẽtię, & ꝓp ipm scire, q̃s illa scia q̃ est cã quorũcũq; aliorũ cõtingẽtiũ, q̃ pũt ex scia generari: cuiusmodi est necessitas vitæ, delectatio & hmõi alia. Deinde cum dicit.

Et magis principem, idẽtidem magis q̃ subministrantẽ. Nõ enĩ ꝑcepta sapientẽ suscipere, sed ꝑcipere: nec hũc alii, sed huic minus sapientẽ obtemperare oportere censemus. Tales igitur & tot de sapientia & sapientibus existimationes habemus.

Et hanc sapientiam magis famulante antiquiorẽ esse. Non enim ordinari, sed sapiẽtẽ ordinare oportet: neq; hunc ab altero, sed ab hoc minus sapiẽtem suaderi. Tales quidem igitur ęstimationes, & tot de sapientia & sapientibus habemus.

Lec.j.

Sextam ponit, & est talis, ꝙ istã sapientiã de qua facta est mẽtio oportet eẽ vel dicimus eẽ, ¶ Magis antiquorẽ. ⊢ .i. digniorẽ. ¶ Famulãte scia. ⊢ Quod quidẽ ex ꝓhabitis intelligi põt. Nã in artibus mechanicis famulãtes sunt illę quæ exequunt manu operando ꝑcepta superiorum artifi-cũ, quos supra architectores & sapiẽtes nominauit. Et ꝙ magis cõueniat rõ sapientiæ scientijs sperantibus q̃ famulãtibus, ꝓbat per duo. Primo, qa scientiæ famulantes ordinant à superioribus scientijs. Artes. n. famulantes ordinant in finẽ superioris artis, sicut ars equestris ad finẽ militaris. Sed sapiẽtem ſm oẽm opinionẽ nõ decet ordinari ab alio, sed ipm potius alios ordinare. Itẽ inferiores architectores ꝓsuadent à superioribus, inq̃tũ credũt superioribus artificib⁹ circa operãda vel fiẽda. Credit. n. nauisactor gubernatori docẽti q̃ lis debet eẽ forma nauis. Sapienti aũt nõ cõuenit ut ab alio ꝓsuadeat, sed ꝙ ipse aljs ꝓsuadeat suã sniam. Iste igit sunt tales opiones quas hoĩes accipiũt de sapiẽtia & sapiẽte. Ex quibus oĩbus põt q̃dã sapiẽtię descriptio formari, vt ille sapiens dicat̃ qui scit oĩa ẽt difficilia ꝙ certitudinẽ & cãm, põm scire pp se querẽs, & alios ordinãs & ꝓsuadens. Et sic patet q̃si maior syllogismi. Nã oẽm sapiẽtẽ oportet talẽ eẽ, & ecõuerso, qcũq; est talis sapiens est. Deinde cũ dicit.

Horum autem primũ, omnia inquã scire, ei competat qui maxime scientiã habet uniuersalẽ necesse est. Iste nãq; scit qũo sese hnt vniuersa subiecta.

Istorum autem, hęc quidem omnia scire, vniuersalem scientiam maxime habenti inesse necesse est: hic autem nouit omnia aliqualiter subiecta.

Ostendit ꝙ oĩa prędicta cõueniunt ei qui cognoscit primas cãs & vltes, & eo ordine prosequit quo supra posuit. Vñ primo posuit ꝙ hũc sciam vlem maxie inesse omnia scire, qđ erat primũ. Qđ sic patet. Quicũq; n. scit vltia, aliquo mõ scit ea q̃ sunt subiecta vltib⁹, qa scit ea in prĩa, sed his q̃ sunt maxie vltia sunt oĩa subiecta. Ergo ille qui scit maxime vltia, scit quodãmodo oĩa. Deinde cum dicit.

Fere aũt & ea sunt hoibus difficillima cognitu, q̃ maxie vltia sunt. Lógissime nãq; a sensibus distant.

Sed fere autem & difficillima sunt ea hominibus ad cognoscendum, quæ maxime sunt vniuersalia. Nam a sensibus sunt remotissima.

Ostendit eidẽ inesse secundũ, tali rõne. Illa quę sunt maxime à sensibilibus remota, difficilia sunt hoib⁹ ad cognoscendũ. Nã sensitiua cognitio est oĩbus cõibus, cũ ex ea oĩs humana cognitio initiũ sumat. Sed illa quæ sunt maxie vltia, sunt sensibilibus remotissima, eo ꝙ sensus singulariũ sunt: ergo vltia sunt difficillima hoĩbus ad cognoscendũ. Et sic patet ꝙ illa scia est difficillima, q̃ est maxime de vltibus.

Te.co.4. Vniuersalia sunt prio nota sensus.

Sed contra hoc videt̃ esse ꝙ habeẽ primo phy. Ibi. n. dr̃ ꝙ magis vltia sunt nobis primo nota. Illa aũt q̃ sunt ptio nota, sunt magis facilia. Sed dicendum ꝙ magis vltia ſm simplicẽ apprehensionẽ sunt prio nota. Nã prio in intellectu cadit ens, vt Auicẽna dicit, & prius in intellectu cadit aĩal q̃ hõ. Sicut. n. inesse naturę qđ de potẽtia in actũ ꝓcedit prius est aĩal q̃ hõ, ita in generatiõe sciẽtiæ prius in intellectu cõcipit aĩal q̃ hõ. Sed quãtũ ad inuestigationẽ naturaliũ ꝓprietatũ et cãrũ, prius sunt nota minus cõia, eo ꝙ per cãs particulares q̃ sunt vnius generis, vel spẽi peruenimus in cãs vltes. Ea aũt q̃ sunt vltia in causando, sunt posterius nota quo ad nos, licet sint prius nota ſm naturã, q̃uis vltia per ꝑdicationẽ sint aliquo mõ prius quo ad nos nota, q̃ minus vltia, licet non prius nota q̃ singularia. Nã cognitio sensus qui est cognitiuus singulariũ, in nobis ꝓcedit cognitionem intellectiuã quæ est vltium. Facienda est etiã vis in hoc ꝙ maxime vniuersalia nõ dicit simpliciter esse difficillima: ¶ Sed fere. ⊢ Illa enim quæ sunt à materia penitus separata ſm esse, sicut subsltãtiæ imateriales, sunt magis difficilia nobis ad cognoscẽdũ, q̃ etiam vltia: & iõ ista scientia quæ sapientia dr̃, cuius sit prima in dignitate, est tamen vltima in addiscendo. Deinde cum dicit.

Exactissimę pręterea scientiarũ eę sunt, q̃ primorũ maxię sunt. Et enĩ quę paucioribus accipiuntur, exactiores his sunt, q̃ ex additione sumunt: quo pacto Arithmeticã exactiorem esse Gęometria cõstat.

Sciẽtiæ vero certissimę sunt, quę maxime priorũ sunt. Nã q̃ sunt ex paucioribus, certiores sunt ex additione dictis: vt Arithmetica Gęometria.

1. post. Lec.41. Sciẽtia vł certior.

Ostendit tertium eidem inesse tali ratione. Quanto aliquæ scientiæ sunt priores naturaliter, & tanto sunt certiores: qđ ex hoc patet, quia illæ scientiæ quæ dicunt̃ ex additione ad alias, sunt minus certę scientijs quæ pauciora in sua considerationẽ cõprehendunt, vt Arithmetica certior est

Geometria. Nam ea quæ sunt in Geometria, sunt ex additione ad ea quæ sunt in Arithmetica. Quod patet si cõsideremus in qđ vtraq; scientia cõsiderat, vt primũ principiũ .i. vnitatem & punctum. Punctus enim addit supra vnitatem situm. Nam ens indiuisibile rõnem vnitatis cõstituit. Et hæc sim q; habet rõnem mẽsuræ sit principium numeri. Punctus aũt supra hoc addit situm. Sed scientiæ particulares sunt posteriores sm naturam vniuersalibus scientijs, quia subiecta earum addunt ad subiecta scientiarũ vlium: sicut patet q; ens mobile, de quo ẽ Naturalis philosophia, addit supra ens simplr, de quo est Metaphysica, & supra ens quantũ, de quo est Mathematica: ergo scientia illa quę est de ente & maxime vlibus est certissima. Nec est cõtrarium, quia dr esse ex paucioribus, cum supra dictum sit, q; sciat omnia. Nam vniuersale quidẽ cõprehendit pauciora in actu, sed plura in potentia. Et tanto aliqua scientia est certior, quanto ad sui subiecti considerationẽ pauciora actu cõsideranda requiruntur. Vnde scientiæ operatiuę sunt incertissimæ, quia oportet q; considerent multas singularũ operabilium circunstantias. Deinde cum dicit.

At vero magis etiam ad docendum accommodata esse videtur ea scientia, quæ causarum magis est contemplatrix: hi nanq; docent, qui causas circa singula dicunt atque assignant.

Est & doctrinalis quę causarũ est speculatrix magis. Hi nanq; docent qui causas de singulis dicunt,

Oñdit quartũ eidẽ inesse tali rõne. Illa scia est magis doctrix vel doctrinalis, q; magis considerat causas. Illi. n. soli docent qui cãs de singulis dicunt, ga scire per cãm est, et docere est scientiã in aliquo causare. Sed illa scientia q; vlia cõsideraț, causas primas oĩum causarũ considerat, unde patet q; ipsa est maxime doctrix. Deinde cum dicit.

Cognoscere etiã atq; scire, cognoscendi sciendiq; causa ei maxime competit, quę maxime scibilis scientia est. Qui nanq; scire expetit ob idipsum, is eam expetet maxime, quę maxie scia est. At talis est ea quæ maxime scibilis est. Prima vero & causę maxime scibilia sunt. Ob hęc enim atque ex hisce cętera, & non hæc per subiecta cognosci solent.

Et noscere, & scire sui gratia maxime inest ei, quę maxime scibilis scientia. Nam qui quidem scire propter se desiderat, ipsam maxime scientiam, maxime desiderabit. Talis autem est quæ maxime scibilis. Maxime autem scibilia prima principia & causæ. Nam propter hęc & ex his alia dignoscũtur, sed non hæc per subiecta.

Ostendit quintum eidem inesse tali rõne. Illarum scientiarum maxime est scire & cognoscere earũ causa. i. propter seipsas, & non propter alias, quæ sunt de maxime scibilibus, sed illæ scięt̃ę maxie sui gra desiderãtur. Primam sic ꝓbat. Qui desiderat scire ꝓp scire, magis desiderat scientiã. Sed maxima scientia est de maxime scibilibus, ergo illæ scientiæ sunt magis desideratæ ꝓp seipsas quæ sunt de magis scibilibus. Secundã ꝓbat sic. Illa ex quibus & ꝓp quę alia cognoscuntẽ sunt magis scibilia his quę per ea cognoscuntur, sed p causas & principia alia cognoscuntur & non econuerso. &c. Deinde cum dicit.

Princeps quoq; maxie sciaꝝ ac magis q; lubmini strans est ea, quę gra cuius agendũ est vnumquodq; cognoscit. Hoc autem est ipsum in singulis bonum, atq; id oino qđ est summũ in oi natura bonum.

Maxime vero principalis scientiarum, & maxime principalis subseruiente, quę cognoscit cuius causa sunt agenda singula. Hoc aũt est bonũ vniuscuiusq;: totaliter autem optimum in natura omni.

Ostendit sextũ inesse eidem, & est rõ talis. Illa scięt̃ia se habet ad alias vt principalis, siue vt architectonica ad seruilem siue ad famulantẽ quæ considerat cãm finalẽ, cuius cã agẽda sunt singula, sicut apparet i his q; supra diximus. Nam gubernator ad quem ꝑtinet vsus nauis qui est finis nauis, est quasi architector respectu nauifactoris qui ei famulatur. Sed prædicta scientia maxime cõsiderat causam finalem rerũ oĩum. Quod ex hoc patet, quia hoc cuius causa agẽda sunt singula: ¶ Est bonũ vniuscuiusq;. i. ¶ pticulare bonum. Finis aũt bonum est in unoquoq; genere. Id vero quod est finis oĩum. i. ipsi vniuerso est hoc quod est optimũ in tota natura, & hoc pertinet ad considerationem p̃dictæ sciętiæ, ergo p̃dicta est principalis siue architectonica omnium aliarum. Deinde cum dicit.

Ex oĩbus igitur quę dicta sunt, in eãdẽ cadit scientiam id quod quęritur nomen. Nã primorũ ipsam principiorũ ac causarũ cõtẽplatricẽ esse oportet. Sũmũ enim bonũ & id gratia cuius, vna est causarum,

Ex omnibus ergo quę dicta sunt, in eandem cadit scientiam quęsitum nomen. Oportet enim hãc primorũ principiorũ & causarũ esse speculatiuã: eteni bonum & quod cuius gratia vna causarum est.

Cõcludit ex p̃dictis cõclusionẽ intẽtã dicẽs, q; ex oĩbus p̃dictis apparet q; in eandẽ sciam cadit nomen sapientiæ, quod quærimus. s. in illã sciam quæ est theorica. i. speculatiua primoꝝ principiorũ & causarꝝ. Hoc aũt manifestũ est quantũ ad sex primas cõditiones, q; manifeste ꝑtinent consideranti vles causas. Sed quia sexta conditio tangebat finis considerationem, quę apud antiquos non manifeste ponebatur esse causa, vt in infra dicetur, ĩõ spãliter oñdit q; hæc cõditio est eiusdẽ scientię, q. s. est cõsideratiua primarũ causarũ, quia vꝫ ipse finis qui est bonum, & cuius cã sunt alia, est vna de numero cãꝝ. Vnde scientia q; cõsiderat primas & vles causas, oportet ẽt q; cõsideret vlem finẽ oĩum, qđ est optimũ in tota natura. Lectio. iij.

Non esse aũt effectricem, ex his ẽt qui prio philosophati sunt patet. Ob admirationes. n. hoies & nũc & primo philosophari cęperũt. Principio qdẽ facilia mirabiliũ admirãtes, deinde paulatim sic ꝓcedẽtes & de maioribꝰ dubitãtes, vt de Lunę ac Solis affectibus, de stellis, de ortu ẽt vniuersi. Qui vero dubitat & admiratꝫ, is ignorare se arbitratꝫ. Quapropter & fabularũ amator, phs quodãmõ esse videt: ex mirabilibus. n. fabula cõflat. Quare si vt ignorationẽ fugiant philosophati sunt, patet ob cognitionẽ, & non vsus cuiusq; gra sciẽtiã illos eẽ secutos.

QVia vero nõ actiua, palã ex primis philosophantibus. Nam ꝓp admirari homines nũc & primũ inceperũt philosophari, a principio qdem pauciora dubitabiliũ mirantes: deinde paulatim ꝓcedentes, & de maioribus dubitantes, vt de Lunæ passionibus, & de his q; circa Solẽ et astra, etiam de vniuersi generatione. Qui vero dubitat et admiratur, ignorare videt. Quare & philomythes, philosophus aliqualiter est. Fabula nanq; ex miris cõstituitur. Quare si ad ignorantiam effugiendam philosophati sunt, palã quia propter scire, studere p secuti sunt, & non vsus alicuius causa.

OSTENSO Circa quę versẽt consideratio huius scientiæ, ostẽdit qualis sit scientia ista. Et circa hoc duo facit. Prio oñdit dignitatẽ huius sciæ. Secundo ostendit ad quem

quem terminum ista scientia peruenire conet̃. ibi: ¶ Oportet vero aliqualr &c. ¶ Circa primũ facit ꝙtuor. Primo ostendit q; non est sciętia actiua, sed speculatiua. Sed o q; ipsa est libera maxie. ibi: ¶ Sed ut dicimus &c. ¶ Tertio q; nõ est humana. ibi: ¶ Propter qđ & iuste. ¶ Quarto q; est honorabilissima. ibi: ¶ Nec ea aliam. ¶ Primũ ostẽdit dupliciter. Primo per rõnem, scđo per signũ. ibi: ¶ Testatur aut̃ hoc &c. ¶ Primo ergo ponit talẽ rõnem. Nulla sciẽtia in qua quęrit̃ ipm scire ꝓpter seipsum, est scientia actiua sed speculatiua, sed illa scientia quæ sapiẽtia est, vel philosophia dicit̃, est ꝓpter ipm scire, ergo est speculatiua & non actiua. Minorẽ hoc modo manifestat. Quicunq; q̃rit fugere ignorantiã sicut finem, tendit ad ipsum scire propter seipsum, sed illi qui philosophantur quærunt fugere ignorantiã sicut finẽ, ergo tendunt in ipm scire propter seipsum. Quod autẽ ignorantiã fugere quærãt, paret ex hoc, quia illi qui primo philosophari sunt, & qui nunc philosophant̃, incipiunt philosophari ꝓpter admirationẽ alicuius causæ. Aliter tñ a principio, & modo, ga a principio admirabant̃ dubitabilia pauciora quæ magis erant in promptu, vt eoꝝ causæ cognoscerent̃, sed postea ex cognitione manifestoꝝ ad inquisitionẽ occultorum paulatim ꝓcedentes inceperunt dubitare de maioribus & occultioribus, sicut de passionibus Lunæ, videlicet de eclipsi eius, & de mutatione figuræ eius quę variari videt, sm q; diuersimode se habet ad Solẽ. Et si misr dubitauerũt de his quæ sunt circa Solem, vt de eclipsi eius, & motu ipsius, & magnitudine eius. Et de his quę sunt circa Astra, sicut de quãtitate ipsorũ, & motu eoꝝ, & ordine, & alijs hmõi, & de totius vniuersi generatione. Quod quidã dicebãt esse generatiõ casu, quidã intellectu, quidã amore. Cõstat aũt q; dubitatio & admiratio ex ignorantia ꝓuenit. Cum enim aliquos manifestos effectus videmus, quoꝝ causa nos latet, eorum tunc cãm admiramur. Et ex quo admiratio fuit causa inducens ad philosophiã, patet q; philosophus est aliqualr philomythes, idest amator fabulę, qđ ꝓpriũ est poetarũ. Vnde pri mi qui per modũ quendã fabularum de principijs rerum tractauerũt, dicti sunt poetæ theologizãtes, sicut fuit Perseus, & quidã alij qui fuerunt ante septẽ sapientes. Causa autem quare philosophus cõparat poetæ, est ista, qa vterq; circa mirãda versat̃. Nam fabulę circa quas versantur poetæ, ex quibusdã mirabilibus cõstituuntur. Ipsi etiã philosophi ex admiratione moti sunt ad philosophandũ. Et qa admiratio ex ignorantia ꝓuenit, patet q; ad hoc moti sunt ad philosophandũ vt ignorantiã effugarent. Et sic deinde patet q; sciẽtiã: ¶ per secuti sunt ¶, idest studiose quęsierũt, solũ ad cognoscendũ, & nõ causa alicuius: ¶ Vsus ¶ idest vtilitatis. Notandum est autem q; cum prius nomine sapientiæ vteret, nunc ad nomen philosophiæ se transfert. Nam pro eodem accipiũtur. Cum enim antiqui studio sapientiæ insistentes sophistę. i. sapientes vocarent̃, Pitagoras interrogatus quid se esse profiteretur, noluit se sapientẽ nominare, sicut sui antecessores, qa hoc ꝓsumptuosum videbat̃ esse, sed vocauit se philosophũ. i. amatorẽ sapientiæ. Et exinde nomen sapientis immutatũ est in nomen philosophi, & nomen sapiẽtiæ in nomẽ philosophię. Quod etiã nomen ad propositum aliquid facit. Nam ille videtur sapientiæ amator qui sapientiam non ꝓpter aliud, sed propter seipsam quærit. Qui enim aliquid propter alterum quærit, magis hoc amat ꝓpter quod quęrit q̃ quod quærit. Deinde cum dicit.

Testis autem est, & idipsum quod accidit. Cũ. n. omnia necessaria ad facile cũ voluptateq; viuendũ adessent, quæri talis prudẽtia cœpit. Quo patet ob nullam aliam vtilitatem nos ipsam quærere.

Testatur autem hoc, accidens. Nam fere cunctis existentibus quæ sunt necessariorũ & ad pigritiam & eruditionem, talis prudentia inquiri cœpit. Pa-

Iam igitur quia propter nullam ipsam quærimus aliam necessitatem.

Probat idem per signũ dicẽs, q; hoc quod dictum est, scilicet q; sapientia vel philosophia non sit ꝓpter aliquam vtilitatem quæsita, sed propter ipsam scientiam testatur: ¶ Accidens ¶. i. euẽtus, qui circa inquisitores philosophię prouenit. Nam cum eis cuncta fere existerent quæ sunt ad necessitatẽ vitæ, & quę sunt. ¶ Ad pigritiam ¶. i. ad voluptatẽ, quæ in quadam vitæ quiete cõsistit, & quę sunt etiã ad eruditionem necessaria, sicut scientiæ logicales, quæ nõ propter se q̃runt̃, sed vt introductoriæ ad alias artes, tunc primo incepit quæri talis prudentia. i. sapientia. Ex quo patet, q; non quæritur propter aliquã necessitatem aliam à se, sed propter seipsam. Nullus enim quærit hoc quod habetur. Vnde quia omnibus alijs habitis ipsa quæsita est, patet q; non propter aliquid aliud ipsa quæsita est, sed ꝓpter seipsam. Deinde cum dicit.

Sed vt hominem eum liberum esse dicimus, qui sũpsius est gratia, non ob aliũ: sic & ipsam solã sciẽtiarũ liberã esse. Est enim hęc sũpsius gratia sola,

Sed vt dicimus homo liber qui suimet, & non alterius causa est: sic & hæc sola libera est sciẽtiarum Sola nanq; hæc suimet causa est.

Hic probat scđm. s. q; ipsa sit libera, & utit̃ tali ratione. Ille homo proprie dicit̃ liber, qui nõ est alterius cã, sed est causa sui ipsius. Serui enim dñorum sunt, & propter dños operantur, & eis acquirunt quicquid acquirunt. Liberi autem hoĩes sunt sui ipsoꝝ, vtpote sibi acquirentes & operantes. Sola autẽ hæc scientia est ꝓpter seipsam, ergo ipsa sola est libera inter scientias. Et notandum q; hoc potest dupliciter intelligi. Vno modo q; hoc qđ: ¶ Dicit hæc sola. ¶ demonstret in genere omnẽ scientiã speculatiuam. Et tunc verum est, q; solũ hoc genus scientiarũ ꝓpter seipm quæritur. Vnde & illæ solæ artes liberales dicunt̃, quæ ad sciendum ordinant̃. Illæ vero quæ ordinant̃ ad aliquam vtilitatẽ per actionem habendã, dicuntur mechanicæ siue seruiles. Alio modo, vt demonstret specialiter istã philosophiam, siue sapientiã, quæ est circa altissimas causas, quia inter causas altissimas etiã est finalis cã, vt supra dictũ est. Vnde oportet q; hæc sciẽtia cõsideret vltimũ & vniuersalem finem oĩum. Et sic oẽs aliæ scientiæ in eam ordinantur sicut in finem. Vnde sola ista maxime propter se est.

Sola hæ sciẽtia est liberа, quis sensus.

Lec. 1.

Quapropter & non humana possessio ipsius, nõ iniuria putaretur. Multis enim conditionibus serua natura hominum est.

Propter qđ & iuste non humana eius putet̃ possessio. Multipliciter enim hoĩum natura serua est.

Hic probat tertiũ. s. q; non sit humana. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit propositũ. Scđo excludit quorundã errorẽ. ibi: ¶ Quare sm Simonidẽ &c. ¶ Ostendit autẽ p̃positũ suum tali ratione. Scientia quæ est maxime libera, nõ potest esse vt possessio naturæ illius, quæ multipliciter est ministra uel ancilla. Humana aũt natura. ¶ In multis ¶. i. quantũ ad multa est ministra. Ergo prædicta scientia nõ est humana possessio. Dicit̃ autẽ humana natura ministra inquantũ multipliciter necessitatibus subdit̃. Ex quo prouenit q; qñq; prætermittit id quod est sm se quærendum, propter ea quæ sunt necessaria vitæ, sicut dicitur in. iij. Topicorum, q; philosophari melius est q̃ ditari, licet ditari qñ. q; sit magis eligendũ, puta indigenti necessarijs. Ex quo patet q; illa sapiẽtia tm propter seipsam quæritur, quæ nõ cõpetit homini vt possessio. Illud enim habet ab homine vt possessio, quod ad nutum habere potest, & quo libere potest vti. Ea autẽ scientia quæ propter se tantum quæritꝫ, homo non potest libere vti, cũ frequenter ab ea impediat

propter

Lec. 2.

Cap. 4.

Excellẽtia sapientię.

Universidad de Deusto
Biblioteca

I propter vitæ necessitatē. Nec etiam ad nutum subest homini, cum ad eā perfecte homo peruenire nō possit. Illud tamen modicum quod ex ea habetur, præponderat omnibus quæ per alias scientias cognoscuntur.

Quare secūm Simonidem, Deus solus hūc habet honorem. At enim virum non solum eam quæ ad ipsum accōmodatur, quærere decet. Quod si vera dicunt poetæ, & in Deum inuidentia cadit, hac in re maxime verisimile est idipsum accidere & infortunatos eos homines esse, qui hæc superflua quærūt. Sed neq; Deus inuidus esse potest, sed vt & prouerbio dicitur, Multis in rebus mentiuntur poetæ.

Quare secundū Simonidem, solus quidem Deus hunc habet honorem. Virum vero non dignū quærere quæ secundū se est scientiam. Sic autem dicunt aliqui poetæ, quia diuinum natum est inuidere: &
K in hoc contingere maxime verisimile, & infortunatos omnes imperfectos esse. Sed nec diuinum inuidum esse conuenit: sed secundum prouerbium: Multa mentiuntur poetæ.

Simonides poeta. Hic excludit errorē cuiusdā Simonidis poetæ qui dicebat q̄ soli Deo competit hunc honorē habere, q̄ velit illā scientiam quæ est ,ppter seipsum quærenda, & non ,ppter aliud. Sed non est dignum viro, q̄ non quærat illam scientiam quæ est p̄m suam conditionē, quæ. s. ordinatur ad necessaria vitæ, quibus homo indiget. Iste autē error Simonidis prouenichat ex aliquor̄ poetarum errore, qui dicebant q̄ res diuina inuidet, & ex inuidia, ea quæ ad honorē suum pertinent nō vult Deus ab omnibus acceptari. Et si in alijs Deus hoībus inuidet, multo magis est iustū in hoc scilicet in scientia ,ppter se quæsita, quæ est honorabilissima inter omnia. Et p̄m eor̄, opinionem sequitur q̄ omnes
L imperfecti sunt infortunati. Fortunatos em̄ esse homines dicebant ex prouidentia deor̄ qui eis bona sua cōicabant. Vnde ex inuidia deor̄ sua bona cōmunicare nolentiū, sequitur q̄ hoies extra perfectionē huius scientiæ remanētes sint infortunati. Sed radix huius opinionis est falsissima,

A Deo ois relegatur inuidia. quia nō est cōueniens q̄ aliqua res diuina inuideat. Quod ex hoc patet, qa inuidia est tristitia de ,speritate alicuius. Quod quidem accidere nō potest, nisi quia bonū alterius æstimat ab inuido, vt proprij boni diminutio. Deo autē non cōuenit esse tristē cum non sit alicui malo subiectus. Nec etiā per bonū alterius eius bonum diminui pōt, quia ex eius bonitate sicut ex indeficienti fonte omnia bona effluunt. Vnde etiā Plato dixit, q̄ à Deo est omnis relegata inuidia. Sed poetæ non solū in hoc, sed in multis alijs mentiuntur, sicut dicitur in prouerbio vulgari.

Prouerbiū cōtra poetas.

Neq; tali scientia honorabiliorē vllam aliam putare oportet: eam enim honorabilissimā esse patet,
M quæ diuinissima est. At hæc sola dupliciter talis est. Ea nanq; diuina est maxime, quā maxime Deus habet: & ea rursus quæ diuinarum est rerū. Sola autē hæc vtranq; conditionem hanc subiit. Nā & Deus omnibus causa: principium ue quoddam esse videtur, & talem scientiam aut solus aut maxime Deus habet. Omnes igitur magis hac necessariæ sunt, præstabilior vero nulla.

Nec ea aliam honorabiliorem oportet existimare. Nam maxime diuina, & maxime honoranda. Talis autem dupliciter vtiq; erit solum. Quam enim maxime Deus habet, dea scientiarum est: & vtiq; si qua sit diuinorum. Sola autem ista, ambo hæc fortita est. Deus autem videtur causa omnibus esse, & principium quoddam: & talem aut solus aut maxime Deus habet. Necessariores quidem igitur omnes ipsa, dignior vero nulla. N

Hæc scientia est honorabilissima.

Ostendit quartum. s. q̄ hæc scientia sit honorabilissima talr̄one. Illa scientia est maxime honorabilis, quæ est maxime diuina, sicut etiā Deus honorabilior est rebus omnibus, sed ista scientia est maxime diuina, ergo est honorabilissima. Minor sic probatur. Aliqua scientia dicitur esse diuina dupliciter, & hæc sola scientia vtroq; modo diuina dicit. Vno modo scientia diuina dicit quā Deus habet. Alio modo, quia est de rebus diuinis. Quod autem hæc sola habeat vtrūq; est manifestum, quia cū hæc scientia sit de primis causis, & principijs, oportet q̄ sit de Deo, quia Deus hoc modo intelligitur ab omnibus, vt de numero causatū existens, & vt quoddam principium rerū. Item talē scientiam quę est de Deo & de primis causis, aut solus Deus habet, aut si non solus, ipse tamē maxime habet. Solus quidē habet scd'm perfectam cōprehensionē. Maxime vero ha-
O bet inquātum suo modo etiā ab hominibus habetur, licet ab eis nō vt possibile habeatur, sed sicut aliquid ab eo mutuatum. Ex his autē vlterius concludit q̄ omnes aliæ scientiæ sunt necessariæ, magis q̄ ista ad aliquam vitæ vtilitatem. Minus enim sunt propter se quæsitæ. Sed nulla aliarū dignior ista potest esse.

Oportet tamen in ipsis acquisitione fieri nobis econtra, atq; cum a principio quærimus. Nam incipiunt quidem (vt dictū est) omnes ab admiratione, vt fit cum mira quędam spectantur, causa nondum ꝑspecta: mirantur q̄; si ita res se habeat, aut circa solitia, aut circa diametri quadrati incōmensurabilitatē. Mirabile nanq; cunctis esse videtur, si quid omnino non mensuretur. Oportet autē huius exitum ad contrarium atq; melius (vti dicitur prouerbio) p
fieri, cum didicerint. Nihil enim magis vir gæometra profecto mirabitur, q̄ si diameter commensurabilis fiat. Quæ nam igitur natura sit eius scientiæ quam quærimus, & quod propositū signumue sit, quo inquisitionem doctrinamue totam attingere oportet, satis iam explicauimus.

Oportet vero aliqualiter constituere ordinem ipsius ad contrarium nobis earum quæ a principio quæstionum. Incipiunt quidē homines, vt diximus, omnes ab admirari, si ita habent quemadmodū mirabilium automata, nondum speculantibus causam: aut circa Solis cōuersiones, aut diametri non commensurationē. Mirum enim videtur esse omnibus, si quid numerorum non mensuratur. Oportet autē in contrariū, & ad dignius, iuxta prouerbium, proficere: quēadmodum & in his cum didicerint. Nihil Q
enim ita mirabitur vir gæometricus, q̄ si diameter cōmensurabilis fiat. Quæ quidē igitur natura scientiæ quęsitæ, dictū est, & quæ sit intentio qua oportet adipisci quæstionem & totam methodum.

Hic ponit terminū in quē proficit ista scientia, & dicit, q̄ ordo eius cōsistit vel terminatur ad cōtrarium eius qd' erat in illis, qui prius istam scientiā quærebant. Sicut etiā in generationibus naturalibus & motibus accidit. Nam vnusquisq; motus terminat ad cōtrariū eius, à quo motus incipit. Vnde cum inquisitio sit motus quidam ad scientiam, oportet q̄ terminetur ad contrarium eius à quo incipit. Initiata est autē (vt prædictum est) inquisitio huius scientiæ ab admiratione de obus: quia primi admirabant pauciora, posteriores vero occultiora. Quæ quidē admiratio erat, si res ita se haberet, sicut automata mirabilia. i. quæ videnē mirabiliter à casu accidere. Automata enim

dicuntur

A dicuntur quasi per se accidentia. Admirantur enim homines p̄cipue q̄n aliqua à casu euenīt hoc modo, ac si essent pręuisa uel ex aliqua causa determinata. Casualia enim nō à causa sunt determinata, & admiratio est ,ppter ignorantiā causæ. Et ideo cum hoīes nondum poterant speculari causas rerū, admirabant omnia quasi quæ dā casualia. Sicut admirant̄ circa cōuersiones Solis quę sunt duę. s. duos tropicos hyemalē & æstiualem. Nā in tropico æstiuali incipit Sol cōuerti versus meridiē, cum prius versus septētrionem tēderet. In tropico autē hyemali ecōuerso. Et etiā circa hoc q̄ diameter non est cōmensurabilis lateri quadrati. Cum enim nō mensurari videat esse solius indiuisibilis, sicut sola vnitas est quæ non mensurat à numero, sed ipsa omnes numeros mēsurat, mirum videt̄ si aliquid qđ non est indiuisibile nō mensurat̄, ac per hoc id quod nō est minimū non mensurat̄. Constat autē q̄ diametrū quadrati & latus eius nō sunt indiuisibilia siue minima. Vnde mi-
B rum videt̄ si non sunt cōmensurabilia. Cum ergo philosophiæ inquisitio ab admiratione incipiat, oportet ad contrariū finire vel proficere, & ad id proficere quod est dignius, vt ,puerbiū vulgare cōcordat, quo dicitur, q̄ semp̄ ꝓficere est in melius. Quid autē sit illud contrarium & dignius, pater in ꝓdictis mirabilibus, quia q̄n iam homines discunt causas prædictor̄, non miran̄. Vt gæometer non admirat̄ si diameter sit incōmensurabilis lateri. Scit enim causam huius, qa. s. proportio quadrati diametri ad quadratum lateris nō est sicut proportio numeri quadrati ad numerum quadratū, sed sicut proportio duorū ad vnum. Vnde relinquit̄ q̄ proportio lateris ad diametrum non sit sicut proportio numeri ad numerū. Et ex hoc patet q̄ cōmensurari nō possunt. Illæ enim solæ lineæ sunt cōmensurabiles, quarū proportio adinuicem est sicut ꝓportio numeri ad numerum. Erit ergo finis huius scientiæ in quem proficere debemus, vt causas cognoscentes, non admiremur de earum effectibus. Patet igitur ex prædictis quæ sit natura huius scientiæ, quia est speculatiua, libera, nō humana, sed diuina: & q̄ est eius intētio, qua oportet habere quæstionē & totam methodū & totam hanc artem. Intendit enim circa primas & vniuersales rerū causas, de quibus etiā inquirit & determinat. Et propter harum cognitionem ad prædictum terminum peruenit, vt scilicet non admiretur cognitis causis. Lectio. iiij.

Cum autē consiet primarum scientiā causarū sumere oportere: tūc enim vnūquodq; dicimus scire cum primā cognoscere causam arbitramur. Causæ vero quatuor modis dicunt̄: has in medium afferamus oportet. Itaq; causam vnam dicimus esse substantiā ipsam, quiditatemue. Nam ipsum propter quid, primū ad ipsam vltimo rationem redigitur.
D Causa vero principium q̄; ideſt, quod primum cum propter quid quæritur, assignatur. Alteram autem materiam, & subiectū. Tertiam eam vnde est principium motus. Quartā eam quæ huic opponitur ,id inquam gratia cuius cætera fiunt, ac ipsum bonum. Finis enim hoc est omnis generationis omnisq; motus. Atq; quāquā contemplati de ipsis sumus in hisce quæ de natura dicta fuere.

QVoniam autē manifestum est, q̄ earum quæ a principio causarum oportet sumere scientiam. Tunc enim scire dicimus vnumquodq;, quādo primam cām cognoscere putamus. Causæ vero quadrupliciter dicuntur, quarum quidem vnā causam dicimus esse substantiam, & quod quid erat esse. Reducit̄ enim ipsum quare primū, ad rationem vltimam. Causa autem & principium, ipsum quare primum. Vnā vero materiam & subiectum. Tertiā autem vnde principium motus. Quartam vero causam ei oppositā, & quod est cuius causa & bonū. Finis igitur generationis & motus omnis hic est. Sufficienter quidem igitur de his speculatum est, in his quæ de natura. E

POSITO Procemio in quo ostendit intentionem huius scientiæ & dignitatē & terminū, incipit ,psequi scientiam præfatam, & diuidit in duas partes. Primo ostendit quid priores philosophi de causis rerū tradiderunt. Sc'd'o veritatē huius scientiæ incipit ,psequi in. ij. lib. ibi: ¶ De veritate quidē theorica &c. ꝑ Prima autē pars diuidit̄ in duas. Primo ponit opi. philosophor̄ de causis rerū. Sc'd'o improbat eas quātum ad hoc q̄ male dixerūt. ibi: ¶ Ergo quicūq; &c. ꝑ Circa primū duo facit. Primo resumit enumerationē causarum, quā in. ij. phys̄. diffusius fuerat prosecutus. Sc'd'o prosequit opinionē philosophor̄. ibi: ¶ Accipiemus tamē &c. ꝑ Dicit ergo primo, q̄ quia hoc manifestum est. s. q̄ sapiētia est causarum speculatrix, debemus incipere à causis rerū scientiā sumendo. Quod etiā ex rōne scientiæ cōgruum videtur, quia tunc vnūquodq; scire dicimus aliquē, q̄n putamus non ignorare cām. Causæ autē quadrupliciter dicunt̄, quarum vna est ipsa causa formalis, quæ est ipsa substantia rei per quā scitur quid est vnaquęq; res. Constat enim (vt dictum est. ij. phy.) q̄ non dicimus aliquid esse alicuius naturæ priusq̄ acceperit formam. Et q̄ forma sit causa, patet, quia cōnem qua dicitur quare est aliquid, reducimus ad rōnem vltimā ad causam formalē, incipiendo à formis ,pximis & procedendo vsq; ad vltimam. Patet autē q̄ quare quærit de causa & principio. Vnde patet, quod forma est causa. Alia vero causa est materialis. Tertia vero causa est efficiens, quę est vnde principium motus. Quarta causa est finalis quæ opponit̄ causæ efficienti ꝑm oppositionē principij & finis. Nā motus incipit à causa efficiente, & terminat̄ ad causam finalē. Et hoc est etiam cuius causa sit aliquid, & quę est bonum vniuscuiusq; naturæ. Sic igitur cām finalem per tria notificat. s. quia est terminus motus, & per hoc opponitur principio motus. quod est causa efficiens: & quia est primū in intētione, ratione cuius dicitur cuius causa: & quia est per se appetibile, rōne cuius dicitur bonū. Nā bonum est qđ oīa appetunt. Vnde exponens quomodo causa finalis efficienti opponatur, dicit q̄ est finis generationis & motus, quorum principiū est causa efficiens. Per quæ duo videt̄ duplicē finem insinuare. Nam finis generationis est forma ipsa, quæ est pars rei. Finis autem motus est aliquid quęsitum extra rem quæ mouetur. De his dicit sufficienter se tractasse in libro Physicorum, ne ab eo ad præsens diffusior expositio causarum quæreretur.

Tamen ad veritatem magis perspiciendā, maiores etiā nostros qui rerū cōtemplationem aggressi sunt, sumamus oportet: & illos em̄ principia quędā H
& causas dicere cōstat. Si igitur illorum sentētias in mediū attulerimus, aliqd euenerit fane quod ad ꝓpositum doctrinæ huius accōmodabitur. Aut enim aliud quidpiam inueniemus causæ genus, aut hisce quæ dicuntur nunc magis credemus.

Accipiemus tū & nobis priores ad entium perscrutationem venientes, & de veritate philosophātes: palam enim quia dicunt illi principia quædam & causas. Superuenientibus igitur, erit aliquid prę-opere methodo quæ nunc. Aut enim aliud aliquod commune genus inueniemus, aut modo dictis magis credemus.

Hic ponit opinionē philosophorum de causis, & circa hoc duo facit. Primo assignat rōnem quare hoc faciēdum

sit. Sc'd'o

I sit. Sed'o incipit prosequi suã intentionem. ibi: ¶ Primum igitur &c. ⊢ Dicit ergo ꝙ quãuis de causis tractatum sit in physicis, tñ nunc accipiendũ est opiniones philosophorum, q̃ prius venerunt ad perscrutandũ naturã entium, qui prius philosophati sunt de veritate q̃ Arist̃o. quia & ipsi causas & principiũ ponunt. Nobis igitur qui eis superuenimus cõsiderare eorũ opiniones, erit aliqd ¶ prius ⊢ .i. aliquod præambulum ¶ methodo ⊢ .i. in arte quę nunc à nobis quærunt. Vnde & litera Boetij habet. ¶ Accedẽtibus igitur ad opus scientiæ præ opere viæ quæ nunc est aliqd erit. ⊢ alia litera habet. ¶ Superuenientibus igitur quę nũc est aliquid erit uitæ opus via. ⊢ & legenda est sic ¶ nobis igitur superuenientibus ei quæ nunc est via ⊢ .i. in præsenti methodo & arte, cõsideranda erit horum opinio ¶ quasi aliquod vitæ opus ⊢ .i. necessarium sicut opera quæ sunt ad vitæ cõseruationẽ, vt intelligaẽ quasi quadã metaphora vti in loquẽdo, per vitę opus, quodlibet necessariũ accipiens. Vsitas autẽ est illa, q̃a aut ex p̃dictis eorũ inuenimus aliud genus à causis prænumeratis, aut magis credemus his quæ modo diximus de causis, q̃. ſ. sint quatuor.

K

Plurimi itaq; eorũ qui primo philosophati sunt ea sola principia ojum esse existimarunt, q̃ sub rõne materię collocant. Id enim elementũ rerũ, id principium esse dicunt, ex quo fiunt vniuersa, fiuntq; primo, & in qd̃ vltimũ corrũpunt, subsistãtia ꝑmanẽte quidem, mutatione autẽ in affectibus subeunte.

Primum igitur philosophantium plurimi sola ea quæ in materiæ specie, putauerunt omnium esse principia. Nam ex quo sunt omnia entia, & ex quo fiunt primo, & in quod corrumpuntur vltimo substantia quidem manente, in passionibus vero mutata, hoc elementum & id principium dicunt esse eorum quæ sunt.

L

Hic incipit antiquorũ philosophorũ opiniones prosequi, & circa hoc duo facit. Primo recitat aliorum opiniones. Sed'o reprobat. ibi: ¶ Ergo quicũq; ⊢ Circa primũ duo facit. Primo recitat singulorũ opinionẽ de causis. Sed'o colligit in summa quæ dicta sunt. ibi: ¶ Breuiter igit̃ &c. ⊢ Prima pars diuiditur in duas. Primo ponit opiniones pertinentes ad cãm formalem. Sed'o ponit opinionẽ Platonis, qui primo cãm formalem posuit. ibi: ¶ Post dictas vero philosophias &c. ⊢ Circa primũ duo facit. Primo ponit opi. illorum qui posuerunt principia aliquas res manifestas. Sed'o illorũ qui adinuenerũt extrinseca principia. ibi: ¶ Leucippus &c. ⊢ Circa primum duo facit. Primo tangit opiniones antiquorũ de causa materiali. Sed'o de cã efficiente. ibi: ¶ Procedentibus autẽ sic. ⊢ Circa primum duo facit. Primo ponit quid senserunt de causa materiali. Sed'o quid senserunt de rerũ generatione, quod exprimo sequebaẽ. ibi: ¶ Et ꝓpter hoc nec generari &c. ⊢ Dicit ergo primo ꝙ plurimi eorũ qui primo philosophati sunt de rerum naturis, posuerunt principia ojum esse sola illa quæ reducunt̃ ad spẽm causæ materialis. Et ad hoc dicendũ accipiebant quatuor cõditiones materiæ, quæ ad rõnem principij pertinere videnẽ. Nam id ex quo res est, principium rei esse videt̃, hmõi autem est materia. Nam ex materia dicimus materiatũ esse, ut ex ferro cultellum. Item illud ex quo fit aliquid, cum sit & principiũ generationis rei, videt̃ esse causa rei, quia res per generationẽ ꝓcedit in esse. Ex materia autẽ primo res fit, quia materia rerũ factioni præexistit. Et ex ipsa etiã non per accidẽs aliquid fit. Nã ex contrario vel priuatione aliquid per accidens dicitur fieri, sicut dicimus ꝙ ex nigro fit albũ. Tertio illud videtur esse rerum principiũ in quod finaliter omnia per

M

Lect. 12. part. ꝑma.

Lect. 11. part. ꝑma.

Lect. 10. part. ꝑma.

Lect. 7. part. ꝑma.

Lect. 5. part. ꝑma.

Lect. pñi. par. qnta.

Lect. 4. part. pñi.

Quatuor materię cõditiones.

corruptionẽ resoluuntur. Nam sicut principia sunt prima in generatione, ita sunt ultima in resolutione. Et hoc etiam materiæ manifeste cõtingit. Quarto cũ principia oportet manere, id videt̃ esse principium quod in generatione & corruptione manet. Materia autẽ quam dicebant esse substantiam rei manet in omni transmutatione. Sed passiones mutantur, vt forma & omnia quæ aduenirũt supra substantiam materiæ. Et ex his omnibus cõcludebant ꝙ materia est elementum & principium omniũ eorum quæ sunt.

N

Et idcirco, neq; fieri quicquã, neq; corrumpi putant: quia talis natura semper seruatur: quẽadmodũ neq; Socratẽ dicimus, aut simpliciter fieri, cum bonus fit aut muficus: aut corrumpi simpliciter, cum hos habitus abiicit: quia manet ipsum subiectum. Socrates inquã ipse, neq; quicquã idẽtidem cęterorum: oportet enim quandam vnam esse naturã, vel plures vna, ex quibus aut ex qua persistente salua, & cætera fiunt. Multitudinem tamen speciemq; principii talis, non eandem, inquiunt omnes.

O

Et propter hoc nec generari nihil putãt, nec corrumpi, quasi tali natura semper cõseruata: sicut nec dicimus Socratem nec generari simpliciter, quãdo fit bonus aut muficus: nec corrumpi quando deponit hãbitus istos, propterea ꝙ subiectum maneat Socrates ipse: sic nec aliorum nihil: oportet enim esse aliquã materiam, aut vnã, aut plures vna, ex quibus fiunt alia, illa conseruata. Pluralitatẽ tamen & speciem talis principii, non idem omnes dicunt.

Hic ponit secundarium quod ponebant quasi ex præcedentibus sequens. ſ. nihil simpliciter generari vel corrũpi in entibus. Nã q̃n fit aliqua mutatio circa passiones substantia manente, nõ dicimus aliquid esse generatũ vel corruptũ simpliciter, sed solũ ſm quid: sicut cum Socrates fit bonus aut muficus, nõ dicit fieri simpliciter, sed fieri hoc. Et similiter q̃n deponit hmõi habitum, non dicit corrumpi simpliciter, sed ſm quid. Materia autẽ quæ est rerũ substantia ſm eos, semper manet. Omnis autẽ mutatio fit circa aliqua, quæ adueniunt ei vt passiones. Et ex hoc cõcludebant ꝙ nihil generatur vel corrumpitur simpliciter, sed solum ſm quid. Quãuis autem sic cõuenirent in ponendo cãm materialem, tñ differebant in eius positione quantum ad duo. ſ. quãtum ad pluralitatẽ: quia quidã ponebãt unã, quidã plures: & quantũ ad speciẽ, quia quidam ponebant ignẽ, quidã aquã &c. Similiter ponentiũ plura, quidã hæc, quidam illa principia materialia rebus attribuebant.

P

Sed Thales quidem author talis philosophiæ, primus aquam esse dicit. Quapropter & terram super aquam dicebat esse.

Thales qdẽ talis philosophiæ princeps, aquã ait esse. Vnde & terram esse super aquam asserebat.

Q

Opinio Thalis. Lect. pñi parte. 10.

Hic incipit recitare opiniones singulorũ, de causa materiali. Et primo ponit opinionẽ ponentium vnã cãm materialem. Sed'o ponẽtiũ plures, ibi: ¶ Empedocles vero. ⊢ Circa primum tria facit, quia primo ponit opinionem ponentiũ aquã esse principium ojum. Sed'o ponentiũ aerem, ibi: ¶ Anaximenes &c. ⊢ Tertio ponẽtiũ ignẽ, ibi: ¶ Hippasus &c. ⊢ Circa primũ duo facit. Primo ponit opinionem Thaletis, qui dicebat aquã esse rerum principiũ. Secundo ponit opiniones ꝓbationẽ, ibi: ¶ Forsan eñ &c. ⊢ Dicit ergo ꝙ Thales ꝓnceps talis philosophiæ. i. speculatiuæ, dixit aquã esse primum rerũ principium. Dicit autẽ Thales speculatiuæ philosophiæ princeps fuisse, q̃a inter septẽ sapientes qui post theologos poetę fuerunt, ipse solus ad cõsiderandũ rerum causas se transtulit, aliis sapientibus circa moralia occupatis. Nomina septẽ sapientiũ sunt ista,

Lect. pñi parte. 2.

Lect. pñi parte. 3.

Lect. pñi parte. 4.

primus

A Nomina septem ſa. pientum. Lect. 3.

Primus Thales Milesius tpe Romuli, & apud Hebrẽos tẽpore Achaz regis Israel. Sed's fuit Pittacus Mitileneus, apud Hebræos regnante Sedechia, & apud Romanos Tarquino ꝓfecto. Alij quinq; fuerunt, Solon Athenięsis, Chilon Lacedæmonius, Periander Corinthius, Cleobolus Lidius. Bias Priẽnensis, qui fuerunt cõs tpe babilonicæ captiuitatis. Quia igitur inter hos solus Thales rerum naturas scrutatus est, suasq; disputationes literis mandans emicuit, ideo hic princeps huius scięt̃iæ dicit̃. Nec debet incõuenientes videri, si opiniones hic tãgit eorum qui solum de scientia naturali tractauerunt, quia sed'm antiquos qui nullam substantiã cognouerunt nisi corporeã & mobilem, oportebat ꝙ prima philosophia esset scientia naturalis, vt in quarto dicetur. Ex hac autẽ positione vlterius procedebat ad hoc ꝙ terra esset super aquam fundata, sicut principiatum supra suum principium.

B

Sumpta forsitan hac existimatiõe ex eo, quia nutrimentum omnium humidum esse, & ex hoc fieri atq; viuere calidum ipsum videbat. Id autẽ ex quo quippiam fit, ipsius esse principium cõstat. Et insuper quia semina omniũ, humidã habere naturam videbat, atq; aquã natura humidis principium esse.

Forsan enim hanc opinionem accipiẽs, quia cunctorum nutrimentum humidũ videbat esse, & ipm calidum ex hoc factum, & animal viuere. Ex quo fit vero, hoc est principium omnium. Propter hoc igitur causa est accipiens æstimationem. Et quia cunctorum spermata naturam habent humidam: aqua vero natura principium est humidis.

Hic ponit rõnes quibus Thales potuit induci ad prędictam positionẽ. Et primo ostendit qũo ad hoc inducebaẽ rõne. Sed'o qũo inducebatur primorum authoritate, ibi: ¶ Sunt & aliqui antiquiores &c. ⊢ Inducebatur autẽ duplici rõne. Vna quæ sumit̃ ex consideratione causæ ipsius rei. Alia quæ sumitur ex cõsideratione generationis rerũ, ibi: ¶ Et quia cunctorũ &c. ⊢ Hæc ergo media sunt ordinata. Nã ex primo segtur sed'm. Quod enim est alijs principium essendi, est etiã primum principium ex quo res generatur. Tertium autẽ sequitur ex sed'o. Nã vnumquodq; per corruptionẽ resoluitur in id ex quo generatũ est. Quartum autẽ sequitur ex sed'o & tertio. Nam id quod ꝓcedit generationẽ rerum, & remanet post corruptionẽ, oportet esse semper manens. Primo modo vtebaẽ tribus signis ad ostẽdendum aquã esse principium essendi rebus, quorum primum est, quia nutrimentum viuẽtium oportet esse humidum. Ex eodem autẽ viuentia nutriuntur & sunt, & sic humor videt̃ esse principium essendi. Sed'm signũ est, quia esse cuiuslibet rei corporeæ, & maxime viuentis, per proprium & naturalem calorem cõseruatur. Calor autẽ ex humore fieri videt̃, cum ipse humor sit quasi caloris materia. Vnde ex hoc videt̃ ꝙ humor sit rebus principiũ essendi. Tertium signũ est, quia vita animalis in humido cõsistit. Vnde propter desiccationẽ naturalis humidi, animal moritur, & per eius conseruationem, animal sustentaẽ. Viuere autẽ viuentibus est esse. Vnde ex hoc etiã patet, ꝙ humor sit rebus principium essendi. Et hæc etiã tria signa seinuicem cõsequũtur. Ideo enim animal humido nutritur, quia calor naturalis humido sustentatur. Et ex his duobus sequitur ꝙ viuere animalis sit semper per humidum. Id autem ex quo aliquid fit. i. ex quo aliquid esse cõsequitur, est principium omnibus quæ ex illo esse habent. Et propter hoc accepit hanc opinionẽ ꝙ humor esset omnibus principium. Similiter etiam accepit signum ex rerũ generatione, quia generationes viuentium quæ sunt nobilissima in entibus fiunt ex seminibus. Semina autem siue sperma omniũ viuentium habent humidã naturã. Vnde ex hoc etiã apparet, ꝙ humor est generationis rerũ principiũ. Si autẽ oibus p̃dictis coniungaẽ ꝙ aqua est humiditatis principium, sequitur ꝙ aqua sit primum rerum principium.

C

D

E

Sunt autem qui & valde antiquos, & multo ante hanc ætatem, primosq; theologos sic arbitrant̃ de natura putasse. Occeanũ enim & Thetin partes generationis fecerunt, iusiurandũq; deorũ aquã, quæ quidem a poetis ipsis Styx appellatur. Nã honorabilissimũ quidem est antiquissimum, iusiurandum autẽ honorabilissimum est. Atq; ꝙ obscurum quidem forsitan est, si hæc opinio de natura, vetus sit quædam atq; antiqua. Thales tamen hoc pacto ferẽ de causa prima dixisse. Hipponem enim nemo cum hisce ponere dignum putabit, ob mentis eius nimiam vilitatem.

Sunt autẽ aliqui antiquiores & multũ ante eam quæ nunc est generationem, & primo theologizantes sic putant de natura existimandũ. Oceanũ enim & Thetin generationis parentes fecerunt, sacramẽtumq; deorum aquam, Stygem ab ipsis poetis vocatã. Honorabilius enim, quod antiquius. Sacramentum autẽ honorabilius. Si quidem igitur antiquior aliq̃ ista & senior fuit de natura opinio, forsan vtiq; incertum est. Thales quidem ſm hunc modum ꝓnunciasse dicitur de prima causa. Hippon quidem enim non vtiq; aliquid significabit posuisse cũ his, propter sui intellectus paruitatem.

F

Hippon.

Hic ostendit qũo Thales inducebaẽ ad prędictam positionẽ per authoritates antiquorũ. Et dicit ꝙ aliqui fuerunt antiquiores Thalete & multum ante generationẽ hominũ qui erant tpe Arist̃o. q̃ fuerunt primo theologizantes, qui visi sunt hãc opinionẽ de natura habuisse. ſ. ꝙ aq̃ est principium ojum. Ad cuius euidentiã sciendum est, ꝙ apud Græcos primi famosi in scientia fuerunt quidã poetę theologi, sic dicti, quia de diuinis carmina faciebant. Fuerũt autem tres, Orpheus, Museus, & Linus, quorũ Orpheus famosior fuit. Fuerunt autẽ tpe quo iudices erant in populo iudeorũ. Vnde patet, ꝙ diu fuerunt ante Thaletem, & multo magis ante Aristotelem, qui fuit tpe Alexãdri. Isti autem poetæ sub quibusdam enigmatibus fabularum aliquid de rerũ natura tractauerunt. Dixerunt enim ꝙ Oceanus vbi est maxima aquarũ aggregatio, & Thetis quæ dicit̃ dea aquarũ, sunt parentes generationis. Ex hoc sub fabulari similitudine dantes intelligere aquã esse generationis principium. Hanc sententiã alia fabulosa narratione velauerunt dicentes, ꝙ sacramentum vel iuramentũ deorum erat per aquã quandam, quã poetæ dicunt Stygem, & dicunt eam esse paludẽ infernalẽ. Ex hoc autẽ ꝙ deos dicebant iurare per aquã, dederunt intelligere ꝙ aqua erat nobilior ipsis deis, quia sacramentũ vel iuramentum fit per id quod est honorabilius. Hoc autẽ quod est prius, est honorabilius. Perfectum enim ꝓcedit imperfectũ natura & tpe simpliciter, licet in vno aliquo, imperfectio perfectionẽ præcedat tẽpore. Vnde per hoc patet ꝙ aquã existimabãt priorem esse ipsis dijs, quos intelligebãt esse corpora cælestia. Et quia isti antiquissimi aquam dixerunt esse rerum principium, si aliqua opinio fuit prior ista de naturalibus, nõ est nobis manifesta. Sic igitur patet quid Thales de prima causa rerum dicitur existimasse. Quidam autẽ philosophus qui vocatur Hippon non fuit dignatus aliquid super addere his, propter suæ scientiæ vel intelligentię imperfectionem. Vnde in libro de anima ponitur inter grosiores, vbi dicitur ꝙ posuit aquam esse animam & principium rerum, sumens argumentum ex rerum seminibus, vt hic dictum est de Thalete. Vnde patet ꝙ nihil addit supra Thaletis sententiã. Vel potest intelligi ꝙ quia imper-

G

Lect. 1.

Primo de anima. Tex. cõ. 32.

fecte

I fecte dixit, non reddidit se dignum, vt eius sententia hic contineretur cum aliis.

Anaximenes autem, atq; Diogenes aerem aqua priorem, maximeq; principium corporum simplicium ponunt.

Anaximenes autē & Diogenes aerē priorē aqua, & maxime principiū simplicium corporū ponunt.

Hic ponunt opiniones ponentiū aerem esse principiū, qui fuerunt Diogenes & Anaximenes ponētes aerē priorē aqua esse naturaliter, & principium oīum simplicium corporum. s. quatuor elementorū, & per consequens omnium aliorum. Fuit autē Anaximenes tertius à Thalete. Fuit autem discipulus Anaximādri qui fuit discipulus Thaletis. Diogenes vero, discipulus Anaximenis fuisse dicit. Hæc tamen differentia fuit inter opinionē Diogenis & Anaximenis, quia Anaximenes aerē simpliciter posuit principiū rerum. Diogenes autē dixit q̄ aer rerum principium esse nō posset, nisi quia cōpos erat diuinæ rationis. Ex quo p̄uenit opinio quę tangit primo de anima. Ratio autē quare aerē ponebat rerū principium potuit sumi ex respiratione, per quā vita aliū reseruat, & quia ex immutatione aeris videntur variari generationes & corruptiones rerum.

K Text. có. 32

Hippasus autē Metapontinus, & Heraclitus Ephesius ignem.

Hippasus autē Metapontinus, & Heraclitus Ephesius ignem.

Hippasus & Heraclitus.

Hic ponit q̄ duo philosophi Hippasus & Heraclitus posuerunt ignē esse primū principium vt materiā. Et potuerunt mouere ex eius subtilitate, sicut infra dicetur.

Empedocles vero ipsa quatuor elementa, quartum iam dictis terram adiungens. Hæc enim permanere semper & non fieri dicit, sed multitudine paucitateue mutationem subire, cum in vnum atq; ex vno congregantur ac disgregantur.

L

Empedocles vero quatuor, cū dictis terrā quartum addens. Ea nanq; dixit semper manere & non fieri, nisi pluralitate & paucitate congregata, & disgregatione in vnum & ex vno.

Empedo.

Hic ponit opiniones ponentiū plura principia materialia. Et primo Empedoclis qui posuit plura finita. Secūdo Anaxag. qui posuit plura infinita, ibi: ¶ Anaxagoras vero &c. ¶ Ponit ergo primo opinionē Empedoclis quātū ad duo. Primo quantū ad hoc q̄ tria prædicta elementa. s. aquā, aerem & ignē dicit esse rerum principia, addens eis quartū. s. terrā. Sed'o quantū ad hoc q̄ ista etiā elemēta dixit semper manere & nō generari nec corrūpi, sicut & illi qui posuerunt vnā cām materialē, sed per cōgregationem hoīs & diuisionē ſm multitudinē & paucitatē dixit ex eis alia generari & corrūpi, inquantū ista quatuor per cōcretionē in vnum & disgregationem ex vno diuiduntur.

M

Anaxagoras insuper Clazomenius ętate quidem hoc prior, re vero posterior, infinita principia dixit esse. Pene enim omnia quę sunt similiū partium, vt aquā vel ignē, sic generari corrūpiue cōgregatione dūtaxat disgregationeue, aliter vero neq; fieri neq; corrumpi, sed permanere perpetua dicit. Ex his igitur solam quispiam causam esse putauerit, quæ rationem materiæ subiit.

Anaxagoras vero Clazomenius, isto quidē ætate prior, factis vero posterior, infinita dixit esse principia. Nā fere omnia corpora partiū consimilium, vt ignē aut aquā, ita generari & corrumpi ait congregatione & disgregatione solū: aliter autē nec generari nec corrumpi, sed permanere semper sempiterna. Ex his quidem igitur solam quis causam intelliget eam, quæ in materiæ specie dicitur.

N

Hic ponit opinionē Anaxa. q̄ fuit alter discipulus Anaximenis, qui fuit cōdiscipulus Diogenis: patria quidē Clazomenius prior ætate q̄ Empedo. sed factis siue operibus posterior, vel quia posterius philosophari incepit, vel qa in numero principiorū minus bene dixit q̄ Empedo. Dixit enim principia materialia esse infinita, cum sit dignius finita principia & pauciora accipere, quod fecit Empedo. vt dicitur in primo Physi. Non enim solū dixit principia rerum esse ignē & aquā & alia elemēta, sicut Empedo. sed omnia quæ sunt consimiliū partiū, vt caro, os, medulla, & similia, quorum infinitas minimas partes principia rerū posuit, ponens in vnoquoq; infinitas partes horum singulorum inesse, ppter id quod in inferioribus vnū ex alio generari posse inuenit, cum generationē rerū non diceret esse nisi per separationē à mixto, vt planius explicauit primo Physi. Sed'o etiā Anaxa. conuenit cum Empe. in hoc. s. q̄ generatio & corruptio rerū non est nisi per cōcretionē & discretionē partiū prædictarum infinitarū, & q̄ aliter nec generari nec corrumpi cōtingit aliquid. Sed hmōi rerum principia infinita, ex quibus rerum substantiæ efficiuntur permanere dixit sempiterna. Cōcludit ergo Arist. q̄ ex p̄dictis philosophorum opinionibus aliqs cognoscet solā cām quæ cōtinet sub specie causæ materialis. Lectio. v.

Anaxag. ras.

Lect. 9. Tex. 41.

O

Lect. 9. Tex. 68. 11

Hoc autē modo procedentes ipsa res eos in via posuit quærere q; coegit. Nam tametsi q̄ maxime generatio corruptioq; omnis ex aliquo vno est aut pluribus, cur tamen id accidit, & quidnā huius est causa? Non enim subiectū seipsum mutari facit. Et enim neq; lignū neq; æs causa est vt vtrūq; ipsorum mutetur. Neq; lignū quidem lecticam, æs vero statuam facit: sed aliud quid mutationis est causa. Hoc autem quærere nil aliud est, q̄ alteram quærere causam vnde est principium motus: vt nos eam appellare solemus.

P

Q

PROcedentibus autē sic, res ipsa viam fecit similiter, & quærere coegit. Si enim q̄maxime oīs generatio & corruptio ex aliquo vno aut pluribus est, qualiter hoc accidit & q̄ cā? Non enim vtiq; facit ipsum subiectū transmutare seipsum. Dico autē veluti neq; lignū, neq; æs, alterutrum ipsorum permutandi est causa: neq; lignū facit lectū, neq; æs statuā, sed aliquid aliud permutationis est causa. Hoc autem quærere, est aliud principium quærere, vt si dicatur vnde principium motus.

a

b

POSTQVAM posuit opinionem de causa materiali, hic ponit opinionē de causa efficiente: quæ est vnde principium motus. Et diuiditur in duas. Primo ponit opiniones eorum qui simpliciter assignauerunt causam motus & generationis. Secundo prosequitur opinionem illorum, qui posuerunt causam efficientem, quæ est etiam principium boni & mali in rebus, ibi: ¶ Post hos &c. ¶ Circa primū duo facit. Primo ponit rationem cogentem ad ponendum causam mouentem. Sed'o ostendit qualiter ad positionem diuersi diuersimode se habuerunt, ibi. ¶ Igitur omnino qui talem &c. ¶ Dicit ergo, quidam philosophi sic processerunt in causa materiali ponenda, sed & ipsa rei euidens natura dedit eis viam ad veritatis cognitionē vel inuentionem, & coegit eos quærere dubitationē quandam quæ inducit in causam efficientem quæ talis est. Nulla res uel subiectum transmutat seipsum, sicut lignum non trāsmutat seipsum vt ex eo lectus fiat: nec æs est sibi causa trāsmutandi

Lect. prim. Part. 1. Part. 2.

Lect. 3.

Lect. 5.

A

sit transmutandi, vt ex eo fiat statua: sed oportet aliquid aliud esse quod est eis mutationis causa, quod est artifex. Sed ponentes causam materialem vnam vel plures, dicebant ex ea sicut ex subiecto fieri generationem & corruptionem rerum: ergo oportet q̄ sit aliqua alia causa mutationis, & hoc est quærere aliud genus principij & causæ quod nominatur: vnde principium motus &c.

Qui igitur huiuscemodi doctrinā a principio tetigere, Vnūquodq; subiectū esse dixere, nullā sua in opinione difficultatem sensere: sed quidam eorum qui vnū dicunt, quasi a quæstione hac superati, vnū ipm immobile inquiunt esse, totāq; naturā nō solū generatione corruptioneue (hoc enim vetustū est, omnesq; in hoc cōsentiūt) sed alia quoq; omni mutatione: atq; hoc ipsorū, pprium est. Nemini igitur vnū vniuersum ipm ponentiū talis in mentē causa venit, nisi Parmenidi soli: & huic ea rōne nimirum, qua non solū vnū, sed etiā duas quodāmodo causas esse ponit. Hi autem magis differentiæ ponunt, qui plura faciunt: vt qui calidum frigidum, vel ignē & terram ponunt. Nam igne quidem vt motiuam habente naturam, aqua vero terra, & talibus, vt cōtrariam habentibus naturam vtuntur.

Igitur omnino qui talem viam a principio tetigerunt & vnum esse subiectum dixerunt, nihil difficultatis sibimet fecerūt. Vnū quidem omne dicētes, & quasi ab ea q̄one deuicti, ipm esse immobile dicunt, & natura totam non solum scd'm generationē & corruptionē (hoc etenim antiquum est, & quod omnes esse confessi sunt) verū & scd'm aliam mutationem oēm esse: & hoc eorū est pprium. Vnū ergo solum dicentiū ipsum esse, nulli tale intelligere causam cōuenit, nisi forte Parmenidi: & hoc intantum, quia non solum vnam, sed etiā duas aliqualiter potuit causas esse. Plura vero facientibus, magis contingit dicere: vt ipm calidum & frigidum, aut ignē & terram. Vtunt. n. quasi motiua materiā habente naturam igne, aqua vero & terra & hmōi, econtrario.

Hic ostendit q̄ ad prædictam rationē tripliciter philosophi se habuerunt. Illi enim qui istā viam à principio tetigerunt, & dixerunt unam cām materialem, non multum se grauabant in solutione huius qōnis. Erāt enim contenti rōne materiæ, cām motus penitus negligentes. Alij vero dicentes omnia vnū esse, quasi per prædictā rōnem deuicti, non valentes peruenire ad assignandā cām motus, negauerunt totaliter motū. Vnde dixerunt, q̄ totum vniuersum est vnū ens immobile. In quo differebant à primis naturalibus, qui dicebant vnā cām esse omnium rerum substantiā, quæ tñ mouetur per rarefactionē & condensationem, vt sic ex vno plura quodāmodo fierent, licet nō dicerent q̄ mutaret ſm generationē & corruptionē simpliciter. Hoc enim q̄ nihil simpliciter generaret vel corrūperet fuit antiqua opinio ab oībus cōfessa, vt ex supradictis patet. Sed istis posterioribus, ppriū fuit differentię, q̄ totū est vnum immobile, sicut omni motu carens. Hi fuerunt Parmenides & Melissus, vt infra dicet, ergo patet q̄ illis qui dicunt totū unum immobile, non cōtigerit intelligere eos talem cām. s. cām motus, quia ex quo motum subtrahunt, frustra quærunt cām motus: nisi tm Parmenides, qa iste etsi poneret vnum ſm rōnē, ponebat tm plura ſm sensum, vt infra dicetur. Vnde inquantum plura ponebat, cōueniebat ei ponere plures causas, quarū vna esset mouens, & alia mota: quia sicut pluralitatē ſm sensum ponebat, ita oportebat q̄ poneret motū ſm sensum. Nā ex vno subiecto non potest intelligi pluralitas cōstituta, nisi per aliquē modum motus. Tertij fuerunt qui plures facientes rerū substantias, consenserunt prædictę rōni ponentes causam motus. Ponebant enim calidum vel frigidum causas, vel ignem & terrā: quorū igne vtebantur vt habente mobilē, ideſt motiuā naturā, aquā vero & terra & aere contrario, vel vt habentibus naturam passiuam: & sic ignis erat vt causa efficiens, alia vero vt causa materialis.

B

Post hos autē taliaq; principia, vt non sufficientia ad generandum rerum naturā, ab ipsa veritate compulsi (sicuti diximus) sequens principium q̄liuere. Nam vt bene recteq; aliæ rerum sese habeant, ahæ sant, nec ignē fortasse, nec terrā, nec aliud quicquā talū, verisimile est esse cām, aut illos idipsum existimasse. Nec rursus Casui Fortunęue tantam rem cōdere tribuereq; bene sese habeat.

F

Post hos autē & talia principia tanquā non sufficientia existentium generare naturā, iterum ab ipsa veritate (velut aiebamus) coacti habitū quę fuerunt principiū: ipsius enim & bene hoc quidē eorū quæ sunt habere, illa vero fieri: forsan nec ignē, nec terram, neq; aliud taliū nihil, verisimile cām esse: neq; illos cōueniens existimare: neq; iterū ipsi Automato & Fortunæ tantam cōmittere rem bene habere.

Part. 2.

Hic ponit opiniones ponētiū cām efficientē non solum vt principium motus, sed etiā vt principiū boni vel mali in rebus. Et circa hoc duo facit. Prīo narrat eorū opiniones. Scd'o ostēdit in quo in ponēdo causas defecerunt, ibi: ¶ Isti quidē. ¶ Circa primū duo facit. Prīo ponit opinionis rōnes, ex quibus mouebant ad ponendum aliā causam à p̄dictis. Scd'o ostendit quō diuersimode cām posuerunt, ibi. ¶ Dicens & aliquis &c. ¶ Dicit ergo primo q̄ post p̄dictos philosophos, qui solū vnam cām materialē posuerunt vel plures corporales, quarū vna erat actiua, alia vt passiua: & post alia prima principia ab eis posita, iterum fuerunt ab ipsa veritate coacti ¶ vt aiebamus ¶. i. sicut supra dictum est, vt quærerēt principiū ¶ habitum ¶. i. cōsequenter se habēs ad p̄dicta. s. cām boni, quæ quidem est cā finalis, licet ab eis non poneret nisi per accidēs, vt infra patebit. Ponebat enim ab eis solū causā boni per modū causæ efficientis. Et ad hoc cogebant: quia ſm illa principia nō sufficiebant ad generandū naturā entiū, in qua quidē inueniuntur aliqua bñ se habere. Quod demonstrat cōseruatio corporum in propriis locis, extra quæ corrūpuntur. Et vt verius vtilitates quæ ,pueniunt ex partibus animaliū, quæ hoc modo dispositæ inueniuntur ſm q̄ cōgruit ad bonū esse animalis. Huiusmodi autē bonæ dispositionis vel habitudinis. quā quædā res iam habēt, quædam vero adipiscuntur p aliquā factionē, nō sufficiēter ponitur causa vel ignis, vel terra, vel aliquod taliū corporū: quia ista corpora determinate agūt ad vnum ſm necessitatē propriarum formarū. sicut ignis calefacit & tēdit sursum, aqua vero infrigidat & tendit deorsum. Prædictę autē vtilitates, & bone dispositiones rerū exigunt habere cām nō determinatā ad vnū tantum, cum in diuersis animalibus diuersimode inueniātur partes dispositæ, & in vnoquoq; ſm congruētā ipsorū naturę. Vnde non est conueniēs, q̄ ignis vel terra vel aliquod hmōi sit causa prædictæ bonæ habitudinis rerū, nec fuit conueniēs, q̄ ipsi hoc æstimauerint, nec iterū bñ se habet dicere, q̄ sint automata. i. per se euenientia & casualia, & q̄ à fortuna tm̄ immutatur eorum casualitas: licet aliqui eorū hoc dixerint, vt Empe. & quicunq; posuerunt cām materialem tm̄: sicut patet. ij. Phy. Quod tamen patet etiā esse falsum, per hoc q̄ hmōi bonæ dispositionis inueniuntur vel semper vel in maiori parte. Ea autē quæ

G

Lect. 6. parte. 1. Lect. p̄ā. Part. 3.

Tex. p. 9. E.

H

Tex. có. 75.

sunt à

Universidad de Deusto
Biblioteca

I sunt à Casu vel à Fortuna, non sunt sicut semper, sed nec sic vt frequenter, sed ut raro. Est propter hoc necessarũ fuit alterum inuenire principiũ bonę dispositionis rerum, prę-ter quatuor elementa. Alia litera habet ☞ nec ipsi Automato & Fortunæ. ☜ & est idem sensus quod prius.

Itaq; quidam cum mentẽ, mundi cãm ac vniuersi ordinis esse, perindeq; naturæ ac animalibus inesse dixerit, inter priores illos vana dicẽtes, q̃si sobrius habitus est. Atq; Anaxagorã quidẽ mãifeste sermones hos tetigisse scimus. Hermotinũ autẽ Clazomenũ hos prius dixisse ferunt. Hi igit sic existimãtes, cãm bene habendi simul principium esse rerum, & talem cãm posuere, vnde est principium motus.

Part.3. Dicens & aliquis inesse intellectum vnum, quẽad modum in animalibus, & in natura causam & mũdi
K & ordinis totius, & excitãs apparuit purificãs priores prçter cõuenientia dicentes. Palã quidem igitur Anaxagorã scimus hos sermones tetigisse, attamen habet prius Hermotinus Clazomenius causam dicendi. Sic quidem igitur opinantes, similiter ipsius bene causam, principium existentiũ esse posuerunt: & tale vnde motus existentibus inest.

Hic ponit in speciali opiniones de prædicto principio. Et primo ponit opiniones ponentium vnam causam. Secundo ponentium duas, ibi: ☞ Quoniã vero contraria bo-
Lect.6. part. prin. Part. seq. nis &c. ☜ Circa primum duo facit. Primo ponit opiniones ponentium causam primam efficientem intellectum, sc̃o ponentium amorẽ, ibi: ☞ Suspicatus est autẽ &c. ☜ Dicit ergo q̃ post prædictam rationem apparuit aliquis dicens intellectum esse in tota natura, sicut est in animalibus, & ipsum esse causam mundi & ordinis totius. i. vniuersi, in quo ordine constitit bonum totius vniuscuiusq;.
L Et hic purificauit priores philosophos, ad puram veritatem eos reducens, qui inconuenientia dixerunt huiusmodi causam non tangentes. Hanc autem sententiam manifeste tangit Anaxagor. licet causam huiusmodi sententiam proferendi, dederit et primo quidam alius philosophus, scilicet Hermotinus Clazomenius. Vnde patet q̃ illi qui sunt opinati sic, simul posuerunt idem rebus esse principium, q̃ bene haberent se, & quòd esset vnde principium motus est.

Primum autem Hesiodũ idipsum q̃siuisse quispiam suspicabitur, & si quis alius Amorem aut Cupiditatem in hisce quæ sunt vt principium posuit: quemadmodum est Parmenides. Hic enim generationem extruens vniuersi, sic dicit:

M Cunctorũ ille Deum primum produxit Amorẽ,
Et Hesiodus ait:
Ante chaos, post hoc facta est latissima tellus,
Quiq; alius Deus est diuis, Deus ipse Cupido.

Propterea qđ oportet in hisce q̃ sunt, cãm eã esse q̃ res mouebit ac cõgregabit. Sed quisnam horũ primus hanc cãm attulit, liceat posterius iudicare.

Hesiodus. Suspicatus est autẽ vtiq; aliquis Hesiodum q̃siuisse primum hmõi, & vtiq; si aliquis alius Amorẽ aut Desiderium in existentibus quasi principiũ posuisset: vt Parmenides. Etenim hic tentans monstrare vniuersi generationẽ, primũ quidem ait deorum Amorẽ fore, puidentẽ oibus. Hesiodus vero omniũ primũ chaos fuisse, deinde terrã latam, & Amorem qui omnia cõdocet immortalia: quasi necessariũ sit in exisẽtibus esse cãm, quæ res ipsas moueat & cõgreget. His quidẽ igitur quomodo distribuere de hoc oporteat qs primus, liceat iudicare posterius.

Ponit opinionẽ ponentium amorẽ esse principium primum, quẽ tñ non ita expresse vel plane, posuerunt. Et ideo dicit, q̃ suspicio fuit apud aliquos, q̃ Hesiodus quęsiuisset hmõi principium bonæ habitudinis rerum, vel quicunq; alius posuit amorem vel desiderium in rebus. Cum enim Parmenides vniuersi generationem monstrare tentaret, dixit, q̃ amor deorum prouidit omnibus, vt mundus cõstitueretur. Nec est contra sensum eius qui posuit vnum ens immobile, quod hic dicit, quia hic ponebat plura secundum sensum, licet vnum sc̃m rationem, vt supra dictum est, & infra dicetur. Deos autẽ corpora cælestia ap-
Lect. 5 Lect. 6 pellabat, vel forte aliquas substantias separatas. Sed Hesiodus dixit q̃ primo oĩum fuit chaos, & deinde facta est terra latior, vt esset receptaculum alioꝝ: posuerunt enim rece-
Text. 18 O ptaculum & locum principiũ esse, vt dicit. iij. Physi. Et posuit rerum principiũ amorẽ, qui condocet oĩa immortalia. Et hoc ideo, quia cõicatio bonitatis ex amore prouenire videtur. Nam beneficium est signum & effectus amoris. Vnde cum ex rebus immortalibus hmõi corruptibilia esse habeant, & omnẽ bonam dispositionẽ, oportet hoc amori immortalium attribuere. Immortalia autẽ posuit vel ipsa corpora celestia, vel ipsa principia materialia. Sic autẽ posuit chaos, & amorẽ quasi necessarium sit in rerum existentiis esse non solum materiam motam, sed & ipsam causam agentẽ, quæ res moueat & congreget, quod videt ad amorẽ pertinere. Nã & in nobis amor ad actiones mouet, & quia est omnium affectionum principiũ. Nã & timor & tristitia & spes, non nisi ex amore ꝓcedunt. Quod autẽ amor cõgreget ex hoc patet, quia ipse amor est vnio quædã amantis & amati, dum amãs amatũ quasi se reputat. Iste autẽ Hesiodus ante philosophoꝝ tempora fuit in
P numero poetarum. Quis autẽ horum sit prior. i. potior in sententia, vtrum ille qui dixit amorẽ esse primum principium, vel qui dixit intellectum, posterius poterit iudicari, scilicet vbi agetur de Deo. Et hoc iudicium distributionẽ vocat: quia per hoc vnicuiq; suus gradus attribuit dignitatis. Alia translatio planius habet. Hos quidẽ igitur quomodo cõgrunt transire, & quis de hoc sit prior posterius poterit iudicari. Lectio. vj.

Quoniam autẽ & contraria bonis in natura videbant inesse, & non solum ordo pulchrumue, sed & inordinatio atq; turpe, pluraq; mala q̃ bona, & turpia q̃ honesta, alius quidam concordiam atque discordiam introduxit, vt vtrorũq; causa sit vtrunq;. Nam si quispiam sequatur Empedoclem, sumatq; ea quæ dicit ad eius mentem sententiamue, & non ad ea quæ dicit balbutiendo, concordiam quidem
C bonorum, discordiam autem malorum causam inueniet esse. Quare si quispiam dixerit Empedoclẽ modo quodam & dicere & primum dicere bonum ac malum principia rerum esse, recte fortasse dixerit: siquidem bonorũ apud eum causa omniũ ipsum est bonum, malorum autem malum.

Part. 5 Quoniam vero contraria bonis videbant esse in natura, & non solum ordinatio & bonũ, sed inordinatio & turpe: plura mala melioribus, & praua bonis, sic alius aliquis amorẽ induxit & litẽ, singula singulorũ cãm horũ. Siquis enim assequat & accipiat ad intellectum, & non ad ea quę balbutiendo Empedocles dixit, inueniet amorẽ qdẽ esse cãm aggregatorũ, litẽ vero malorũ. Quare siqs dixerit & quodãmõ dicere & primũ dicere Empe-
Empedocles. doclem bonũ & malũ principia, forsan bene dicet, si bonorum oium bonũ est causa, & malorum malũ.

HIC ponit opinionem ponentium cõtrarietatem in hmõi, & rationẽ eos mouentẽ, quæ talis erat. In rerum natura videbantur aliqua esse cõtraria bonis, quia in natura non solum inuenitur ordinatum & bonum, sed aliquando inordinatum & turpe. Non potest autem dici q̃ mala non habeant causam, sed accidant a casu: quia mala sunt plura melioribus, & praua sunt plura bonis simpliciter. Quę autem sunt a casu sine causa determinata non sunt, vt in pluribus, sed vt in paucioribus. Vnde cum cõtrariorum sint contrariæ causæ, oportet non solum causam rerum ponere amorem, ex quo prouenient ordinationes & bona: sed & odium, ex quo prouenient inordinationes & turpia vel mala: vt sic singula mala & bona ꝓprias causas habeant. Et q̃ ista fuerit ratio mouens Empedoc. patet, si quis assequatur sententiam eius, & accipiat scientiam quam dicere voluit, & nõ ad verba quæ imperfecte & quasi balbutiendo dixit. Dixit enim q̃ amoris est congregare, odij disgregare. Sed quia ex cõgregatione est rerum generatio, ex qua rebus est esse & bonum: per segregationem vero est corruptio, quæ est via ad non esse & malum: tam patet q̃ voluit amorem esse causam aggregatorum idest bonorũ, & odium esse causam malorum. Et ita si quis dicat, q̃ Empedocles fuit primus qui dixit bonum & malum esse principia, forsitan bene dixit. Si tamen ꝑm Empedoc. fuit hoc q̃ bonum est causa omnium bonorũ, & malum omnium malorum. Quod enim aliquorum malorũ posuit causam malã. s. corruptionis, & aliquoꝝ bonorũ bonũ. s. generationis, manifestũ est. Sed quia non sequebatur q̃ oĩa bona essent per amicitiã, nec omnia mala per odium, cũ distinctio partium mundi adinuicem esset per odium, & cõfusio per amicitiam, ideo non vsquequaq; posuit bonũ causam bonorum, & malum causam malorum.

C Hi igit (vt diximus) & vsq; adeo duas earũ causarum (quas nos in naturæ cõtemplatione distinximus) tetigisse vident: materiã inquã & eã vnde est principiũ motus: obscure tñ & nõ dilucide, sed vt in pugna rudes inexercitati faciũt. Etenim illi cũ agitãt, ꝑsępe ꝑclare agũt accõmodatoq; inferũt ictus. Verũ neq; illi id per scientiã agunt, neq; hi q̃ dicunt scire vident. Nihil em̃ his vti vident nisi per parũ.

Part. seq. Isti quidẽ igit (sicut diximus) & vsq; ad hoc duas cãs tetigerũt, quas in physicis determinauimus, materiã, & id vnde motus: obscure qdẽ, & non manifeste: sed qualiter in bellis ineruditi faciũt. Etenim illi circũducti sępe bonas plagas faciũt, at nec illi ex scientia, nec isti vsi sunt scientibus dicere quod dicunt. His etenim fere vsi nihil videntur nisi parum.
D Hic ostendit q̃ in ponendo ꝑdictas causas deficiebant. Et primo loquit generaliter de eis. Secundo spãliter, ibi: ☞ Anax. autẽ &c. ☜ Dicit ergo primo q̃ ꝑdicti philosophi s. Anax. & Emped. vsq; ad hoc puenerũt, q̃ posuerũt duas causas illarum quatuor, quæ sunt determinatæ in physicis s. materiã, & cãm motus: sed obscure & non manifeste tradiderunt, quia nõ exprimebant q̃ illa quæ causas esse ponebant ad ista causarũ genera reducerentur. Sed in hoc q̃ de causis posuerunt duas, conuenienter assimilabant bellatoribus non eruditis qui ab aduersarijs circunducti faciunt aliquãdo bonos ictus, sed non per artem, sed à casu. Quod ex hoc patet, quia & si aliquando accidit eis, non tñ semp aut frequenter. Similiter etiã prædicti philosophi nõ sunt vsi dicere quod dicunt, nec vsi sunt scientibus. i. sicut sciẽtes. Vnde alia translatio habet: Sed nec illi scientiã, nec hi assimilati sunt scientibus dicere q̃ dicũt. Quod ex hoc patet quia cũ ꝑdictas causas posuissent fere nõ sunt eis vsi, ga
in paucis vtebant. Vnde videt q̃ non ex arte, sed quadam inducti necessitate eas casualiter induxerunt. B

Nam vt Anaxagoras ad extruendũ quidem mundum vtitur mente, perinde atq; diis in scæna poetæ, cum in angustum res deducuntur, atq; cum dubitat propter quã causam necessario est, tũc ipsam tradit: in cæteris autem omnia magis, vt causas eorum quæ fiunt, q̃ mentem assignat.

Anaxagoras autem artificialiter ad mũdi generationẽ vtitur intellectu. Nam q̃si dubitat quæ cã ex necessitate est, tũc attrahit ipsum. In aliis vero omnia magis causant eorum quæ fiunt, q̃ intellectu. Parte. 3.

Hic ostendit in quo spãliter eoꝝ vterq; defecerit. Et primo de Anax. Secũdo de Emped. ibi. ☞ & Empe. ☜ Dicit ergo primo, q̃ Ana. vtit intellectu ad mundi generationẽ, in quo videt artificialr loqui, non dubitãs de causis generationis mũdi, ex necessitate attrahit. i. producit ipsum intellectum, nõ valẽs reducere mundi generationẽ, in aliquam aliã causam distinguentẽ res, nisi in aliquod in se distinctũ & immixtum, cuiusmodi est intellectus. Sed in omnibus aliis assignat causas magis ex omnibus aliis, q̃ ex intellectu, sicut in specialibus rerum naturis. part. seq. F

Et Empe. magis qdẽ q̃ ille causis vtit, nõ tñ sufficiẽter: aut in his id inuenit, cui oẽs assentiũt atq; cõcedũt. Multis. n. in locis ipsi ꝓcordia qdẽ disgregat, discordiã aũt cõgregat. Nã cũ vniuersum qdẽ ꝑ discordiũ in elemẽta distinguit, & ignis sane & cæteroꝝ vnũquodq; elemẽtoꝝ in vnũ tũc ꝓgregat. Sed cũ ꝑ amicitiã in ipm vnũ iterũ coeũt, tunc ipsæ partes ex vnoquoq; rursus disgregentur necesse est.

Et Empedocles plus quidẽ hic vtitur causis, sed tamen nec sufficiẽter, neq; in his inuenit quod confessum est. A multis igit arguit in locis apud ipm: amor disgregat, lis aũt cõgregat. Nã cum in elemẽta quidẽ ipm esse a lite distrahit, tunc ignis in vnum & aliorum elementoꝝ singula cõcernuntur. Cum autẽ iterum in vnũ ab amore cõueniunt, necesse rursum, vt ex singulis particulæ secernantur, G Parte. 4.

Hic ostendit in quo deficiat Empedo. & circa hoc duo facit. Primo oĩdit in quo deficit. Secũdo qd ꝓprũ præ aliis dixit, ibi: ☞ Emped. igitur. ☜ Dicit ergo primo, q̃ Empe. in determinãdo de particularibus rerũ naturis, ☞ plus vtit causis ☜ a se positis. s. quatuor elemẽtis, & odio & amore, q̃ Anax. quia singuloꝝ generationẽ & corruptionẽ in ꝑdictas causas reducit, nõ aũt Anax. in intellectũ. Sed in duobus deficit. Primo. quia nõ sufficiẽter hmõi causas tradit. Vtit enim eis quasi dignitatibus per se notis, quæ nõ sunt per se nota, vt dicit primo physi. dum. s. supponebat quasi per se notũ, q̃ his determinato tpe domina bat in elemẽtis, & alio tpe determinato amor. Secũdo quia in his quæ q̃rit non inuenit illud quod est ab eo cõfessum. i. suppositũ q̃si principiũ. s. q̃ amor cõgreget & odiũ disgreget, qa in multis locis oportet q̃ ecõtrario amor ☞ secernat ☜. i. diuidat, & odiũ ☞ cõcernat ☜. i. cõgreget, qa q̃si ipm vniuersum in partes suas per odiũ ☞ distrahit ☜. i. deijcit q̃ est in generatione mundi, tunc oẽs partes ignis in vnũ cõueniunt, & similiter singulæ partes aliorum elementorũ ☞ concernunt ☜. i. ad inuicẽ cõiungũtur. Sic igit odiũ, non solũ partes ignis diuidit a partibus aeris, sed etiã partes ignis coniungit ad inuicẽ. Ecõtrario autẽ cum elemẽta in vnũ cõueniunt per amorẽ, quod accidit in destructione vniuersi, tunc necesse est vt partes ignis adinuicẽ separentur, & similr singulorum partes adinuicẽ secernant. Non enim posset ignis cõmisceri aeri nisi partes ignis adinuicẽ separarent, & similr H Text. 68. 32

Universidad de Deusto
Biblioteca

partes aeris nisi inuicem se elementa prædicta penetrarẽt, vt sic amor sicut coniungit extranea, ita diuidat similia: secundum ꝙ sequitur ex eius positione.

Empedocles igitur primus, præter veteres, diuisam hanc cãm attulit. Non enim vnum principium motus, sed diuersa atq; cõtraria fecit. Præterea primus ea quatuor esse dixit, q̃ vt in materiei specie elementa dicunt, non tñ illis vt quatuor, sed vt duobus vtit solis. Igni quidẽ p se, oppositis autẽ vt vna natura terra inquã aere atq; aqua. Hoc autẽ ipsum ex eius carminibus quispiã sumere potest. Hic igitur, vt diximus, sic & tot principia dixit esse.

Parte. 5. Empedocles quidem, præter priores, primus hãc cãm diuidẽs induxit, nõ vnũ factẽs motus pricipiũ, sed diuersa & cõtraria. Amplius aũt q̃ in materie spẽ dicunt elementa q̃tuor primus dixit, non tñ vtit q̃tuor, sed vt duobus existẽtibus, solũ qdẽ igne ſm se: oppositis vero q̃si vna natura terra aere et aqua. Sumet autẽ vtiq; aliqs id speculãs ex elementis. Hic q̃dem ergo, sicut diximus, sic & tot dixit principia.

Hic ostẽdit quomodo Empedoc. præ aliis philosophis proprium posuit. Et dicit ꝙ duo præ aliis posuit. Vnũ est, ꝙ causam vnde motus diuisit in duas contrarias partes. Aliud est ꝙ cãm materialem dixit esse quatuor elementa, non ꝙ vrã quatuor elementis vt quatuor, sed vt duobus, quia ignem cõparat aliis tribus dicens, ꝙ ignis habet naturam actiuam, & alia passiuam. Et hoc potest aliquis sumere ex elementis rerum ab ipso traditis, vel ☾ elementis ☽ principijs suæ doctrinæ quæ posuit. Alia littera habetur ex versibus, quia dicitur metrice suam philosophiã scripsisse. Et huic concordat alia translatio quæ dicit: Ex rationibus. Hic igitur (vt dictum est) sic & tot primus posuit principia, quia quatuor, & ea quæ dicta sunt.

L Lectio. vij.

Leucippus autẽ, & socius ipsius Democritus, elementa quidem plenũ & vacuum esse aiunt: horum alterum plenum inquã ac solidum, ens: alterũ idest vacuũ, non ens esse dicentes. Quapropter & inquiunt quod est, non magis q̃ id quod haud est, esse: qm̃ neq; vacuum minus q̃ corpus est. Hæc autem causas eorum quæ sunt, vt materiam esse aiunt.

LEucippus & collega eius Democritus, elemẽta quidem plenum & inane dicunt esse: dicentes velut hoc quidem ens, illud vero non ens. Horum autem plenum quidem & solidum ens, inane vero non ens. Propter quod & nihil magis ens non ente dicunt esse: quia neq; inane corpore. Causas autem entium hæc vt materia.

M

HIC incipit ponere positiones eorum qui posuerunt de principijs positiones extraneas non manifestas. Et primo illorum qui posuerunt plura principia rerum. Secũdo illorum qui posuerunt tantum vnum ens, ibi: ☾ Sunt autem aliqui &c. ☽ Circa primum secundo facit. Primo ponit opinionem Leucippi & Democriti qui posuerũt principia rerum corporea. Secundo ponit opinionem Pythagoricorum, qui posuerunt principia rerum incorporea, ibi: ☾ In his autem &c. ☽ Circa primum duo facit. Primo ponit opinionẽ Democriti & Leucippi de causa materiali rerum. Secũdo de causa diuersitatis quomodo. s. ex materia plures res diuersificãtur, in quo etiã apparet causa generationis & corruptionis rerũ, in quo erã cum antiquis philosophis cõueniebant, ibi: ☾ Et quemadmodũ in vnũ &c. ☽ Dicit ergo, ꝙ duo philosophi qui amici dicuntur, quia in omnibus sẽ sequebantur. ☾ Democritus & Leucippus, posuerunt rerũ principia plenum & inane siue vacuum: quoꝝ plenum est ens, & vacuum siue inane non ens. Ad huius autẽ opinionis euidentiã recolendũ est hoc, quod philosophus dicit in primo de generatione, vbi diffusius eam tradit. Cum enim quidã philosophi posuissent oña esse vnum ens continuum, immobile: quia nec motus sine vacuo esse potest, vt videt, nec etiã rerum distinctio, vt dicebãt cum cõtinuitatis priuationẽ, ex qua oportet intelligere corpoꝝ diuersitatẽ, nisi per vacuũ nõ possent cõprehendere, vacuum autẽ nullo modo esse ponerẽt, superuenit Democritus qui eoꝝ rationi consentiens, diuersitatem autẽ & motum à rebus auferre non valens, vacuum esse posuit: & omnia corpora ex quibusdã indiuisibilibus corporibus esse cõposita, ꝓpter hoc quia non videbat sibi ꝙ ratio posset assignari qre ens vniuersum magis in vna parte esset diuisum q̃ in alia nec ponere totum esse continuum, præelegit ponere vbiq; totum & totaliter esse diuisum, quod esse non posset, si remaneret aliquod diuisibile indiuisum. Hmõi autem indiuisibilia corpora inuicẽ contingi nõ possunt, nec esse vt ponebat, nisi vacuo mediãte; quia nisi vacuum inter duo corã interueniret, oporteret ex eis duobus vnum esse cõtinuum, quod rõne ꝓdicta nõ ponebat. Sic igitur vniuscuiusq; corporis magnitudinẽ constitutam, dicebat ex illis indiuisibilibus corporibus implentibus indiuisibilia ꝓpria, & ex quibusdam ꝓpriis vacuis ipsis indiuisibilibus corporibus interiacentibus, quæ quidem poros esse dicebãt. Ex quo patet ꝙ cum vacuum, sit non ens, & plenum sit ens, non magis ponebat rei constitutionem ens q̃ non ens: quia nec corpora magis q̃ vacuum, nec vacuũ magis q̃ corpora, sed ex duobus simul dicebat (vt dictum est) corpus constitui. Vnde prædicta duo ponebat rerum causas sicut materiam.

Atq; vt hi qui vnũ subiectã substantiam faciunt, cætera ipsius affectibus generant, rarum ac densum principia affectum ipsoꝝ ponentes, sic & hi differentias ipsas cæterorũ causas esse dicunt. Has tamẽ tres esse asserunt, figuram, ordinem, positionẽ. Differre enim inquiunt id qd̃ est, figura, ordine, positioneq; solũ. Nã A, quidẽ ab N, figura: An, aũt ab na, ordine: & z, ab n, positione differt. De motu vero vnde aut quonã pacto inerit, & hi perinde atq; cæteri inertia omiserunt. De duabus igitur causis, vt diximus, eousq; a prioribus quæsitum fuisse uidetur.

Et quemadmodũ qui vnum faciunt substantiam subiectam, alia passionibus eius generant, rarum & spissum principia passionum ponentes, eodẽ modo & hi differentes causas aliorum esse dicunt. Has vero tres dicũt esse, figuram, ordinem & positionem. Differre autẽ aiunt ens rhythmo & diathygi & tropi solum. Horum autẽ rhythmus figura est, & diathigi ordo, & tropi positio. Differt enim a, ab n, figura: an, autem a na, ordine: z, autem ab n, positione. De motu vero vnde aut quomodo ineſt habentibus, & hi aliis consimiliter, negligenter diniserũt. De duabus igitur causis (vt diximus) in tantum videtur quæsitum esse prius.

Hic ostendit in quo conueniebant prædicti philosophi cum antiquis philosophis, qui ponebant vnam tantũ materiam. Ostendit autem ꝙ conueniebant cum eis in duobus. Primo quidem, qua sicut sunt ponentes vnam materiam, & ex illa materia vna generabant aliã secundum diuersas materiæ passiones, quæ sunt rarum & densum, quæ accipiebant vt principia omniũ aliarum passionum ita & isti, scilicet Democritus & Leucippus dicebãt quod causæ

N Parte. 6. Democritus. Leucipp. Tex. 18.

P

parte. 2.

Q

Lect. 8. Part. prima. Part. seq. Pythagoꝝ positio.

D

A causæ differentes erant alioꝝ. ☾ corporum constitutorum ex indiuisibilibus, videlicet ꝙ per aliquas differentias illorum indiuisibiliũ corpoꝝ & pororũ diuersa entia constituebantur. Eas autem differentias dicebant esse vnam secundum figuram, quæ attẽditur ex hoc ꝙ aliquid est angulatum, circulare & rectum: aliam ſm ordinem, quæ est secundum prius & posterius: aliam secundum positionẽ, quæ est secundum ante & retrò, dextrum & sinistrum, sursum & deorsum. Et sic dicebãt ꝙ vnum ens differt ab alio vel ☾ rhythmo ☽ .i. figura ☾ vel diathygim ☽ .i. ordine ☾ vel tropi ☽ .i. positione. Et hoc probat per exemplum in literis Græcis, in quibus vna litera differt ab alia, figura: sicut & in nostris differt vna ab altera. A. enim differt ab N, figura: An, vero & na, differunt ſm ordinem, nam vna ante aliam ordinatur. Vna etiã differt ab altera positione, vt. z, ab n, sicut & apud nos videmus ꝙ semiuocales post liquidas poni non possunt ante quas ponũtur mutæ in eadem syllaba. Sicut ergo propter triplicem diuersitatem in literis existentem literis diuersimode se habentibus fit tragœdia & comœdia, ita ex eisdem corporibus indiuisibilibus diuersimode habẽtibus fiunt diuersæ species rerum. Aliud verò in quo conueniebant isti philosophi cum antiquis est, ꝙ sicut antiqui neglexerunt ponere causam ex qua motus ineſt rebus, ita & isti, licet illa indiuisibilia corpora dicerent esse per se mobilia. Sic ergo patet ꝙ per prædictos Philosophos nihil dictum est nisi de duabus causis. s. de causa materiali ab omnibus, & de causa mouente à quibusdam.

B

Inter autẽ hos & ante hos hi q̃ Pythagorici vocãtur, primi tetigere doctrinas ac auxere, & i ipsis principia oĩum principia esse putarũt. Atq; qm̃ numeri sunt primi natura, & in nueris magis videbãt eis videre similitudines multas eoꝝ q̃ sunt & fiũt, quã in igne, terra & aqua, veluti talẽ quidẽ numeroꝝ affectũ iustitiã esse, talem autem animam atq; mentem, aliũ vero tẽpus, & cæterorum fere quẽq; similiter.

C

Parte. 3.

In his autẽ & ante hos vocati Pythagorici mathematica tangẽtes primi ea produxerunt, & in eis nutriti, horũ principia oĩa esse putauerunt. Horũ autẽ q̃m natura numeri primi, & in nũeris speculari multas similitudines inexistentibus & factis magis q̃ in igne & terra: qa talis numerorũ passio, iustitia: illa vero talis, anima & intellectus: alia vero, tempus: & aliorum (vt est dicere) vnumquodq; similiter.

Hic ponit opiniones Pythagoricorum ponentium numeros esse substantias rerum. Et circa hoc duo facit. Primo ponit opiniones de rerum substantia. Secundo de rerum principijs, ibi: ☾ Sed cuius gratia aduenimus. ☽ Circa primum ponit duo ex quibus inducebantur ad ponendum numeros esse rerum substantias. Secundum ponit, ibi: ☾ amplius autem harmoniarum &c. ☽ dicit ergo ꝙ Pythagorici philosophi fuerunt ☾ in his ☽ id est, contemporanei aliquibus dictorũ philosophorũ ☾ & ante hos ☽ quia fuerunt quidam quibusdam priores. Sciendum est autem duo fuisse philosophorum genera. Nam quidam vocabantur Ionici, qui morabantur in illa terra quæ nunc Græcia dicitur. Et isti sumpserunt principium à Thalete, vt supra dictum est. Alij philosophi fuerunt Italici, in illa parte Italiæ quę quondam Magna Græcia dicebatur, quę nunc Appulia & Calabria dicitur: quorum philosophorum princeps fuit Pythagoras natione Samius, sic dictus à quadam Calabriæ ciuitate, & hæc duo philosophorũ genera simul cõcurrerunt. Et propter hoc dicit ꝙ fuerũt ☾ in his & ante hos. ☽ Isti autem Italici philosophi qui & Pythagorici dicunt, primi produxerunt quædam mathematica, vt ea rerum sensibiliũ substantias & principia esse dicerent. Dicit ergo ☾ primi ☽ quia Platonici eos sunt secuti. Et hoc autem moti sunt vt mathematica introducerẽt, quia erant nutriti in eorum studio. Et ideo principia mathematicorum credebant esse principia omnium entium. Consuetum est enim apud homines, ꝙ per ea quæ nouerunt, de rebus iudicare velint. Et quia inter mathematica numeri sunt priores, ideo conati sunt speculari similitudines rerum naturalium, & quantum ad esse & quantum ad fieri, magis in numeris q̃ in sensibilibus elemẽtis, quę sunt terra & aqua & huiusmodi. Sicut enim prædicti philosophi passiones rerum sensibilium adaptant passionibus rerum naturalium, per quandã similitudinem ad ꝓprietates ignis & aquæ & hmõi corporum: ita mathematici adaptabant ꝓprietates rerum naturaliũ ad numerorũ passiones, q̃ dicebãt ꝙ aliqua passio numerorum est causa iustitię: & aliqua causa aĩæ & intellectus, & aliqua est causa tpis, & sic de aliis. Et sic passiones numerorum intelliguntur esse rõnes & principia quædã oĩum apparentiũ in rebus sensibilibus, & quãtum ad res voluntarias, quod designat per iustitiã, & quãtum ad formas substantiales rerum naturalium, quod designat per intellectum & animã: & quãtum ad accidentia, quod designatur per tempus.

E

F

Insuper affectus concentuũ in numeris intuentes ac rõnes: q̃m inquã cætera quidẽ numeris videbantur similia esse in omni natura. Numeri vero primi atq; ante omnẽ naturam numerorũ elementa oĩum quæ sunt, elementa esse putarunt, totumq; cælũ cõcentũ ac numerũ esse, atq; quæcũq; in numeris & cõcentibus oĩdere poterant, ad cæli affectus ac partes & ad vniuersum totũ esse accõmodata, hęc aggregãtes accõmodabant, & si quid alicubi deficiebat illud adesse ꝓcutiebat, quo tota sua tractatio perfecta fit, atq; connexa: veluti cũ denarius numerus perfectus esse, omnẽq; numerorum naturã cõprehendere videat: & ea quæ ferunt in cælo, decẽ quidẽ inquiunt esse. At qa sunt nouẽ manifesta solũ, ideo aduersam terram decimam faciunt. Verum de his aliis in locis exactius est a nobis determinatum.

G

Amplius autẽ harmoniarum in numeris speculãtes passiones & rõnes, q̃m & alia quidę numeris ſm naturã omnẽ videbantur assimilata esse, & numeri sunt oĩs natura primi: elemẽta numerorũ existẽtiũ, elemẽta cunctoꝝ esse existimabant, & totum cælum harmoniã esse & numerũ, & q̃cũq; habebãt confessa monstrare, & in numeris & in harmoniis & ad cæli passiones & partes, & ad ornatũ totũ ea colligentes adaptabãt. Et si qd alicubi deficiebat, aduocabãt cõtinuatũ ipsis esse negotiũ. Dico autẽ q̃m perfectus denarius esse videtur, & omnẽ cõprehendere numeroꝝ naturã, & quæ ſm cælum ferunt decem quidẽ esse dicunt: solum autem nouẽ existentibus manifestis: & ideo antitomã faciunt. De his autem certius est a nobis in aliis determinatum.

parte. 4.

H

Hic ponit ſcdm motiuum. Cõsiderabant enim passiones harmoniarũ, cõsonantiarum musicalium & earum rationes. ſ. ꝓportiones ex natura numeroꝝ. Vnde cum soni cõsonantes sint quædam sensibilia, eadem ratione sunt conati & cætera alia sensibilia secundum rationem & ſm totam naturã assimilare numeris, ita ꝙ numeri sunt primi in tota natura. Et propter hoc etiam æstimauerunt ꝙ principia numeroꝝ essent principia oĩum entium existentiũ, & totum cælum nihil aliud esse dicebant nisi quandam naturam & harmoniam numeroꝝ. i. proportionem quãdã numeralẽ similem proportioni quæ cõsideratur in harmonijs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Amplius quare numerus ex his collectus est?

Hic ponit quintā rōnem quæ talis est. Multa non conueniunt ad vnum cōstituendum, niſi propter aliquā cām quæ potest accipi uel extrinseca, sicut aliquod agens quod coniungit: vel intrinseca, sicut aliquod vinculum vniens. Vel ſi aliqua vniuntur per seipsa, oportet vt vnū fit, vt potentia: & aliud, vt actus. Nullum autē horū potest dici in vnitatibus ¶ quare numerus ¶. i. ex qua cā numerus erit quoddā ¶ comprehensum ¶. i. congregatum ex pluribus vnitatibus, quaſi dicat non erit hoc assignare.

Insuper ſi vnitates diuersæ sunt, oportebat eos p̄ inde dicere, atq; ii dicunt qui elementa quatuor aut duo asserunt esse. Nam horum nō elementum esse dic̄, quisq; ipsum cōmune, veluti corpus, ſed ignem ac terram, siue sit ipsum cōmune corpus, siue non. Nunc autē perinde dicit̄ ac ſi vnum ipsum ſimiliū esset partium, vt ignis vel aqua. Quod ſi ita sit, numeri substantiæ sane non erunt. At patet ſi est quid vnum ipsum, atque ideſt principium, multipliciter vnum dicit, ſecus enim est impossibile,

C

Tex.6.41 Parte.7.

Amplius autē cum dictis ſi sint differentes vnitates, oportebit ita dicere, quemadmodum & quicūq; elemēta quatuor aut duo dicunt. Etenim horū quilibet nō cōe dicit elementū, vt corpus, ſed ignem & terrā: siue sit corpus cōe ipsum, siue non. Nunc autem dicimus q̄ vno existente quemadmodum igne aut aqua ſimiliū partiū. Si vero ſic, nō erunt substātię numeri. Sed palā, quia ſi cōe est aliquod vnum ipsum, & hoc est principium, quare multipliciter dicitur ipsum vnum, aliter est impossibile.

D

Hic ponit sextam rationem quæ talis est. Si numeri sunt species & substātiæ rerum, oportet sicut præmissum est, dicere vel q̄ vnitates sint differentes aut cōuenientes. Si autē differentes, ſequit̄ q̄ vnitas inquantū vnitas nō sit principiū. Quod patet per ſimilitudinē sumptā à naturaliū positione. Naturales.n. aliq posuerunt q̄tuor corpora esse principia. Quātuis autem cōe sit ipſis hoc quod est esse corpus, non tamen ponebant corpus cōe esse principiū, ſed magis ignem, terrā, aquam & aerē, quæ sunt corpora differentia. Vnde ſi vnitates sint differētes, quāuis omnes cōueniāt in rōne vnitatis, non tū erit dicendum q̄ ipsa vnitas inquantum hmōi sit principium, quod est cōtra positionē Platonicorū. Nā nunc ab eis dicit̄ q̄ vnum sit principium, sicut

E

vndecima de naturalibus dicit̄. q̄ ignis aut aqua aut aliq̄d corpus ſimilium partiū principiū sit. Sed ſi hoc est verum quod cōclusum est cōtra positionem Platonicorum. ſ. q̄ vnum inquātum vnum nō sit principiū & substantia rerum, ſequeret̄ q̄ numeri non sint rerū substātia. Numerus enim non pōnit̄ esse rerum substātia, niſi inquantū constituitur ex vnitatibus, quæ dicuntur esse rerum substantiæ. Quod iterū est contra positionē Platonicorū, quam nunc prosequit̄, qua. ſ. ponitur q̄ numeri sint species. Si autē dicas q̄ oēs vnitates sunt indifferētes, ſequitur ¶ q̄ omne ¶ ideſt vniuersum totum sit aliquid vnū & idē, ex quo substantia rei cuiusliber est ipſm vnum quod est cōe indifferens. Et vlterius ſequit̄ q̄ idem illud sit unum principium omniū, quod est impossibile ratione ipſius rōnis quę de se est inopinābilis, vt. ſ. sint omnia vnum ſm rōnem substantiæ, tum quia includit cōtradictionē ex eo q̄ ponit vnam esse substantiā rerum, & tñ ponit illud vnū esse principiū. Nam vnū & idē nō est sui ipſius principiū, niſi forte dicat̄ q̄ vnum multipliciter dicit̄, vt distincto vno ponantur omnia esse vnum genere, & non specie vel numero.

F

In principia autē substantias volentes redigere: Longitudines quidē ex breui ac longo, paruo, magnoq; ponimus: & planū ex lato atq; angusto; Corpus autem ex profundo ac humili.

Volentes autē substantias ad principia reducere: Longitudines quidē enim ponimus ex producto & breui, & ex aliquo paruo & magno: & planū ex lato & arto: corpus vero ex profundo & humili.

parte.7. Tex.60.42

Hic disputat cōtra positionē Platonis quantum ad hoc q̄ posuit de magnitudinibus mathematicis. Et primo ponit eius positionē. Secūo obijcit contra ipſam, ibi ¶ Attamē qūo habebit &c. ¶ Dicit ergo primo q̄ Platonici volentes rerum substātias reducere ad prima principia, cum ipſas magnitudines dicerent esse substātias rerum sensibilium, lineā, superficiē & corpus: istoq; principia assignantes, putabāt se rerum principia inuenisse. Assignando autē magnitudinum principia, dicebant ¶ longitudines ¶. i. lineas componi ex pducto, & breui: eo q̄ principia rerum omnium ponebāt esse cōtraria. Et quia lineę est prima inter quantitates cōtinuas, ei per prius attribuebāt magnum & paruū, vt per hoc q̄ hæc duo sunt principia lineæ, sint etiam principia aliarum magnitudinū. Dicit autē ¶ Ex alio paruo & magno ¶ ga paruū & magnū etiā in ſpēbus ponebant̄, vt dictū est, ſed ſcdm q̄ per situm determinat̄ & quodāmodo particulari ad genus magnitudinū, constituūt primo lineā, & deinde alias magnitudines ¶ Planum autē ¶. i. ſuperficiem eadem ratione dicebāt componi ex lato & arto, & corpus ex profundo & humili.

part.ſeqn.

G

Attamen quonā modo planū habebit lineā, aut ſolidum lineam atq; planū. Aliud est enim genus latum atq; angustum, & pfundum ac humile. Vt igitur neq; numerus est in ipſis, quia multum ac paucum ab his est diuersum, ſic patet nec aliud quicquā inferis superorum ineſſe. At vero neq; latum ipſum genus est ipſius profundi: esset enim corpus ipſum quid planum.

H

parte.9.

Attamen qūo habebit aut planum lineā, aut ſoli, dum, lineā & planum? Aliud enī est genus & latū & artum & profundum & humile. Quemadmodum ergo nec numerus est in eis, quia multū & paucum ab his alterum, palā quia nec aliud nihil superiorū inerit inferioribus. At vero nec genus profundi latum. Erit enim planum aliquod corpus.

Hic obijcit cōtra prędictam positionem duabus rōnibus, quarum prima talis est. Quoꝝ principia sunt diuersa,

ipſa

Universidad de Deusto
Biblioteca

I ipſa etiã ſunt diuerſa: ſed principia dictarũ magnitudinũ ſm p̃dictã poſitionẽ ſunt diuerſa. Latũ.n.& artum q̃ ponunt principia ſuperficiei ſunt alterius generis, q̃m ꝓfundũ & humile quę ponunt principia corporis. Et ſimiliter poteſt dici de longo & breui q̃ differunt ab vtroq; ergo etiam linea & ſuperficies & corpus erunt adinuicẽ diſtincta. Q̃o ergo poterat dici q̃ ſuperficies haberet in ſe lineã, & q̃ corpus habeat lineã & ſuperficiẽ? Et ad huius rationis confirmationẽ inducit ſimile de numero. Multum enim & paucum quę ſimili rõne ponunt principia rerum, ſunt alterius generis à longo & breui, lato & ſtricto, & profundo & humili. Et ideo numerus nõ cõtinet in his magnitudinibus, ſed eſt ſeparatus per ſe. Vnde & eadẽ rõne nec ſuperius inter p̃dicta erit etiã in inferioribus, ſicut linea non in ſuperficie, nec ſuperficies in corpore. Sed quia poſſet dici q̃ q̃dã prædictorũ contrariorũ ſunt genera aliorum, ſicut q̃ longũ eſſet lati genus, & latũ genus profundi. Hoc remouet tali rõne. Sicut ſe habent principalia adinuicẽ, & principiata. Si igitur latũ eſt genus profundi, & ſuperficies erit genus corporis. Et ita corpus erit aliquod planum, ideſt aliqua ſpecies ſuperficiei, quod patet eſſe falſum.

K Præterea ex quonã inerunt puncta. Atq; huic generi Plato aduerſabatur, eſſeq; gæometriæ opinionem dicebat, ſed principium lineæ vocabat, idq; lineas indiuiduas perſæpe ponebat, & tamen harum finem, quendam eſſe neceſſe eſt: quare ex ea ratione qua linea eſt, & punctum etiam eſt.

Tex.cõ.43 parte. 10. Amplius puncta exquo exiſtunt, huic quidem generi & Plato oppugnabat tanquã exiſtente gæometrico dogmate, ſed lineæ principium vocabat. Hic autem multoties indiuiſibiles lineas poſuit, quãuis neceſſe eſt aliquid horum eſſe. Quare ex qua ratione linea eſt, & punctum eſt.

L Hic ponit ſecundã rõnem quæ ſumit̃ ex punctis, circa quã Plato videtur dupliciter deliquiſſe. Primo quidẽ quia cum punctus ſit terminus lineæ ſicut linea ſuperficiei, & ſuperficies corporis, ſicut poſuit aliqua principia ex qbus cõponunt prædicta, ita debuit aliquid ponere ex quo exiſterent puncta, quod videt̃ prætermiſiſſe. Secũdo quia circa puncta videbat̃ diuerſimode ſentire. Q̃nq; enim cõtendebat totam doctrinã gæometricã de hoc genere exiſtere ſ. de punctis, inquantũ ſ. puncta ponebat principia & ſubſtantiã omnium magnitudinum. Et hoc non ſolum implicite, ſed etiã explicite punctum vocabat principiũ lineæ, ſic ipſum diffiniens. Multoties vero dicebat q̃ lineæ indiuiſibiles eſſent principia linearum, & aliarum magnitudinum, & hoc genus eſſe de quo ſit gæometria. ſ. lineæ indiuiſibiles. Et tñ per hoc q̃ ponit ex lineis indiuiſibilibus cõponi oẽs magnitudines, nõ euadit q̃n magnitudines cõponant̃ ex p̃ctis, & q̃n puncta ſint principia magnitudinũ.

M Linearũ.n. indiuiſibiliũ neceſſariũ eſſe aliquos terminos, q̃ nõ p̃ct̃ eſſe niſi puncta. Vnde ex qua rõne ponit̃ linea indiuiſibilis principiũ magnitudinũ, ex eadẽ rõne & p̃ctum principiũ magnitudinis ponitur. Lectio.xvij.

Omnino autẽ philoſophia quærente manifeſtarum cãm rerũ, hanc quidem omiſimus. Nihil enim de cauſa dicimus vnde eſt mutationis principium. Subſtantiã autẽ ipſarum dicere putantes, alias quidem ſubſtantias eſſe dicimus. Quomodo autem harum illæ ſunt cauſę dicere vane videmur. Eſſe enim participes, vt antea diximus, nihil eſſe videtur: neq; id etiam, quod circa ſcientias cauſam eſſe videmus, ꝓpter quod & omnis mens & omnis natura facit: & quod vnum principioq; dicimus eſſe, ideæ, formęq; tangunt, ſed mathematicæ ſcientiæ hiſce qui hac tẽpeſtate ſunt philoſophi fuerunt: q̃q̃ inquiunt aliorum gratia ipſarum ſtudio vacare oportere.

N Tex.2.44. part. prin. OMnino autem ſapientia de manifeſtis cauſam inquirente, hoc quidẽ prętermiſimus. Nihil enim de cauſa dicimus vnde principium eſt trãſmutationis. Horũ autẽ ſubſtantiã dicere putantes ipſorum, alias quidẽ ſubſtãtias dicimus eſſe. Quomodo vero illæ ſubſtantiæ horum vane dicimus. Nam & participare, ſicut prius diximus, nihil eſt. Nec quã in ſcientiis videmus exiſtens cauſa, propter quã omnis intellectus & omnis natura facit, nec hanc cãm quã modo dicimus eſſe vnum principiorum, nihil tangunt ſpecies. Sed facta eſt mathematica prælentibus philoſophia dicentium aliorum gratia ea oportere tractari.

O HIC improbat poſitionẽ Platonis quantum ad hoc q̃ ponebat de rerum principijs. Et primo quãtum ad hoc q̃ ponebat principia eſſendi. Secõ quãtum ad hoc q̃ ponebat principia cognoſcẽdi, ibi: ¶ Quomodo autem aliquis &c. ┼ Circa primum ponit ſex rõnes, quarũ prima ſumit̃ ex hoc q̃ genera cauſarum p̃termittebat. Vnde dicit q̃ ¶ omnino ſapiẽtia ┼. ſ. philoſophia habet inquirere cauſas ¶ de manifeſtis ┼. i. de his quæ ſenſui apparent. Ex hoc enim homines inceperũt philoſophari q̃ cauſas inquiſiuerunt, vt in procemio dictum eſt. Platonici autẽ quibus ſe cõnumerat, rerum principia p̃termiſerunt, quia nihil dixerunt de cauſa efficiente q̃ eſt principium tranſmutationis. Cãm vero formalẽ putauerunt ſe aſsignare ponẽtes ideas. Sed dum ipſi putauerunt ſe dicere ſubſtantiã eorũ. ſ. ſenſibilium, dixerũt quaſdã eſſe alias ſubſtãtias ſeparatas ab iſtis ſenſibilibus. Et hoc q̃ de participatione dicebãt, nihil eſt ſicut ex ſupradictis patet. Itẽ ſpecies quas ipſi ponebãt nõ tangunt cauſam finalem, quod tñ videmus in aliquibus ſcientijs quæ demonſtrant per cauſam finalẽ, & propter quã cãm omne agens per intellectum & agens per naturã operatur, vt.n. phyſicorum oſtenſum eſt. Et ſicut ponẽdo ſpecies non tangunt cãm q̃ dicit̃ finis, ita nec cãm quæ dicit̃ principium. ſ. efficientem quæ fini quaſi opponit̃. Sed Platonicis prætermittẽtibus hmõi cauſis facta ſunt naturalia, ac ſi eſſent mathematica ſine motu, dum principiũ & finẽ motus prætermittebant. Vnde & dicebant q̃ mathematica debẽt tractari nõ ſolũ ꝓpter ſeipſa, ſed aliorũ gratia, id eſt naturalium, inquãtum paſsiones mathematicorum ſenſibilibus attribuebant.

P Præterea ſubſtãtiam ipſam ſubiectam vt materiã mathematicam quiſpiam magis exiſtimabit: & prædicari magis ſubſtantiæq; atq; materiæ differentiã, q̃ materiam eſſe: magnum inquã ipſum ac paruum, quemadmodum & naturales rarum dicunt & denſum, primas hæc afferentes ſubiecti differentias eſſe. Hæc enim exceſſus quidam ſunt & defectus.

Q Amplius autẽ ſubſtantiã ſubiectã vt materiã, magis mathematicã aliquis ſuſcipiet, & magis prædicari & differentiã eſſe ſubſtãtiæ & materiei, vt magnũ & paruũ: ſicut phyſiologi aiunt rarũ & ſpiſſum primas ſubiecti dicentes eſſe differentias has. Hæc autẽ ſuperabundantiæ ſunt quædam & defectio. Tex.cõ.46 Parte.2. Parte.3.

Hic ponit ſeãm rationẽ, quæ talis eſt. Illud quod ponit̃ tanquã rei materia magis eſt ſubſtantia rei & prædicabile de re q̃m illud quod eſt ſeparatũ à re, ſed ſpecies eſt ſeparata à rebus ſenſibilibus, ergo ſm Platonicorũ opinionem magis

A magis aliquis ſuſcipiet ſubſtantiã ſubiectã, vt materiã eſſe ſubſtantiã mathematicorum q̃m ſpẽm ſeparatã. Magis etiã ſuſcipiet eam p̃dicari de re ſenſibili q̃m ſpeciẽ prædictam. Platonici enim ponebant magnũ & paruum eſſe differentiam ſubſtantiæ & materiei. Hæc enim duo principia ponebant ex parte materiæ ſicut naturales ponẽtes rarum & denſum eſſe primas differẽtias ¶ ſubiecti ┼. i. materię, per quas. ſ. materia tranſmutabãt, dicentes eas quodãmodo. ſ. magnũ & paruũ. Quod ex hoc patet quia rarũ & denſum ſunt quędã ſuperabundantia & defectio. Spiſſum.n. eſt qđ habet multũ de materia ſub eiſdẽ dimenſionibus. Rarũ qđ parũ. Et tñ Platonici ſubſtantiã rerum ſenſibilium magis dicebant ſpecies q̃m mathematica, & magis prædicari.

De motu vero qđ putare oportet? Si motus hæc ſunt ferme mouebuntur vt patet. Sin vero nõ ſunt, vnde motus acceſsit? Tota nanq; cõſideratio de natura ſublata eſt. B Parte. 3.

Et de motu, Si quidem hæc erit motus, palam qa mouentur ſpecies: ſin autem, vnde venit? Tota nanq; de natura aufertur perſcrutatio. Tex.cõ.46.

Hic ponit tertiam rõnem quæ talis eſt. Si ea quę ſunt in ſenſibilibus cauſanẽ à ſpecibus ſeparatis, neceſſarium eſt dicere q̃ ſit in ſpecibus idea motus, aut non. Si eſt ibi aliqua ſpecies & idea motus, etiam conſtat q̃ non poteſt eſſe motus ſine eo quod mouet̃, neceſſe erit q̃ ſpecies moueantur, quod eſt cõtra Platonicorũ opinionem qui ponebant ſpecies immobiles. Si autẽ non ſit idea motus. Ea autem quæ ſunt in ſenſibilibus cauſantur ab ideis, non erit aſsignare cauſam vnde motus veniat ad iſta ſenſibilia. Et ſic aufertur tota perſcrutatio ſcientiæ naturalis, quæ inquirit de rebus mobilibus.

C Id præterea nõ fit, quod facile eſſe videtur, vnum inquam eſſe omnia demõſtrare. Non enim ipſa deſignatione vnum omnia fiunt, ſed ipſum quid vnum ſi quiſpiam omnia præſtet, & neque etiam hoc, niſi ipſum vniuerſale genus dederit eſſe, hoc autẽ quibuſdam accommodari non poteſt. Parte.4.

Et quod vr facile eſſe monſtrare, q̃ vnũ oia non ſint. Expoſitione.n. oia vnũ fiunt. Sed id aliqd vnũ ſi quis dicat oia, & nec hoc ſi non dat genus vniuerſale eſſe. Hoc autem in quibuſdam impoſsibile.

Hic ponit quartã rõnem, quæ talis eſt. Si vnũ eſſet ſubſtantia rerum oĩum ſicut Platonici poſuerũt, oporteret dicere q̃ omnia ſint vnum, ſicut & naturales qui ponebant ſubſtantiã omnium eſſe aquã, & ſic de elementis alijs. Sed facile eſt monſtrare q̃ omnia non ſunt vnum, ergo poſitio quæ ponit ſubſtantiã omnium eſſe vnum, eſt improbabilis. D Si autẽ aliquis dicat q̃ ex poſitione Platonis nõ ſequitur q̃ omnia ſint vnum ſimpliciter, ſed aliquod vnũ, ſicut dicimus aliqua eſſe vnum ſm genus, uel ſm ſpeciem, ſi qs velit dicere ſic omnia eſſe vnum, nec hoc etiam poterit ſuſtinere, niſi hoc quod dico vnum ſit genus, vel vniuerſale oĩum. Per hunc enim modum poſſemus dicere omnia eſſe vnum ſpecialiter, ſicut dicimus hominem & aſinum eſſe animal ſubſtantialiter. Hoc autẽ quibuſdã videt̃ impoſsibile. ſ. q̃ ſit vnum genus omnium, quia oporteret, q̃ differẽtia diuiſiua huius generis nõ eſſet vna, vt in tertio dicet̃, ergo nullo mõ põt poni q̃ ſubſtãtia rerũ oĩum ſit vnum.

At vero neq; rationem vllam habent longitudines plana ac ſolida, quæ ſunt poſt numeros, quonã pacto ſunt aut erunt, neq; vim vllam habent. Hæc enim neq; formæ eſſe poſſunt, quippe cum non ſint numeri: neq; media, illa enĩ ſunt mathematica: neq; ea quę corrumpuntur. Sed rurſus quartũ hoc aliud genus emerget,

E Nullã nãq; rõnẽ habẽt, nec q̃ ſunt poſt numeros lõgitudines, latitudines, ſolida: nec quę mõ ſunt aut futura ſunt, nec ſi aliquã hñt poteſtatẽ. Hæc.n. nec ſpẽs poſsibile eſſe, nõ.n. ſunt nũeri. Nec iter media, ſunt enim illæ mathematica. Nec corruptibilia. Sed rurſum quartum videtur hoc aliquod genus. Parte.5.

Hic ponit quintam rõnem, quæ talis eſt. Plato ponebat poſt numeros, lõgitudines & latitudines & ſoliditates eſſe ſubſtantias rerũ ſenſibilium, ex quibus. ſ. corpora componerenẽ. Hoc autẽ ſm Platonis poſitionẽ nullam rationẽ habere videt̃, quare debeant poni nec in præſenti nec in futuro. Nec etiam videtur habere aliquã poteſtatem ad hoc q̃ ſint ſenſibiliũ cauſæ. Per ¶ præſentia ┼ enim hic oportet intelligi immobilia, quia ſemper eodem modo ſe habent. Per ¶ futura ┼ autẽ corruptibilia & generabilia quæ eſſe habent poſt non eſſe. Quod ſic patet. Plato enim ponebat tria genera rerũ. ſ. ſenſibilia & ſpectes & mathematica quę media ſunt. Huiuſmodi aũt lineæ & ſuperficies ex quibus cõponuntur corpora ſenſibilia non eſt poſsibile eſſe ſpẽs, quia ſpecies ſunt numeri eſſentialiter. Hmõi autẽ ſunt poſt numeros. Nec iterum poteſt dici q̃ ſunt intermedia inter ſpecies & ſenſibilia. Hmõi enim ſunt entia mathematica, & à ſenſibilibus ſeparata, quod non poteſt dici de illis lineis & ſuperficiebus ex quibus corpora ſenſibilia componuntur. Nec iterum poſſunt eſſe ſenſibilia. Nam ſenſibilia ſunt corruptibilia, hmõi autẽ incorruptibilia ſunt, vt infra ꝓbabit̃ in tertio. Ergo vel iſta nihil ſunt vel ſunt quartum aliquod genus entium, quod Plato prætermiſit. F

Omnino autem fieri non poteſt, vt elemẽta eorũ quæ ſunt quiſq; inueniat quęrendo, ſi non ipſa cum multipliciter dicant̃ diſtinxerit: ꝑſertim ſi hoc mõ quærat, ex quibus nam ſint elemẽtis. Fieri enim nõ poteſt, vt ea ex quibus actio conſtat, aut paſsio, aut curuum, aut rectũ accipiantur, ſed ſubſtantiarum tãtummodo ſumi poſſunt. Quare rerũ oĩum elemẽta q̃rere, aut hãre putare, ſupuacaneũ eſt, & nõ verum, G

Et omnino exiſtentium quærere elementa, nõ di parte.6. uidentẽ multipliciter dicta, ĩuenire impoſsibile eſt. Et aliter ſm hunc modũ quærentes ex quibus ſunt elementis. Ex quibus eĩ facere aut pati, aut ipm rectũ non eſt accipere. Sed ſiquidem ſubſtantiarũ ſolũ eſſe contingit, tunc quidẽ exiſtentiũ omniũ elementa quærere aut putare habere non eſt verum. Te.cõ.47.

Hic ponit ſextam rõnem quæ talis eſt. Impoſsibile eſt inuenire principia alicuius multipliciter dicti, niſi multiplicitas diuidat̃. Ea enim quę ſolo nomine cõuenientia ſunt & differunt rõne, non poſſunt habere principia cõmunia, quia ſic haberẽt rõnem eandẽ, cum rei cuiuſcunq; ratio ex ſuis principijs ſumat̃. Diſtincta autẽ principia his quibus ſolũ nomen cõe eſt, aſsignari impoſsibile eſt, niſi his quorum principia ſunt aſsignanda adinuicem diuerſis. Cum igitur ens multipliciter dicat̃ & nõ vniuoce de ſubſtantia & aliis generibus, incõuenienter aſsignat Plato principia exiſtentiũ, non diuidendo abinuicẽ entia. Sed quia aliquis poſſet aliquibus rõne differentibus, quibus nomen cõe eſt principia aſsignare, ſingulis ꝓpria principia coaptando, ſine hoc q̃ nominis cõis multiplicitatẽ diſtingueret, hoc etiã Platonici non fecerunt. Vnde ¶ & aliter ┼. i. alia rõne incõuenienter rerũ principia aſsignauerunt quærẽtes ex qbus elementis ſunt entia, ſm hunc modũ quo quæſierunt, vt. ſ. non oĩbus entibus ſufficientia principia aſsignarent. Nõ enim ex eorũ dictis eſt accipere ex quibus principijs eſt agere, aut pati, aut curuũ, aut rectũ, aut alia hmõi acciden- H tia. Aſsignabãt enim ſolũ principia ſubſtantiarũ, accidẽtia

Universidad de Deusto
Biblioteca

præter mittentes. Sed si aliquis defendendo Platonē dicere vellet, q̄ tunc contingit oīum entium elemēta esse acquisita aut inuenta, q̄n contingit solatum substantiarū principia habita esse vel inuenta, hoc opinari non est verū. Nam licet principia substantiarū etiam quodāmodo sint principia accidentium tm̄ accidentia, ppria principia habēt. Nec sunt omnibus modis omnium generum eadem principia, vt ostendetur infra. xj. vel. xij. huius.

Quonam etiā pacto quispiam elemēta omnium discet? Patet enim antecedere nō posse cognitionē. Nam vt is qui geometriam discit, alia quidem ante cognoscere potest, nihil autē eorum quorū est scientia, & quæ sunt sibi discenda prius cognoscit: sic & in aliis fieri solet. Quare si omniū aliqua scientia est, qualem inquiunt quidam, nihil is antea sine cognoscit. Omnis tamen disciplina per antea nota, aut omnia aut aliqua fit: & aut per demonstrationē, aut per diffinitiones efficitur. Ea enim ex quibus diffinitio constat, antea cognoscantur & sint nota oportet: similiter & ea quæ fit per inductionem.

Quomodo autē aliquis discet omnium elemēta? Palam enim quia nō est possibile præexistere cognoscentē prius. Sicut enim geometrizare discentem, alia quidē oportet præscire, quorum autē scientia, & de quibus futuris est discere, non præscit: ita & in aliis. Quare si qua est omnium scientia, & de quibus oportet, vt quidam aiunt, nihil vtiq; hic præexistit cognoscēs. Quamuis sit omnis disciplina per præcognita, aut omnia, aut quædā: aut per demonstrationem, aut per diffinitiones. Oportet enim ex quibus est diffinitio præscire & esse nota. Similiter autem & quæ per inductionem.

Ostendit quatuor rōnib' Platonem errasse circa principia cognoscendi.

Disputat cōtra Platonē quantū ad hoc q̄ ponebat ideas esse principia scientiæ in nobis. Et ponit quatuor rationes, quarum prima est. Si ex ipsis ideis scientia in nobis causat̄, non cōtinget addiscere rerū principia. Constat autē quod addiscimus. Ergo ex ipsis ideis scientia non causatur in nobis. Quod autē non cōtingeret aliquid addiscere sic, ꝓbat. Nullus enim p̄cognoscit illud quod addiscere debet, sicut geometra, & si p̄cognoscat alia quę sunt necessaria ad demonstrandū, tm̄ ea quæ debet addiscere non debet præcognoscere. Et similiter est in aliis scientijs. Sed si ideæ sunt causa scientię in nobis, oportet q̄ oīum scientiam habeant, quia ideæ sunt rōnes oīum scibilium, ergo non possumus aliquid addiscere nisi aliquis dicatur addiscere illud quod prius p̄cognouit. Vnde si ponē q̄ aliquis addiscat, oportet q̄ non præexistat cognoscēs illa quæ addiscit, sed quędam alia cum quibus fiat disciplinatus. t. addiscens per p̄cognita ⁊ omnia ꝫ. i. vniuersalia ⁊ aut quędā ꝫ. i. singularia. Vniuersalia quidē sicut in his q̄ addiscunt per demonstrationē & diffinitionē. Nā oportet sicut in demōstrationibus ita in diffinitionibus esse p̄cognita ex quibus diffinitiones fiunt, q̄ sunt vniuersalia. Singularia vero oportet esse p̄cognita in his quæ discuntur per inductionem.

Atqui si est infra nobis, mirabile est ꝓfecto quo pacto nos latet potissimam scientiarum habere.

Sed si est existens connaturalis, mirum qūo obliuiscimur habentes potissimam scientiarum.

Hic ponit secundā rōnem quæ talis est. Si ideæ sunt causa scientiæ, oportet nostrā scientiā esse nobis cōnaturalem. Sensibilia enim per hæc naturā propriā adipiscūtur, quia ideas participant ſm Platonicos. Sed potissima disciplina siue cognitio est illa quæ est nobis cōnaturalis, nec eius possumus obliuisci. sicut patet in cognitione primorum principioꝝ demōstrationis, quæ nullus ignorat, ergo nullo modo possumus oīum scientiā ab ideis in nobis causatam obliuisci. Quod est cōtra Platonicos, qui dicebant q̄ aīa ex vnione ad corpus obliuiscit scientiæ quā naturaliter de oībus habet, & postea per disciplinā addiscit hō illud q̄ est prius notum, quasi addiscere nihil sit nisi reminisci.

Præterea quonam pacto quispiam cognoscet ex quibus sunt omnia? & quonam modo patebit? Hoc enim habet dubitationem. Dubitauerit enim quispiam, perinde atq; circa etiam syllabas quasdā. Nam quidam xa syllabam ex c. & s. & a. constare dicunt, quidam alterum sonum ipsius proprium inquiunt esse, & nullum eorum qui non sunt.

Amplius autem qūo aliquis cognoscit ex quibus est, & quomodo est manifestum? Etenim hoc habet dubitationē. Ambiget enim aliquis quēadmodum & circa quasdam syllabas. Hi nanq; syma ex. s. y. m. & a. dicunt esse: alii vero quendam sonum alium dicunt esse & cognitorum nullum.

Hic ponit tertiā rōnem quæ talis est. Ad rerum cognitionē requiritur q̄ homo non solū cognoscat formas rerū, sed etiā principia materialia ex quibus cōponit. Quod ex hoc patet quia de his interdum cōtingit esse dubitationē, sicut de hac syllaba syma, quidā dubitant vtrū sit cōposita ex quatuor literis, s. s. y. m. a. aut sit vna litera præter omnes prædictas habens proprium sonum. Sed ex ideis non possunt cognosci nisi principia formalia; quia ideę sunt formæ rerum, ergo non sunt sufficientes causæ cognitionis rerum, principijs materialibus remanentibus ignotis.

Præterea quonā modo quispiā sensum nō habēs, ea quorum est sensus cognoscet. Oportebat tamē si omnium ea sunt elementa, ex quibus perinde atque compositæ voces ex elementis propriis constat.

Amplius autē & quoꝝ est sensus hæc qūo aliquis non habēs sensum cognoscet: quamuis oporteat, si omnium sunt elementa, ex quibus quemadmodum compositæ sunt voces ex elementis propriis.

Hic ponit quartam rationem quæ talis est. Ad cognitionē rerum oportet de sensibilibus notitiā habere, quia sensibilia sunt manifesta elemēta materialia oīum rerum, ex quibus cōponuntur, sicut voces compositæ vt syllabe & dictiones cōponuntur ex proprijs elementis. Si igitur per ideas scientia in nobis causat̄, oportet q̄ per ideas causetur in nobis cognitio sensibilium. Cognitio autē in nobis causata ex ideis sine sensu est accepta, quia per sensum non habemus habitudinem ad ideas. In cognoscēdo ergo sequitur q̄ aliquis nō habens sensum posit cognoscere sensibilia, quod patet esse falsum. Nam cæcus natus nō potest habere scientiam de coloribus.

Ex his igitur quæ prius sunt dicta, patet eas vniuersos videri causas quærere, quāuis obscure, quas in naturalibus diximus: nullamq; nos aliam præter illas dicere posse: atq; prius partim omnes, partim nullo modo dictas fuisse. Prima nāq; philosophia, vt noua quædā primoq; orta balbutiens de oībus esse videt. Nā & Empedoc. os ratione constare dicit, hoc autē est quidditas rei substantiaue. Atqui similiter & carnis cæterorūq; cuiusq; rōnem, vel nullius esse oporter. Ob hoc enim & caro, & os, & vnū quodq; cæteroꝝ est: & non ob materiā, quā ille terram, ignem, aerē, atq; aquā esse dicit. Verū hęc ille si alius diceret, necessario concessisset, dilucide vero non dixit.

non dixit. Sed de his quidem & prius est declaratū. Nunc autē redeamus, ea rursus allaturi, quæ de eisdem quispiā dubitauit. Ex ipsis enim facultatem ad posteriores dubitationes forsitan consequemur.

Quoniam ergo dictas causas in physicis quęrere visi sunt oēs, & extra has nullā habemus dicere, palā ex prius dictis. Sed obscure hęc & modo quodā oēs prius dictæ sunt, mō vero quodā nullatenus. Balbutiēs vero visa prima philosophia de oibus, velut noua existēs circa principiū & primū. Quoniam & Empedoc. osi dicit inesse rationes. Hoc autē est q̄d quid erat esse & substātia rei. At vero similr necessariū & carnis & aliorꝝ singulorū esse rōnem, aut nihil. Propter hoc em̄ & caro & os est & aliorꝝ vnumquodq;, & non ꝓpter materiā quam ille dicit ignē, & terrā, & aerē, & aquā. Sed hoc alio dicente quidē similiter dixit ex necessitate, manifeste vero nō dixit. De talibus quidem igitur prius est ostensum. Quæcunq; vero de ipsis his dubitabit aliquis, resumamus iterum. Nam forsan ex ipsis aliquid inuestigabimus ad posteriores dubitationes.

Hic colligit ea quę ab antiquis de principijs dicta sunt? dicens q̄ ex prius dictis est manifestū, q̄ antiq philosophi conati sunt quærere cās à nobis in libro physicoꝝ determinatas, & q̄ per dicta eoꝝ nō habemus aliquā cām extra causas ibi declaratas. Has autē causas obscure dixerunt, & quodāmodo oēs ab eis sunt tactæ, quodāmodo vero nullam earū tetigerunt. Sicut. n. pueri de nouo loqui incipientes imperfecte & balbutiendo loquuntur, ita philosophia prioꝝ philosophoꝝ noua existens, visa est balbutiēdo & imperfecte de oībus loqui circa principia. Quod in hoc patet, q̄ Empedoc. primo dixit q̄ ossa habent quandā rōnem. i. cōmixtionem proportionis, quæ quidē ratio est q̄ quid est & substātia rei. Sed similiter necessariū est de carne & de singulis aliorꝝ, aut de nullo. Omnia. n. ista ex elemētis cōmixta sunt. Et propter hoc patet q̄ caro & os & omnia hmōi non sunt id quod sunt, ꝓpter materiā quę ab eo ponit quatuor elementa, sed ꝓpter hoc principiū. s. formale. Hoc autē Empedo. quasi ex necessitate veritatis coactus posuit aliquo alio expressius ista dicēte, sed ipse manifeste nō expressit. Et sicut expresse nō manifestauerūt naturā formæ, ita nec materiæ, vt supra de Anaxagora dictū est. Et simili nec alicuius alterius principij. De talibus ergo q̄ab aliis imperfecte dicta sunt, dictum est prius. Iterū autem in tertio libro recapitulabimus de istis quęcūq; circa hoc potest aliquis dubitare ad vnā partē vel ad aliam. Ex talibus. n. dubitationibus forsitan inuestigabimus aliquid vtile ad dubitationes, quas posterius per totā scientiā prosequi & determinare oportet. Lectio. j.

ARISTOTELIS STRAGYritæ Tex. libri secundi Metaphysicæ.

Contemplatio veritatis, partim difficilis, partim facilis est.

DE veritate quidē theoria, id est cōtemplatio sic difficilis est, sic vero facilis.

POSTQVAM Philosophus reprobauit opiniones antiquorū philosophorū de primis principijs rerum, circa quæ versatur principaliter Philosophi prima intentio, hic accēdit ad determinandū veritatem. Aliter autē se habet consideratio philosophiæ primæ circa veritatē, & aliarū particularium scientiarū. Nam vnaquæq; particularis scientia cōsiderat quandā particularē veritatē circa determinatum genus entium, vt geometria circa rerū magnitudines, Arithmetica circa numeros. Sed philosophia prima considerat vniuersalē veritatē entium. Et ideo ad hunc philosophum pertinet cōsiderare, qūo se habeat homo ad veritatem cognoscendā. Diuiditur ergo ista pars in partes duas. In prima parte determinat ea quæ pertinent ad cōsiderationem vniuersalis veritatis. In secunda incipit inquirere veritatē de primis principijs & omnibus alijs, ad quæ extenditur huius philosophiæ consideratio, & hoc in tertio libro qui incipit ⁊ Necesse est nobis acquisitā scientiā &c. ꝫ Prima autē pars diuiditur in partes tres. In prima dicit qualiter se habet homo ad cōsiderationē veritatis. In secunda ostēdit ad quā scientiā principaliter pertineat cognitio veritatis, ibi: ⁊ Vocari vero philosophiā veritatis &c. ꝫ In tertia parte ostendit modum cōsiderandæ veritatis, ibi: ⁊ Cōtingunt autem auditiones &c. ꝫ Circa primum tria facit. Primo ostendit facilitatē existentem in cognitione veritatis. Secūdo ostendit causam difficultatis. ibi: ⁊ Forsan autem ex difficultate &c. ꝫ Tertio ostendit quomodo homines se inuicem iuuant ad cognoscendum veritatē, ibi: ⁊ non solum autem his dicere &c. ꝫ Circa primum duo facit. Primo ꝓponit intentum dicens q̄ ⁊ theoria ꝫ. i. cōsideratio vel speculatio de veritate quodāmodo est facilis, & quodammodo difficilis. Secundo ibi.

Indicium autem est, neq; digne quēquam ipsam consequi posse, neq; vniuersos etiam aberrare: sed quēq; de natura aliquid dicere.

Signum autem, nec digne nullus adipisci ipsam posse, nec omnes fallere: sed vnumquenque aliquid de natura dicere.

Manifestat ꝓpositum, & primo quantum ad facilitatē. Secundo quātum ad difficultatē. ibi: ⁊ Habere autem totum & partē &c. ꝫ Facilitatem autē in cōsiderando veritatē ostēdit tripliciter. Primo quidē hoc signo, q̄ licet nullus homo veritatis perfectā cognitionē adipisci possit, tm̄ nullus homo est ita expers veritatis, quin aliquid de veritate cognoscat. Quod ex hoc apparet, q̄ vnusquisq; potest enuntiare de veritate & natura rerum, quod est signū consideationis interioris. Secundum signum ponit ibi.

Et singulos quidem nihil, aut parum ad ipsam conferre: ex omnibus autem congestus, magnitudinem quandam emergere.

Et secundum vnumquēq; quidem nihil aut parum ei immittere, de omnibus autem coarticulatis fieri magnitudinem aliquam.

Dicens q̄ licet id quod vnus homo potest immittere vel apponere ad cognitionē veritatis suo studio & ingenio, sit aliquid paruū per comparationē ad totam cōsiderationē veritatis, tamē illud quod aggregatur ex omnibus ⁊ coarticulatis ꝫ. i. exquisitis & collectis fit aliquid magnum, vt potest apparere in singulis artibus quę per diuersorum studia & ingenia ad mirabile incrementum peruenerunt. Tertio manifestat idem per quoddā exemplum vulgaris prouerbij ibi.

Quare si ita sese habere videt, vt dicere prouerbio consueuimus, quis nam ostium nō attinget? hoc quidem pacto facilis erit.

Quare si vt habere vt prouerbialiter dicimus: In foribus quis delinquet? si quidem vtiq; erit facilis

Concludens ex p̄missis q̄ ex quo vnusquisque pōt cognoscere de veritate, licet parum, ita se habere videt in cognitione veritatis, sicut prouerbialiter dicitur. In ⁊ foribus ꝫ

Universidad de Deusto
Biblioteca

I bus ☽ .i. intanuis domoꝝ quis delinquet. Interiora eñ domus difficile eſt ſcire, & circa ea facile eſt hominẽ decipi, ſed ſicut circa ipſm introitũ domus qui omnibus patet & primo occurrit, nullus decipit, ita etiã eſt in cõſideratione veritatis. Nam ea per quę intrãt in cognitionẽ aliorum no ea ſunt omnibus, & nullus circa ea decipit. Hmõi autẽ ſunt prima principia naturalẽ nota, vt non eſſe ſimul affirmare & negare, & ꝙ omne totũ eſt maius ſua parte, & ſimilia. Circa concluſiones vero ad quas per hmõi quaſi per ianuã intrãt, cõtingit multoties errare. Sic igit cognitio veritatis eſt facilis, inquãtum. ſ. ad minus iſtud modicũ, quod eſt principium per ſe notum, per quod intratur ad veritatem, eſt omnibus per ſe notum. Deinde cum dicit.

Ad totum ac partem habere non poſſe, id difficultatem ipſius oſtendit.

parte. 5. K Habere autem totum & partem non poſſe, difficultatem eius oſtendit.

Manifeſtat difficultatẽ, dicens ꝙ hoc oſtendit difficultatẽ quæ eſt in cõſideratione veritatis, quia non poſſumus habere circa veritatẽ totum & partẽ. Ad cuius euidentiã conſiderandũ eſt ꝙ hic dixit omnibus eſſe notũ, per quod in alia introiſ. Eſt autẽ duplex via ꝓcedendi ad cognitionem veritatis. Vna quidẽ per modũ reſolutionis, ſm quã procedimus à cõpoſitis ad ſimplicia, & à toto ad partem, ſicut dicit in primo phyſicorum, ꝙ cõfuſa ſunt prius nobis nota. Et in hac via perficitur cognitio veritatis, quando peruenitur ad ſingulas partes diſtincte cognoſcendas. Alia eſt via compoſitionis per quã procedimus à ſimplicibus ad compoſita, qua perficitur cognitio ueritatis cum peruenitur ad totum. Sic igitur hoc ipſum ꝙ homo nõ poteſt in rebus perfecte totum & partem cognoſcere, oſtendit difficultatem conſiderandæ veritatis ſecundũ vtranq; viam. Deinde cum dicit.

Tex, cõ. 3.

L Fortaſſe autem cum difficultas duobus ſit modis non in rebus, ſed in nobiſipſis difficultatis eſt cauſa. Nam vt veſpertilionum oculi ſeſe habent ad lucem diei ſic & noſtræ animæ mens ad ea ſeſe habet quæ manifeſtiſima omnium ſunt natura.

parte. 6. Duplex cognoſcendi difficultas.

Forſan autem & difficultate ſecundum duos exiſtentę modos, non in rebus, ſed in nobis eſt eius cauſa. Sicut enim nycticoracum oculi ad lucem diei ſe habẽt, ſic & animæ noſtræ intellectus ad ea quę ſunt omnium naturæ manifeſtiſima.

M Oſtendit cãm præmiſſæ difficultatis, vbi ſimiliter cõſiderandum eſt, ꝙ in omnibus quæ cõſtituunt in quadã habitudine vnius ad alterũ, poteſt impedimentum dupliciter vel ex vno vel ex alio accidere, ſicut ſi lignũ non comburat, hoc contingit vel quia ignis eſt debilis, vel quia lignũ non eſt bene combuſtibile: & ſimiliter oculus impeditur à viſione alicuius viſibilis, aut quia eſt debilis, aut qa viſibile eſt tenebroſum. Sic igit poteſt cõtingere ꝙ veritas ſit difficilis ad cognoſcendũ, vel propter defectum qui eſt in ipſis rebus, vel ꝓpter defectũ qui eſt in intellectu noſtro. Et ꝙ quãtum ad aliquas res difficultas cõtingat, in cognoſcendo veritatẽ ipſarum rerum ex parte earũ patet. Cum enim vnũquodq; ſit cognoſcibile inquãtum eſt ens actu, vt infra in nono huius dicet, illa quæ habent eſſe deficiens & imperfectum, ſunt per ſeipſa parũ cognoſcibilia, vt materia, motus & tẽpus propter eſſe eoꝝ imperfectionem, vt Boethius dicit in libro de duabus naturis. Fuerũt aũt aliq philoſophi, qui poſuerunt difficultatẽ cognitionis veritatis totaliter ꝓuenire ex parte rerum, ponentes nihil eſſe firmum & ſtabile in rebus, ſed omnia eſſe in cõtinuo fluxu, vt infra in quarto huius dicet. Sed hoc excludit Philoſophus dicens, ꝙ quãuis difficultas cognoſcendæ veritatis forſan poſsit ſm aliqua diuerſa eſſe dupliciter, videlicet ex parte

Lect. 10.

N noſtra & ex parte rerum, non tñ principalis cauſa difficultatis eſt ex parte rerum, ſed ex parte noſtra. Et hoc ſic probat. Quia ſi difficultas eſſet principaliter ex parte rerũ, ſequeretur ꝙ illa magis cognoſceremus quæ ſunt magis cognoſcibilia ſm ſuam naturã. Sunt autem maxime cognoſcibilia ſm naturã ſuam, quæ ſunt maxime in actu, ſcilicet entia immaterialia & immobilia, quæ tñ ſunt maxime nobis ignota. Vnde manifeſtũ eſt ꝙ difficultas accidit in cognitione veritatis, maxime propter defectũ intellectus noſtri. Ex quo cõtingit ꝙ intellectus animæ noſtræ hoc modo ſe habet ad entia ſmaterialia, quæ inter omnia ſunt maxime manifeſta ſm ſuam naturã, ſicut ſe habent oculi nycticoracum ad lucem diei. quã videre non poſſunt, quãuis videant obſcura. Et hoc eſt propter debilitatẽ viſus eorũ.

Sed videt hæc ſimilitudo non eſſe cõueniens. Senſus, n, quia eſt potentia organi corporalis corrumpitur ex vehementia ſenſibilis, intellectus autẽ cum non ſit potentia alicuius organi corporei non corrumpitur ex excellenti intelligibili. Vnde poſt apprehenſionẽ alicuius magni intelligibilis, nõ minus intelligimus minus intelligibilia, ſed magis, vt dicitur in. iij. de anima. Dicendum eſt ergo ꝙ ſenſus impedit à cognitiõe alicuius ſenſibilis dupliciter. Vno modo per corruptionem organi ab excellenti ſenſibili. Et hoc locum non habet in intellectu. Alio modo ex defectu proportionis ipſius virtutis ſenſitiuæ ad obiectum. Potẽtiæ enim animæ non ſunt eiuſdẽ virtutis in omnibus animalibus, ſed ſicuti homini hoc in ſua ſpecie conuenit ꝙ habeat peſsimũ olfactum, ita nycticoraci ꝙ habeat debilem viſum, quia non habet proportionẽ ad claritatem diei cognoſcendam. Sic igit cum anima humana ſit vltima in ordine ſubſtantiarũ intellectuarum, minime participat de virtute intellectiua. Et ſicut ipſa quidem ſm naturam eſt actus corporis, cius autẽ intellectiua potẽtia non eſt actus organi corporalis, ita habet naturalem aptitudinẽ ad cognoſcendum corporalium & ſenſibilium veritatem, quæ ſunt minus cognoſcibilia ſm ſuam naturã propter eorum materialitatẽ, ſed tamen cognoſci poſſunt per abſtractionem ſenſibilium phantaſmatibus. Et quia hic modus cognoſcendi veritatẽ conuenit naturæ humanæ animæ ſm ꝙ eſt forma talis corporis, quæ autẽ ſunt naturalia ſemper manent, impoſsibile eſt ꝙ anima humana hmõi corpori vnita cognoſcat de veritate rerum, niſi quantũ poteſt eleuari per ea quę abſtrahẽdo à phãtaſmatibus intelligit. Per hæc autẽ nullo modo poteſt eleuari ad cognoſcẽdũ quiditates immaterialiũ ſubſtantiarum, quæ ſunt improportionatæ iſtis ſubſtãtijs ſenſibilibus. Vnde impoſsibile eſt ꝙ anima humana hmõi corpori vnita, apprehendat ſubſtãtias ſeparatas cognoſcẽdo de eis quod quid eſt. Ex quo apparet falſum eſſe quod Auerro. hic dicit in cõmento, ꝙ Philoſophus non demõſtrat hic, res abſtractas intelligere, eſſe impoſsibile nobis, ſicut impoſsibile eſt veſpertilioni inſpicere ſolem. Et ratio ſua quã inducit eſt valde deriſibilis. Subiungit enim qm̃ ſi ita eſſet, natura ocioſe egiſſet, quia fecit illud quod in ſe eſt naturaliter intelligibile, non eſſe intellectum ab aliquo, ſicut ſi feciſſet ſolem non comprehenſum ab aliquo viſu. Deficit enim hæc ratio. Primo quidẽ in hoc ꝙ cognitio ſtellectus noſtri nõ eſt finis ſubſtantiarum ſeparatarum, ſed magis econuerſo. Vnde non ſequitur ꝙ ſi non cognoſcantur ſubſtantiæ ſeparatæ à nobis, ꝙ propter hoc ſint fruſtra. Fruſtra enim eſt, quod non conſequitur finem ad quẽ eſt. Secundo quia & ſi ſubſtãtiæ ſeparatæ nõ intelliguntur à nobis ſm ſuas quiditates, intelliguntur tamẽ ab alijs intellectibus, ſicut ſolem & ſi nõ videat oculus nycticoracis, videt tamen eũ oculus aquilæ. Deinde cum dicit.

Tex. cõ. 7.

O

P

Alia corpora vnita nõ cognoſcut rerũ quiditates. Refellendit Auer. cõſequẽtia quã ſingit primus cõ. tacit.

Q Non ſolum autẽ hiſce quorum quiſpiã opiniones acceptabit atq; vtetur, ſed etiam hiſce qui veritatẽ nõ penitus attigerunt, gratias habere oportet.

Et hi

A Et hi nanq; & aliquid cõtulerunt: habitum enim noſtrum excitarunt, ac acuerunt. Nam ſi Timotheus non fuiſſet, non tantã haberemus artem cantandi. Et ſi Phrynis non anteceſsiſſet, nõ talis Timotheus euaſiſſet. Eodem modo res ſeſe habet, & de hiſce, qui de veritate dixerunt. A quibuſdam enim opiniones quaſdam ſuſcepimus: at quidam vt illi talia ſentirent, cauſæ ſane fuere.

Tex. cõ. 2 ꝑte. 2.

Non ſolũ autẽ his dicere gratiã iuſtum eſt, quoꝝ aliqs opinionibus cõicauerit, ſed his qui adhuc ſuperficialiter enuntiauerunt. Etenim conferunt aliquid. Nam habitũ noſtrũ præexercitati ſunt. Nam ſi Timotheus non fuiſſet, multã melodiam non haberemus. Si autem non Phrynis, Timotheus nõ fuiſſet. Eodem vero modo & de enuntiantibus veritatem. A quibuſdam enim opiniones quaſdam accepimus, ſed alii, vt hi forent cauſa fuerunt,

B

C Oſtendit qũo ſe homines adinuicẽ iuuant ad cõſiderandum veritatẽ. Adiuuatur enim vnus ab altero ad conſiderationẽ veritatis dupliciter. Vno mõ directe. Alio modo indirecte. Directe quidã iuuatur ab his qui veritatẽ inuenerunt, quia ſicut dictũ eſt, dum vnuſquiſq; præcedentiũ aliquid de veritate inuenit, ſimul in vniũ collectum, poſteriores introducit ad magnam veritatis cognitionem. Indirecte vero inquantũ priores errantes circa veritatẽ, poſterioribus exercitij occaſionẽ dederunt, vt diligenti diſcuſſione habita, ueritas limpidius appareret. Eſt autem iuſtũ, vt his quibus adiuti ſumus in tanto bono. ſ. cognitione veritatis, gratiã agamus. Et ideo dicit ꝙ ☾ iuſtum eſt gratiã referre ☽ non ſolũ his quos quis exiſtimat veritatem inueniſſe, quoꝝ opinionibus aliquis cõmunicat ſequendo eas, ſed etiã illis qui ſuperficialiter locuti ſunt ad veritatẽ inueſtigandã, licet eoꝝ opiniones non ſequamur, quia iſti etiã aliquid cõferunt nobis. Præſtiterunt enim nobis quoddã exercitium circa inquiſitionẽ veritatis. Et ponit exemplũ de inuẽtoribus muſicæ. Si enim nõ ☾ fuiſſet Timotheus ☽ qui multa de arte muſicæ inuenit, non haberemus ad præſens multa q̃ ſcimus circa melodias. Et ſi nõ ꝑceſsiſſet qdã Philoſophus noĩe ☾ Phrynis ☽ Timotheus non fuiſſet ita inſtructus in muſicalibus. Et ſimiliꝛ eſt dicẽdũ de philoſophis q̃ enuntiauerũt vniuerſaliꝛ veritatẽ rerũ. A qbuſdã. n. ꝑdeceſſoꝝ noſtroꝝ accepimus aliquas opiniones de veritate reꝝ, in qbus credimus eos bene dixiſſe, alias opiniones ꝑtermittentes. Et iterũ illiã qbus nos accepimus, inuenerunt aliquos prædeceſſores à quibus acceperunt, quiq; fuerunt eis cauſa inſtructionis. Lectio. ij.

D Recte autẽ ſeſe habet & illud, ſcientiã inquã philoſophię veritatis appellari contemplationẽ. Nã finis quidem contemplatiuę, veritatis eſt: actiuę autẽ, opus. Etenim ſi quo mõ res ſeſe habet, actores ipſi cõſiderant, non tñ eius cãm per ſe, nec vt perpetuo talis eſt, ſed vt ad aliqd atq; vt nunc contemplatur. Verũ autẽ ſine cã nelcimus. Vnũquodq; autẽ maxime cęterorum eſt ipm, quo & cæteris nomen idẽ cũ eadẽ cõpetit rõne, vt ignis eſt caliditſimũ: nã cæteris hic caliditatis eſt cã. Quare & id eſt veriſsimum, qđ eſt poſterioribus, vt vera ſint cauſa. Quapropter eorũ principia quæ ſunt ſemper, veriſsima ſint ſemper neceſſe eſt. Non enim interdum ſunt vera, neq; illis, vt ſint quicquã eſt cauſa, ſed cæteris illa. Quare vt quodq; eſt, ſic & veritatis particeps eſt.

Tex. cõ. 1. ꝑte. 3.

Vocari vero philoſophiam, veritatis ſcientiã recte habet. Nam theoricę finis eſt veritas, &

practicæ opus. Et enim ſi quo modo ſe habet intendunt, non tamen ſecundum ſe, ſed vt ad aliquid: & nunc ſpeculant practici. Neſcimus autem verum fine cauſa. Vnũquodq; vero maxime ipm alioꝝ dicit, ſm qđ & in aliis ineſt vniuocatio. Puta ignis calidiſsimus, etenim eſt cã aliis hic caloris. Quare & veriſſimũ qđ poſterioribus eſt cã, vt ſint vera. Quapropter ſemp exiſtentiũ principia eſſe veriſsima neceſſe eſt. Non.n. qñq; vera, quandoq; non vera, nec illis cã aliqua eſt vt ſint, ſed illa aliis. Quare vnumquodq; ſicut ſe habet vt ſit, ita & ad veritatem.

B

Tex. cõ. 4.

POSTQVAM Philoſophus oſtẽdit qualr ſe habet homo ad cõſiderationẽ veritatis, hic oſtẽdit ꝙ cognitio veritatis maxime ad philoſophiã primã ꝑtineat. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit ꝙ ad philoſophiã primã maxime pertineat cognitio ueritatis. Sẽcõ excludit quandam falſam opinionẽ per quã ſua probatio tolleretur, ibi: ☾ At vero ꝙ ſit principium. ☽ Circa primum duo facit. Primo oſtendit ꝙ ad philoſophiã primã pertineat cognitio veritatis. Secundo ꝙ maxime ad ipſam pertineat, ibi: ☾ Neſcimus autẽ verum ſine cã &c. ☽ Hæc autẽ duo oſtẽdit ex duobus quæ ſupra ꝓbata ſunt in ꝓœmio libri. ſ. ꝙ ſapiẽtia ſit non practica, ſed ſpeculatiua, & ꝙ ſit cognoſcitiua cauſarũ primarum. Ex primo autem horũ ſic argumentaẽ ad primã concluſionẽ. Theorica, ideſt ſpeculatiua differt à practica ſm finem. Nam finis ſpeculatiuæ eſt veritas. Hoc enim eſt qđ intendit. ſ. veritatis cognitionẽ. Sed finis practicæ eſt opus, qa & ſi ☾ practici ☽ hoc eſt operati ui intendant cognoſcere veritatẽ, qũo ſe habeat in aliquibus rebus, non tñ quærunt eam tanquã vltimum finẽ. Nõ enim cõſiderant cãm veritatis ſm ſe & ꝓpter ſe, ſed ordinando ad finẽ operationis, ſiue applicando ad aliquod determinatũ particulare, & ad aliquod determinatũ tẽpus. Si ergo huic cõiunxerimus ꝙ ſapiẽtia ſiue philoſophia prima nõ eſt practica ſed ſpeculatiua, ſequẽ ꝙ recte debeat dici ſcientia veritatis. Sed quia multæ ſunt ſcientiæ ſpeculatiuæ quæ veritatem cõſiderant, vtpote geometria & arithmetica, fuit neceſſarium conſequẽter oſtẽdere ꝙ philoſophia prima maxime cõſideret veritatẽ ꝓpter id quod ſupra oſtenſum eſt. ſ. ꝙ eſt cõſideratiua primarum cauſarum, & ideo argumentaẽ ſic. Scientia de vero nõ habetur niſi, per cãm, ex quo apparet ꝙ eoꝝ vero ꝝ de quibus eſt ſcientia aliqua, ſunt aliquæ cauſæ, quæ etiã veritatẽ habẽt. Non enim põt ſciri verum per falſum, ſed per aliud verũ. Vnde & demõſtratio quæ facit ſcientiã, ex veris eſt, vt dicitur in primo poſterioꝝ. Deinde adiungit quandã vniuerſalẽ propoſitionẽ quæ talis eſt. Vnũquodq; inter alia maxime dicit, ex quo cauſatur in alijs aliquid vniuoce ꝑdicatum de eis, ſicut ignis eſt cauſa caloris in elementatis. Vnde cum calor vniuoce dicatur & de igne & de elementatis corporibus, ſequit ꝙ ignis ſit caliditſimus. Facit autem mentionẽ de vniuocatione, quia quandoq; contingit ꝙ effectus non peruenit ad ſimilitudinẽ cauſę ſm eandem rationẽ ſpeciei, ꝓpter excellentiã ipſius cauſæ. Sicut ſol eſt cauſa caloris in iſtis inferioribus, non tñ inferiora corpora poſſunt recipere impreſsionem ſolis, aut aliorum cæleſtium corporum ſm eandem rõnem ſpeciei, cum non cõmunicẽt in materia. Et ꝓpter hoc non dicimus ſolem eſſe caliditſimum ſicut ignem, ſed dicimus ſolem eſſe aliquid amplius ꝙ caliditſimum. Nomen autem veritatis non eſt proprium alicui ſpeciei, ſed ſe habet cõmuniter ad omnia entia. Vnde qa illud quod eſt cauſa veritatis, eſt cauſa cõmunicans cum effectu in nomine & ratione cõmuni, ſequitur ꝙ illud quod eſt poſterioribus cauſa vt ſint vera, ſit veriſsimum. Ex quo vlterius concludit ꝙ principia eoꝝ quæ ſunt ſemper. ſ. corporũ cæleſtium, neceſſe eſt eſſe veriſsima. Et hoc duplici ratione. Primo quidem quia nõ

F

ꝑt. ſeq. Lect. hui⁹ ꝑte. 2. Lect. hui⁹ text.

Finis practicę & ſpeculatiuę ſcientię.

G

Corpora cęleſtia habent cãm effectiuam ſui eſſe.

ſunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

I sunt ¶ quæ vera & quæ non ❧ & per hoc trãscendunt in veritate generabilia & corruptibilia, q̃ quæ sunt & quæ non sunt. Scito quia nihil est eis causa, sed ipsa sunt causa essendi aliis. Et per hoc transcendunt in veritate & entitate corpora cælestia, quæ & si sint incorruptibilia, tñ habent cãm non solũ quãtũ ad suũ moueri, vt quidã opinati sunt, sed etiã quãtum ad suum esse, vt hic Philosophus expresse dicit. Et hoc est necessarium, quia necesse est ut omnia cõpoti & participantia, reducant in ea quæ sunt per essentiam sicut in cãs. Omnia aũt corporalia sunt entia in actu, inquãtũ participant aliquas formas. Vnde necesse est substantiã separatam quæ est forma per suam essentiã, corporalis substantiæ principium esse. Si ergo huic deductioni adiungamus ꝙ philosophia prima cõsiderat primas cãs, sequet (vt prius habitum est) ꝙ ipsa cõsiderat ea quæ sunt maxime vera. Vnde ipsa est maxime scientia veritatis.

Ex his autẽ infert quoddam corollarium. Cum enim ita sit ꝙ ea quæ sunt aliis causa essendi sint maxime vera, sequitur ꝙ vnumquodq; sicut se habet ad hoc quòd sit, ita etiam se habet ad hoc ꝙ habeat veritatem. Ea enim quoꝝ esse non semper eodẽ modo se habet, nec veritas eorũ semper manet. Et ea quorum esse habet causam, etiam veritatis causam habent. Et hoc ideo quia esse rei est causa veræ existimationis quam mens habet de re. Verum enim & falsum non est in rebus, sed in mente, vt dicit. 6. huius. Deinde cum dicit.

At vero constat principium quoddã esse, & neq; perfectione recta, neq; specie infinitas rerum causas esse. Fieri enim non potest, vt aut in materia, cũ hoc ex hoc oriãt, habeat in infinitũ: vt caro quidẽ ex terra, terra autẽ ex aere, aer vero ex igne fiat, & huiusce nullus sit finis. Aut in eo vnde est principiũ motus: vt homo quidẽ ab aere, aer autẽ a sole, sol vero a discordia moueat, & huiusce sit exitus nullus. Simili modo neq; in eo gratia cuius cætera sunt atq; fiunt, in infinitũ profecto esse potest: vt ambulatio quidẽ sanitatis, hæc autẽ felicitatis, felicitas vero cuiuspiã sit idẽtidem gratia, atq; hoc pacto aliud semp eodẽ modo, nec in rõne in infinitũ abitio esse potest.

Tex.p.5. Parte.2. Cãnõ est infinitas: At vero ꝙ sit principiũ quoddã, & nõ ifinitę causæ existentiũ, nec indirectũ, nec fm speciẽ, palã. Neq; enim vt ex materia hoc ex hoc in infinitum ꝓgredi est possibile & velut carnẽ quidem ex terra, terram vero ex aere, aerẽ autẽ ex igne, & hoc nõ stare. Nec vnde principiũ motus: vt hominẽ ab aere moueri, & hunc a sole, & solẽ a luce, & hmõi nullũ esse finẽ. Similiter autẽ nec id cuius causa, in infinitum ire est possibile. Iter quidẽ sanitatis causa, illã vero felicitatis, & felicitatẽ alterius, & ita semper aliud alterius causam esse. Et in quod quid erat esse similiter.

M Remouet quoddã per quod p̃cedens ꝓbatio posset infringi: quę p̃cedebat ex suppositione huius ꝙ philosophia prima cõsideret causas primas. Hoc autẽ tolleret si causæ in infinitum procederent. Tunc enim nõ essent aliquæ primæ causæ. Vnde hoc hic remouere intendit, & circa hoc duo facit. Primo proponit intẽtum. Secũ probat propositum. ibi: ¶ Mediorũ enim extra quæ est aliquid &c. ❧ Dicit ergo primo. Palam potest esse ex his quæ dicentur, ꝙ sit aliquod principium esse & veritatis rerũ, & ꝙ causæ existentium non sunt infinitæ, nec procedendo in directum fm vnam aliquã speciem causæ, puta in specie causarum est scientia, nec entium sunt infinitæ fm speciem, ita ꝙ sint infinitæ species causarum. Exponit autẽ quod dixerat causas infinitas esse in directũ. Primo quidẽ in genere causæ materialis. Non enim possibile est procedere in infinitũ in hoc ꝙ aliquid fiat ex aliquo sicut ex materia, puta vt caro fiat ex terra, terra vero ex aere, aer ex igne, & hoc non stet in aliquo primo, sed procedat in infinitũ. Secũdo exemplificat in genere causæ efficientis dicens, ꝙ nec possibile est vt causa quæ dicit vnde principiũ motus, in infinitum ꝓcedat, puta cum dicimus hominẽ moueri ad deponendum vestes ab aere calefacto, aerem vero calefieri à sole, solem vero moueri ab aliquo alio, & hoc in infinitum. Tertio exemplificat in genere causarum finalium, & dicit ꝙ similiter non potest procedere in infinitum illud quod est ¶ cuius causa ❧ .s. causa finalis, vt si dicamus ꝙ iter siue ambulatio est propter sanitatem, sanitas autem propter fœlicitatem, fœlicitas autem propter aliquid, & sic in infinitum. Vltimo facit mentionem de causa formali, & dicit ꝙ similiter non potest procedi in infinitum in hoc ꝙ est ¶ quod quid erat esse ❧ idest in causa formali quam significat diffinitio. Sed exempla prętermittit, quia sunt manifesta, & probatum est in primo posteriorum ꝙ non proceditur in infinitum in prædicatis, puta ꝙ animal prædicetur de homine in eo quod quid est, & vinum de animali, & sic in infinitum. Lectio. iij.

In hisce nãq; mediis, extra quæ vltimum est atq; prius, necesse est id qđ est prius eoꝝ quæ sunt post ipm cãm esse. Si, n. dicere nobis fuerit opus, qđ ex tribus est cã, primũ sane dicemus. Non enim dicemus vltimũ, quippe cum nullius sit ipm vltimũ causa. At neq; mediũ, est enim vnius (vt patet) causa. Nihil enim interest vnũ an plura sint media, & finita an infinita. Infinitoꝝ vero hoc pacto, infinitiq; oĩno partes omnes vsq; ad hoc prętens similiter mediç sunt. Quare si nihil sit primum causa nulla omnino est.

MEdiorum enim extra quę est aliquid vltimũ & primũ, necesse est esse quod prius est causa ipsorum post se. Nam si dicere nos oporteat vnũ trium causam, quod primum est dicimus, nõ enim quod est vltimum. Nullius enim quod finale est. Sed nec medium, nam vnius. Nihil enim differt vnum aut plura esse, nec infinita aut finita. Infinitorum vero secundum modum istum & omnino infiniti partes omnes mediæ sunt, similiter autem vlq; modo. Quare si nihil est ex toto aliquid primum, nec ex toto causa nulla est.

POSTQVAM Philosophus præmisit ꝙ cãę entiũ non sunt infinitæ, hic probat propositum. Et primo ꝙ non sint infinitæ in directũ. Secũdo ꝙ nõ sint infinitæ fm speciẽ, ibi ¶ Sed si infinitæ essent &c. ❧ Circa primũ quatuor facit. Primo ostendit ꝓpositũ in causis efficientibus vel mouentibus. Secũdo in causis materialibus. ibi: ¶ At vero nec in deorsum. ❧ Tertio in causis finalibus. ibi ¶ Amplius autem quod est cuius causa &c. ❧ Quarto in causis formalibus. ibi: ¶ Sed nec quod qđ erat esse &c. ❧ Circa primum sic ꝓcedit. Primo proponit quandã ꝓpositionẽ, scilicet ꝙ in omnibus his q̃ sunt media inter duo extrema, quoꝝ vnum est vltimum & aliud primũ, necesse est ꝙ illud quod est primũ sit causa posteriorũ. s. mediũ & vltimi. Et hanc propositionẽ manifestat per diuisionem, quia si oporteat nos dicere quid sit causa inter aliqua tria quæ sunt primum medium & vltimũ, ex necessitate dicemus causam esse id quod est primum. Nõ enim possumus dicere id quod est vltimũ esse causam omnũ, quia nullius est causa. Alioquin non est vltimũ, cum effectus sit posterior causa. Sed nec possumus dicere ꝙ medium sit cã omnium, quia nec est cã nisi vnius tm. s. vltimi. Et ne aliquis intelligat ꝙ mediũ nunquã habeat post se nisi vnũ qđ est vltimũ, quod tunc solũ cõtingit qñ inter duo extrema est vnum

A Vnum medium tm. ideo ad hoc excludendũ cõcludit ꝙ nihil ad propositũ differt vtrũ sit vnum tm mediũ vel plura: quia oẽs plura media accipiunt loco vnius inquantum conueniunt in rõne mediĳ. Et similiter non differt vtrum sint media finita vel infinita, quia dummodo habeant rationẽ mediĳ, non possunt esse prima causa mouens. Et quia ante oẽm secundam causam mouentem requiritur prima causa mouens, requirit ꝙ ante oẽm causam mediam sit cã prima, quæ nullo modo sit media, quasi habẽs aliam cãm ante se. Sed si prædicto modo ponant causæ mouentes ꝓcedere in infinitum, sequitur ꝙ oẽs causæ sint mediæ. Et sic vniuersaliter oportet dicere, ꝙ cuiuslibet infiniti, siue in ordine causæ, siue in ordine magnitudinis, oẽs partes sint mediæ. Si enim esset aliqua pars quæ nõ esset media, oporteret ꝙ vel esset prima vel vltima, & vtrunq; repugnat rationi infiniti, quod excludit oẽm terminum & principiũ & finẽ. Est autem & aliud attendendum ꝙ si alicuius finiti sint plures partes mediæ, non omnes partes similiter sunt mediæ. Nam quædã magis appropinquant primo, quædam magis appropinquant vltimo. Sed in infinito quod nõ habet primum & vltimum, nulla pars potest magis appropinquare vel minus principio aut vltimo. Et ideo vsq; ad quãcunq; partem quã modo signaueris, oẽs partes similiter sunt mediæ. Sic igitur si causæ mouentes procedant in infinitum, nulla erit causa prima. Sed causa prima erat causa omnium, ergo sequeretur ꝙ totaliter omnes causæ tollerentur. Sublata enim causa, tollũtur ea quorum est causa. Deinde cum dicit.

At vero neq; ad inferna, si superna principium habent, in infinitũ profecto esse potest, vt ex igne quidem aqua, ex hac autem terra, & sic semper aliud quid genus fiat ac oriatur.

At vero nec in deorsum est possibile in infinitum procedere, ipso sursum habente principium: vt ex igne quidem aquã, ex aqua vero terram, & ita semper aliquod aliud fieri genus.

Ostendit ꝙ nõ est possibile procedere in infinitũ in causis materialibus, & primo proponit quod intendit. Secũdo probat ꝓpositũ. ibi: ¶ Dupliciter eñ sit hoc ex hoc &c. ❧ Circa primum cõsiderandũ est ꝙ patiens subijcitur agenti. Vnde procedere in agentibus est sursum ire, procedere autem in patientibus est in deorsum ire. Sicut autem agere attribuitur causæ mouenti, ita pati attribuitur materiæ. Vnde processus causarum mouentium est in sursum, processus autẽ causarum materialium est in deorsum. Quia ergo ostenderat ꝙ non est in infinitũ ꝓcedere in causis mouentibus quasi in sursum procedẽdo, subiungit ꝙ nec etiã possibile est ire in infinitum in deorsum, fm. s. processum causarum materialiũ, supposito ꝙ sursum ex parte causarũ mouẽtium inueniatur aliquod principiũ. Et exemplificat de processu materialium qui est in deorsum, ut si dicamus ꝙ ex igne fit aqua, & ex aqua terra, & sic in infinitum. Et vtitur hoc exemplo fm opinionem antiquorum naturalium, qui posuerunt vnum aliquod elementoꝝ esse principium aliorꝝ quodam ordine. Potest autẽ & aliter exponi, vt intelligamus ꝙ in causis mouentibus manifesti sunt ad sensum vltimi effectus, qui non mouent. Et ideo non quæritur si ꝓcedatur in infinitum in inferius fm illud genus, sed si procedatur in superius. Sed in genere causarum materialium ecõuerso supponit vnum primum quod sit fundamentum & basis aliorꝝ, & dubitatur vtrum in infinitum procedat in deorsum fm ꝓcessum eoꝝ quæ generantur ex materia. Et hoc sonat exemplum propositũ. Non enim dicit vt ignis ex aqua, & hoc ex alio. Sed econuerso, ex igne aqua & ex hoc aliud. Vnde supponitur prima materia, & quæritur an sit processus in infinitum in his quæ generant ex materia. Deinde cum dicit.

Dupliciter enim hoc ex hoc fit, non vt hoc post hoc fieri dicitur, velut ex isthmiis dicuntur olympia fieri, sed vt aut vir ex puero mutatione subeunte fieri dicitur, aut aer ex aqua.

Parte.3.

Dupliciter autem fit hoc ex hoc, non vt hoc dicitur post hoc, vt ex isthmiis olympia, sed vt ex puero mutato fieri vir, aut ex aqua aer.

Hac parte. parte.4. eq. parte.6 huius lectio. parte.7. lectio. huius.

Probat propositum, & circa hoc quatuor facit. Primo distinguit duos modos quibus fit aliquid ex aliquo. Secũdo ostẽdit duplicem differentiã inter illos duos modos, ibi: ¶ Ergo sic ex puero. ❧ Tertio ostendit ꝙ fm neutrũ eorum cõtingit procedere in infinitum, ibi: ¶ Vtroq; autem modo impossibile est &c. ❧ Quarto ostẽdit fm quẽ illorum modoꝝ ex primo materiali principio alia fiant. ibi: ¶ Simul autẽ impossibile sit &c. ❧ Dicit ergo primo ꝙ duobus modis fit aliqd ex aliquo proprie & per se. Et utitur isto modo loquendi, vt excludat illũ modum quo dicitur improprie aliquid fieri ex aliquo, ex hoc solo ꝙ fit post illud. Vt si dicamus ꝙ quædam festa Græcorũ quæ dicebantur olympia, fiunt ex quibusdam alĳs festis quæ dicebantur isthmia, puta si nos diceremus ꝙ festum Epiphaniæ fit ex festo natalis. Hoc autẽ non proprie dicitur, quia fieri est quoddam mutari. In mutatione autẽ non solum requiritur ordo duorum terminorum, sed etiã subiectum idem vtriusq;. Quod quidẽ non contingit in prædicto exemplo. Sed hoc dicimus fm ꝙ imaginamur tẽpus esse vt subiectum diuersorum festorum. Sed oportet proprie dicere aliquid fieri ex aliquo, quando aliquod vnum subiectũ mutatur de hoc in illud. Et hoc dupliciter. Vno modo sicut dicimus ꝙ ex puero fit vir, inquantum. s. puer mutatur de statu puerili in statum virilem. Alio modo sicut dicimus ꝙ ex aqua fit aer per aliquam transmutationem. Deinde cum dicit.

E F G

Ex puero igit̃ virũ fieri dicimus, vt ex eo quod fit, id qđ factũ est: aut ex eo quod ꝓficit̃, id quod est ꝓfectũ. Vt eñ inter esse atq; nõ esse, mediũ est generatio: sic & inter id quod est atq; id quod non est, id qđ fit mediũ semp est. Qui autẽ discit, fit sciens: & id quod est qđ dicit̃, ex addiscente fieri scientẽ: ex aere vero fit aqua, altero subeunte corruptionem.

Ergo sic ex puero fieri virũ dicimus, quomodo ex eo quod fit, quod factũ est: aut ex eo quod ꝓficit̃, perfectum. Semper enim est medium inter esse & non esse, generatio: ita & quod fit, existentis & nõ existentis. Est autem addiscens qui fit sciens, & hoc est quod dicitur. ꝙ fit ex addiscente sciens: hoc vero ex aere aqua, corrupto altero.

parte.4. Gsta'eq; est mediũ iter esse & non esse.

Ostendit duas differẽtias inter prędictos modos. Quarum prima est, quia dicimus ex puero fieri virum, sicut ex eo quod est in fieri, fit illud quod iam est factum, aut ex eo quod est in perfici, fit illud quod iam est perfectum. Illud enim qđ est in fieri & in perfici, est mediũ inter ens & nõ ens, sicut generatio est mediũ inter esse & non esse. Et ideo quia per mediũ venit̃ ad extremũ, dicimus ꝙ ex eo quod generat̃ fit illud quod generatũ est, & ex eo quod ꝓficit̃ fit illud quod ꝓfectum est. Et sic dicimus ꝙ ex puero fit vir, vel ꝙ ex addiscente fit sciens, quia addiscens se habet vt in fieri ad scientẽ. In alio autẽ modo quo dicimus ex aere fieri aquã, vnum extremoꝝ nõ se habet vt via vel mediũ ad alterum, sicut fieri ad factum esse, sed magis vt terminus à quo recedit, vt ad alium terminum perueniatur. Et ideo ex vno corrupto fit alterum. Deinde cum dicit.

H

Quapropter in illis quidẽ nõ fit reflexio, neq; fit puer ex viro. Nõ enim ex generatione fit id qđ fit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

I sed est post generationē. Sic enim ex aurora fit dies, quia post illam: idcirco neq; ex die fit aurora. In hiſce vero reflexio fit.

parte.5. Propter quod illa quidem non reflectuntur adinuicem, nec fit ex viro puer. Non enim fit ex generatione quod fit, ſed eſt poſt generationē. Sic enim eſt dies ex aurora, quia poſt hanc: propter quod nec aurora ex die. Altera vero reflectuntur.

Concludit ex præmiſſa differētia, aliā differentiā. Quia enim in primo modo vnū ſe habet ad alterū, vt fieri ad factum eſſe, & mediū ad terminū, patet q̄ habent ordinē naturaliter adinuicē. Et ideo nō reflectunt̄ adinuicē, ut indiffe renter vnū fiat ex altero. Vnde non dicimus q̄ ex viro fiat puer, ſicut dicimus ecōuerſo. Cuius ratio eſt quia illa duo ex quorum vno ſm iſtum modum dicit̄ alterum fieri, nō ſe habent adinuicē ſicut duo termini mutationis alicuius, ſed ſicut ea quorum vnum eſt poſt alterū. Et hoc eſt quod dicit, q̄ illud ☾ quod fit ☽. i. terminus gñationis. ſ. eſſe, nō fit ex generatione, quaſi ipſa generatio mutetur in eſſe, ſed eſt poſt generationē, quia naturali ordine conſequitur ad generationē, ſicut terminus eſt poſt viam, & vltimū poſt medium. Vnde ſi conſideremus iſta duo. ſ. generationem & eſſe, non differunt ab illo modo quē excluſimus, in quo cōſideratur ordo tantum, ſicut cum dicimus q̄ dies fit ex aurora, quia eſt poſt aurorā. Et propter iſtum naturalem ordinem, non dicimus econuerſo q̄ aurora fit ☾ ex die ☽. i. poſt diem. Et ex eadem ratione non poteſt eſſe q̄ puer fiat ex viro. Sed ſecundum alterum modum quo aliquid fit ex altero, inuenitur reflexio. Sicut enim aqua generatur ex aere corrupto, ita aer generatur ex aqua corrupta. Et hoc ideo quia iſta duo non ſe habēt adinuicem ſecundum naturalem ordinem, ſcilicet vt medium ad terminum, ſed ſicut duo extrema, quorum vtrūq; poteſt eſſe & primum & vltimum. Deinde cum dicit.

Neutro aūt mō in ſinitū abitio eſſe pōt. Et. n. ilIoꝛ: qdē cū ſint media, finē eē neceſſe eſt. Hęc aūt reflectunt̄, Alterius. n. corruptio, alterius eſt gñatio.

parte.6. Vtroq; autē modo impoſsibile eſt in infinitū ire, exiſtentium vero intermediorum neceſſe eſt finem eſſe. Quædam vero adinuicē reflectuntur. Alterius enim corruptio, alterius eſt generatio.

Generatio vnius, corruptio alterius. Oſtendit q̄ non ſit procedere in infinitum ſm vtrumq; iſtorum modoꝛ, & primo ſm primum, put dicimus ex puero fieri virū. Illud enim ex quo dicimus aliquid fieri, ſicut ex puero virum, ſe habet vt medium inter duo extrema. ſ. inter eſſe & non eſſe. Sed poſitis extremis impoſsibile eſt eſſe infinita media, quia extremū infinitati repugnat, ergo ſm iſtum modum non conuenit procedere in infinitum. Similiter etiā nec ſm alium, quia in alio modo inuenit̄ reflexio extremoꝛ adinuicem, propter hoc q̄ alterius corruptio eſt alterius generatio, vt dictum eſt. Vbicunq; autem eſt reflexio, reducitur ad primum, ita. ſ. q̄ id quod fuit primo principium, poſtea fit terminus. Quod in infinitis non poteſt contingere, in quibus non eſt principium & finis. Ergo nullo modo ex aliquo poteſt aliquid fieri in infinitum. Deinde cum dicit.

Et inſuper fieri nequit, vt ipſum primū cū perpetuū ſit, corrūpatur. Cum enim generatio non in infinitū ſurſum ꝓficiſcatur, id ex quo corrupto primo quippiam ortum eſt, perpetuū non eſſe neceſſe eſt.

Parte.7. Simul autem impoſsibile primum ſempiternum corrumpi. Quoniam enim non eſt infinita generatio in ſurſum, neceſſe ex quo corrupto primo aliquid factum eſt, non ſempiternum eſſe.

Oſtendit quo prædictoꝛ modorum ex prima materia aliquid fiat. Vbi conſiderandum eſt q̄ Ariſtot. vtitur hic duabus cōmunibus ſuppoſitionibus, in qbus omnes antiqui naturales conuenichant, quarū vna eſt, q̄ ſit aliquod primum principium materiale, ita. ſ. q̄ in generationibus rerū non procedat̄ in infinitum ex parte ſuperiori. ſ. eius ex quo generat̄. Scēa ſuppoſitio eſt, q̄ prima materia eſt ſempiterna. Ex hac igit̄ ſcēa ſuppoſitione ſtatim concludit, q̄ ex prima materia nō fit aliquid ſcēo modo. ſ. ſicut ex aere corrupto fit aqua, quia. ſ. illud quod eſt ſempiternum, non poteſt corrumpi. Sed quia poſſet aliquis dicere q̄ primū principium materiale non ponit̄ à philoſophis ſempiternum, ꝓpter hoc q̄ vnum numero manens ſit ſempiternū, ſed quia eſt ſempiternum per ſucceſsionē, ſicut ſi ponat̄ humanū genus ſempiternū. Hoc excludit ex prima ſuppoſitione dicens, q̄ quia generatio non eſt infinita in ſurſum, ſed deuenit̄ ad aliquod primū principiū materiale, neceſſe eſt q̄ ſi aliquid ſit primum materiale principium, ex quo fiunt alia eius corruptionem, q̄ non ſit illud ſempiternum de quo philoſophi dicunt. Non enim poſſet eſſe illud primum materiale principium ſempiternum, ſi eo corrupto alia generarentur, & iterum ipſum ex alio corrupto generareꝰ. Vnde manifeſtum eſt q̄ ex primo materiali principium fit aliqd, ſicut ex imperfecto & in potētia exiſtente, quod eſt mediū inter purū non ens & ens actu, non autem ſicut aqua ex aere fit corrupto. Lectio. iiij.

Præterea id gña cuius cætera fiunt, eſt finis. Tale autē eſt id quod nō ob aliud ſit, ſed alia illius gratia fiūt. Quare ſi vltimū tale fuerit nō erit. Sin vero nihil fuerit tale, nō erit id gratia cuius cætera fiunt.

Tex. cō. 8 Parte. 1. P In cauſis malibus non eſſe ꝓceſſum i infinitū ꝓbat quatuor nibus.

AMplius autem quod eſt cuius cauſa, finis eſt. Tale autem quod non alicuius cauſa, ſed alia illius. Quare ſi quidem fuerit tale ipſum vltimum, non erit infinitum. Si vero nihil tale, non erit cuius cauſa.

POSTQVAM probauit philoſophus q̄ in cauſis mouētibus & materialibus non ꝓcedit̄ in infinitū, hic oſtendit idē in cauſa finali quæ nominat̄ ☾ cuius cauſa ☽ ſit aliquid. Et oſtendit ꝓpoſitum quatuor rōnibus, quarū prima talis eſt. Id quod eſt cuius cā. habet rōnem finis, ſed finis eſt id quod nō eſt ꝓpter alia, ſed alia ſunt ꝓpter ipſum. Aut ergo eſt aliquid tale aut nihil. Et ſi quidem fuerit aliquid tale, vt. ſ. omnia ſint propter ipſum, & ipſum non ſit propter alia, ipſum erit vltimum in hoc genere. Et ita non procedetur in infinitum. Si autem nihil inuentatur tale, nō erit finis. Et ita tollet̄ hoc genus cauſæ quod dicitur cuius cauſa. Secundam rationem ponit ibi.

Sed qui infinitionem faciunt ipſius boni, naturam e medio tollunt.

Sed qui infinitum faciunt, latent auferentes boni naturam.

Parte.10

Quæ deriuatur ex præmiſſa rōne. Ex prima enim ratione cōcluſum eſt, q̄ qui ponunt infinitatem in cauſis finalibus, remoueant cauſam finalem. Remota autem cauſa finali, remouetur natura & ratio boni. Eadē enim ratio boni & finis eſt. Nam bonū eſt quod omnia appetunt, vt dicitur in primo ethicorum. Et ideo illi qui ponunt infinitū in cauſis finalibus, auferunt totaliter naturā boni, licet ipſi hoc non percipiant. Tertiam rationem ponit ibi.

Cap. 1. In cauſis non eſſe ꝓceſſum i infinitū ꝓbat quatuor rationibus. parte.6.

Et tamen nemo quicquā agere aggredietur, ſi nō ſit id vltimum acceſſurus.

Et nullus conabitur aliquid facere, ad terminum non futurus venire. parte.1.

Quæ talis eſt. Si ſit infinitum in cauſis finalibus nullus poterit peruenire ad vltimū terminū, quia infinitoꝛ non eſt vltimus

A eſt vltimus terminus. Sed nullus conat̄ ad aliquid faciendum niſi per hoc q̄ ex ſe exiſtimat venturum ad aliquid, ſicut ad vltimum terminum, ergo ponentes infinitum in cauſis finalibus excludunt omnē conatum ad operādum, etiam naturalium rerum. Nullius enim rei motus naturalis eſt, niſi ad id ad quod nata eſt peruenire. Quartam rationem ponit ibi.

Neq; profecto mens erit in ratione rerū. Gratia nāq; cuiuſpiam ſemper is agit qui mentem habet. Hoc enim eſt vltimum. Vltimum enim eſt finis.

Tex. cō. 9. parte.4.

Neq; vtiq; erit intellectus in talibus. Nam cauſa alicuius ſemper facit qui intellectū habet: hic enim terminus finis eſt rei.

B Quæ talis eſt. Qui ponit infinitum in cauſis finalibus excludit terminum, & per cōſequens excludit finem cuius cauſa ſit aliquid. Sed omne agens per intellectum agit cauſa alicuius finis, ergo ſequetur quōd inter cauſas opatiuas non ſit intellectus. Et ita tolletur intellectus practicus. Quæ cum ſint incōuenientia, oportet remouere primum, id. ſ. ex quo ſequuntur, ſcilicet infinitum à cauſis finalibus.

Deinde cum dicit.

At vero neq; quiditas in aliam diffinitionē abundantem ratione redigi poteſt.

Tex. cō. 10 Parte. 5.

Sed nec quod quid erat eſſe conuenit reduci ad aliquā diffinitionē multiplicantem rationem.

Parte. ſeq.

Oſtendit q̄ non ſit infinitū in cauſis formalibus, & circa hoc duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo probat propoſitum, ibi: ☾ Semper enim &c. ☽ Circa primum cōſiderandum eſt q̄ vnūquodq; cōſtituitur in ſpecie per propriā formā. Vnde diffinitio ſpeciei maxime ſignificat formā rei. Oportet ergo accipere ꝓceſſum in formis ſm ꝓceſſum in diffinitionibus. In diffinitionibus enim vna pars eſt prior altera, ſicut genus eſt prius differētia, & differentiarum vna eſt prior altera. Idem ergo eſt q̄ in infinitum procedatur in formis, & q̄ in infinitum procedat̄ in partibus diffinitionis. Et ideo volens oſtendere q̄ non ſit procedere in infinitum in cauſis formalibus, proponit non eſſe infinitū in partibus diffinitionis. Et ideo dicit q̄ non conuenit hoc quod eſt quod quid erat eſſe, in infinitū reduci ad aliam diffinitionem, ut ſic ſemper multiplicetur ratio. Puta qui diffinit hominem in diffinitione eius ponit animal. Vnde diffinitio hominis reducitur ad diffinitionem animalis, quæ vlterius reducitur ad diffinitionem alicuius alterius, & ſic multiplicatur ratio diffinitiua. Sed hoc non cōuenit in infinitum procedere. Non autem hoc dicimus quaſi in vno & eodem individuo multiplicentur formæ ſm numerum generum & differentiarum, vt. ſ. in homine ſit alia forma à qua eſt homo, & alia à qua eſt animal, & ſic de alijs, ſed quia neceſſe eſt vt in rerum natura tot gradus formarum inueniantur, quot inueniunt̄ genera ordinata & differentiæ. Eſt enim in rebus inuenire aliquā formā, quæ eſt forma & non eſt forma corporis, & aliquā quæ eſt forma corporis, ſed non eſt forma animati corporis, & ſic de alijs. Deinde cum dicit.

C

D

In cauſis non eſſe ꝓceſſum i infinitū ꝓbat quatuor rationibus. parte.6.

Semper enim ea quæ eſt ante, eſt magis: ea vero quæ eſt poſterior, non eſt. Vbi autem primum non eſt, neq; id eſt profecto quod hæret.

Semper enim quæ ante eſt, magis eſt, & quæ poſterior non eſt. Cuius autem primū non eſt, nec erit quod habitum eſt.

Probat propoſitum quatuor rationibus, quarum prima talis eſt. In multitudine formarum vel rationum ſemper illa quę eſt prior ☾ eſt magis ☽. Quod non eſt intelligendum quaſi ſit completior, quia formæ ſpecificæ ſunt completæ. Sed dicitur eſſe magis, quia eſt in plus q̄ illa quæ eſt poſterior, quæ non eſt vbicunque eſt prior. Non enim vbicūq; eſt ratio animalis, eſt ratio hominis. Ex quo argumentat̄, q̄ ſi primū non eſt ☾ nec habitum ☽. i. conſequens eſt. Sed ſi in infinitū procedat̄ in rationibus & formis, non erit prima ratio vel forma diffinitiua, ergo excludentur oēs conſequentes. Secām rationem ponit ibi.

E

Præterea qui ita dicunt, ſcientiam e medio tollunt. Fieri enim non poteſt vt quicquā ſciatur anteq̄ ad individua ſit profectum.

Amplius ſcire deſtruūt qui ita dicunt. Non enim poſsibile ſcire priuſquā ad individua perueniatur. Tex. cō. 11 parte.7.

Quæ talis eſt. Impoſsibile eſt aliquid ſcire prius q̄ perueniatur ad individua. Non autē accipit̄ hic individuū ſingulare, quia ſcientia non eſt de ſingularibus. Sed individuū poteſt dici vno modo ipſa ratio ſpeciei ſpecialiſſimæ, quę non diuidit̄ vlterius per eſſentiales differentias. Et ſm hoc intelligitur q̄ non habet̄ ꝑfecta ſcientia de re, quouſq; perueniatur ad ſpeciem ſpecialiſſimā, quia ille qui ſcit aliquid in genere, nondū habet perfectā ſcientiā de re. Et ſm hanc expoſitionē oportet dicere, q̄ ſicut prima ratio concludebat, q̄ in cauſis formalibus non procedit̄ in infinitū in ſurſum, ita hæc ratio cōcludit q̄ nō ꝓceditur in infinitum in deorſum. Sic enim non eſſet deuenire ad ſpeciē ſpecialiſſimam, ergo iſta poſitio deſtruit perfectam ſcientiā. Sed quia formalis diuiſio nō ſolum eſt ſm q̄ genus diuiditur per differentias, per cuius diuiſionis priuationem ſpecies ſpecialiſſima poteſt dici individuū, ſed etiā eſt ſm q̄ diffinitum diuiditur in partes diffinitionis, vt patet in primo phyſicorum, ideo individuum poteſt hic dici cuius diffinitio non reſoluitur in aliqua diffinitia. Et ſm hoc ſupremum genus eſt individuum. Et ſm hoc erit ſenſus, q̄ non poteſt haberi ſcientia de re per aliquam diffinitionem, niſi deueniatur ad ſuprema genera, quibus ignoratis impoſsibile eſt aliquid poſteriorum ſciri. Et ſm hoc cōcludit ratio, q̄ in cauſis formalibus non procedat̄ in infinitum in ſurſum, ſicut & prius. Vel ad idem concludendum poteſt aliter exponi individuū, vt ſcilicet propoſitio immediata dicatur individuū. Si enim procedatur in infinitum in diffinitionibus in ſurſum, nulla erit propoſitio immediata. Et ſic vniuerſaliter tolletur ſcientia quæ eſt de cōcluſionibus deductis ex principijs immediatis.

Indiuiduū quadruplic. citer. F

G

Cognitioq; eſſe non pōt. Qui namq; fieri pōt, vt ea quæ hoc pacto ſunt, infinita intelligantur?

Et cognoſcere non eſt. Nam quę ſic ſunt infinita, quomodo contingit intelligere? parte.8.

Tertiam rationem ponit, quæ ꝓcedit non ſolū ad ſciendam excludendam, ſed ad excludendum ſimpliciter oēm cognitionem humanam. Et circa hāc rationem duo facit. Primo ponit rationem. Secōo excludit obiectionem quādam, ibi: ☾ Non enim ſimile &c. ☽ Ratio autem talis eſt. Vnumquodq; cognoſcitur per intellectū ſuæ formæ. Sed ſi in formis procedatur in infinitum non poterunt intelligi, quia infinitum inquantum huiuſmodi non comprehenditur intellectu, ergo iſta poſitio vniuerſaliter deſtruit cognitionem. Deinde cum dicit.

H Part. ſeq.

Non enim ſimile eſt in linea, vbi in diuiſionibus quidē non ſtatur. Non fit autē vt intelligamus, niſi diuiſioni modum ponamus. Quo circa diuiſiones non enumerabit qui infinitam tranſit.

Non enim ſimile in linea quæ ſecundū diuiſiones non ſtat. Intelligere enim non eſt non ſtatuentem. Propter quod non enumerabit ſectiones quæ per infinita procedunt. Parte.9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

I Excludit quandam obuiationē. Posset enim aliquis dicere ꝙ illud quod habet infinitas formas potest cognosci, sicut & linea quę in infinitum diuidit. Sed hoc excludit dicens ꝙ non est simile de linea cuius diuisiones non stant, sed in infinitum ꝓcedunt. Impossibile enim est ꝙ aliquid intelligatur, nisi in aliquo stetur. Vnde linea inquantū statuitur, vt finita in actu propter suos terminos, sic potest intelligi. Secundum vero ꝙ non statur in eius diuisione, non potest sciri. Vnde nullus potest numerare diuisiones lineæ secundum ꝙ in infinitum procedunt. Sed infinitum in formis est infinitum in actu, & non in potentia sicut est infinitum in diuisione lineæ. Et ideo si essent infinitæ formæ, nullo modo esset aliquid scitum vel notum. Deinde cum dicit.

Quinetiā materia hoc ipso quod mouetur intelligatur necesse est, atq; infiniti nullius est esse.

K Tex.9.11. Parte.10. Sed materiā in eo ꝙ mouetur intelligere est necesse, & infinito nihil est, esse autem non.

Ponit quartā rationem quæ talis est. In omni eo quod mouet necesse est intelligere materiam. Omne enim quod mouetur est in potentia. Ens autē in potentia est materia. Ipsa autē materia habet rōnē infiniti, & ipsi infinito quod est materia conuenit ipsum nihil, quia materia ſm se intelligitur absq; omni forma. Et cum ei quod est infinitū cōueniat hoc quod est nihil, sequitur per oppositum ꝙ illud per quod est esse non sit infinitum, & ꝙ ☩infinito☩ ideſt materiæ non sit esse infinitum. Sed esse est per formam, ergo non est infinitum in formis. Est autem hic aduertendum ꝙ hic ponit nihil esse de rattone infiniti, non ꝙ priuatio sit de rōne materiæ, sicut Plato posuit non distinguens priuationem à materia, sed quia priuatio est de ratione infiniti. Non enim ens in potētia habet rationem infiniti, nisi ſm ꝙ est sub ratione priuationis, vt patet in tertio physicorum. Deinde cum dicit.

L Tex.9.17. Quod si ita nō est, infiniti esse infinitū nō est. Atq; si infinitæ etiā essent multitudine ſpēs cārum, neq; hoc pacto rerum profecto cōsequi cognitionē possemus. Tunc enim scire arbitramur, cū causas cognouerimus. Fieri autē nequit, vt infinito in tēpore, id quod infinitum est additione, pertranseamus.

parte.11. Si vero non est infinitū, quod est esse infinito? Sed si infinitę essent pluralitate ſpecies cārum, non esset nec ita cognoscere. Tunc enim scire putamus cū causas ipsas nouerimus. Infinitum vero secundum adiectionem non est pertransire in finito tempore.

Ostēdit ꝙ nō sunt infinitæ ſpēs cārum, tali rōne, tūc putamus nos scire vnumquodq;, qū cognoscimus oēs causas eius. Sed si sunt infinitæ causæ ſm adiunctionē vnius speciei ad aliā, nō erit pertrāsire istam infinitatem, ita ꝙ possint oēs causæ cognosci, ergo etiam per istum modum excludetur cognitio rerum. Lectio.v.

M Auscultationes autē per consuetudines fiunt. Nā & consueuimus sic, & oportere dici cēsemus, vt ea q̄ prꝙter illas sunt, non similia, sed ob insolentiā ignota nobis, alienaq; magis videntur. Quo enim nobis est consuetum, id nobis est notum.

Tex.9.14. part.ꝓma. COntingunt autē auditiones ſm cōsuetudinē entibus. Nam vt consueuimus ita dignamur dici, & quæ prꝙter ea, non similia videntur, sed prꝙter consuetudinem minus nota & magis extranea. Nam consuetum notius.

POSTQVAM Philosophus ostēdit ꝙ cōsideratio veritatis partim est difficilis & partim facilis, & ꝙ maxime pertinet ad primū philosophū, hic ostendit qs sit modus cōueniens ad cōsiderandū ueritatem, & circa hoc duo N facit. Primo enim ponit diuersos modos quos hoīes sequūtur in cōsideratione veritatis. Secōo ostendit quis sit modus cōueniens, ibi: ☩Propter quod oportet eruditi &c.☩ Part.4. hu⁹ lect. Circa primū duo facit. Primo ostendit efficaciā consuetudinis in consideratione veritatis. Secōo concludit diuersos modos, quibus hoīes vtuntur in consideratione veritatis ꝓpter diuersas consuetudines, ibi: ☩Alij vero si non mathematicę &c.☩ Circa primum duo facit. Primo ostēdit virtutē cōsuetudinis in cōsideratione veritatis. Secōo manifestat per signū, ibi: ☩Quantā vero vim habeat &c.☩ Dicit ergo primo ꝙ auditiones contingūt in hominibus de his quæ sunt ſm cōsuetudines. Ea enim quę sunt cōsueta, libēntius audiunt & facilius recipiuntur. Dignum enim videt nobis, vt ita dicatur de quocunq;, sicut cōsueuimus audire. Et si qua dicant nobis prꝙter ea quæ consueuimus audire, nō videntur nobis similia in veritate his quæ consueuimus audire. Sed videntur nobis minus nota & magis extranea à rātione propter hoc ꝙ sunt incōsueta. Illud enim quod est consuetum, est nobis magis notum. Cuius ratio est, quia consuetudo vertitur in naturam. Vnde & habitus ex cōsuetudine generatur, qui inclinat per modū naturæ. Ex hoc autē ꝙ aliquis habet talem naturam vel talē habitum, habet proportionē determinatam ad hoc vel illud. Requiritur autem ad quamlibet cognitionem determinata proportio cognoscentis ad cognoscibile. Et ideo secundum diuersitatem naturarū & habituum accidit diuersitas circa cognitionem. Videmus enim ꝙ hominibus secundum humanam naturā sunt innata prima principia, & ſm habitū virtutis apparet vnicuiq; bonum, quod cōuenit illi virtuti: sicut & gustui videt aliquid cōuenire secundum eius dispositionem. Sic igitur quia consuetudo causat habitum consimilem naturæ, contingit ꝙ ea quæ sunt consueta sint notiora. Deinde cum dicit.

P Quantā autē ea vim habent, q̄ consueta sunt nobis, leges ipsæ declarant, in quibus circa fabulosa & puerilia consuetudo magis q̄ veritas potest.

Quantā vero vim habeat quod cōsuetū est, leges Parte.11 ostendunt in quibus fabularia & puerilia magis valent cognitione de eis propter consuetudinem.

Manifestat quod dixerat, per quoddam ſignum ostendens ꝙ leges ab hominibus positæ ostēdunt per experientiam, quantā vim habeat cōsuetudo: in quibus quidem legibus propter cōsuetudinem magis valent fabulariter & puerīliter dicta ad hoc ꝙ eis assentiatur q̄ cognitio veritatis. Loquitur autem hic Philosophus de legibus ab hominibus adinuentis, quæ ad conseruationē ciuilem sicut ad vltimum finem ordinantur. Et ideo quicunq; inuenerunt eas, aliqua quibus hominū animi retraherentur à malis & prouocarētur ad bona ſm diuersitatem gentium & nationum in suis legibus tradiderūt, quāuis multa eorum essent vana & friuola, quæ homines à puericia audiētes magis approbabant q̄ ueritatis cognitionem. Sed lex diuinitus data ordinat hominem ad veram felicitatem, cui omnis falsitas repugnat. Vnde in lege Dei nulla falsitas continetur. Deinde cum dicit.

Quidam igitur nisi quispiam mathematice dicat, nō acceptat eos q dicunt. Quidā nisi per exēpla dicat, non approbant. Sunt & qui poetā testem adducendum esse cēsent. Atq; alii quidē omnia exacte dici volūt, aliis autē molesta est exacta doctrina: aut qa seq non possunt, aut quia quasi calculum de rebus exiguis idipm esse existimāt. Habet enim tale quod ipsa exacta doctrina, quare quibusdam vt in pactis atq; contractibus, sic & in sermonibus diligentia talis illiberale quoddam esse videtur.

Alij

A Tex.16.17 Parte.3. Alii vero si nō mathematice quis dicat, non recipiunt dicētes. Alii vero si non exēplariter, & hi testē induci dignant poetā, & illi quidē omnia certe. His vero flebilis est certitudo, aut ꝓpter impotentiā cōplectendi, aut ꝓpter micrologiā. Habet autē qd certum est tale. Vnde quēadmodum in ſymbolis & rationibus non liberum esse quibusdam videtur.

Modū quo quis in acq̄rēdo veritatē peccat.

Hic ostēdit qūo homines in cōsideratione veritatis ꝓpter consuetudinem diuersos modos acceptant, & dicit ꝙ quidā non recipiunt quod eis dicit, nisi dicatur eis per modum mathematicū. Et hoc quidē conuenit propter cōsuetudinem his, qui in mathematicis sunt nutriti. Et quia cōsuetudo est similis naturæ. Potest etiam hoc quibusdā cōtingere propter indispositionem, illis scilicet qui sunt fortis imaginationis, non habentes intellectum multum eleuatum. Alij vero sunt, qui nihil volunt recipere nisi proponatur eis aliquod exemplum sensibile, vel propter consuetudinem, vel propter dominium sensitiuæ virtutis in eis & debilitatem intellectus. Quidam vero sunt qui nihil reputent esse dignum vt aliquid eis inducatur absq; testimonio poetæ vel alicuius autoris. Et hoc etiam est vel propter cōsuetudinem, vel propter defectum iudicij, quia non possunt dijudicare vtrum ratio per certitudinem cōcludat. Et ideo quasi non credentes suo iudicio requirunt iudicium alicuius nori. Sunt etiam aliqui qui omnia volunt sibi dici per certitudinem, id est per diligētem inquisitionem rationis. Et hoc contingit propter bonitatem intellectus iudicantis, & rationis inquirentis: dummodo nō quæratur certitudo in his in quibus certitudo esse non potest. Quidam vero sunt qui tristantur, si quid per certitudinem cum diligenti discussione inquiratur. Quod quidē potest contingere dupliciter. Vno modo propter impotentiam complectendi. Habent enim debilem rationem. Vnde non sufficiunt ad considerandum ordinem complexionis priorum & posteriorum. Alio modo propter micrologiam, i. paruorum ratiocinationē. Cuius similitudo quædam est in certitudinali inquisitione, quæ nihil indiscussum relinquit vsque ad minima. Imaginantur autem quidam, ꝙ sicut in ſymbolis conuiniorum nō pertinet ad liberalitatem, ꝙ debeant etiam minima computari in ratiocinio, ita etiam sit quædam importunitas & illiberalitas si homo velit circa cognitionem veritatis etiam minima discutere. Deinde cum dicit.

Idcirco eruditum esse quēq; oportet, quonam pacto quæq; sunt acceptanda: quoniam absurdum est scientiam simul, & scientię quærere modum, vbi ne alterum quidem consequi facile est.

Parte.4. D Propter qd oportet eruditi qūo singula sunt recipiēda, & absurdū est simul quęrere scientiā & modum sciendi. Est autem neutrum facile accipere.

Ostendit quis sit modus conueniens ad inquirendū veritatem, & circa hoc duo facit. Primo enim ostendit qūo homo posit cognoscere modum conuenientē inquisitione veritatis. Secōo ostendit ꝙ ille modus qui est ſimpliciter melior, non debet in omnibus quæri, ibi. ☩Acribologia vero &c.☩ Dicit ergo primo ꝙ quia diuersi ſm diuersos modos veritatem inquirunt, ideo oportet ꝙ homo instruat per quē modum in ſingulis scientijs sint recipienda ea quæ dicunt. Et quia nō est facile ꝙ homo simul duo capiat, sed dum ad duo attendit, neutrum capere potest, absurdum est ꝙ homo simul quærat scientiā & modum qui conuenit scītiæ. Et propter hoc debet ꝓius addiscere logicam q̄ alias scientias, quia logica tradit cōem modum ꝓcedendi in omnibus alijs scientijs. Modus autē proprius ſingularum scientiarum, in scientijs ſingulis circa principium tradi debet. Deinde cum dicit.

Mathematicos autē exacta discussio non in vniuersis est flagitāda, sed in hisce dūtaxat quæ materia vacant. Quapropter modus ille nō naturalis esse videt. Vniuersa nāq; natura fortasse materiam habet. Quāobrē primū, quid sit natura, considerare oportet: hoc enim pacto, & qbus de rebus est scientia naturalis, & si vnius facultatis an plurium sit, causas principiaq; contemplari profecto patebit. B

Acribologia vero mathematica non in omnibus Tex.9.16. Parte.5. est expetenda, sed in non habentibus materiā. Propter quod nō naturalis est modus, Omnis enim forsan natura materiā habet. Ideo primū perscrutandū quid est natura. Ita nanque & de quibus est physica, manifestum est. Et si vnius sciētiæ aut plurium est, causas & principia considerare.

Ostendit ꝙ ille modus qui est ſimpliciter optimus nō debet in oībus quæri dicens, ꝙ ☩acribologia☩ .i. diligēs & certa ratio sicut est in mathematicis, non debet requiri, in omnibus rebus de quibus sunt scientiæ. Sed debet solū requiri in his quę non habent materiā. Ea enim quę habēt materiā, subiecta sunt motui & variationi. Et ideo nō potest in eis oībus oīmoda certitudo haberi. Quæritur. n. in eis nō quid semper sit, & ex necessitate, sed qd sit, vt in pluribus. Immaterialia vero ſm seipsa sunt certissima, quia sunt immobilia. Sed illa q̄ in sui natura sunt immaterialia, nō sunt certa nobis ꝓpter defectū intellectus nostri, ut pdictū est. Hmōi autē sunt substātiæ separatę. Sed mathematica sunt abstracta à materia, & tā nō sunt excedentia intellectum nostrū. Et ideo in eis est requirenda certissima rō. Et quia tota natura est circa materiā, ideo iste modus certissimæ rōnis nō pertinet ad naturalem philosophū. Dicit autē forsan ꝓpter corpora cęlestia, quia nō habēt eodē mō materiā sicut inferiora. Et qa in scīētia naturali nō cōuenit iste certissimus rōnis modus, ideo in scīētia naturali ad cognoscēdū modū cōuenientē illi scīētiæ, primo pscrutandū est quid sit natura. Sic. n. manifestū erit de qbus sit scientia naturalis. Et iterū cōsiderandū est. ☩Si vnius scīētię☩ .i. naturalis sit oēs cās & principia considerare, aut sit diuersarū scientiarū. Sic. n. poterit scire qs modus demōstrandi cōueniat naturali. Et hunc modū ipse obseruat in .ij. physicorū, vt patet diligenter intuenti. Lectio.j. C G

ARISTOTELIS STRAGYritæ Tex. libri tertij Metaphysicæ.

NEcesse est ad eā scientiā quā q̄rimus ea primū nos aggredi, de qbus dubitare primum oportet. Hęc aūt sunt ea de qbus aliter qdā existimarunt, & si qd ꝓter illa fuit neglectum atq; omissum. H

Tex.cō.14 NEcesse est ad quæsitā scientiā nos aggredi primū, de qbus dubitare primū oportet. Hæc autem sunt quæcūq; de ipsis aliter susceperunt quidā, & si qd ꝓter hoc est prætermissum.

POSTQVAM Philosophus in ſcōo libro ostendit modū cōsiderandæ veritatis, hic procedit ad veritatis considerationē. Et primo ꝓcedit modo disputatiuo, ostendens ea quæ sunt dubitabilia circa rerum veritatem. Secundo incipit determinare veritatem. Et hoc in. iiij. libro, qui incipit ibi: ☩Est scientia quædam quæ speculatur.☩ Prima autē pars diuidit in partes duas. In prima dicit de quo est intentio. In ſcōa exequitur propositum, ibi: ☩Est autē dubitatio prima quod &c.☩ Circa primū duo facit. Lt.4.ꝓmet. Lec.1.huius lib.

Universidad de Deusto
Biblioteca

I Primo.n.dicit de quo est intētio. Sēdo rōnem assignat suę intentionis, ibi: ¶ Ineſt autē inuestigare volētibus &c. ❡ Dicit ergo primo q̄ ad hāc scientiā quā quærimus de primis principijs, & vniuersali ueritate rerū, necesse est ut primū aggrediamur ea de qbus oportet dubitare, anteqū veritas determinet. Sunt autē hmōi dubitabilia ꝓpter duas rationes. Vel qz aliq philosophi aliter susceperunt opinionem de eis q̄ rei veritas habeat, vel quia omnino ptermiserunt de his considerare. Deinde cum dicit.

Parte seq.

Est autē operę pretiū bene eos dubitare, q cōseqū perquirunt facultatē. Posterior em̄ facultas, solutio est eoꝝ quę prius dubitant. Atq; fieri non potest vt vinculū soluat si ignoretur, sed dubitatio mentis ipsum de re declarat. Quo enim mens dubitat, eo ꝑ similis est ligatis. Fieri .n. nequit vt vlterius hęc aut illi progrediant. Quapropter difficultates omnes antea contemplari oportet, & horum gratia.

K Scire dubitare.

Ineſt autē inuestigare volentibus prę opere bene dubitare. Posterior enim inuestigatio priorum est solutio dubitatorū. Soluere enim non est ignorantis vinculū. Sed mentis dubitatio, hoc de re demonstrat. Inquantum enim dubitat, intantum similiter ligatis est passus. Impossibile enim vtriq; ꝓcedere ad quod est ante. Propter quod oportet difficultates speculari omnes prius, & horum causas.

Assignat quatuor rōnes suæ intentionis, & primo dicit q̄ volētibus inuestigare veritatē contingit ¶ prę opere ❡ tante opus ¶ bene dubitare ❡ .i. bene attingere ad ea quæ sunt dubitabilia. Et hoc ideo qa posterior inuestigatio veritatis, nihil aliud est q̄ solutio prius dubitatoꝝ. Manifestū est aūt in solutione corporalium ligaminū q̄ ille qui ignorat vinculum, nō potest soluere ipsum. Dubitatio autē de aliqua re hoc modo se habet ad mentem, sicut vinculum corporale ad corpus, & eundem effectum demonstrat. Inquantū enim aliquis dubitat, intantum patit aliquid simile his qui sunt stricte ligati. Sicut enim ille q̄ habet pedes ligatos, non potest in anteriora procedere ſm viam corporalem, ita ille qui dubitat, quasi habens mentem ligatam, nō potest ad anteriora procedere ſm viam speculationis. Et ideo sicut ille qui vult soluere vinculū corporale, oportet q̄ prius inspiciat vinculum & modum ligationis, ita ille qui vult soluere dubitationem, oportet q̄ prius speculetur omnes difficultates & earum causas.

L Dubitatio est mentis vinculum.

Et quia homines qui quæruntꝫsi primo non dubitauerint, perſimiles hisce sunt, qui ignorāt quorsum pergere oportet.

Et quia quærentes sine dubitatione, primo similes quo oportet ire ignorantibus.

M Scēdam rōnem ponit, & dicit q̄ illi qui volunt ingrere veritatē non cōsiderando prius dubitationē, assimilantur illis q̄ nesciunt quo uadāt. Et hoc ideo quia sicut terminus viæ est illud quod intēdit ab ambulante, ita exclusio dubitationis est finis qui intēdit ab inquirente veritatē. Manifestum est autē q̄ ille, qui nescit quo vadat non potest directe ire nisi forte à casu, ergo nec aliquis potest directe inquirere veritatem nisi prius videat dubitationem.

Et insup neq; si id quod quęrit, inuenerint tandem, nec ne, dilcernere possunt. Finis, n. hisce quidē nō patet. At ei qui antea dubitauit est manifestus.

Et adhuc neq; quando quæsitum inuenit cognoscit. Finis enim huic est non manifestus. Prædubitati autem manifestus.

Tertiam rōnem ponit, & dicit q̄ sicut ex hoc q̄ aliquis nescit quo vadat, sequitur, q̄ qñ peruenit ad locum quem intendebat, nescit vtrum sit quiescendū vel vlterius eundum, ita etiam quando aliquis non præcognoscit dubitationem cuius solutio est finis inquisitionis, nō potest scire quando inuenit veritatem quæsitam, & qñ non, quia nescit finem suæ inquisitionis, qui est manifestus ei qui primo dubitationem cognouit.

N

Præterea melius ad iudicandum affectū eum esse necesse est, qui rationes etiam contendentes omnes perinde atq; aduersarios audiuit.

Amplius autem melius. Necesse est enim habere ad iudicandum eum qui audiuit velut aduersariorum & dubitantium omnes rationes.

O

Quartā rationē ponit, quæ sumitur ex parte auditoris. Auditorem enim oportet iudicare de auditis. Sicut autem in iudicijs nullus pōt iudicare nisi audiat rōnes vtriusq; partis, ita necesse est eum qui debet audire philosophiam, melius se habeat in iudicando si audierit omnes rationes quasi aduersatioꝝ dubitantium. Est autē attēdendum q̄ propter has rōnes consuetudo Aristo. fuit fere in oībus libris suis, vt inquisitioni veritatis vel determinationi prętermitteret dubitationes emergētes. Sed in aliis libris figillatim ad singulas determinatiōes præmittit dubitationes, hic vero simul prętmittit oēs dubitationes, & postea ſm ordinē debitum determinat veritatē. Cuius ratio est, quia aliæ scientiæ cōsiderant particulariter de veritate, unde & particulariter ad eas pertinet circa singulas veritates dubitare, sed ista scientia sicut habet vniuersalem cōsiderationē de veritate, ita etiā ad eam pertinet vniuersalis dubitatio de veritate. Et ideo nō particulariter sed simul vniuersalē dubitationē prosequit. Potest etiā & alia esse ratio, quia dubitabilia quæ tāgit sunt principalia illa de quibus philosophi aliter opinati sunt. Non autē eodē ordine ipse procedit ad inquisitionē veritatis sicut & alij philosophi. Ipse enim incipit à sensibilibus & manifestis & procedit ad separata, vt patet infra in septimo. Alij vero intelligibilia & abstracta voluerunt sensibilibus applicare. Vnde quia non erat eodem ordine determinaturus quo ordine processerunt alij philosophi, ex quorum opinionibus dubitationes sequuntur, ideo prælegit primo ponere dubitationes omnes seorsum, & postea suo ordine dubitationes determinare. Tertiam assignat Auerrois dicens, hoc esse ꝓpter affinitatē huius scientię ad logicā q̄ tangit infra in quarto. Et ideo dialecticā disputationem posuit quasi partes principales huius scientiæ. Lectio.ij.

P

Est itaq; dubitatio prima de hisce quæ in exordijs dubitauimus. Vtrum vnius an plurium scientiarum sit causas contemplari.

Q Tex. iij. parte primo

EST autem dubitatio prima quidem quibus proœmialiter dictis dubitauimus, vtrū vnius scientiæ aut multarum est scientiarum causas speculari.

SECVNDVM ea quæ prædixit Philosopus, incipit hic præmittere dubitationes determinationi veritatis, & diuidit in duas partes. In prima ponit dubitationes. In secunda causas dubitationum inducendo rationes ad singulas dubitationes. ibi: ¶ Primum ergo de quibus in primis dicimus &c. ❡ Dictū est autē in .ij. lib. q̄ prius oportet quærere modū scientiæ q̄ ipsam scientiā. Et ideo primo ponit dubitationes pertinētes ad modum cōsiderationis huius scientię. Sēdo ponit dubitationes pertinētes ad prima principia de qbus est ista scientia, vt in .j. lib. dcm est, & hoc ibi: ¶ Et vtrū principia & elementa &c. ❡ Ad modum autē scientiæ huius duo pertinēt, vt in sēdo dictū est. s. cōsideratio cārū ex qbus scientia demonstrat, & iterū res de quibus

Lec. 4. huius. Tex. 18. & 21.

Lec. ponit. Lec. 1. huius Lect. 2.

A quibus scientia considerat. Vnde circa primum duo facit. Primo mouet dubitationem pertinentem ad cōsiderationem causarum. Sēdo mouet multas dubitationes pertinētes ad ea de quibus est hæc scientia, ibi: ¶ Et vtrum substātię principia &c. ❡ Dicit ergo q̄ prima dubitatio est quā dubitando ꝓposuimus in fine sēdi libri qui est quasi ꝓœmium ad totam scientiā. s. vtrum cōsideratio causarū quatuor, ſm quatuor genera, pertineat ad vnam scientiā, vel ad multas & diuersas. Et hoc est quærere vtrum vnius scientiæ & præcipue huius sit demonstrare ex omnibus causis, vel magis diuersæ scientiæ ex diuersis causis demonstrent. Deinde cum dicit.

part. seq. Dubitatio nes ex parte cōsideratio nis huius scientię. Prima du. Et subdi. i. ta sect. 4. S. sancto Thō.

Et vtrum hoc solū ad hanc scientiarū spectet, principia inquā primæ substantiæ contemplari, an ad ea principia ex quibus vniuersi demōstrant. Ceu si fieri possit vt idem ac vnum affirmetur simul atq; negetur, necne, & istiusmodi cętera. Et si sit huiusce scientiæ circa substantiam versari, vtrum vna sit circa omnes, an plures: & si sint plures, vtrum omnes generis sint eiusdem, an aliæ ipsarū sapientiæ, aliæ aliquo alio nomine sint appellandæ.

B

parte. 2.

Et vtrū substantiæ principia est scientię huius scire solum, aut de principijs de quibus ostendunt oēs: vt vtrū cōtingit vnum & idem simul dicere & negare, aut nō, & de aliis talibus. Et si est circa substantiam, vtrum vna circa omnes, aut plures sunt. Sed si plures, vtrū omnes cognatæ, aut earum hæ quidem sapientiæ, illæ vero aliquid aliud dicendæ sunt.

parte. 4. C

Amplius aũt vtrum circa substantiã solũ theoria est, aut circa ipsas & accidentia. Dico autem vt si solidum quędam substantia est, & linea & superficies, vtrum eiusdem scientiæ est eadem cognoscere, & accidẽtia circa vnumquodq; genus de quibus mathematicę ostendunt, aut alterius.

M

Quæstio. Hęc fuit septa qõ supra mota ex pte cõsiderationis & soluit in 3to. t.c. p. mi. 4. 5. & 6.

Ponit aliam gõnem de cõsideratione substãtiæ & accidẽtis, & circa hoc etiam tria facit. Primo mouet quæstionem quæ est. Vtrum cõsiderario huius scientiæ sit solum circa substantiam, aut etiam circa ea quæ accidunt substãtijs, puta si dicamus quòd lineæ, superficies & solida sint q̃dam subæ, vt quidã posuerũt, q̃rit vtrũ eiusdem scientiæ sit cõsiderare ista, & p se accidentia horũ quæ demonstrantur in scientijs mathematicis, aut alterius. Secundo ibi.

Nam si ad eandem pertineat, demonstratiua quędam & substantię profecto scientia erit. At ipsius qd est, non videtur demonstratio esse.

parte.5. Nam si eiusdem, demonstratiua quædam esset, & quæ substantiæ est. Non autem videtur eius quod quid est demonstratio.

Obiecit ad vnam partem. Si enim eiusdem scientiæ est cõsiderare accidentia & substantias, cum scientia quæ considerat accidentia sit demonstratiua accidẽtium, sequitur q; scientia quæ considerat substantiam, sit demonstratiua substantiarum, quod est impossibile, cum diffinitio declarans substantiam quæ significat quodquideſt, non demonstretur. Sic ergo non erit eiusdem scientiæ substantias considerare & accidentia. Tertio ibi. N

Ipsius qd est nõ est demõstratio.

Sin ad aliam, quænam est ea, quæ accidentia circa substantiam contẽplatur? Hoc enim assignare difficile admodum est.

Parte.6.

Si vero diuersæ, quæ erit speculans circa substantiã accidentia? Hoc.n. reddere est valde difficile.

Obiecit in contrarium, quia si diuersæ scientiæ considerant substantiam & accidens, non erit assignare quæ scientia speculetur accidentia circa substantiam, quia talis scia considerabit vtrũq;, cũ tñ hoc videatur ad oẽs scientias ptinere: qa oẽs scientia cõsiderat per se accidẽtia circa subiectum, vt dictum est. Hanc aũt qõnem determinat Philosophus in quarto huius dicens, q; ad eandem scientiã ad quã pertinet de substantia & ente, pertinet etiam cõsiderare de per se accidentibus substantię & entis. Non tamẽ segtur q; eodem modo consideret vtrũq;. s. demonstrãdo substantiam, sicut demonstrat accidens, sed diffiniendo substantiam & demonstrando accidens ineſſe vel nõ ineſſe, vt plenius habetur in fine noni huius. Lec. vij. O

Lec.1.3.4

Pręterea vtrũ solas substãtias sensibiles esse, an & præter hasce dicẽdum est alias esse. Et vtrum vnũ sit genus. an plura substantiarũ sint genera, vt ii putant qui formas inquiunt, & res eas medias esse, circa, quas mathematicas versari scientias dicunt. P

Tex.c6.7 Parte.1.

Amplius autem vtrum sensibiles substantiæ solæ causæ sunt dicendæ, aut præter eas aliæ. Et vtrum vnum genus, aut plura genera substantiarũ sunt, vt dicentes species & intermedia, circa quę mathematicas dicunt esse scientias.

POSTQVAM disputauit Philosophus qõnes ptinentes ad considerationem huius sciæ, hic disputat quæstiones pertinentes ad ipsas substãtias, de quibus principaliter cõsideratio ista scia. Et circa hoc tria facit. Primo mouet qõnes. Secundo oñdit vnde accipi possint rationes ad vnã partem. ibi: ¶ Qũo ergo dicimus &c. ⊦ Tertio objcit ad partem contrariam. ibi: ¶ Multis aũt modis habentibus difficultatẽ &c. ⊦ Circa primũ mouet duas qõnes, quarũ prima est. Vtrum in vniuersitate rerũ solæ substantiæ sensibiles inueniãtur, sicut aliqui antiqui naturales dixerunt, aut ẽt inueniantur q̃dam aliæ substantiæ ꝓter sensibiles, sicut posuerunt Platonici. Secunda qõ est, supposito q; sint aliquæ substantiæ præter sensibiles. Vtrum illæ substantiæ sint vnius generis, aut magis sint plura genera harum substantiarum. Vtrunq; enim opinionem recipit. Quidam enim posuerunt ꝓter substantias sensibiles esse solas spes separatas. i. per se hoiem immaterialem, & per se equum, & sic de alijs speciebus. Alij vero posuerunt quasdam alias intermedias substantias inter spes & sensibilia. s. mathematica, de quibus dicebant esse mathematicas scientias. Et huius ratio est, quia ponebãt duplicem abstractionem rerum, puta abstractionem intellectus, qui dr abstrahere vno modo vniuersale à particulari, iuxta quã abstractionem ponebant spes separatas per se subsistentes. Alio modo formas quasdam à materia sensibili, in quarũ. s. diffinitione non ponitur materia sensibilis, sicut circulus abstrahit ab ære. Iuxta quam ponebant mathematica abstracta, quæ dicbant media inter spes & sensibilia, quia conueniunt cũ vtrisq;. Cum spẽbus quidem inquantum sunt separata

A parata à materia sensibili, cum sensibilibus autem inquantum inueniũtur plura ex eis in vna specie, sicut plures circuli & plures lineæ. Deinde cum dicit.

Quemadmodum igitur ipsas formas causas atq; per se, substantias esse dicimus, in primis sermonibus de ipsis est dictum.

Tex.1.

Quomodo ergo dicimus species causasq; & substantias secundum se, dictum est in prioribus de omnibus ipsis sermonibus.

Oñdit qũo ad vnã partẽ argumentari possit, & dicit q; hoc dictũ est ¶ in primis sermonibus ⊦ idest in primo libro qũo species ponanẽ cãæ rerũ sensibiliũ, & subæ q̃dam per se subsistentes. Vnde ex his quæ ibi dicta sunt in recitatione opinionis Platonis, accipi possunt rationes ad partem affirmatiuam. Deinde cum dicit. B

At cum multæ difficultates habeãtur de ipsis, nõ minus id est absurdum asserere quidem quasdam eẽ naturas, ꝓter eas quę sunt in cœlo: has autem dicere non differentes a sensibilibus esse, nisi duntaxat æternitate: quippe cum illas perpetuas faciant, hæ vero oriantur ac occidant. Inquiũt enim esse ipsum hominem & equum ac sanitatẽ, aliud vero nihil ꝓinde facientes atq; ii qui deos quidẽ inquiunt esse, humanã aũt formã habere. Neq; enĩ illi qcq̃ aliud, q̃ homines ęternos, neq; ii formas aliud qcq̃, q̃ res sensibiles perpetuas faciunt.

Metaꝓ.

Multis autem modis habentibus difficultatem, nullo minus absurdum dicere quidem alias aliquas esse naturas præter eas quæ in cœlo sunt, has autem eadem dicere sensibilibus, nisi qa hæc quidem sempiterna, illa vero corruptibilia. Nam per se hominem dicunt hominem esse & equum & sanitatem, aliud autem nihil simile facientes deos esse ostendẽtibus, & humanæ speciei esse. Nihil enim aliud illi fecerunt q̃ homines sempiternos, nec hi species nisi sensibiles sempiternas.

Obiecit ad partem negatiuam, & primo ad ostendendũ q; non sunt species separatæ à sensibilibus. Secũdo ad ostẽdendum q; nõ sunt mathematica separata. ibi: ¶ Amplius autem si quis præter species &c. ⊦ Supra aũt in primo libro multas rationes posuit cõtra ponentes species. Et ideo illis rationibus prætermissis ponit quandam rationẽ quæ videtur efficacissima, & dicit q; cum positio ponentium species separatas multas habeat difficultates, illud quod nunc dicetur non continet minorem absurditatem aliquo aliorum, scilicet q; aliquis dicat quasdam esse naturas præter naturas sensibiles quæ sub cœlo continentur. Nam cœlum est terminus corporũ sensibiliũ, vt in primo de cœlo & mundo ꝓbatur. Ponentes aũt species, non ponebant eas esse infra cœlum nec extra, ut dicitur in. 3. phylico. Et ideo conuenienter dicit, q; ponebant quasdam naturas præter eas quæ sunt in cœlo. Dicebãt aũt cõtrarias naturas eẽ easdem fm spẽm & rõnem, & in istis sensibilibus, q;nimmo dicebãt illas naturas esse spẽs horũ sensibilium, puta q; hõ separatus est, humanitas, hominis huius sensibilis, & q; hõ sensibilis est hõ participatione illius hois. Hãc tñ differentiam ponebãt inter ea, quia illæ naturæ immateriales sunt sempiternæ istæ vero sensibiles sunt corruptibiles. Et q; ponerent illas naturas easdem istis patet ꝓ hoc, q; sicut in istis sensibilibus inuenitur hõ, equus, & sanitas, ita in illis naturis ponebant ¶ hominẽ per se ⊦. i. sine materia sensibili, & similiter equum & sanitatem. Et nihil aliud ponebãt in substãtijs separatis, nisi q; erant materialiter insensibili-

bus. Quę quidem positio videtur esse similis positioni ponẽtium deos esse humanę spẽi, quæ fuit positio Epicureorum, vt Tullius dicit in lib. de natura deorũ. Sicut enim q; ponebant deos humanæ spẽi, nihil aliud fecerunt q̃ ponere hoies sempiternos fm suam naturã, ita & illi qui ponebant species nihil aliud faciunt q̃ ponũt res sensibiles sempiternas, vt equum, bouem, & similia. Est aũt valde absurdum q; id quod fm suã naturam est corruptibile, sit eiusdem spẽi cum eo qđ per suam naturã est incorruptibile, quin potius corruptibile & icorruptibile differunt specie, vt infra dicetur in. 10. huius. Potest tñ contingere q; id qđ fm suam naturam est corruptibile, virtute diuina perpetuo conseruetur in esse. Deinde cum dicit. H

Tex.c6.16

Pręterea si quispiam pręter formas & sensibilia res ipsas medias ponet, complures sane difficultates habebit. Patet enim lineas similiter præter ipsas & sensibiles fore, & ęterorũ generum quodq;. Quare cum astrologia vna sit horũ scientia, erit & quoddã cœlum pręter hoc sensibile cœlum, & sol & luna & cætera similiter quę sunt in cœlo. At quonam pacto his est credẽdum? Nam neq; immobile illud esse cõsentaneum est rõni, & oĩno fieri non põt vt moueatur. Similiter & de his est putandum circa quę musica, mathematica, perspectiuaq; versatur. Neq; enim ipsa pręter sensibilia possunt ob easdem causas esse. Nam si media sint sensibilia, patet & sensus & aialia inter formas, & res ipsas caducas continuo fore. F

Amplius aũt si quis pręter spes & sensibilia intermedia ponat, multas habebit dubõnes. Palã enĩ qa similiter lineę ꝓter ipsas sensibiles erũt, & vnũqq; aliorũ generũ. Igitur qm astrologia vna hagc est, erit quoddã cœlũ ꝓter sensibile cœlum, & sol & luna & alia similiter cœlestia. Et qũo his credere oportet? Neq; n. imobile rõnabile eẽ, mobile vero iposibile oino. Similiter aũt & de qb9 pspectiua tractat, & in mathematicis harmonica. Et n. hoc iposibile eẽ pręter sensibilia pp easdẽ cãs. Nam si sunt sensibilia intermedia, & sensus. Palã & manifestum qa & aialia erunt intermedia, & ipsorum, & incorruptibiliũ. G

parte.4.

Obiecit contra ponentes mathematica media inter species & sensibilia, & primo contra illos qui ponebant mathematica media, & à sensibilibus separata. Secũdo contra illos qui ponebãt mathematica, sed in sensibilibus esse. ibi, ¶ Sunt aũt & aliqui qui dicunt &c. ⊦ Circa primum duo facit. Primo ponit rõnes contra primã opinionẽ. Secundo, obiecit pro ea. ibi ¶ At vero nec sensibilium &c. ⊦ Contra primũ obiecit tribus vijs, quarũ prima est, q; sicut scia quædã mathematica est circa lineã, ita etiam sunt q̃dã mathematicæ sciæ circa alia subiecta. Si igitur sunt quædam lineæ præter lineas sensibiles de quibus geometra tractat, pari ratione in omnibus alijs generibus de qbus aliæ sciẽtiæ mathematicæ tractant, erunt quædam præter sensibilia. Sed hoc ponere ostendit esse inconueniens in duabus scientijs mathematicis. Primo quidem in astrologia quæ est vna scientiarum mathematicarum, cuius subiectum est cœlum & cœlestia corpora. Sequetur ergo fm prædicta q; sit aliud cœlũ præter cœlum sensibile, & similiter alius sol, & alia luna, & similiter de alijs corporibus cœlestib9. Sed hoc est incredibile, quia illud aliud cœlum, aut est mobile, aut immobile. Si est immobile, hoc videtur esse irrationabile, cum videamus naturale esse cœlo q; semper moueatur. Vnde & astrologus aliqd considerat circa motum cœli. Dicere vero q; cœlũ sit separatum, & sit mobile est impossibile, eo q; nihil separatũ à materia potest esse mobile. Deinde ostendit idẽ esse incõueniens in alijs scientijs

Parte.8. Lec.huius. Parte.7 Lect.huiꝰ. H

mathematicis

mathematicis. Sin perspectiua, quę considerat lineam visualem, & ꝙ in harmonica ꝫ idest musica quæ considerat apportiones sonorũ audibilium. Impossibile est aũt hæc ee intermedia inter species & sensibilia, quia si ista sensibilia sint intermedia, scilicet soni & visibilia, sequeť etiã ꝙ sensus sunt intermedij. Et cum sensus non sint nisi in animali, sequeť ꝙ etiam alia sint intermedia inter species & corruptibilia, quod est omnino absurdum.

Dubitauerit aũt quispiam, & circa quas rerũ has scias quęrere oportet. Nã si hoc geometria a facultate partiẽdi terras differt solũ, ꝙ hęc quidem horũ est quę sentimus, illa vero nõ sensibiliũ, patet & prę ter medicinã, & cęterarũ quoq; facultatũ, aliá quandam fore inter ipsam medicinam, & hanc medendi artem. At hoc quo fieri potest? Erunt enim quædam sana pręter sensibilia, & ipsum etiam sanum.

K Tex. cõ. 8 Partę. 5. Dubitabit autem aliquis & circa quæ existẽtium quærere oportet has scięntias. Nã si ĩ hoc differt geometria, i. ars mensurandi terram, a geodæsia, i. abarte diuidendi terrã solũ, quia hæc qdem hoꝛ est quæ sentimus, illa vero nõ sensibiliũ, palã vero & præter medicinã, & alia erit scia: & pręter vnãquãq; aliarũ, inter ipsam medicinalem, & hanc medicinalem. Sed quomodo hoc possibile? Etenim salubria quædam vtiq; erunt pręter sensibilia, & etiam sanum.

Secũda via talis est. Si in illis generibus de quibus sunt scientiæ mathematicæ, inuenitur triplex gradus rerum. s. sensibilia, species & intermedia, cum de oĩbus speciebus & omnibus sensibilibus videatur esse similis ratio, videtur sequi ꝙ inter quælibet sensibiliã & suas species sunt aliqua media. Vnde remanet dubitatio ad quæ rerũ genera se extendant scię mathematicæ. Si enim scientia mathematica puta geometria differt à geodæsia, quæ est scientia de mensuris sensibilibus, in hoc solum ꝙ geodæsia est de mẽsuris sensibilibus, geometria vero de intermedijs non sensibilibus, pari ratione præter omnes scientias quæ sunt de sensibilibus, erunt ꝑm prædicta quædam scientiæ mathematicæ de intermedijs, puta si scia medicinalis est de qbusdã sensibilibus, erit quædã alia scia ꝑter sciam medicinalem, & ꝑter vnãquãq; similem sciam, quæ erit media inter medicinalẽ, quæ est de sensibilibus, & medicinalẽ quæ est de speciebus. Sed hoc est impossibile, qa cũ medicina sit circa ✠ salubria ✠. i. circa sanatiua, si medicina est media, sequitur etiam sanatiua sint media præter sensibilia sanatiua & ꝑter autosanũ. i. per se sanum, quod est species sani separati, quod est manifeste falsum. Relinquitur ergo ꝙ iltæ scientiæ mathematicæ non sunt circa aliqua, quæ sunt media inter sensibilia & species separatas.

M Et insuper neq; hoc verũ est, facultatẽ inquã partiendi terras, sensibiliũ esse magnitudinũ, & quæ nõ vacãt corruptione. Corrũperet̃ .n. cũ illę intereunt. Partę. 6. Similiter autem nec hoc videtur ꝙ geodæsia sensibilium sit magnitudinum & corruptibilium, corrupta enim esset vtiq; corruptis.

Tertiam viam ponit, per quam destruitur quoddã qđ prædicta positio ponebat, ꝙ. si esset aliqua scia circa sensibiles magnitudines, & sic si inueniretur alia scięntia circa magnitudines, ex hoc haberet ꝙ essent magnitudines mediæ. Vnde dicit ꝙ hoc non est verũ ꝙ geodæsia sit scięntia sensibilium magnitudinum, quia sentibiles magnitudines sunt corruptibiles. Sequeretur ergo ꝙ geodæsia eẽt de magnitudinibus corruptibilibus. Sed scientia videtur corrũpi corruptis rebus de quibus est. Socrate enim non sedente, iam non erit vera opinio qua opinabamur eum sedere. Sequeretur ergo ꝙ geodæsia vel geosophia, vt alij libri habent, corrũpatur corruptis magnitudinibus sensibilibus, quod est cõtra rõnem scientiæ quæ est necessaria & incorruptibilis. Posset tñ hæc ratio ad oppositum induci. Vt dicatur ꝙ per hanc rõnem intendit probare, ꝙ nullæ scięttæ sunt de sensibilibus. Et ita oportet ꝙ oẽs scientiæ vel sint de rebus medijs vel sint de speciebus. Deinde cũ dicit.

At vero neq; astrologia q̃ est circa hoc cœlũ, magnitudinũ sensibilium erit. Neq; .n. sensibiles lineæ tales sunt, quales esse Geometria dicit. Nihil .n. sensibiliũ adeo est rectũ, aut rotũdum. Normã nãq; non pũcto circulus tãgit, sed vt Prothagoras dicebat redarguẽs geometras: Neq; motiones reuolutionesq; cœli similes sunt hisce de qbus Astrologia suas rõnes facit, neq; pũcta eandẽ natură hñt, quam stellę.

At vero nec sensibilium erit magnitudinum: nec circa cœlum hæc Astrologia. Nec .n. sensibiles lineæ sunt tales quales dicit Geometra. Nihil .n. rectum sensibilium, ita nec rotundum. Tangit enim regulã non secundum punctum circulus, sed vt Prothagoras ait geometras redarguẽs: Nec motus, nec reuolutiones cœli similes, de quibus Astrologia sermones dicit, nec ãstris pũcta natură habent eandem.

Obiecit pro prædicta positione in hunc modum. Detratione scientiæ est ꝙ sit verorum. Hoc aũtem non esset nisi esset de rebus prout sunt. Oportet igitur res de quibus sunt scientiæ, tales esse quales traduntur in scientijs. Sed sensibiles lineæ non sunt tales quales dicit geometra. Et hoc probat per hoc ꝙ Geometria probat ꝙ circulus tangit ✠ regulam ✠ id est rectam lineam solum in puncto, vt patet in tertio Euclidis. Hoc aũtem non inuenitur verum in circulo & linea insensibilibus. Et hac ratione vsus fuit Prothagoras destruens certitudines scientiarum contra geometras. Similiter etiam motus & reuolutiones cœlestes non sunt tales quales astrologus tradit. Videtur enim naturæ repugnare ꝙ ponantur motus corporum cœlestium per eccentricos, & epicyclos, & alios diuersos motus, quos in cœlo describunt astrologi. Similiter etiam nec quantitates corporum cœlestium sunt tales, sicut discribunt eas astrologi. Vtuntur enim astris vt punctis, cum tamen sint corpora magnitudinem habẽtia. Vnde videtur ꝙ nec Geometria sit de sensibilibus magnitudinibus, nec Astrologia de cœlo sensibili. Relinqtur igitur ꝙ sint de aliquibus alijs medijs. Deinde cum dicit.

Sunt aũt qui esse quidẽ inquiunt ea, quę media dicũtur inter formas ac sensibilia esse: non tñ seorsum a sensibilibus, sed in iis ipsis esse. Quibus omnia quę eueniunt impossibilia recensere, longioris est sane orationis. Satis autem fuerit & talia contemplari.

Tex. cõ. 8 Partę. 6. Sunt autem & aliqui qui dicunt esse quidem intermedia hęc infra species & sensibilia, nõ extra sensibilia, sed in his. Quibus accidẽtia impossibilia omnia quidem pluris est orationis pertransire. Sufficit enim & talia speculari.

Obiecit contra aliam positionẽ, & primo ponit intentum. Secundo inducit rationes ad propositum. ibi ✠ Non enim in talibus &c. ✠ Dicit ergo primo ꝙ quidam ponunt esse quasdam naturas medias inter species & sensibilia, & tamen non dicunt ea esse separata à sensibilibus, sed ꝙ sunt in ipsis sensibilibus. Sicut patet de opinione illorum qui posuerunt dimensiones quasdam per se existentes, quæ penetrant omnia corpora sensibilia, quas quidam dicunt esse locum corporum sensibilium, vt dicitur in. 4. physicæ, & ibidem improbat. Vnde hic dicit ꝙ prosequt omnia

A 2.de.c.17 omnia impossibilia, quæ sequuntur ad hanc positionẽ materis est negocij. Sed nunc aliqua breuiter tangere sufficit. Deinde cum dicit.

Non .n. hęc solũ ita sese habere consentaneum est rationi, sed patet & ipsas formas in sensibilibus esse posse. Eiusdem enim sunt hæc vtraq; rationis. 2ũ. 9.

Non enim in talibus cõgruum est habere sic solum, sed palam qa & species cõtingit in sensibilibus esse. Eiusdem enim rationis vtraq; ea sunt.

Inducit quatuor rõnes contra prædictam positionem, quarum prima talis est. Eiusdem rationis videtur esse ꝙ prꝑter sensibilia ponantur species & mathematica media, quia vtrunq; ponitur propter abstractionem intellectus. Si igitur ponuntur mathematica esse in sensibilibus, congruum est ꝙ non solum ita se habeãt in eis, sed etiam quòd spẽs ipsæ sint in sensibilibus, quod est contra opinionẽ ponentium species. Ponunt enim, eas esse separatas, & nõ esse alicubi. Secundam rationem ponit ibi.

B Prꝑterea duo solida eẽ eodẽ in loco necesse est. 8ũ. 10. Amplius aũt duo soli in eodem necesse loco esse.

Quæ talis est. Si mathematica sunt alia à sensibilibus, et tamen sunt in eis, cum corpus sit quoddam mathematicũ, sequitur ꝙ corpus mathematicum simul est in eodem cũ corpore sensibili, ergo ✠ duo solida ✠. i. duo corpora erũt in eodem loco, quod est impossibile, non solũ de duobus corpibus sensibilibus, sed ẽt de corpore sensibili & mathematico, quia vtrũq; habet dimẽsiones, rõne quarũ duo corpora, phibenẽ eẽ in eodẽ loco. Tertiã rõnem ponit ibi.

Et nõ immobilia esse, quippe cum in sensibilibus sint, quæ quidem motu cientur. Partę. 11 C Et nõ esse imobilia in motis exĩtia sensibilibus.

Moto enim aliquo mouetur id quod in eo est: sed sensibilia mouentur, si igitur mathematica sunt in sensibilibus, sequeť ꝙ mathematica moueantur, quod est cõtra rõnem mathematicorum, quæ non solũ abstrahunt à materia, sed etiam à motu. Quartam rationem ponit ibi.

Omnino aũt cuiusnã gĩa quispiã esse qdem ipsa, in sensibilibus aũt eẽ ponet. Eadẽ enim absurda euenient, & huic snĩç, quę & antecedẽti. Erit .n. quoddã cœlũ profecto prꝑter hoc cœlũ. Verũ non seorsum, sed eodem in loco. Quod quidem magis fieri neqt. De his igitur magna est dubitatio, quonam modo positis, veritatem consequi possumus. 8ũ. 12

Totaliter autem cuius causa quis ponet esse qdẽ ipsa, esse aũt in sensibilibus. Eadem enim cõtingunt incõuenientia eis quę dicta sunt. Erit enim cœlũ aliquod prꝑter cœlũ, nõ tamen extra, sed in eodem loco: quod est magis impossibile. De his ergo dubitatio multa, qũo oportet positam habere veritatem. D

Quæ talis est. Nihil rõnabiliter ponitur nisi ꝑpter aliquam causarũ, & ꝑcipue si ex tali põne maius incõueniens sequatur. Sed ista positio ponitur sine causa. Eadem enim incõuenientia sequẽtur ponentibus mathematica esse media & in sensibilibus, quę sequũtur ponẽtibus ea nõ esse in sensibilibus, & adhuc quædam alia propria & maiora, vt ex prædictis patet. Hæc igitur positio est irrationabilis. Vltimo aũt cõcludit ꝙ prædictæ qõnes habent multam dubitationem, qũo se habeat veritas in istis. Has autẽ qõnes pertractat Phs infra. 11. 13. 14. huius, oste̊dens non esse mathematicas substãtias separatas, nec etiam spẽs. Et ratio quæ mouebat ponẽtes mathematica et spẽs sumpta ab abstractione intellectus, soluitur in principio. 13. Nihil enim prohibet aliquid quòd est tale, salua veritate considerari ab intellectu nõ inquantum tale, sicut homo albus potest cõsiderari nõ inquantum albus. Et hoc modo intellectus potest cõsiderare res sensibiles, nõ inquantum mobiles & materiales, sed inquãtum sunt quædam substantiæ vel magnitudines. Et hoc est intellectum abstrahere à materia & motu. Non autem sic abstrahit ꝑm intellectum, ꝙ intelligat magnitudines & species esse sine materia & motu. Sic enim sequeretur quòd vel esset falsitas intellectus abstrahentis, vel quòd ea quæ intellectus abstrahit, sint separata ꝑm rem. Lectio. viij. B

Et de principiis etiam, vtrũ genera elementa esse, principiaq; putare oporteat, an ea potius ex quibus primis quæq; res constat.

ET de principiis, vtrum oportet genera elemen ta & principia suscipere, aut magis ex quibus cum insint est vnumquodq; primis. Tex. cõ. 10 Partę. 1. F

POSTQVAM Phs disputauit de quæstionibus motis de substantijs, hic disputat de quæstionibus motis de principijs. Et diuiditur in partes duas. In prima disputat de qõnibus quibus quęrebatur quæ sunt principia. Secundo de qõnibus quibus ꝙrebatur qualia sint principia, & hoc ibi ✠ Adhuc aũt vtrũ substãtia. ✠ Circa primũ disputat de duabus qõnibus. Primo utrũ vlla sint principia. Secũdo vtrũ sint aliqua principia à materia separata. ibi ✠ Est aũt habita de his disputatio &c. ✠ Circa primũ disputat duas qõnes, quarũ prima est, vtrũ genera sint principia: secũda, ꝙ genera, vtrũ. s. prima genera vel alia. ibi ✠ Adhuc aũt si maxime principia sunt genera &c. ✠ Circa primũ duo facit. Primo mouet qõnem, secundo disputat. Secunda ibi ✠ Vt vocis elemẽta &c. ✠ Est ergo ĝstio prima de principijs, vnde oportet recipere vel opinari ꝙ ipsa genera q̃ de pluribus prædicantur, sint elementa & principia rerũ, vel magis sint dicenda principia & elementa ea ex qbus vnũquodq; est, sicut ex partibus. Sed addit duas conditiones, quarum vna est ✠ cum insint ✠ quod ponit ad differentiam cõtrarij & priuationis. Dicitur enim albũ fieri ex nigro vel non albo, quæ tñ non insunt albo. Vnde non sunt eius elemẽta. Alia cõditio est qua dicit ✠ primis ✠ quod ponitur ad differentiam secundorum componentium. Sunt enim corpora aĩalium ex carnibus & neruis quæ insunt aĩali, non tñ dicunt aĩalis elementa, quia nõ sunt hæc prima ex quibus animal componitur, sed magis ignis, aer, aqua, & terra, ex quibus etiam existunt carnes & nerui. Deinde cum dicit. Infra le. 10 Infra lec. 9 Partę. 9 huius lect. parte seq. Qõ pria sup̃ mota ex parte cõsideratorũ in hac scia, & sol. in fine hui⁹ le. & 1. 10. le. tertię. elementũ quid. G

Veluti vocis elementa principiaq;, ea esse videntur, ex quibus primis voces componuntur. Sed nõ vox ipsum cõe. Et designationum ea esse dicimus elemẽta, quoꝝ demonstrationes in istarum, aut omnium, aut plurimarũ demonstrationibus insunt.

Vt vocis elementa & principia videntur esse ex quibus cõponuntur voces omnes primum, sed non cõe vox. Et diagrãmatum. i. descriptionum ea dicimus elemẽta, quoꝝ demõstrationes insunt in alioꝝ demonstrationibus, aut oĩum, aut plurimorum. H Partę. 11.

Disputat ad hanc qõnem, & circa hoc tria facit. Primo ostendit ꝙ ea ex quibus primis aliquid componitur, sunt principia & elementa. Secundo obiicit ad partem contrariam. ibi ✠ Inquantum aũt cognoscimus vnũqũq; &c. ✠ Tertio excludit quãdam responsionem qua posset dici, ꝙ vtraq; sunt principia & elementa. ibi ✠ At vero nec vtrobiq; &c. ✠ Circa primũ primo ponit tres rõnes, quarũ prima procedit ex rõnabilibus, in quibus manifestat ꝓpositum ꝑm duo exempla, quoꝝ primũ est de voce dearticulata, cuius principiũ & elemẽtum nõ dr̃ eẽ cõe qđ est vox,

Universidad de Deusto
Biblioteca

I sed magis illa ex quibus primis cõponuntur omnes voces quæ dicuntur literæ. Secundum exemplũ ponit in diagrãmatibus. i. in demonstrationis descriptionibus figurarum geometricarum. Dicuntur. n. horum diagrammatum esse elementa non hoc cõe quod est diagramma, sed magis illa theoremata, quorum demõstrationes insunt demõstrationibus aliorũ theorematum geometralium, aut oĩum, aut plurimorum, quia. s. aliæ demonstrationes procedunt ex suppositione primarum demõstrationum. Vnde & liber Euclidis dicitur liber elementorum, quia. s. in eo demonstrantur prima Geometriæ theoremata, ex quibus aliæ demonstrationes procedunt. Secũdam rõnem ponit ibi.

Prçterea & qui vnũ corpoꝝ elementũ, & q plura inquiũt esse, ea dicũt principia esse, ex qbus oĩa corpora componunt & cõstãt. Vt Empedocles ignem, aquam, terrã, ac aerẽ, elemẽta inquit esse, ex qbus cõstant quç sunt. Sed nõ vt genera ipsorũ hæc dicit.

K Parte. 3 Amplius aũt corpoꝝ qui dicunt esse plura elemẽta, & qui vnum, exꝫ quibus cõponunt & constãt principia dicũt esse. Vt Empe. ignem & aquã & quæ sunt insimul, hçc elementa dicit esse ex quibus sunt entia quæ sunt, sed nõ vt genera dicit ea eorũ quç sunt.

Quæ ꝓcedit in rebus naturalibus. Et dicit ꝙ illi qui ponunt elementa corporum vel plura vel vnum, illa dicunt esse principia & elementa corporum, ex quibus componũtur & constant tanq̃ in eis existentibus, sicut Empedo. dicit, elementa corporum naturalium esse ignem, & aquam, & alia hmõi, quæ simul cũ his elemẽta rerum dicit, ex quibus primis cũ insint corpora naturalia cõstituũtur. Ponebãt aũt ꝓter hçc duo alia quatuor principia. s. aerẽ, & terrã, litẽ & amicitiã, vt in primo dictũ est. Nõ aũt dicebat nec Empedo. nec alĳ naturales plũ, ꝙ genera rerũ essent earum principia & elementa. Tertiam rationem ponit ibi.

L Insuper si quis velit & aliorꝝ cuiusq; naturam inspicere, vt lectică qbus ex partibus constet, & quonã pacto cõpositis, tunc ipsius naturam cognoscet. His igitur rõnibus principia nõ esse genera reꝝ videtur.

parte. 4. Adhucaũt & ad aliorꝝ si quis vult naturam speculari, vt lectũ ex quibus partibus est, & qũo compositis, cognoscet eius naturã. Et ex his quidem rationibus non sunt principia genera existentium.

Quę ꝓcedit in artificialibus, & dicit ꝙ siqs velit ⸢speculari naturã⸣. i. diffõnem indicantem essentiã aliorꝝ corporũ à corporibus naturalibus. s. artificialiũ, puta si vult cognoscere lectũ, oportꝫ cõsiderare ex qbus ꝑtibus cõponit, & modũ cõpõnis eaꝝ, & sic cognoscet naturã lecti. Et post hoc cõcludit ꝙ gña nõ sũt prĳcipia entiũ. Deide cũ dicit.

M At si vnũquodq; quidẽ per diffinitiones cognoscimus, principia vero diffinitionũ genera sunt, necesse est & diffiniendarũ rerũ principia, genera esse.

parte. 5. Quod si cognoscimus vnũquodq; per diffinitiones, & principia diffinitionum sunt ipsa genera, necesse & diffinitorum principia esse genera.

Obĳcit ad partem contrariam, & ponit tres rationes, quarũ prima talis est. Vnũquodq; cognoscitur per suã diffinitionem. Si igitur idem est principiũ essendi & cognoscendi, videtur ꝙ id quod est principium diffinitionis sit principiũ rei diffinitæ. Sed genera sunt principia diffõnũ, qa ex eis prĳo diffones cõstituũtur, ergo genera sunt principia rerum quę diffiniuntur. Secundã rationem ponit ibi.

Et si ex eo rerum scĭa sumitur, quia specierũ accipitur, quibus res ipsę quęq; dicuntur, specierũ profecto genera, eorum quæ sunt principia erunt. N parte. 6.

Et si est eorũ quę sunt accipere sciam, accipienda est scientia specierum secundum quas dicuntur esse entia. Specierum autem principia sunt genera.

Quæ talis est. Per hoc accipitur scientia de vnaquaq; re, ꝙ scitur spẽs eius fm quam res est. Nõ enim põt cognoscere Socra. nisi per hoc scitur ꝙ est homo. Sed genera sunt principia specierum, quia species constituuntur ex genere et differentia, ergo genera sunt principia eoꝝ quæ sunt. Tertiam rationem ponit ibi.

Videntur & quidam dicentium vnum ipsum, aut id quod est, aut magnum & paruum principia eorũ quæ sunt esse, his ipsis, vt generibus vti.

Parte. 7. Videntur autem quidam dicẽtium elementa existentium vnum aut ens, aut magnum aut paruum, vt generibus eis vti.

O

Et sumit ex authoritate Platonicoꝝ q posuerũt vnũ & ens esse principia & magnũ & paruũ, qbus vtũtur vt generibus, ergo genera sunt principia. Deinde cum dicit.

At vero neq; vtroq; modo principia dici possunt. Rationem nanq; subĳcit est vna. Diuersa ergo erit quæ est ꝑ genera diffinitio, & quę dicit ex quibus est quæ insunt.

Parte. 8. Excludit quandam rõnem qua posset dici ꝙ vtraq; sunt principia, dicens ꝙ non est possibile dicere vtrobiq; esse ⸢principia⸣ vt elementa. i. partes ex quibus componitur aliqd, & genera. Et hoc ꝓbat tali ratione. Vnius rei vna est ratio diffinitiua manifestans eius substantiam, sicut & vna est substantia vniuscuiusq;. Sed non est eadem ratio diffinitiua, quæ datur per genera & quæ datur per partes ex quibus aliquid cõponit, ergo non põt esse vtraq; diffinitio indicans substãtiã rei. Ex principĳs autẽ rei põt sumi ratio diffinitiua significans substantiã eius. Impossibile est ergo ꝙ principia rerum sint simul & genera, & ea ex quibus res componuntur. Deinde cum dicit.

Insuper & si q̃ maxime principia, genera sunt: vtrum generum prima putare oporteat principia rerum esse, an ea quæ vltimo de indiuiduis prędicãtur. Nam hoc suscipit controuersiam.

Adhuc autem si maxime principia sunt genera, vtrum prima generum oportet existimare principia, aut vltima prædicata de indiuiduis? Etenim hæc dubitationem habet.

Parte. 9. Disputat secundam quæstionem, & primo mouet eã. Secundo ad eam rationes inducit. ibi ⸢Nam si quidẽ vniuersalia &c.⸣ Dicit ergo ꝙ si ponamus ꝙ genera sint maxime principia, quæ oportet existimare magis esse principia, vtrũ prima de numero ⸢generum⸣. s. cõmunissima, aut etiam infima quæ proxima prædicanẽ de indiuiduis, scilicet spẽs specialissimas. Hoc enim habet dubitationem sicut ex sequentibus patet. Deinde cum dicit.

Si. n. magis vlia principia sunt putãda, patet suprema geneꝝ existimãda, eorũ quę sunt, principia esse. Hęc. n. de vniuersis dicunt. Totigit erũt eorũ quæ sunt principia, quot sunt ipsa genera prima. Quare id qđ est, ac vnũ ipsum, principia atq; subę erũt. Hęc. n. maxime de vniuersis rebus dicunt. At neq; ipm vnũ, neq; id qđ est genus esse põt. Differẽtias enim

vniuscuiusq;

A vniuscuiusq; generis & esse, & vnamquãq; vnã esse, necesse est. Fieri vero nõ potest aut spẽs generis de differẽtiis ꝓpriis, aut genus sine suis specieb⁹ dicat, ac prædicet. Quare si id qđ est, aut vnũ ipsum sit genus, nulla dria: aut vnum, aut ens erit. Qđ si nõ sint genera, neq; principia erũt: si genera, principia sunt.

Parte. 10. Nam si quidem vlia sunt magis principia, palam quia suprema generum. Ea nãq; maxime dicunt de oĩbus existentibus. Tot igitur erunt entium principia, quot & prima genera. Quare erit ens & vnum principia et substãtię. Ea nãq; de oĩbus maxime dicũ tur existẽtibus. Nõ est autẽ possibile genus entium esse vnum, neq; vnũ neq; ens. Nam necesse est differẽtias cuiusq; generis & esse, & vnam eẽ quamlibet. Impossibile aũt prædicari aut spẽs de propriorum

B generum differentiis: aut genus sine suis speciebus. Quare si, vnum genus aut ens, nulla differentia neq; vnum neq; ens erit. Sed si non genera, nec principia erunt si principia genera.

Obĳcit ad propositam quęstionem, & circa hoc tria facit. Primo enim inducit rationes ad ostendẽdum ꝙ prima genera nõ possent esse principia. Secundo inducit rationes ad ostẽdendum ꝙ species vltimæ magis debent dici principia. ibi ⸢At vero & si magis.⸣ Tertio obĳcit ad propositum. ibi ⸢Iterum autem &c.⸣ Circa primum ponit tres rationes, quarum prima talis est. Si genera sunt magis principia quanto sunt vniuersalia, oportet ꝙ illa quæ sunt maxime vniuersalia, quæ. s. dicuntur de omnibus, sint prima inter genera & maxime principia. Tot ergo erunt rerũ principia, quot sunt hmõi genera cõmunissima. Sed cõmunissima omnium sunt vnum & ens, quæ de omnibus prædicãtur, ergo vnũ & ens erunt principia & substãtiæ omnium rerum. Sed hoc est impossibile, quia nõ possunt omnium rerum esse genus vnum & ens: quia cum ens & vnũ vniuersalissima sint, si vnum & ens essent principia genetum, sequetur ꝙ principia non essent genera. Sic ergo posita ratio qua ponitur communissima generum esse principia est impossibilis, quia sequitur ea oppositum positi. s. ꝙ principia non sunt genera. Quod autem ens & vnum non possint esse genera, probat tali ratione. Quia cum differentia addita generi constituat speciem, de differentia prædicari non poterit, nec spẽs sine genere, nec genus sine speciebus. Quod autem species de differentia prædicari nõ possit, patet ex duobus. Primo quidem, quia differẽtia in plus est q̃ spẽs, vt Porphyrius tradit. Secũdo quia cũ differentia ponatur in diffinitione speciei, nõ posset species prædicari per se de differentia, nisi intelligeretur ꝙ differẽtia esset subiectum speciei, sicut numerus est subiectum paris, in

D cuius diffinitione ponitur. Hoc autem non sic se habet, sed magis differentia est quædam forma speciei. Non ergo posset species prædicari de differentia, nisi forte per accidẽs. Similiter etiam nec genus per se sumptum, potest prędicari de differentia prædicatione per se. Non enim genus ponitur in diffinitione differentiæ, quia differentia nõ participat genus: vt dicitur in quarto topicorum. Nec etiam differentia ponitur in diffinitione generis, ergo nullo modo per se genus prædicatur de differentia. Prædicatur tamen de eo quod ⸢habet differẽtiam⸣ id est de specie, quę habet differentiam in actu. Et ideo dicit, quòd de proprĳs differentĳs generis non prædicatur species, nec genus sine speciebus, quia scilicet genus prædicatur de differentĳs secundum quòd sunt in speciebus. Nulla autem differentia potest accipi, de qua non prædicetur ens & vnum, quia quælibet differentia cuiuslibet generis est ens, & est vna. Alioquin non posset constituere vnam aliquam speciem entis, ergo impossibile est ꝙ vnũ & ens sint genera.

Prçterea ipsa media cum differẽtiis sumpta, genera vsq; ad indiuidua erunt, nunc vero alia videtur esse, alia non videntur. Insuper differentiæ magis q̃ genera principia erũt. Quod si & hę sint principia, infinita fere principia fient: præsertim si quispiã primum genus principium esse ponat. E

Amplius aũt quę sunt intermedia, & coaccepta cũ differẽtiis erunt genera vsq; ad indiuidua. Nunc aũt hęc quidem videnť, illa aũt non videnť. Adhuc magis differentiæ sunt principia q̃ genera, & si hæ sunt principia, infinita (vt ita dicatur) erunt principia. Aliter & si primum quidem genus principiũ ponat. Te. co. 11 Parte. 11

Secundam rõnem ponit quæ talis est. Si genera dicũtur principia, quia sunt cõia & prædicãtur de pluribus, oportebit ꝙ omnia quę parti rõne erũt principia: quia sunt cõia & prædicata de pluribus sint genera. Sed omnia quæ sunt media inter prima genera & indiuidua, quæ scilicet sunt coaccepta cum differẽtĳs aliquibus sunt communia prædicata de pluribus: ergo sunt principia & sunt genera, qđ patet esse falsum. Quædam enim eorum sunt genera sicut species subalternæ, quædam vero non sunt genera sicut species specialissimæ. Non ergo verum est, quòd prima genera siue communia sint principia prima. Præterea. Si prima genera sunt principia, quia sunt principia cognitionis specierum, multo magis differentiæ sunt principia, qa differentiæ sunt principia formalia specierum. Forma autem & actus est maxime principium cognoscendi. Sed differentias esse principia rerũ est inconueniens, quia fm hoc erunt quasi infinita principia. Sunt enim, vt ita dicatur, infinitæ rerũ differentiæ, non quidem infinitæ fm rerũ naturam, sed quo ad nos. Et ꝙ sint infinitæ patet dupliciter. Vno modo si quis consideret multitudinem ipsam differẽtiarũ fm se. Alio modo si quis accipiat primum genus quasi primum principium. Manifestum enim est ꝙ sub eo continẽ tur innumerabiles differẽtiæ. Non ergo prima genera sunt principia. Deinde cum dicit F G

At vero si vnũ ipsum magis rõnẽ principii subeat, & id sit vnũ, qđ diuisionẽ non capit atq; hoc oẽ, aut specie, aut q̃titate sit tale, priusq; sit id qđ est specie tale, genera aũt diuisiones in spẽs capiãt, id erit magis vnũ profecto, qđ vltimo prędicat. Homo nãq; nõ est (vt patet) ipsoꝝ singularium hoĩum genus.

At vero etsi magis principiũ spale sit vnum, vnũ aũt indiuisibile, indiuisibile vero oẽ siue secundum quantitatem, siue secũdum spẽm, & prius quod est secũdum spẽm, genera vero diuisibilia in spẽs: magis vtiq; erit vnum vltimum prędicatũ. Non enim est genus homo aliquorum hominum. Parte. 12

Ostendit ꝙ spẽs spalissimæ sunt magis principia q̃ genera, & ponit tres rationes, quarum prima talis est. Vnum fm Platonicos maxime videtur habere ⸢speciem⸣. i. rationem principĳ, vnum vero habet rationem indiuisibilitatis, quia vnum nihil est aliud q̃ ens indiuisum. Dupliciter est aũt aliquid indiuisibile. s. fm quantitatem, & fm spẽm. Secũdum quãtitatem qdem, sicut pũctus & vnitas, & hoc indiuisibile opponitur diuisioni quantitatis. Secundum spẽm aũt, sicut ꝙ nõ diuiditur in multas spẽs. Sed inter hęc duo indiuisibilia prius & principalius est, quod est indiuisibile fm spẽm, sicut & spẽs rei est prior q̃ quantitas eius, ergo illud qđ est idiuisibile fm spẽm, est magis principium eo quod est indiuisibile fm quantitatem. Et qdem quãtitatis numeralis diuisionẽ videt esse magis indiuisibile genus, quia multarũ specierũ est vnũ genus, sed fm diuisionem spẽi magis est indiuisibilis vna spẽs. Genera enim diuidunť in spẽs. Et sic vltimum prædicatum de pluribus H

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod non est genus plurium specierum. ſ. ſpecialiſſima eſt magis vnum ſm ſpēm q̄ genus. Sicut homo & quælibet alia ſpēs ſpecialiſſima, nō eſt genus aliquorum hominum. Eſt ergo magis principium species q̄ genus.

Præterea in q̄bus eſt prius atq; posterius, in hiſce fieri non pōt, vt id q̄ppiā ſit præter ipſa, q̄d de ipſis cōiter prædicat. Vt ſi dualitas prima eſt numerorū, non eſt numerus quiſq̄ præter ſpēs numeroꝝ: ſimiliter neq; figura, præter ipſas ſpēs figurarum. Quod ſi horum genera præter ſpēs ipſas nō ſunt, multo minus cęterorum genera præter ipſas ſpēs erunt. Nam horū genera maxime eſſe videntur. In indiuiduis autem, non aliud prius, aliud posterius eſt.

Parte. 13

Amplius in quibus & prius & posterius eſt, non eſt posſibile in his aliquid eſſe præter ea. Vt ſi prima numerorum eſt dualitas, non erit numerus aliquis præter ſpēm numeroꝝ. Similiter autē nec figura aliqua, præter ſpēs figuraꝝ. Si autē nō horū, ſchola. i. interpretatio alioꝝ genera erunt præter ſpēs. Horum enim maxime videtur eſſe genera. In indiuiduis vero non hoc eſt primum & aliud posterius.

Secundam rōnem ponit quæ procedit ex quadam poſitione Platonis, qui quādo aliquid vnum de pluribus prædicatur, non ſm prius & posterius poſuit illud vnum ſeparatum, ſicut hominem præter omnes homines. Quando vero aliquid prædicatur de pluribus ſm prius & posterius, non ponebat illud ſeparatum. Et hoc eſt quod dicit q̄ ☾ in quibus prius & posterius eſt ☽. ſ. quando vnum eorum de quibus aliquod cōmune prædicatur eſt altero prius, non eſt poſſibile in his aliquid eſſe ſeparatum, præter hæc multa de quibus prædicatur. Sicut ſi numeri ſe habent ſm ordinem, ita q̄ dualitas eſt prima ſpēs numeroꝝ, nō inuenitur idea numeri præter omnes ſpecies numerorum. Eadem rōne nō inuenitur figura ſeparata, præter omnes ſpecies figurarum. Et huius rō eſſe poteſt, quia ideo alia quod cōe ponitur ſeparatū, vt ſit quoddā primum quod oīa alia participent. Si igitur vnum de multis ſit primum, quo oīa alia participent, nō oportet ponere aliq̄d ſeparatū, quod oīa participant. Sed talia videntur omnia genera, q̄a omnes ſpecies generum inueniūtur differre ſm perfectius & minus q̄fectum. Et per conſequens ſm prius & posterius ſm naturam. Si igitur eorū quorum vnum eſt prius altero, non eſt accipere aliquid commune ſeparatum, ſi genus præter ſpecies inueniatur, erunt ☾ ſchola aliorum ☽, id eſt erit eorum alia doctrina & regula, & non ſaluabitur in eis prædicta regula. Sed manifeſtum eſt q̄ inter indiuidua vnius ſpeciei, non eſt vnum primū & aliud posterius ſm naturā, ſed ſolum tpe. Et ita ſpēs ſm ſcholam Platonis eſt aliq̄d ſeparatū. Cum igitur cōia ſint principia inquantum ſunt ſeparata, ſequit̄ q̄ ſit magis principiū ſpēs q̄ genus.

Quare plato poſuit ideas ſpēs & non genera.

Præterea vbi aliud præſtabilius aliud deterius eſt, id quod præſtabilius eſt, ſemper eſt prius. Quare neque horum fuerit genus. Ex his igitur ea quæ de indiuiduis prædicantur, magis q̄ genera principia eſſe videntur.

Parte. 14.

Amplius autē vbi hoc quidē melius, illud aūt vilius, ſemper q̄d eſt melius, prius. Quare nihil horū erit genus. Ex his igitur magis videntur quę de indiuiduis ſunt prędicata, eſſe generum principia.

Id ē quoꝝ vnūē prius ſm nām & altęꝝ poſterius.

Tertiam rōnem ponit quæ ſumitur ex meliori & peiori, q̄a in quibuſcunq; inuenit vnū alio melius, ſemp illud q̄d eſt melius, eſt prius ſm naturā. Sed horū quæ ſic ſe habent non pōt poni vnum genus cōe ſeparatum, ergo eoꝝ quoꝝ vnum eſt melius, & aliud peius, nō pōt poni vnum genus ſeparatum. Et ſic redit in idem quod prius. Hæc enim rō inducitur quaſi confirmatio prædictę ad oſtendēdum q̄ in ſpeciebus cuiuslibet generis inuenitur prius & posterius. Et ex tribus his rōnibus cōcludit ꝓpoſitum. ſ. q̄ ſpecies ſpecialiſſimæ quæ immediate de indiuiduis prædicātur, magis videntur eſſe principia q̄ genera. Ponitur enim genitiuus generꝝ loco ablatiui more græcoꝝ. Vnde litera Boethij planior eſt, quæ expreſſe concludit hmōi p̄dicata magis eſſe principia q̄ genera. Deinde cū dicit.

N

At rurſus nō facile dictu vī, quonā modo hęc p̄ncipia exiſtimare oporteat. Principiū. n. & cām præter eas res quaꝝ eſt principiū eē oportet, & ſeparari ab ipſis poſſe. Tale aūt q̄d præter ſingulare cur quiſpiam eē exiſtimabit, niſi qa vī et de oībus prædicatur? At ſi ob id ipſum putandū eſt q̄ſpiā principiū eē, ea ſane q̄ magis vīa ſunt, magis principia ſunt ponēda. Quare prima genera principia erunt.

O

parte. 1 p

Iterum autem quomodo oportet ſuſcipere principia, dicere facile non eſt. Principium enim & cauſam oportet eſſe præter res quarum eſt principium, & poſſibile ab eis ſeparatum eſſe. Tale vero aliquid præter ſingularia eſſe, quare aliquis ſuſcipit, niſi qa vniuerſaliter & de omnibus prędicatur? Sed ſi propter hoc, magis vniuerſalia, magis ponēda ſunt principia. Quare principia erunt genera.

P

Obijcit in cōtrariū tali rōne. Principiū & cā ē p̄ter res quarum eſt principiū & cā, & poſſibile eſt ab eis eſſe ſeparatū. Et hoc ī quia nihil eſt cā ſuiipſius. Et loquit hic de principijs & cauſis extrinſecis, quæ ſunt cauſæ totius rei. Sed aliquid eē p̄ter ſingularia nō ponitur, niſi quia eſt cōe & vniuerſaliter de omnibus prædicatum, ergo quanto aliquid eſt magis vniuerſale, tanto magis eſt ſeparatum, & magis debet poni principium. Sed genera prima ſunt maxime vniuerſalia, ergo genera prima ſunt maxime principia. Harum aūt q̄num ſolutio innuitur ex hac vltima rōne. Secundum hoc enim genera vel ſpēs vniuerſalia principia ponebātur, inquātum ponebantur ſeparata. Quod aūt nō ſint ſeparata & per ſe ſubſiſtētia oſtendetur in. 7. huius. Vnde & Cōmentator in. 8. oſtendet q̄ principia rerū ſunt materia & forma, ad quorū ſimilitudinem ſe habēt genus & ſpēs. Nā genus ſumit̄ à materia, differētia vero à forma, vt in eodē libro manifeſtabitur. Vnde cum forma ſit magis principium q̄ materia, ſm hoc ēt erunt ſpēs magis principia q̄ genera. Q̄d vero contra obijcit ex hoc q̄ genera ſunt principia cognoſcēdi ſpeciem & diffinitiones ipſius, eodem modo ſoluitur ſicut & de ſeparatiōe. Quia enim ſeparatim accipitur à ratione genus ſine ſpeciebus, eſt principium in cognoſcēdo. Et eodem modo eſſet principium in eſſendo, ſi haberet eſſe ſeparatum. Lectio. ix.

Soluit obiones hic & ꝑtim in. 7. Tex. 18. & inde. Cō. 17. & 18.

Q

Eſt autem poſt has alia dubitatio, ac omnium difficillima, & ad contemplandum eam maxime neceſſaria, da de qua ratio nunc exiſtit.

Tex. 15 Parte. 1.

POSTQVAM Plīs diſputauit qōnē de vniuerſalibus, vtrum ſint principia. Hic conſequēter mouet qōnē de ſeparatis, vtrum. ſ. aliquid ſit ſeparatū à ſenſibilibus q̄d ſit eoꝝ principiū. Et circa hoc pertractat duas qōnes, quarum prima eſt. An vniuerſalia ſint ſeparata à ſingularib⁹. Secunda eſt, an ſit aliquid formale ſeparatum ab his quæ ſunt compoſita ex materia & forma, ibi. ☾ Amplius autem ſi q̄maxime &c. ☽ Circa primum tria facit. Primo deſcribit dubitationē. Secundo obijcit ad vnā partē, ibi.

In pr. 4. parte ſeq. Parte. 1.

Nam

A

Q̄ tāgit̄ ſuperiꝰ poſitū. 3. 4. 8. 5. q. ſuperius tm exp̄ ꝑ ꝓ ꝑtem ꝑſideratur & ſoluit in 7. lc. 13. 14

☾ Nam ſi nō eſt &c. ☽ Tertio obijcit ad partē aliam, ibi. ☾ At vero &c. ☽ Eſt ergo hæc dubitatio de eo quod tactū eſt in vltima rōne prædecentis qōnis, vtrum. ſ. vniuerſale ſit ſeparatum à ſingula tibus, ſicut præmiſſa ratio ſupponebat. Et hoc eſt quod dicit. ☾ De qua ratio nunc exitit ☽ id eſt de qua immediate præcedens ratio p̄celſit. De hac autem dubitatione ita dicit, primo q̄ ☾ eſt habita ☽ id eſt conſequentet ſe habens ad præmiſſa, quia ſicut iam dictum eſt, ex hoc dependet conſideratio præcedētis queſtionis. Nam ſi vniuerſalia non ſunt ſeparata, nō ſunt principia. Si autem ſunt ſeparata, ſunt principia. Secundo dicit de ea quòd eſt difficillima omnium dubitationum huius ſcientiæ. Quod oſtenditur ex hoc q̄ eminentiſſimi philoſophi de ea diuerſimode ſenſerunt. Nam Platonici poſuerūt vniuerſalia eſſe ſeparata, alijs philoſophis cōtra ponentibus. Tertio dicit de ea q̄ eſt maxime neceſſaria ad cōſiderādū, quia. ſ. ex ea depēdet tota cognitio ſubſtantiarum tam ſenſibiliū q̄ immaterialium. Deinde cum dicit.

B

Nā ſi nō ſit p̄ter ſingularia q̄q̄, ipſa vero ſingularia ſint infinita, qūo fieri pōt vt infinitorū accipiat̄ ſcia? Quonā q; vnū qd eſt in vniuerſis & idē, & quo quippiā vī cōpetit, hinc vniuerſa cognoſcimus.

Parte. 2

Nam ſi nō eſt aliqd p̄ter ſingularia, ſingularia vero infinita, qūo accipere cōtingit ſciam? Nam inquantum vnū aliquid & idē, & inquantū vniuerſale aliqd eſt, intantum omnia cognoſcimus.

Obijcit ad oſtēdendum q̄ vniuerſalia ſint ſeparata à ſingularib⁹, ſingularia enim ſunt infinita. Infinita aūt cognoſci non poſſunt. Vnde ſingularia omnia cognoſci non poſſunt, niſi inquantum reducuntur ad aliquid vnum, quod eſt vſie. Sic igitur ſcīētia de rebus ſingularibus nō habetur, niſi inquātum ſcitur vīa. Sed ſcīētia nō eſt niſi verorum & exiſtentium, ergo vniuerſalia ſunt aliqua per ſe exiſtentia p̄ter ſingularia. Deinde cum dicit.

C

At vero ſi hoc ſit neceſſarium, & p̄ter ſingularia aliud eē oporteat, genera profecto p̄ter ſingularia neceſſe eſt eſſe, aut vltima, aut prima. Hoc autē impoſsibile eſſe, nuper oſtendimus dubitando.

Parte. 3

At vero ſi hoc eſt neceſſe, & oportet aliqd eē p̄ter ſingularia, erit neceſſe eſſe genera p̄ter ſingularia, aut vltima, aut prima. Hoc autem quia impoſſibile, nunc dubitauimus.

Obijcit in cōtrarium hoc modo. Si neceſſe eſt vīa eſſe aliqd p̄ter ſingularia, oportet q̄ genera ſint p̄ter ſingularia, vel prima generū, vel ēt vltima quæ ſunt ſmediate ante ſingularia. Sed hoc eſt impoſſibile, vt ex præcedēti dubitatione patet, ergo vniuerſalia nō ſunt à ſingularibus ſeparata. Hāc aūt dubitationē ſoluit Plīs in. 7. huius, ubi oſtēdit multipl̄r vīa nō eſſe ſubſtātias per ſe ſubſiſtentes. Nec oportet, ſicut multotiēs dictum eſt, q̄ aliqd eundem modum eſſendi habeat in rebus per quem modum ab intellectu ſcientis comprehēditur. Nam intellectus immaterialiter cognoſcit materialia, & ſimiliter naturas rerū quæ ſingulariter in rebus exiſtunt, intellectus cognoſcit vniuerſaliter. i. abſq; conſideratione principiorum & accidentium indiuidualium. Deinde cum dicit.

Tex. 13. 14 & 16. 17. & inde.

D

Prēterea ſi q̄ maxime q̄ppiam ſit præter totū ipſum, cū de materia q̄ppiā fuerit prędicatū, vtrū præter oīa q̄ppiam eē oporteat, an p̄ter aliqua quidē eſſe, p̄ter aliqua vero nō eē, an p̄ter nulla oīno.

Parte. 4.

Amplius aūt ſi q̄ maxime eſt aliqd præter ſimul totū, q̄n prędicatur aliqd de materia, vtrum ſi eſt aliquid p̄ter oīa oportet aliqd eſſe, aut p̄ter quędā eſſe, & p̄ter quędam nō eſſe, aut p̄ter nihil.

Proſequitur de alia qōne, vtrum. ſ. aliq̄d ſit ſeparatum à cōpoſitis ex materia & forma, & circa hoc duo facit. Prio mouet qōnem, ſecūdo ꝓſequitur eam, ibi. ☾ Si igīt &c. ☽ Circa primum conſiderādum eſt, q̄ primo mouet qōnē, vtrum vlē ſit ſeparatum à ſingularibus. Cōtingit aūt aliquod ſingulare eſſe cōpoſitum ex materia & forma, nō tm oē ſingulare ex materia & forma ſunt cōpoſitū, nec ſm rei veritatē, quia ſubſtæ ſeparatæ ſunt q̄dam particulares ſubſtæ, quia p ſe ētātes & p ſe operātes: nec ēt ſm opi. Platonicorū qui ponebāt ēt I mathematicis ſeparatis eſſe q̄dam particularia, ponendo plura ex eis in vna ſpecie. Et q̄uis dubitari poſſit, vtrum etiam in his quæ nō ſunt compoſita ex materia & forma, ſit aliquid ſeparatum ſicut vniuerſale à ſingulari, tm hoc maxime habet dubitationem in rebus compoſitis ex materia & forma: & ideo dicit q̄ maxime eſt dubitabile, vtrum ſit aliquid ☾ p̄ter ſimul totum &c. ☽ id eſt præter rem cōpoſitam ex materia & forma. Et quare dicatur ſimul totū cōpoſitum, exponit ſubdens, vt q̄ſi p̄dicāt aliquid de materia. Ponebat. n. Plato q̄ ſenſibilis materia participabat vīa ſeparata. Et ex hoc erat q̄ vniuerſalia p̄dicātur de ſingularibus. Et ipſe participationes vīum formarum in materialibus ſenſibilibus conſtituunt ſimul totum, quaſi vniuerſalis forma per modum participationis cuiuſdam ſit de materia prædicata. In his autem qōnem trimembrem proponit, vtrū. ſ. p̄ter omnia hmōi ſit aliqd ſeparatum, aut præter quædam eorum, & non præter alia, aut præter nihil eorum. Deinde cum dicit.

E

parte ſeq. Hęc eſt qō 6. ſuperius mota ex ꝓpoſitis ꝓſideratur, & ſoluit partim in. 12. lc. 6. ptim vero in. 7. lec. 7.

F

Si igitur nihil oīno p̄ter ſingularia ſit, nihil intelligibile prorſus, ſed oīa ſenſibilia erūt, & nullius erit ſcīa, niſi quiſq̄ ſenſum ſcientiam dixerit eſſe.

parte. 5.

Si igitur nihil eſt p̄ter ſingularia, nihil eſt intellectuale, ſed omnia ſenſibilia, & ſcientia nullius, niſi quis dicat ſenſum eſſe ſcientiam.

G

Proſequitur p̄dictam dubōnem, et circa hoc duo facit. Primo obijcit cōtra hoc q̄ poni poſſet nihil ſeparatū eſſe ab his q̄ ſunt cōpoſita ex materia & forma. Secundo obijcit ad oppoſitum, ibi. ☾ Sed ſi hoc &c. ☽ Circa primum obijcit duplici via. Primo quidē ex hoc q̄ ea quę ſunt cōpoſita ex materia & forma ſunt ſenſibilia, vnde proponit q̄ ea q̄ ſunt cōpoſita ex materia & forma ſunt ſingularia. Singularia aūt nō ſunt intelligibilia, ſed ſenſibilia. Si igitur nihil eſt præter ſingularium compoſita ex materia & forma nihil erit intelligibile, ſed omnia entia erūt ſenſibilia. Scīētia aūt nō eſt niſi intelligibilium, ergo ſequitur q̄ nullius rei ſit ſcīētia: niſi aliquis dicat q̄ ſenſus & ſcīa ſunt idem, vt antiqui naturales poſuerunt: ſicut dī in primo de aīa. Vtrūq; aūt horum eſt incōueniens. ſ. vel q̄ nō ſit ſcīa, vel q̄ ſcīa ſit ſenſus, ergo & primū eſt inconueniens. ſ. q̄ nihil ſit p̄ter ſingularia cōpoſita ex materia & forma. Secundo obijcit ex hoc q̄ cōpoſita ex mā & forma ſūt mobilia.

Infra part. 10.

Lect. 5. Tex. cō. 12

H

Et inſuper nihil erit perpetuū nihil imobile. Senſibilia enim intereunt vniuerſa, ſuntq; in motu.

parte. 6.

Amplius autem neque ſempiternum eſt aliquid nec immobile. Nam ſenſibilia omnia corrumpuntur & in motu ſunt.

Inducit talem rōnem. Oīa ſenſibilia compoſita ex materia & forma corrumpuntur & in motu ſunt. Si igitur nihil ſit præter huiuſmodi entia, ſequetur q̄ nihil ſit ſempiternum, nec immobile. Deinde cum dicit.

Quod ſi nihil perpetuum ſit, neq; generatio eſſe pōt. Neceſſe eſt enim aliqd eſſe, id quod fit, & id ex quo fit, atq; horum vltimum eſſe ſiſtatur. Et ex eo quod non eſt, fieri quicq̄ non poteſt.

At vero ſi ſempiternū nihil eſt, nec generationem

parte. 7.

I posſibile eſt eſſe. Neceſſe enim eſt aliquid eſſe quod factū eſt, & ex quo fit, & horū vltimū ingenitū ſiſtat, & ex non ente generari impoſsibile.

Parte. ſeq. Oſtēdit eſſe inconueniens. ſ. q̄ nihil ſit ſempiternū & immobile, & primo ex parte materiæ. Scēdo ex parte formæ, ibi. ¶ Amplius aūt cum ſit &c. ┼ Dicit ergo primo, q̄ ſi nihil eſt ſempiternū, nō eſt poſsibile eſſe generationem alicuius rei. Et hoc probat ſic. Quia in oī generatione neceſſe eſt aliquid quod fit, & aliquid ex quo fit. Si ergo id ex quo ſit aliquid iterum generatur, oportet q̄ ex aliquo generetur. Aut ergo neceſſe eſt q̄ in infinitum p̄cedatur in materijs, aut q̄ iter p̄ceſſus in aliquo primo, q̄ ſit aliquod primum materiale principium nō generatū, niſi forte dicatur q̄ generetur ex nō ente, quod eſt impoſsibile. Si aūt in infinitum procederetur, nūq̄ poſſet compleri generatio, quia infinita nō eſt trālire, ergo vel oportet ponere aliquid ingenitū materiale principiū, aut impoſsibile eſt eſſe aliquā generationem. Deinde cum dicit.

K Prēterea ſi generatio ſit, & motus, & finem eē neceſſe eſt. Neq; enim infinitus vllus eſt motus, ſed motiōis omnis eſt finis. Et impoſsibile eſt id fieri, quod factum eſſe non poteſt. Ipſum vero factum neceſſe eſt eſſe, cum primum eſt factum.

Parte. 8. Amplius autē cum ſit generatio & motus, finem eſſe neceſſe eſt. Motus enim nullus eſt infinitus, ſed oīs eſt finitus. Generariq; impoſsibile, quod eſt impoſsibile factum eſſe. Quod aūt generatū eſt, eſſe neceſſe eſt quando primum factum eſt.

Oſtendit idem ex parte cauſę formalis, & ponit duas rationes, quarū prima talis eſt. Oīs generatio & motus neceſſe eſt q̄ habeat aliquē fīnē. Et hoc probat, quia nullus motus eſt infinitus, ſed cuiuslibet motus eſt aliquis finis. Hoc autē planum eſt in illis motibus qui finiūtur in ſuis terminis. Sed videt habere inſtātiam in motu circulari, qui poteſt eſſe pperuus & infinitus, vt probat in. 8. phy. Et q̄uis ſuppoſita ſempiternitate motus tota cōtinuitas circularis motus ſit infinita, ſm̄ q̄ circulatio ſuccedit circulationi, tamē quælibet circulatio ſm̄ ſpeciem ſuam; completa & finita eſt. Quod autem ei ſuccedat alia circulatio, hoc accidit quātum ad circulationis ſpeciem. Et quod dixerat de motu vīr, ſpāliter oſtēdit de generatione. Nō enim poteſt eſſe aliqua generatio vna infinita, qa nō pōt aliq̄d generari q̄d impoſsibile eſt peruenire ad fīnē generationis, cuius finis eſt factū eſſe. Et q̄ factū eē ſit terminus generationis, ex hoc patet, qa q̄d generatū eſt, neceſſe eſt eē. ¶ Qū poſt factū eſt ┼ ſed eſt qū prio terminat generatio eius. Oportet igit̄ q̄ cū forma ſm̄ quā aliq̄d eſt, ſit terminus generationis, q̄ nō ſit procedere in infinitū, ita ēt q̄ formā aliquā oporteat eſſe ingenitam, ex hoc q̄ in infinitum nō procedatur in formis.

M Prēterea ſi materies eſt ex eo qa ingenita eſt, multo magis etiam conſentaneum eſt rationi, ſubſtantiā eſſe quando ſit illa. Nam ſi neq; erit, neq; illa, nihil penitus erit. Quod ſi hoc fieri nequeat, neceſſe ē aliquid eſſe præter ipſum totum, ſpeciem inquam ipſam ac formam.

Parte. 9 Amplius autem ſi materia eſt, qa eſt ingenita, multo rōnabilius eſt eſſe ſubſtantiā, qñ hæc aliquādo fit eſſe. Nam ſi nec hæc erit, nec illa nihil erit omnino. Sed ſi hoc eſt impoſsibile, neceſſe eſt aliquid eſſe prēter ſynolon, ſcilicet formam & ſpeciem.

Secundam rationem ponit quæ talis eſt. Si materia aliqua eſt prima q̄a eſt in genita, multo rōnabilius eſt q̄ ſit ſubſtātia. i. forma ingenita, cū per formam res habeat eſſe, materia vero magis ſit ſubiectum generationis & trāſmutationis. Si vero neutrum eorum ſit ingenitum, nihil omnino erit ingenitū, cū oē quod eſt pertineat ad rōnem materiæ vel formæ, vel ſit cōpoſitum ex vtroq;. Hoc aūt eſt impoſsibile, vt nihil ſit ingenitū, ſicut p̄batum eſt. Ergo relinqtur q̄ neceſſe eſt aliquid eſſe ¶ prēter ſynolon ┼. i. ſimul totū. i. p̄ter ſingulare cōpoſitum ex materia & forma. Et hoc dico aliquid quod ſit forma & ſpēs. Materia. n. per ſe nō pōt eſſe ſeparata à ſingularibus, quia nō habet eſſe niſi per aliud. De forma vero hoc magis videtur, per quam eſt eſſe rerum. Deinde cum dicit.

At ſi qſpiā id poſuerit, dubō rurſus exiſtit, in quibus hoc ponet: & in quibus non ponet. Nā p̄ſpicuū eſt, in vniuerſis eſſe nō poſſe. Non enim domum aliquam, præter ſingulares domos, eſſe ponemus.

Sed ſi hoc iterq; quis ponit, dubitatio eſt, in qbus hoc ponet, & in quibus nō. Nā quia in omnibus nō exiſtimatur manifeſtum. Non enim ponemus domum aliquam præter domos aliquas.

Obijcit in cōtrarium. Si enim aliqs ponat aliquā formā eſſe ſeparatam p̄ter ſingularia compoſita ex materia & forma, erit dubitatio in quibus hoc ſit ponendū, & in quibus nō. Manifeſtum enim eſt q̄ hoc non eſt ponēdum in omnibus præcipue in artificialibus. Non enim eſt poſsibile q̄ ſit aliqua domus, præter hanc domum ſenſibilem compoſitam ex materia & forma. Hanc autem dubitationem ſoluit Ariſto. partim quidem in. 12. huius: vbi oſtēdit eſſe quaſdam ſubſtantias à ſenſibilibus ſeparatas, quæ ſunt ſm̄ ſeipſas intelligibiles: partim vero in ſeptimo huius, vbi oſtendit formas & ſpecies rerum ſenſibilium nō eſſe à materia ſeparatas. Non tamen ſequitur quòd de rebus ſenſibilibus non poſſit haberi ſcīētia, vel quòd ſcientia ſit ſenſus. Non enim oportet quòd eundem modum eſſendi habeant res in ſeipſis, quem habent in conſideratione ſcientis. Quæ enim ſeipſis materialia ſunt, ab intellectu immaterialiter cognoſcuntur, vt etiām ſupra dictum eſt. Nec etiam oportet ſi forma non eſt ſeparata à materia q̄ generetur, quia formarum non eſt generatio, ſed compoſitorum, vt in ſeptimo huius oſtenditur. Patet ergo in quibus oportet ponere ſeparatas formas, & in quibus non. Nam omnium eorum quæ ſunt ſm̄ ſuam naturam ſenſibilia, formæ non ſunt ſeparatæ. Sed illa quæ ſunt ſm̄ naturam ſuam intelligibilia, ſunt à materia ſeparata. Non enim ſubſtantiæ ſeparatæ ſunt naturæ horum ſenſibilium, ſed ſunt altioris naturæ, alium habētes ordinem in rebus. Lec. x.

Et inſup erit ne oīum ceu hoīum ſubſtātia vna? Adhuc autem vtrum ſubſtantia vna eſt omniū, vt hominum.

POSTQVAM Pbs inqſiuit quæ ſunt principia, & vtrū ſint aliqua à materia ſeparata, hic inquirit qualia ſint principia. Et primo inquirit de vnitate & multitudine ipſorum. Scēdo inqrit, vtrū ſint in potētia vel in actu, ibi. ¶ His autē à fine eſt quęrere &c. ┼ Tertio vtrū principia ſint vīa vel ſingularia, ibi. ¶ Et vtrū vīa ſint &c. ┼ Circa primū duo facit. Primo inquirit qualiter principia ſe habeāt ad vnitatē. Secūdo qualr ipſum vnū ſe habeat ad rōnem principij, ibi. ¶ Oīum aūt &c. ┼ Circa primū tria facit. Primo ingrit ſpālr de principio formali, vtrū ſit unū oīum exiſtentium in vna ſpē. Scēdo inquirit idē de oīb⁹, generalr principijs, ibi. ¶ Amplius aūt &c. ┼ Tertio ingrit, vtrū eadē ſint pricipia aut diuerſa corruptibiliū & incorruptibiliū, ibi. ¶ Nō minor aūt &c. ┼ Circa primū duo facit. Prio mouet dubōnē. Scēdo obijcit ad qōnē, ibi. ¶ Sed ſpoſsibile

A Hęc q5 ran ſit motiuū ?. q̄. ſingulos motꝰ ex pre cōſidera torū, & ſol uit in ſepti mo lec. 10. Parte. 3.

ſibile &c. ┼ Eſt ergo dubō, vtrū ſit vna ſubſtā. i. forma omniū exiſtētiū in vna ſpecie, puta hoīum. Deinde cū dicit.

At abſurdum eſt. Nō enim vnum ſunt oīa, quorum eſt ſubſtantia vna, ſed multa ac differentia. At & hoc metas rationis egreditur.

Sed impoſsibile eſt. Nō enim vnum omnia quorum ſubſtantia vna, ſed multa & differētia. Sed hoc extra rationem eſt.

Obijcit ad vnam partem qōnis. ſ. ad oſtendēdum q̄ nō ſit vna forma omnium exiſtentium in vna ſpecie, & hoc duabus rationibus, quarum prima talis eſt. Ea quæ ſunt in vna ſpecie ſunt multa & differentia. Si igitur oīum in vna ſpecie exiſtentiū ſit vna ſubſtantia, ſequetur q̄ ea quorum ſubā eſt vna ſint multa & differentia, qđ eſt irrōnabile.

B Et ſimul quonam pacto materies ſit tandem horum vnūquodq;, & eſt totum ipſum hæc ambo.

Parte. 5

Simul autem & quomodo ſit materia horum ſingulum, & ſynolon. i. totum ſimul ea ambo.

Hic ponit ſecūdam rationem, quæ talis eſt. Illud quod eſt in ſe vnum & indiuiſum nō componitur cum aliquo diuiſo ad conſtitutionem multorum. Sed manifeſtum eſt q̄ materia diuiditur in diuerſis ſingularibus. Si igitur ſubſtantia formalis eſſet vna & eadem, non eſſet aſſignare quo ſingulū horū ſingulariū ſit materia habens talem ſubſtantiam, quæ eſt vna & indiuiſa, ita q̄ ſingulr ſit ſimul totum hīs hęc duo, ſ. materiam & formam ſubſtantialem quæ eſt vna & indiuiſa. In cōtrarium aūt nō obijcit, quia rōnes quæ ad ſequentē qōnem p̄ponuntur, ad oppoſitum p̄dictarū rōnum, ſunt ēt illæ quæ ſunt propoſitæ ſupra de ſeparatione vīum. Nām ſi ſit vīe ſeparatū, neceſſe eſt ponere vnam numero ſubſtantiā eorū quæ cōueniunt in ſpecie, quia vīe eſt ſuba ſingularium. Huius aūt qōnis veritas determinat in ſeptimo huius, vbi oſtendet qđqdeſt. i. eſſentiam cuiuslibet rei non eſſe aliud q̄ rem ipſam, niſi per accidens, vt ibi dicetur. Deinde cum dicit.

C Tex. 16, 10

Prēterea de principiis & hoc quiſpiam dubitabit. Nā ſi ſpecie ſint vnū, nihil erit numero vnū, neq; ipſum vnum & id quod eſt. Atq; quonā pacto ſcientia fuerit, ſi non erit quippiam in omnibus vnum?

Tex. 16 Parte. 4. Hęc ſuit. 7. qđ ſoł mo ta ex parte cōſiderato rum, & ſol uit in. 12 Tex. 15. 19 parte ſeq.

Amplius autem & de principiis hoc dubitabit aliquis. Nā ſi ſpecie ſunt vnū, nihil erit numero vnū. Nec vnum iterum vnum ipſum & ens. Et ſcire quō erit, niſi quid vnum fuerit in omnibus?

D Mouet dubitationem de vnitate principiorum in cōi. Vtrū. ſ. principia rerum ſint eadē numero: vel eadem ſpecie, & numero diuerſa, & circa hoc duo facit. Primo ponit rationes ad oſtendendum q̄ ſint eadem numero, ſecundo ad oppoſitum, ibi. ¶ At vero &c. ┼ Circa primum ponit tres rōnes, & præmittit dubōnem dicens, q̄ idem pōt q̄ri vīr de principijs rerum, quod quæſitum eſt de ſubſtantia, vtrū. ſ. principia rerum ſint eadē numero. Et inducit primam rōnem ad oſtēdendum q̄ ſint eadem numero. Non enim inuenitur in principiatis niſi quod ex principijs habent. Si igitur in principijs non inueniat vnū numero, ſed ſolum vnum ſpecie, nihil erit in principiatis vnū numero, ſed ſolū vnum ſpecie. Secunda ratio talis eſt, quia illud qđ eſt ipſum vnū vel ipſum ens, oportet q̄ ſit vnū numero. Dicit autē ipſum vnum, vel ipſum ens, vnitatem, aut ens abſtractum. Si igitur principium rerum nō ſit vnum numero, ſed ſolum vnū ſpecie: ſequet q̄ nihil ſit ipſum vnū & ēt ipſum ens. i. q̄ ens & vnum nō per ſe ſubſiſtant. Tertia ratio eſt, quia ſcia habeē de rebus per hoc q̄ vnum inuenitur in multis, ſicut homo cōis inuenitur in omnibus hominibus. Non enim eſt ſcientia de ſingularibus, ſed de vno quod inuenitur in eis. Omnis aūt ſcientia vel cognitio principiatoꝝ dependet ex cognitione principiorū. Si igitur principia nō ſunt vnū numero, ſed ſolū vnū ſpecie, ſequitur q̄ ſcia non ſit de rebus. Deinde cum dicit.

E

At vero ſi numero ſint vnū, & vnumq̄q; principioꝝ ſit vnū, & nō vt in ſenſibilibus alia aliorum: vt huiꝰ ſyllabę, ba. quę eſt eadē ſpē, & principia ſunt eadem ſpē. Nam hæc numero ſunt diuerſa. Si igit nō hoc pacto, ſed numero ſint vnum ipſa principia rerum, prēter elementa ſane nihil aliud erit. Nihil enī refert vnum numero, an ſingulare dicatur. Sic enim dicimus ſingulare quod vnū numero eſt. Vniuerſale aūt qđ in his eſt cōe. Vt igitur ſi elemēta vocis in numero definito eēnt, neceſſariū eēt tot oēs līas eē, quot elemēta eſſent: qppe cū non eſſent eadem duo nec plura, ſic & hiſce q̄ ſunt, & i ipſoꝝ numero erit.

Singulare Vniuerſale

F

At vero ſi numero vnū & vnū qđlibet principioꝝ, & non quēadmodū in ſenſibilibus alia alioꝝ, vt in hac ſyllaba, ba. ſpecie exiſtente & principia ſpecie eadem. Etenim ea ſunt numero diuerſa. Quod ſi nō ita, ſed quę ſunt entium pricipia, numero vnū ſunt, non erunt prēter elemēta quippiam aliud. Nam dicere numero vnum aut ſingulare nihil differt. Sic enim dicimus vnumquodq; numero vnum. Vniuerſale vero quod in his eſt. Vt ſi vocis elementa numero eſſent determinata, tot literas eſſe neceſſe eſſet, quot elementa. Duobus quidem eiſdem non exiſtentibus, nec pluribus.

parte. 5.

Obijcit in cōtrarium tali rōne. Si principia ſint vnum numero, ita q̄ quodlibet principiorum in ſe cōſideratū ſit vnum, nō erit dicere de principijs exiſtentium q̄ hoc modo ſe habēt ſicut principia ſenſibilium. Videmus enim in ſenſibilibus q̄ diuerſorum ſunt diuerſa principia ſm̄ numerum, ſed eadem ſm̄ ſpēm, ſicut & eorum quorum ſunt, principia ſunt diuerſa ſm̄ numerum, ſed eadem ſm̄ ſpēm. Sicut videmus q̄ diuerſarū ſyllabarum ſm̄ numerū, quæ cōueniunt in ſpecie, ſunt principia eędem lr̄æ ſm̄ ſpēm, ſed nō ſm̄ numerū. Si quis aūt dicat q̄ nō eſt ita in principijs entium, ſed oīum entium principia ſunt vnum numero, ſequetur q̄ nihil ſit in rebus præter elementa, quia quod eſt vnū numero, eſt ſingulare. Sic. n. appellamus ſingulare qđ eſt vnum numero, ſicut vniuerſale quod eſt in multis. Qđ autem eſt ſingulare, non multiplicatur nec inuenitur niſi ſingulariter. Si igitur ponatur q̄ omnium ſyllabarum eſſent principia eędem literæ numero, ſequeretur q̄ illæ literæ nunquam poſſent multiplicari: vt. ſ. eſſent duo aut plura. Et ſic nō poſſet ſeorſum inueniri in ſyllaba iſta, ba, vel, da. Et eadē ratio eſt de aliis literis. Pari igitur rōne ſi omnium entium ſint principia eadem numero, ſequetur q̄ nihil ſit prēter principia, qđ videtur incōueniens: quia cum principium alicuius ſit, nō erit principium niſi ſit aliquid p̄ter ipſum. Hæc aūt qō ſoluetur in. 12. Ibi enim oſtendet q̄ principia q̄ ſunt intrinſeca rebus. ſ. materia et forma, vel priuatio non ſunt eadem numero oīum, ſed analogia ſiue p̄portione. Principia aūt ſeparata. ſ. ſubſtātiæ intellectuales, quarum ſuprema eſt Deus, ſunt vnū numero vnaquęq; ſm̄ ſeipſam. Id autem quod eſt ipſum vnum & ens, Deus eſt, & ab ipſo deriuatur vnitas ſm̄ numerum in rebus omnibus. Scīētia aūt eſt de his, nō quia ſint vnum numero in omnibus, ſed quia eſt vnum in multis ſm̄ rōnem. Rō autē quæ eſt ad oppoſitum verificatur in principijs eſſentialibus, nō aūt in principijs ſeparatis, cuiuſmodi ſunt agens & finis. Multa enim poſſunt produci ab vno agente vel mouente, & ordinari in vnum finem. Lec. xj.

Tex. cō. 19

H

Universidad de Deusto
Biblioteca

I Nulla autem dubitatione inferior dubitatio abhiſce qui hac tẽpeſtate ſunt, & a prioribus eſt omiſſa. Vtrum eorum quæ intereũt, & eorum quæ ſunt expertia corruptiõis, eadẽ an diuerſa principia ſint.

Tex. cõ. 15 Parte. 1.

NOn autẽ minor dubitatio modernis & prioribus relinquitur, vtrum eadem corruptibiliũ & incorruptibiliũ ſint principia, aut diuerſa.

POSTQVAM Philoſophus inquiſiuit vtr, vtrũ principia ſint eadem numero omnia, quæ ſunt vnius ſpeciei vel eadem ſpecie: hic inquirit vtrum eadem numero ſint principia corruptibiliũ et ſcorruptibiliũ, & circa hoc tria facit. Primo ꝓponit qõnẽ. Scõo inducit rõnẽ ad oñdẽdũ ꝙ nõ ſunt eadẽ principia corruptibiliũ & incorruptibilium, ibi. ☙ Nam ſi eadẽ &c. ❧ Tertio inducit rõnes ad oſtendendum quòd non ſunt diuerſa, ibi. ☙ Si vero diuerſa &c. ❧ Dicit ergo primo, ꝙ quædam dubitatio eſt quæ nõ minus relinquitur modernis philoſophis Platonem ſequentibus, q̃ ſunt apud antiquos philoſophos qui ẽt dubitauerunt, vtrum corruptibilium & incorruptibilium ſint eadem principia vel diuerſa. Deinde cum dicit.

parte ſeq. Parte. 14. Hęc qõ eſt octaua ſuperius mota ex parte conſideratorum.

Nam ſi eadem ſint, quonam pacto, & quam ob cauſam illa quidem occidunt, hæc vero vacant corruptione?

Nã ſi eadẽ ſint, qũo hęc quidem incorruptibilia, illa vero corruptibilia, & propter quam cauſam?

Parte. 2

Obiicit ad oſtendendum ꝙ non ſunt eadem principia corruptibilium, & incorruptibilium, & circa hoc tria facit. Primo ponit rationem. Secũdo improbat ſolutionem poſitæ rationis, quam poetæ theologi adhibebant, ibi. ☙ Qui quidem &c. ❧ Tertio excludit ſolutionem quam adhibebãt quidam philoſophi naturales: ibi. ☙ A dicentibus &c. ❧ Dicit ergo ꝙ ſi ponanẽ corruptibiliũ & incorruptibilium eſſe eadem principia, cũ ex eiſdem principijs idem ſequatur effectus, vẽ ꝙ omnia uel ſint corruptibilia, vel omnia ſint incorruptibilia. Relinquitur ergo q̃ quo quædam ſunt corruptibilia & quædam incorruptibilia, et propter quam cauſam. Deinde cum dicit.

parte ſeq.

L Heſiodo igitur cæteriſq; theologis id curæ fuit dũtaxat, qđ ſibiipſis veriſimile eſſet: nos autẽ neglexerunt. Cum enim deos principia feciſſent, & ex diis orta eſſe oĩa poſuiſſent, ea facta eſſe mortalia dicũt quæ nectar atq; ambroſiam non guſtarunt.

Parte. 3

Qui qdem igitur circa Heſiodũ & oẽs qui theologi erant, ſolum apud ipſos perſuaſionem curauerunt: nos aũt non neglexerunt. Deos aũt facientes principia, & ex deis eſſe facta, quæ nõ guſtauerunt nectar & manna, mortalia facta eſſe dicunt.

M parte ſeq.

Excludit ſolutionem poetarum theologorũ, & primo ponit eorũ ſolutionem. Secundo obiicit cõtra prædictam poſitionẽ, ibi. ☙ Palam ꝙ hæc oĩa ſibi nota dicẽtes &c. ❧ Tertio ſe excuſat à diligentiori improbatione huius poſitionis, ibi. ☙ Sed de fabuloſe &c. ❧ Circa primum conſiderandum eſt ꝙ apud græcos, aut naturales philoſophos fuerunt quidam ſapientiæ ſtudentes, qui deis ſe intromiſerunt occultantes veritatem diuinorum, ſub quodã tegmine fabularum, ſicut Orpheus, Heſiodus & quidam alij: ſicut etiam Plato occultauit veritatem philoſophię ſub mathematicis, vt dicit Simplicius in cõmento prædicamentorũ. Dicit ergo ꝙ ſectatores Heſiodi & oẽs qui dicebant theologi curauerunt perſuadere ſolis ſibi, & nos alios ſpreuerunt: quia. ſ. veritatem quam intellexerunt taliter tradiderunt, ꝙ eis ſolum potuit eſſe nota. Si enim per fabulas veritas obumbretur, non poteſt ſciri quid verum ſub fabula lateat, niſi ab eo qui fabulã cõfixerit. Ij igitur Heſiodiſtæ prima rerum principia deos nominauerunt, & dixerunt ꝙ illi de numero deorũ qui non guſtauerunt de quodam dulci cibo, qui vocatur nectar vel manna, facti ſunt mortales. Illi uero qui guſtauerunt, facti ſunt immortales. Potuit autem ſub hac fabula aliquid veritatis occulte latere, vt ſcilicet per nectar & manna intelligatur ipſa ſuprema bonitas primi principij. Nã omnis dulcedo dilectionis & amoris ad bonitatem refertur, omne autem bonum à primo bono deriuat. Potuit ergo eẽ intellectus eos ꝙ ex participatione propinqua ſummæ bonitatis aliqua incorruptibilia reddantur, ſicut quæ perfecte participant diuinum eſſe. Quædam vero, ꝓpter longe diſtare a primo principio, quod eſt non guſtare manna & nectar, non poſſunt perpetuitatem conſeruare ſm idem numero, ſed ſm idem ſpeciei: ſicut dicit philoſophus in. 2. de generatiõe. Sed vtrũ hoc intenderint occulte tradere, vel aliud, ex hoc dicto plenius percipi non poteſt. Deinde cum dicit.

N

Hæc fabula exponit Auer. inutiliter ſi aſſerit. Vide ſuã defenſionẽ ſi placet. Te. cõ. 30

Hæc omnia ſibiipſis, vt patet, nota dicentes, & tã de cauſarum harũ guſtatione ſupra noſtrę mẽtis vires dixerunt. Nam ſi voluptatis ipſas gratia tangãt, nectar ſane atq; ambroſia, non vt ſint illis cauſæ eſſe videntur. Si vero ſint cauſæ, quonam pacto erunt ꝓpetui, cum alimentis indigeant?

O

parte. 4

Palam ꝙ hæc omnia ſibi nota dicentes, equidem de allatione harum cauſarum ſuper nos dixerunt. Nam ſi gratia voluptatis ipſi tangunt, non eſt cauſa exiſtẽdi nectar & manna. Si vero eſſendi, quomodo erunt ſempiterni cibo egentes?

Nectar. Ambroſia. ſcdm gra

Obiicit cõtra prædictam poſitionem, & dicit ꝙ prædicti Heſiodiſtæ quid ſignificare voluerint per iſta nomina nectar & manna fuit eis notum, ſed non nobis. Et ĩ cõ quo afferantur iſtæ cauſæ ad iſtam qõnem ſoluendam, & ad in corruptionem præſtandam rebus, dixerũt ſupra noſtrum intellectum. Si enim intelligãtur iſta verba ſm ꝙ ſonant, nullius efficaciæ eſſe videntur. Dij enim qui guſtauerunt nectar & manna, aut guſtauerũt ꝓpter delectationem, aut propter neceſſitatem eſſendi. His enim de cauſis aliqui ſumunt cibum. Siquidem ſumpſerunt iſta ꝓpter delectationem, non poſſunt nectar & mãna eſſe eis cauſa exiſtẽdi, ita ꝙ per hoc incorruptibiles reddãtur: qa delectatio eſt qđdam conſequens ad eſſe. Si autem propter neceſſitatem eſſendi prædicta ſumpſerunt, non erunt ſemper iterum cibo indigentes. Videtur ergo ꝙ corruptibiles exiſtentes prius tanq̃ cibo indigentes, per cibum facti ſunt incorruptibiles. Quod iterum videtur inconueniens, quia cibus nõ nutrit in ſua ſpecie, niſi corruptus tranſeat in ſpeciem nutriti. Quod aũt eſt corruptibile nõ poteſt alij in corruptionem præſtare. Deinde cum dicit.

P

Sed de hiſce quidem qui fabuloſe philoſophantur, ſerio conſiderare dignum non eſſe videtur.

Q parte. 5

Sed de fabuloſe ſophiſticantibus non eſt dignum cum ſtudio intendere.

Excuſat ſe à diligẽtiori huius opinionis inueſtigatione, & dicit ꝙ de illis qui philoſophari voluerũt ☙ fabuloſe ❧ veritatem. ſ. ſapientiæ ſub fabulis occultantes non eſt dignum cum ſtudio intendere, quia ſiquis contra dicta eorũ diſputaret ſm ꝙ exterius ſonant, ridiculoſa ſunt. Si vero aliquis velit de his inquirere ſm veritatem fabulis occultatam, immaniſeſta eſt. Ex quo accipitur ꝙ Ariſto. diſputans contra Platonem & alios hmõi qui tradiderunt ſuam doctrinam occultantes ſub quibuſdam alijs rebus, non diſputat ſm veritatem occultam, ſed ſm ea quæ exterius ꝓponuntur. Deinde cum dicit.

Eos aũt qui per demonſtrationẽ dicunt interrogare oportet, cur nam ſi ex eiſdem quæ ſunt, principijs

A piis ſint: alia natura ſempiterna ſunt, alia corrumpuntur? At cum neq; cauſam dicant, neq; conſonum ſit rationi, rem ita ſeſe habere, patet non eadẽ ipſorum principia, & cauſas eſſe.

Parte. 6.

A dicentibus vero per demonſtrationẽ oportet ſciſcitari interrogantes, quare ex eiſdem exiſtentia hæc quidem ſempiterna ſecundum naturã ſunt, illa vero corrũpuntur exiſtentiũ? Quoniã autẽ nec cãm dicunt nec rõnabile eſt ſic ſe habere, palã ꝙ nec eadem principia nec cauſæ ipſorum erunt.

par. ſequẽ. Parte. 2.

Diſputat cõtra reſponſionẽ quorundã philoſophorũ naturalium, & circa hoc tria facit. Primo recitat rationem. Scõo ponit rũſionẽ, ibi: ☙ Etenim quã exiſtimabit &c. ❧ Tertio improbat ipſam, ibi: ☙ Videbit autẽ &c. ❧ Dicit ergo primo ꝙ ꝑtermiſsis illis qui ſub fabulis veritatẽ tradiderunt, oportet à tradẽtibus veritatem per modum demonſtrationis inquirere de qõne prædicta. ſ. ſi ex eiſdem principijs ſunt omnia exiſtentia, quare quędã exiſtentium naturaliter ſunt ſempiterna, quædam vero corrumpãtur. Et quia nec ipſi cauſam dicũt quare hoc ſit, nec rationabile eſt ſic ſe habere, vt ex eiſdem principijs exiſtentiũ quædam ſint corruptibilia, quædam ſempiterna: videt manifeſte ſequi ꝙ non ſunt eadẽ principia nec cauſæ corruptibilium & ſempiternorum. Deinde cum dicit.

B

Etenim & Empedocli quẽ maxime ſibi conſona dicere quiſpiã arbitrabitur, idẽ ſane cõtigiſſe videt. Nam ponit quidem corruptionis quoddam principium cauſamq;, diſcordiam eſſe.

Parte. 7.

Etenim q̃ exiſtimabit aliqs vtiq; maxime dicere ipſi cõfeſſe Empedocli, eſt & idẽ paſſus. Ponit enim quoddam principium cãm corruptionis odium.

C

Ponit quandã ſolutionẽ, & dicit ꝙ ratio aſsignata circa ꝓdictam dubitationẽ, quæ maxime uidetur eſſe cõueniens ad qõnem eſt quã aſsignauit Emped. qui tamen idem paſſus eſt cum alijs: quia ratio quã aſsignauit non eſt conueniens, ſicut nec aliorũ, vt oſtendet. Poſuit enim qđã principia cõia corruptibiliũ & incorruptibilium. Sed poſuit quoddã principium eſſe cãm ſpãlem corruptionis. ſ. odiũ elementoꝝ. Ita ſcilicet ꝙ adiunctio huius cãæ ad alia principia facit corruptionem in rebus. Deinde cum dicit.

Non minus tamen & ipſa q̃ concordia generare præter ipſum vnum videbitur. Cuncta nanq; cætera ex hac ipſa ſunt præter Deum. Dicit enim.

Ex his quæ fuerint, quæ ſint veniantq; futura,
Sunt cuncta arboribꝰ: genus hinc, hoieſq; ferçq;:
Hinc ortu volucres, nutritiq; equore piſces:

D

Cælicolęq; omnes longæui, numina magna.

Et ſine his etiã patet. Nã ſi diſcordia nõ eſſet in rebus, vnũ vniuerſa eſſent, vt inquit. Nã cum vniuerſa conuenerit, tunc vltimo diſcordia ipſa extruditur.

Parte. 8.

Videbitur autem nihilominus & hoc generare extra vnum. Nã omnia ex hoc alia ſunt prẽter Deũ. Dicit ergo ex quibus oĩa, & q̃cunq; erãt, & arbores pululauerãt & viri & fœminę, beſtiæq; & vultures, & aq̃ nutriti piſces, & dii longęui. Et ꝓter hęc palã, qa ſi nõ eſſet in rebus, eſſent vnum oĩa: vt ait. Nam qñ conuenerunt: tunc vltimum oĩum ſtabit odiũ.

Infra' par. 11.

Improbat prædictã rõnem Emped. & hoc tripliciter. Primo quidẽ oſtendendo, ꝙ ratio ab eo aſsignata non cõuenit ſuæ poſitioni. Scõo oſtendendo ꝙ non eſt ſufficiẽs, ibi: ☙ Similiter quoq; ipſius trãſmutationis &c. ❧ Tertio oſtendendo ꝙ non eſt ad ꝓpoſitum, ibi: ☙ Attamen tantũ ſolum dicit &c. ❧ Circa primum tria facit. Primo oſtendit ſuam rationem non cõuenire aliꝭ eius poſitionibus ex parte odij. Scõo ex pte ipſius dei, ibi: ☙ Propter qđ &c. ❧ Tertio ex parte amoris, ibi: ☙ Simili aũt nec amor &c. ❧ Dicit ergo primo, ꝙ incõuenienter Emped. ponit odium eſſe cãm corruptionis: quia non minus ſm eius poſitionẽ videt eſſe cauſa generationis in omnibus rebus, niſi in una re tm. Ponebat enim oĩa alia eſſentialiter cõpoſita ex odio ſimul cũ alijs principijs, niſi ſolus Deus quẽ ponebat compoſitum eſſe ex alijs principijs prẽter odium. Deum autẽ appellabat cælum, ſicut ſupradictũ eſt in primo, ꝙ Xenophanes ad rorum cælum reſpiciens, ipſum vnum dicit eſſe Deum. Ponebat autẽ Emped. cælum eſſe cõpoſitũ ex quatuor elemẽtis, & ex amicitia. Non autẽ ex lite ſiue ex odio, cõſiderans indiſſolubilitatẽ cæli. Sed quantum ad alias res dicebat, ꝙ oĩa ſunt ex odio quæcũq; ſunt, erunt vel fuerũt: ſicut arbores pululantes, & viri, & fœminæ, & beſtiæ quę ſunt aĩalia terreſtria: & vultures, quæ ſunt volãtia diu vtuentia: & piſces nutriti in aqua, & dij longæui. Videt autẽ hos deos vocare vel ſtellas quas ponebat quandoq; cortũpi, licet poſt longum tẽpus: vel dæmones quos ponebant Platonici eſſe aĩalia aerea. Vel etiã dij quos ponebant Epicurei in forma humana, ſicut ſupra dictũ eſt. Ex hoc ergo ꝙ oĩa animalia prẽter vnum ſunt generata ex odio, poteſt haberi ꝙ odiũ ſit cauſa generationis. Et prẽter hoc etiã ex alia rõne. Manifeſtum eſt enim ſm poſitionẽ Empedo. ꝙ ſi nõ eſſet odium in rebus, omnia eſſent vnũ. Odium enim eſt cauſa diſtinctionis ſm Empedoclẽ. Vnde inducit verba Empedoc. dicentis, ꝙ quando omnes res in vnum cõueniunt, vt pura quãdo ſit chaos, tunc vltimũ ſtabit odiũ ſeparans & diſſoluens. Vnde litera Boethij habet: Ea enim conuenit, tunc vltimam ſcit diſcordiam. Et ſic patet ꝙ cũ eſſe mundi conſiſtat in diſtinctione rerum, odium eſt cauſa generationis mundi. Deinde cum dicit.

E Parte ſeq. parte. 10.

In Deo nõ cadit odiũ ſm Empe. Lect. 9.

Quiapropter & ſit ipſius ſnĩa, vt Deus q oĩum eſt felicisſimus, minus ſit q̃ cætera prudens. Non enim omnia elemẽta cognoſcit, quippe cũ diſcordiã non habeat, cognitio vero ſimilis ſimili fiat. Dicit enim.

Nam terrã terra, lympha cognoſcimus vndam,
Etherq; ethere ſane, ignis dignoſcitur igne:
Sic & amore amor, ac triſti diſcordia lite.

At enim id eſt manifeſtũ, vnde noſtra eſt ꝓfecta oño. Euenire inquam ipſi diſcordiam quidem nõ magis corruptionis, q̃ vt res ſint.

Propter quod etiã accidit ipſi felicisſimũ Deum, minus prudentẽ aliis. Nõ enim cognoſcit elementa oĩa. Nã odiũ nõ habet. Notitia vero ſimilis ſimili. Terrã nãq; ait per terrã cognoſcimus, & per aquam aquã, & per affectũ affectũ, & adhuc odiũ per odiũ triſte. Sed vnde rõ hęc etiã palã, quia accidit ei odiũ non magis corruptionis q̃ exiſtendi cauſam.

Parte. 9. Hinc argumentũ cõtra negantes Deum alia a ſe cognoſcere & ſcipſum ſingularia de mẽte Ariſtoteli.

Ponit ſecundã rõnem ſumptã ex parte Dei, & dicit ꝙ cum Emped. poneret odium non eſſe de cõpoſitione Dei, accidit ſm rõnes eius ꝙ Deus qui eſt felicisſimus ſecundũ oĩum dicta, & per cõſequens maxime cognoſcens, ſit minus prudens oĩbus alijs cognoſcẽtibus. Sequetur enim ſm poſitionẽ Emped. ꝙ non cognoſcat omnia elementa, quia non habet odiũ vnde non cognoſcit ipſum. Cognoſcit autem ſimile ſimili ſm opinionẽ Emped. qui dixit ꝙ per terram cognoſcimus terrã, per aquã cognoſcimus aquã ☙ & affectum ❧. i. amorẽ vel cõcordiã cognoſcimus ☙ per affectum ❧. i. amorẽ vel concordiã: & ſimiliter ☙ odium per odium ❧ quod eſt triſte ſiue graue vel malum ſm literam Boethij qui dicit: diſcordiam autẽ diſcordia malũ. Sic igitẽ patet ꝙ Ariſto. reputat incõueniens, & contra quod ponit Deus felicisſimus, ꝙ ipſe ignoret aliquid eorum quæ noſcimus.

H

I scimus. Sed quia ista ratio videbat esse præter propositū. Ideo ad principale propositum rediens dicit q redeundo ad illud vnde prius erat ratio, manifestū est q accidit Empedocli q odium non sit magis causa corruptionis q̄ existendi. Deinde cum dicit.

Concordiā vero nō magis vt sint, q̄ vt corrūpantur esse esse. Cōgregās em in vnū corrūpit cætera.

Parte. 10. Similiter autem nec amor existendi. Colligens enim in vnum corrumpit alia.

Ponit tertiā rationem ex parte amoris, & dicit q similiter etiā amor non est causa generationis vel existendi, vt ipse ponebat, si alia eius positio attendatur. Dicebat enim q cum omnia elementa in vnum congregabuntur, tunc erit corruptio mundi. Et sic amor corrūpit omnia. Ergo quātum ad totum mundum amor erat causa corruptionis, odium autem generationis. Quantum autem ad singulares res, odium erat causa corruptionis, & amor generationis. Deinde cum dicit.

K Et insuper mutationis ipsius causam nullam dicit, nisi ita fieri aptam esse. Inquit enim.

Parte. 11. Similiter quoq; ipsius transmutationis causam nullam dicit, nisi quia sic aptum natum fuit.

Ostendit q ratio eius non fuit sufficiens. Dicebat enim quandā trāsmutationē esse in rebus odij & amicitiæ, ita. s. q amor q̄q omnia vniebat, & postmodum omnia odiū separabat. Sed cām quare sic transmutabatur, vt quodam tpe dominaretur odium, & alio tpe amor: nullā aliam dicebat, nisi quia sic aptum natum est esse. Et ponit consequenter verba Empedoclis, quæ quia in Græco metrice scripta sunt, habent aliquam difficultatem & diuersitatem à cōmuni modo loquendi.

L Ast vbi nutrita est ingens discordia membris,
Tempore transacto dulcis concordia cessit:
Fœdere quod magno ꝓcedit vtrisq; vicissim.

Vult enim, vt patet, necessario fieri mutationē: necessitatis vero causam nullam assignat.

parte. 13. Sed itaq; magnū odiū in membris nutritum est, & ad honorē intēdebat perfecto tpe, qui mutabilis dissoluit sacramentū. Quare necessariū ens transmutari, causam vero necessitatis nullam ostendit.

Sunt autē hæc verba eius ⊏ Sed itaq; magnum odium in membris nutritum est, & ad honorē intēdebat perfecto tempore, qui mutabilis dissoluit sacramentum. ⊐ Littera vero Boethij sic habet ⊏ Sed cū magna discordia in membris alita fit in honores: quia ꝓcessit completo anno, qui illis mutatis amplo redijt sacramento. ⊐ Ad cuius intellectum notādum est q loquitur poetice de toto mundo, ad similitudinem vnius animalis, in cuius membris & partibus primo quidē est magna cōuenientia, quā amorem nominabat siue cōcordiam. Sed postea paulatim incipit aliqua dissonantia esse, quā dicit discordiam. Et similiter in partibus vniuersi à principio erat magna concordia, sed postea paulatim nutritur odium quousq; odium procedat ⊏ ad honorē ⊐. i. ad hoc q dominet super elēmēta. Quod quidē fit perfecto tēpore quodā determinato, vel cōpleto quodā anno quē ponebat Empedo. ⊏ Qui ⊐. s. odium & discordia, uel annus mutabilis existēs dissoluit ⊏ sacramētum ⊐. i. vnionē præexistentem elementoꝝ, uel annus siue odium redijt amplo sacramento, quia quadam potenti & secreta virtute redijt ad dominandum in rebus. Post quæ verba Emped. Arist. faciens vim in hoc q dixerat mutabilis, subiungit exponens quasi necessariū ens trāsmutari, quasi dicat. Sic prædicta dixit Emped. ac si necessariū sit esse transmutationē odij & amoris, sed nullam cām ostendit huius necessitatis. In vno enim animali est manifesta

M Vniuersū assimilauit Empedoc. animali.

causa transmutationis & odij & amoris, propter motum N
cæli qui causat generationē & corruptionem in rebus. Sed talis causa non potest assignari totius vniuersi sic transmutati per amicitiam & litē. Vnde patet q eius ratio fuit insufficiens. Deinde cum dicit.

Attamen tm̄ dicere solū cōsonū sibi videt. Nō. n. eoꝝ q̄ sunt, alia subire corruptionem, alia nō subire: sed vniuersa præter elemēta subire dicit corruptionem. Præsens autē dubitatio est, cur alia occidūt, alia corruptionis expertia sunt, si ex eisdem sint elementis? Non esse igitur eadē omniū principia, patet ex hisce quæ satis ad hoc ostendendum sunt dicta.

Attamen tantum solum dicit cōfesse. Non enim Parte. 11.
existentiū hæc quidē corruptibilia, illa vero incorruptibilia facit: sed oia corruptibilia præter elemēta. Dicta vero dubitatio est, cur hæc quidē, illa vero non, si ex eisdem sunt? Quod quidē igitur non vtiq; erunt eadem principia tot dicta sunt. O

Ostendit q p̄dicta ratio Emped. non est ad propositū, & dicit q hoc solum videt dicere ⊏ cōfesse ⊐. i. manifeste q non ponit quædā existentium ex principijs esse corruptibilia, & quædā non corruptibilia, sed omnia ponit esse corruptibilia præter sola elementa. Et ita videtur euadere prædictam dubitationem qua dubitabatur, quare quędā sunt corruptibilia & quædam non, si sunt ex eisdē principijs? Vnde etiā patet q eius ratio non est ad propositum, quia interemit id de quo est dubitatio. Sed potest q̄ri quomodo hic dicit q Emped. ponebat omnia esse corruptibilia præter elementa, cum supra dixerit vnum esse deum. s. ex alijs principijs cōpositum præter q̄s ex odio? Sed dicēdum q Emped. ponebat duplicem corruptionē in rebus, sicut ex prædictis patet. Vnā quidem ꝑm confusionē totius vniuersi, quam faciebat amor, & ab hac corruptione nec ipsum deū faciebat immunē, cum in eo poneret amorem qui alia ei cōmiscebat. Aliam autem corruptionem ponebat singularium rerū, quarum principium est odiū. Et hanc corruptionem excludebat à deo per hoc q in eo odium non ponebat. Sic igitur Arist. epilogando concludit tot dicta esse ad ostendendum q non sunt eadem principia corruptibilium & incorruptibilium. Deinde cum dicit.

Si vero principia sint diuersa, vna emerget continuo dubitatio, vtrū & ipsa corruptiōis exptia sint, an corruptionem suscipiant. Nā si corrumpant, patet hæc ex quibusdam constare necessariū esse. Vniuersa enim in ea corrūpuntur, ex quibus constant. Quo fit, vt principiorum alia priora principia sint. Quod quidem fieri nequit, & si staretur, & si in infinitum in principiis abeat. Præterea quonā pacto erūt res, q̄ sunt corruptionis participes, si principia interibunt? Sin vero vacent corruptione cur ex his quidem res participes, ex aliis autē, expertes erunt corruptionis? Hoc enim non est consentaneum rationi, sed aut fieri nequit, aut oratione indiget longa.

Si vero diuersa principia, vna quidem dubitatio, parte. 14
vtrū & incorruptibilia hæc erūt, aut corruptibilia. Nam si corruptibilia, manifestum quia necessarium & ea ex aliquibus esse. Omnia enim corrumpuntur in ea ex quibus sunt. Quare cōtingit principiorum alia esse principia priora. Hoc autem & impossibile, siue stet, siue in infinitū vadat. Amplius autem, quo erunt corruptibilia si destruent principia? Si vero incorruptibilia, cur ex his quidē incorruptibilibus

existentibus

A existentibus corruptibilia erūt, ex diuersis vero incorruptibilia? Hoc enim non rationabile est, sed aut impossibile, aut multa ratione eget.

Obiicit ad contrariā partem per duas rationes, quarum prima est: Si nō sint eadē principia corruptibilium & incorruptibiliū, relinquit̄ quæstio, vtrū principia corruptibilium sint corruptibilia, an incorruptibilia. Si dicatur q sint corruptibilia, ostēdit hoc esse falsum duplici ratione: quarū prima est: Omne corruptibile corrūpit̄ in ea ex q̄bus est. Si igit̄ principia corruptibilium sunt corruptibilia, oportet iterum ponere alia principia ex quibus sint. Et hoc incōueniens est nisi ponant̄ principia ꝓcedere in infinitum. Ostensum autē est in sc̄o, q ꝑm nullum genus cau- Lec. 3. & 4
sæ cōtingit in principijs procedere in infinitum. Similiter etiā est incōuenientes si dicat̄, q sit status in principijs corruptibilibus, cum corruptio videat̄ esse per resolutionem B
in aliqua priora. Sec̄da ratio est, quia si principia corruptibilium sint corruptibilia, oportet q corrumpant̄, quia omne corruptibile corrumpet̄. Sed postquā sunt corrupta non possunt esse principia, ga quod corrūpit̄ vel corruptū est, nō potest causare aliq̄d. Cū ergo corruptibilia semper causent̄ per successionē, non potest dici q principia corruptibilium sint corruptibilia. Si autē dicatur q principia corruptibiliū sunt incorruptibilia, manifestum est q principia incorruptibilium sunt incorruptibilia. Relinquitur ergo q̄, quare ex quibusdā incorruptibilibus principijs ꝓducantur effectus corruptibiles, & ex quibusdā effectus incorruptibiles. Hoc enim nō videt esse rōnabile, sed aut est impossibile, aut indiget multa manifestatione.

Præterea neq; quisquā aggressus est diuersa esse C
principia dicere, sed eadem quidē omnes omnium esse dicunt. Primū autem illud quod dubitauimus prætereunt, hoc vt quoddam paruum sumentes.

Amplius autē nec conatus est aliquis diuersa dicere, sed eadē oīum dicūt principia. Verū primū dubitatū cōcedūt, tanḡ hoc paruū aliquid accipientes.

Sc̄dam rōnem ad principale ꝓpositum ponit, quæ summē ex cōi opinione oīum. Nullus. n. conatus est hoc dicere, q sint diuersa principia corruptibilium & incorruptibilium. Sed oēs dicunt eadē esse principia omniū. Et tamē id quod primo obiectum est. s. pro prima parte, ac si esset aliquid modicum oēs leuiter trāseunt, quod est cōcedere. Vnde litera Boethij habet. ⊏ Sed primum obiectū deglutiunt, sicut hoc paruū quoddā opinantes ⊐. Huius autē dubitationis solutio ponitur in. xij, vbi Philosophus ostēdit prima quidē principia actiua vel motiua esse eadem omnium, sed quodā ordine. Nam prima quidē sunt principia simpliciter incorruptibilia & immobilia. Sunt autem se- D
cunda incorruptibilia & mobilia. s. cælestia corpora quæ per sui motū causant generationē & corruptionem in rebus. Principia autē intrinseca nō sunt eadem numero corruptibilium & incorruptibilium, sed ꝑm analogiam. Nec tamen principia intrinseca corruptibilium quæ sunt materia & forma, sunt corruptibilia per se, sed solum per accidens. Sic enim corrumpitur materia & forma corruptibilium, vt habetur in primo physicorum. Lectio. xij.

Hoc autē omniū & ad contemplandum difficillimum, & ad cognoscendā veritatē maxime necessarium esse videtur, vtrū id quod est, atq; vnum ipm, substantiæ sint eoꝝ quæ sunt: & vtrum ipsorū non aliud quicq̄ sit, sed alterū quidē vnū sit, alterū autē ens: aut quærere oporteat quodnā sit id quod est, ac vnum ipsum, vt alia quidem natura subiecta.

Omnium autem ad considerandum difficillimum, & ad cognoscendum veritatē maxime necessariū, vtrum vnum & ens substantię entiū sunt: & vtrū ipsorum nō alterum aliquid ens, hoc quidē vnum, hoc autē quidem ens est. Aut oportet quęrere qd sit ipm ens & vnū, quasi subiecta alia natura. B

POSTQVAM Philosophus inquisiuit utrū principia sint eadē vel diuersa, hic ingrit qūo se habeat ipsum vnū ad hoc q sit principiū, & circa hoc tria facit. Primo inquirit, an ipm vnum sit principiū. Sc̄do inquirit an numeri, qui ex vno oriunt̄ vel cōsequunt̄ sint principia rerū, ibi ⊏ Horū autē habita dubitatio &c. ⊐ Tertio inquirit Infra lc. 1 ⊐
vtrū ſpēs, quæ sunt q̄dā vnitates separatæ sint principia, ibi ⊏ Oīno vero dubitabit aliq̄s &c. ⊐ Et circa primum Infra lc. 2 ⊐
tria facit. Primo mouet dubitationē. Sc̄do ponit opiniones ad vtrāq; partē, ibi ⊏ Hi nāq; illo modo. ⊐ Tertio ponit rōnes ad vtrāq; partē, ibi ⊏ Accidit autē si q̄dē &c. ⊐ Part. seq. parte. 3.
Dicit ergo primo, q inter oēs alias q̄nes motas vna est difficilior ad cōsiderandum, ꝓpter efficaciā rationum ad vtrāq; partem, in qua etiā veritatem cognoscere est maxime necessarium, quia ex hoc dependet iudiciū de substantijs rerū. Est ergo q̄stio ista, vtrum vnum & ens sint substantiæ rerū, ita. s. q neutrum eoꝝ oporteat attribuere alicui alteri naturæ quæ quasi informetur vnitate & entitate, sed potius ipsa vnitas & esse, rei sit eius substantia: vel econtrario oportet inquirere quid sit illud cui cōuenit esse vnum vel ens, quasi quædam alia natura subiecta entitati & vnitati. Deinde cum dicit. F

Hęc est nona q̄stio superius mota ex parte rerum conſideratarū.

Quidā enim illo, quidā hoc modo naturā ipsorū G
sese habere putant. Plato nāq; & Pythagorici non aliud quicquā id quod est, ac vnū ipsum, inquiunt esse, sed id ipsoꝝ est natura, quippe cum substantia ipsius sit ipm esse vnius ac entis. Naturales autē qd nā sit dicunt, Empedocles enim quasi ad notius redigens dicit, qd nā sit ipsum. Nā concordiā ipsum esse, dicere sane videbit. Hæc enim cunctis est causa, vt sint vnum. Alii vero ignē, alii aerem esse inquiūt hoc vnū & id quod est, ex quo ea quæ sunt, & esse, & fieri dicunt. Eodē modo faciūt & hi q plura afferūt elemēta. Necesse est enim & hosce tot esse dicere id quod est, ac vnū ipsum, quot esse principia dicunt.

Hi nanq; illo modo, illi hoc modo putāt naturā parte. 2.
se habere. Plato nāq; & Pythagorici nō aliq̄d aliud ens nec vnū, sed hoc ipsoꝝ natura esse quasi existēte, substantia ipsum vnū esse & ens aliquid. Alii vero de natura vt Empedocles, vt ad aliq̄d notius reducens, dicit q vnū ens est: videbitur enim vtiq; dicere hoc amorem esse, causa nanq; est hoc vnū omnibus esse. Alii vero ignem, alii aerem dicunt esse vnum hoc & H
ens, ex quo entia esse & facta esse. Similiter & q plura elementa ponunt. Necesse nanq; & his tot dicere ens & vnum, quot principia dicunt esse.

Ponit opiniones ad vtrāq; partem, & dicit q philoso- Opinio duplex de ente & vno.
phorū quidam opinati sunt naturā rerū se habere vno mō, quidam alio. Plato enim & Pythagorici nō posuerunt q vnum & ens aduenirēt alicui naturæ, sed vnū & ens essent natura rerū, quasi hoc ipm quod est esse & vnitas sit substantia rerum. Alii vero philosophi de naturalibus loquētes, attribuerunt vnum & ens aliquibus aliis naturis, sicut Empedo. reducit vnum ad aliquid notius, quod dicebāt esse vnum & ens. Et hoc videt esse amor qui est causa unitatis in omnibus. Alii vero philosophi naturales attribuerunt quibusdā causis elemētaribus siue ponerent vnū primum, vt ignē vel aerē, siue etiā ponerent plura principia. Cum enim ponerēt principia rerū materialia esse substantias rerum, oportebat q in vno quo. q cōstituerent

vnitatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

vnitatē & entitatem rerū, ita ꝙ quicquid aliquis poneret
esse principium, ex cōsequenti optinaretur ꝙ per illud attri
buitur omnibus esse & vnum, siue poneret vnum princi-
pium siue plura. Deinde cum dicit.

Fit autē si quispiā nō posuerit vnum ipsum & id
quod est, substantiā quandam esse, vt neq; cæterorū
quicquā vniuersaliū sit. Hæc enim maxime omniū
vniuersalia sunt. Si igitur nō sit quicquā vnū ipm,
ac ipsum ens, multo minus cęteroꝝ quicquā fuerit,
præter ea quæ singularia dici solent. Præterea si nō
sit vnum ipsum substantia, patet neq; numerū esse,
vt quandā a rebus separatā naturā. Nā numerus q-
dem est vnitas, vnitas autē proprie vnū quid est. Si
vero si quispiā ipsum vnū, & ens, necesse est ipsorū
esse substantiā vnū ipsum & id quod est. Non enim
aliud quicquā vniuersaliter p̄dicat, sed hæc ipsa.

Accidit autē siquidem quis non ponit esse quan-
dam substantiā vnum & ens, neq; alioꝝ esse vniuer-
saliū nullū. Hæc nanq; vniuersalia sunt maxime om
niū. Si vero nō est aliquid vnū ipsum nec ipm ens,
vix aliorū aliquid erit præter ea quæ dicta sunt sin-
gula. Amplius autē non existente vnius substantia,
pala quia nec numerus erit quasi natura alia ab exi-
stentibus separata. Numerus enim vnitates. Vnitas
vero quod vere vnum aliquid est. Si autem est ali-
quid ipsum vnum & ens, necesse est substantiā ipso-
rum esse ipsum vnū & ens. Non enim aliquid vni-
uersaliter prædicatur, sed hæc ipsa.

Ponit rōnes ad vtrāq; partem, & primo ponit rationes
pro opinione Platonis & Pythagoræ. Secundo ponit rō-
nes in contrariū pro opinione naturaliū, ibi: ¶ At vero si
erit &c. ⊢ Circa primum vtitur tali diuisione. Necesse est
ponere ꝙ vel ipsum vnū & ens separatum sit quædā sub-
stantia, vel non. Si dicaē ꝙ non est aliqua substantia q̄ sit
vnū & ens, sequunt duo incōuenientia, quoꝝ primū est ꝙ
dicit vnū & ens sint maxime vniuersalia inter oia. Si igit
vnū & ens nō sunt separata quasi ipm vnū aut ens sit sub-
stantia quædā, sic sequit ꝙ nullum vniuersale sit separatū.
Et ita sequeē ꝙ nihil erit in rebus nisi singularia, quod vi-
detur esse incōueniens, vt in superioribus q̄stionibus habi
tum est. Aliud incōueniens est, quia numerus nō est aliud
q̄ vnitates. Ex vnitatibus enim cōponit numerus. Vnitas
enim nihil aliud est q̄ ipm vnum. Si igitur ipm vnum nō
sit separatum quasi substātia per se existens, sequetur ꝙ nu
merus nō erat quędā natura separata ab his quę sunt in ma
teria. Quod potest probari esse incōueniens, sm ea quæ di
cta sunt in superioribus. Sic ergo nō potest dici ꝙ vnum
& ens non sit aliqua substātia per se existens. Si ergo detur
alia pars diuisionis. s. ꝙ aliquid sit ipm vnum & ens sepa
ratum existens, necesse est ꝙ ipsum sit substantia omnium
eoꝝ de quibus dicitur vnum & ens. Omne enim separa-
tum existens quod de pluribus prædicatur, est substantia
eoꝝ de quibus prdicat. Sed nihil aliud prædicat ita vni-
uersaliter de omnibus sicut vnum & ens, ergo vnū & ens
erit substantia omnium. Deinde cum dicit.

At vero si sit quippiam ipsum vnū & ipsum ens,
magna existit nimirum dubitatio, quonam modo
quicquā aliud præter hæc erit. Dico autem hoc pa-
cto, quonam modo ea quę sunt plura erunt vnoꝝ. Id
enim non est, quod est aliud ab eo quod est. Quare
necessario sit ratione Parmenidis, vt vnum omnia
sint, atq; hoc sit id quod est.

At vero si erit aliquid ens ipsum & ipsum vnum,
multa erat dubitatio qūo erat diuersum aliqd pr̄ter hæc. Dico autē, quomodo erūt vno plura entia?
Quod enim diuersum est ab ente, non est. Quare se-
cundum Parmenidis rationem accidere necesse est,
vnum omnia esse entia, & hoc esse ens.

Obijcit ad partē contrariā, & ponit duas rōnes, quarū
secūda incipit, ibi: ¶ Amplius si indiuisibile &c. ⊢ Circa
primū duo facit. Primo ponit rōnem. Secōo ostendit qūo
ex rōne inducta quæstio reddit difficilis, ibi: ¶ Vtrobiq;
vero difficile &c. ⊢ Est ergo prima ratio talis. Si est ali-
quid quod est ipsum ens & ipm vnum quasi separatū exi-
stens, oportebit dicere ꝙ idipsum sit vnum quod ens. Sed
quicquid est diuersum ab ente nō est, ergo sequetur sm ra
tionem Parmenidis, ꝙ quicquid est præter vnum sit non
ens. Et ita necesse erit omnia esse vnum, quia non poterit
poni ꝙ id quod est diuersum ab vno, quod est per se, sepa
ratum sit aliquod ens. Deinde cum dicit.

Vtroq; autē modo difficultas esse videtur. Siue
enim vnum ipsum non sit substātia, siue sit quippiā
ipsum vnū, impossibile est numerū substantiā esse.
Si igit nō sit, dictum est antea id ob quod illud eue-
niet. Sin vero sit, eadē emerget quæ & de eo quod
est, fieri dubitatio solet. Ex aliquo nanq;, & præter
vnum ipsum erit ipsum aliud vnū. Necesse est enim
vnum non esse. Omnia autē quæ sunt, aut vnū sunt,
aut multa, quorum quodq; est vnum.

Vtrobiq; vero difficile, siue nanq; non sit ipsum
vnum substantia, siue sit vnum idem, substantiā esse
numerum est impossibile. Siquidem igitur non sit,
dictum est prius propter quid. Si autem fuerit, ea-
dem est dubitatio & de ente. Ex aliquo nāq; & præ-
ter ens, erit ipsum aliud vnum. Nihil enim esse est
necesse. Omnia autem entia, aut vnum sunt aut mul
ta quorum est vnumquodq;.

Ostendit quomodo ista rō difficultatē facit in opinione
Platonis ponētis numerum esse substantiā rerum, & dicit
ꝙ ex vtraq; parte sequit difficultas cōtra eum, siue dicatur
ꝙ ipsum vnum separatum sit substantia quędā, siue ꝙ nō
sit. Quodcunq; enim horū ponaē videtur impossibile esse,
ꝙ numerus sit substantia rerū. Quia si ponaē ꝙ vnū nō sit
substātia, dictū est prius quare numerus nō pōt poni sub-
stantia. Si autē ipm vnum fuerit substātia, oportet ꝙ eadē
dubitatio ponaē circa vnum & ens. Aut enim p̄ter ipsum
vnū, quod est separatū per se existēs est aliud aliquod unū,
aut non. Et siquidē non sit aliquod aliud unū, non erit iam
multitudo, sicut Parmenides dicebat. Si autem sit aliquod
aliud vnum, oportebit ꝙ illud aliud vnum cum non sit,
hoc ipm quod est unum ꝙ sit materialiter ex aliquo quod
est præter ipm vnum, & per cōsequens præter ens. Et sic
necesse est vt illud aliquid ex quo fit illud sm vnum, non
sit ens. Et sic ex ipso vno quod est præter ipsum vnū non
potest cōstitui multitudo in entibus, quia omnia entia aut
sunt vnum, aut multa, quorum vnumquodq; est vnum.
Hoc autem vnum, est materialiter ex eo ꝙ non est vnum
nec ens. Deinde cum dicit.

Præterea si indiuisibile sit ipsum vnū, nihil erit
profecto Zenonis opinione. Quod enim neq; cum
additē, neq; cū auferē maius vel minus facit, id esse
negat, Quippe cū id quod est, sit magnitudo, & ma-
gnitudo corporea. Hęc enim omni ex parte est ens.
Cætera vero si addantur, partim nō faciunt maius, par-
tim nō faciunt: vt superficies ac linea. Punctum au-
tem & vnitas nullo pacto facient maius.

Amplius

Amplius si indiuisibile est ipsum vnum, sm Zeno
nis dignitatem, nihil vtiq; erit. Quod enim nec ad-
ditum nec ablatū facit maius nec minus, non ait esse
hoc existentiū: tanquā palā existente magnitudine
ipso ente. Et si magnitudo corporalis. Hoc eē om-
nino ens. Alia vero aliqualiter quidē addita facient
maius, aliqualiter autē nihil, vt superficies & linea.
Punctus vero & vnitas nullatenus.

Ponit sēdam rōnem, & circa hoc tria facit. Primo po-
nit rōnem. Secōo soluit eam, ibi: ¶ Sed qm̄ &c. ⊢ Tertio
ostendit adhuc difficultatem remanere, ibi: ¶ Sed qūo ex
vno &c. ⊢ Dicit ergo primo ꝙ si ipm vnum separatum
sit indiuisibile, sequit sm hoc aliud quod supponebat Ze-
no, ꝙ nihil sit. Supponebat enim Zeno, ꝙ illud quod ad-
ditum nō facit maius, & ablatū non facit minus, nō est ali-
quid existentiū. Hoc autē supponit ac si idē sit ens qđ ma-
gnitudo. Manifestum est enim ꝙ nō est magnitudo, illud
scilicet quod additū non facit maius & subtractum non fa
cit minus. Sic ergo si omne ens esset magnitudo, sequereē
ꝙ illud quod non facit maius & minus additum & subtra
ctum non sit ens. Et adhuc perfectius si aliquid velit hoc
verificare, oportebit ꝙ omne ens sit magnitudo corpora-
lis. Corpus enim sm quācunq; dimensionē additū & sub-
tractum facit maius & minus. Aliæ vero magnitudines,
vt superficies & linea, sm aliquam dimēsionem additum
facerent maius, sm autem aliquā non. Linea enim addita
lineæ sm longitudinem facit maius, non autem secūdum
latitudinē. Superficies autem addita superficiei facit qui-
dem maius secundum latitudinē & longitudinem, sed nō
secundum profunditatem. Punctus autem & vnitas nullo
modo faciunt maius vel minus. Sic ergo secundum prin-
cipium Zenonis sequeretur ꝙ punctus & vnitas sint om-
nino non entia, corpus autem omni modo ens, superficies
& linea quodammodo entia & quodammodo non entia.
Deinde cum dicit.

Sed quoniā hic inepte admodum cōtemplatur,
& potest in ratione rerū indiuisibile esse, vt & hoc
pacto sit & ad illū quædam responsio: nam tale non
maius quidem, sed plus faciet, si addatur.

Sed qm̄ hic speculatur onerose, & ꝓtingit esse in-
diuisibile, vt & sic ad illū aliqua habeatur respōsio:
maius enim non faciet, sed plus additum tale.

Soluit propositā rōnem, & dicit ꝙ quia Zeno propo-
nendo tale principium speculat ¶ onerose ⊢ i. rudditer &
grosse, ita ꝙ sm ipm non cōtingit aliquid esse indiuisibi-
le, oportet ꝙ aliqua respōsio p̄dictæ rationi deē, & si non
sit ad rem, sit tamen ad hoīem. Dicemus autē ꝙ vnum &
si additum alteri non faciat maius, facit tamē plus. Et hoc
sufficit ad rationem entis, ꝙ faciat maius in continuis, &
plus in discretis. Deinde cum dicit.

Illud autē quærendū esse videē, quonā pacto ex
vno tali, vel pluribus fuerit magnitudo. Est eē hoc
perinde atq; si linea ex punctis constare dicatur.

Sed qūo ex vno tali aut plurib⁹ erit magnitudo?
Simile nanq; est & lineam ex punctis esse dicere.

Ostendit difficultatem quæ adhuc remanet Platonicis
post prædictam solutionem, & inducit duas difficultates,
quarum prima est, quia Platonici ponebāt ꝙ illud vnum
indiuisibile, non solum est causa numeri qui est pluralitas
quędā, sed etiā est causa magnitudinis. Si igitē detur ꝙ vnū
additū faciat plus, quod videē sufficere ad hoc ꝙ vnum sit
causa numeri, qūo poterit esse ꝙ ex tali vno indiuisibili,
aut ex pluribus talibus, fiat magnitudo, vt Platonici po-
suerunt? Simile enim hoc videtur, si aliquis ponat lineam
ex punctis. Nam vnitas est indiuisibilis sicut & punctus.
Secundam difficultatem ponit ibi.

At vero & si quispiam hoc pacto putat, vt ex vno
ipso ac alio, nō vno quodā numerus ipse fiat, quēad
modū quidā dicunt: nō minus tū quærendū est, cur
& qūo interdū numerus, interdū magnitudo id erit
quod inde oritē, si nō vnum ipsum inęqualitas & na
tura eadem eritē. Nō enim patet aut quonam pacto
ex vno ac ipsa, aut quo modo ex numero quodam
& hac eadem magnitudines fient & orientur.

At vero & si qs ita putat vt factus sit, vt quidā di-
cunt ex vno ipso, & alio nō vno aliquo, numerus: ni
hil minus est q̄rendum quare & qūo. Qñq; quidem
numerus, qñq; autē magnitudo erit quod factū est,
si non vnum inęqualitas & eadem natura erat. Nec
enim qūo ex vno & hac, nec quomodo ex numero
aliquo & hac, fient vtiq; magnitudines palam.

Et dicit si quis existimet, ita ꝙ numerus sit effectus ex
vno indiuisibili, & ex aliquo alio ꝙ nō sit vnum, sed par-
ticipet vnū sicut q̄dam materialis natura, vt q̄dam dicūt,
nihilominus remanet quærendū p̄ter quid, & per quem
modū illud quod fit ex illo vno formali & alia natura ma
teriali q̄ dicit nō vnū, qñq; est numerus, qñq; autē est ma-
gnitudo. Et p̄cipue si illud non vnū materiale sit inæqua-
litas quę significaē per magnū, & sit eadē natura. Non eē
est manifestum qūo ex hac inæqualitate quasi materia &
vno formali fiant numeri, neq; etiā qūo ex aliquo numero
formali & hac inæqualitate quasi materiali fiant magnitu
dines. Ponebāt enim Platonici ꝙ ex primo vno & ex pri-
ma dualitate fiebat numerus, ex quo numero & a qua ine-
qualitate materiali fiebat magnitudo. Huius autē dubi-
tationis solutio ab Arist. in sequentibus traditur. Quod. n.
sit aliquod separatū quod sit ipm vnū & ens infra in. xij.
p̄babit. Ostēdens vnitatē primi principij omnino separa-
ti, quod tū non est substātia olum eoꝝ quæ sunt vnū, sicut
Platonici putabant, sed est oībus vnitatis cā & principiū.
Vnum autē sm ꝙ dicitur de alijs rebus dicitur dupliciter.
Vno modo sm ꝙ conuertit cum ente, & sic vnaquęq; res
est vna per suā essentiā, vt infra in quarto probabitur, nec
aliquid addit vnum supra ens nisi solam rōnem indiuisio-
nis. Alio modo dicitur vnum sm ꝙ significat rōnem pri-
mæ mensuræ vel simpliciter, vel in aliquo genere. Et hoc
quidem si sit simpliciter minimū & indiuisibile, est vnū
qđ est principiū & mensura numeri. Si autē nō sit simpli-
citer minimū & indiuisibile, nec simpliciter, sed sm posi-
tionē erit vnū & mēsura, vt as in ponderibus, & diesis in
melodijs, & mensura pedalis in lineis. Et ex tali vno nihil
prohibet cōponi magnitudinem. Et hoc determinabit in
x. huius. Sed quia Platonici æstimauerūt idem esse vnum
quod est principiū numeri, & quod cōuertitur cum ente,
ideo posuerūt vnum quod est principiū numeri, esse sub-
stantiā cuiuslibet rei, & per consequens numerum, inquā-
tum ex pluribus substantialibus principijs, rerum cōposi
tarum substātia cōsistit vel cōstat. Hanc autē qōnem dis-
fusius pertractabit in. xiij. &. xiiij. Lectio. xiij.

Post hæc autē sequit dubitatio, vtrū nūeri corpo
ra plana ac puncta, substātię q̄dā sint, aut non sint.

HOrum autem habita est dubitatio vtrum nu-
meri & corpora & superficies & puncta sub-
stantiæ aliquæ sunt, aut non.

POSTQVAM Philosophus inquisiuit utrū unū
& ens sint substantia rerum, hic inquirit vtrū numerus &
magnitudo sint substantiæ rerum, & circa hoc tria facit.
Primo mouet dubitationem. Secūdo obijcit ꝓ una parte.
ibi: ¶ Nam si non sunt &c. ⊢ Tertio obijcit ad contrariū,
ibi:

Universidad de Deusto

I par. sequē. Parte. 5. Hæc q̄ō est 13. superi⁹ assignata expte p̄deratorū, & sequitur in fine huius lect. & in 13. & 14.

ibi: ¶ At vero si hoc quidē cōsessum est &c. ¶ Dicit ergo primo q̄ dubitatio ¶ habita ¶ .i. cōsequens ad p̄missam est, vtrum numeri & magnitudines, s. corpora & superficies & termini eor⁹ vt puncta, sint aliquæ substantiæ vel à rebus separatæ, vel etiā sint substantiæ ipsor⁹ sensibilium, aut non. Dicit autem hanc dubitationem esse consequentem ad præmissum, quia in præmissa dubitatione quærebatur verum unum sit substantia rerum. Vnum autem est principium numeri. Numerus autē videtur esse substantia magnitudinis, sicut & punctum quod est principium magnitudinis, nihil aliud videtur q̄ unitas positionē habens, & linea dualitas positionem habens. Prima autem superficies est ternarius positionē habens, corpus autē quaternarius positionem habens. Deinde cum dicit.

K

Nam si non sint, præterit nos quid nā sit id quod est, & quænam sint substantiæ rerū. Affectus. n. motus, relationes, dispositiones, ac rationes, nullius rei substantiam significare videntur. Omnia nanq; de aliquo subiecto dicuntur, & nihil hoc aliquid est. Quæ vero maxime substātiam significare videbuntur, ignis, aqua, atq; terra, ex quibus corpora cōposita cōstant: horum caliditates quidem frigiditates, ac tales affectus non sunt substantiæ. Corpus autem solum quod hæc patitur, atq; suscipit, permanet: quia est quid, & substantia quædam.

parte. 2.

Nam si nō sunt, diffugit nos quid nam sit ipsum ens, & quænam entiū substantiæ. Passiones. n. & motus & ad aliquid & dispositiones & orationes nullius videnť substantiā significare. Dicuntur em̄ oīa de subiecto aliquo, & nihil hoc aliquid. Quæ vero

L

maxime substantiā significare videnť aqua & ignis & terra, ex quibus corpora cōposita cōstant: horū calores quidem & frigiditates & similes passiones, nō sunt substātię. Corpus vero hæc patiens, solū remanet vt ens aliquod & substantia aliqua existens.

Obiecit ad ostendendū q̄ p̄dicta sint substantię rerum, & circa hoc duo facit. Primo obiecit ad ostendendum q̄ prædictæ sunt substantiæ rerum. Secdo ostendit qūo philosophi p̄cedentes secuti fuerunt rōnes primas, ibi: ¶ Propter quod multi. ¶ Circa primum duo facit. Primo enim obiecit ad ostendendum q̄ corpus sit substātia rerū. Secdo q̄ multo magis alia, ibi: ¶ At vero corpus &c. ¶ Dicit ergo primo q̄ si p̄dicta non sunt substantiæ quædā, fugiet à nobis quid sit substantialiter ens, & quæ sunt substantiæ entium. Manifestum est enim q̄ passiones & motus, & relationes, & dispositiones seu ordines, & orationes ſm q̄ voce pferuntur, prout ponuntur in genere quātitatis, non

M

videntur alicuius significare substantiam, quia omnia huiusmodi videntur dici de aliquo subiecto, & nihil eorū significare ¶ hoc aliquid ¶ .i. aliquid absolutum & per se subsistens. Et hoc specialiter manifestum est in prēmissis, quæ non dicuntur absolute, sed eorum ratio in quadā relatione cōsistit. Inter omnia vero quæ maxime videntur significare substantiam, sunt ignis & terra & aqua, ex quibus componuntur corpora multa. Prætermittit autē aerem, quia minus est sensibilis, vnde aliqui opinati sunt aerem nihil esse. In his autē corporibus inueniuntur quædam dispositiones, scilicet calor & frigus & aliæ huiusmodi passiones vel passibiles qualitates, quæ nō sunt substantiæ ſm prædicta. Vnde relinquit q̄ solum corpus sit substantia. Deinde cum dicit

Atqui corpus minus q̄ superficies, & hæc minus q̄ linea, & linea minus q̄ vnitas punctumue, substantia esse videtur. His enim corpus definitur, vt patet.

Et hęc quidem sine corpore posse esse videntur, corpus autem sine his esse nequit. N

parte. 3.

At vero corpus est minus substantia superficie, & hæc linea, & hæc vnitate & puncto: his enim diffinitur corpus. Et hæc quidem sine corpore cōtingere videnť esse, corpus vero sine his impossibile.

Procedit vlterius ad alia q̄ etiā videtur magis esse substantia q̄ corpus, & dicit q̄ corpus videť minus esse substantia q̄ superficies, & superficies minus q̄ linea, & linea minus q̄ punctus aut vnitas. Et hoc ꝓbat per duo media, quor⁹ vnum est. Quia id per quod aliquid diffinitť, videtur esse substātia eius: nam diffinitio significat substantiā. Sed corpus diffinitť per superficiē, & superficies per lineā, & linea per punctū, & punctus per vnitatē, quia dicunt q̄ punctus est unitas positionē habēs: ergo superficies est substātia corporis, & sic de alijs. Secdm medium est, quia cū substātia sit primū in entibus, illud quod est prius videť esse magis substātia, sed superficies natura prior est corpore, qa superficies pōt esse sine corpore, non autē corpus sine superficie, ergo superficies est magis substantia q̄ corpus. Et idē pōt argui de oībus alijs per ordinem. Deinde cum dicit.

O

Quocirca pleriq; homines quidem, ac veteres, corpus quidem substantiā, & id quod est, esse arbitrabātur: cætera vero huius affectus. Quare & principia corporum, principia rerum esse putabant. Posteri autem, & hi qui sapientiores his esse sunt visi, numeros. Vt igitur dicebamus, si non sint hæc ipsa substantię, nulla est prorsus substantia, neq; quicquā omnino est ens. Non enim ea quæ hisce accidūt, dignum est entia appellare.

P

parte. 4.

Propter quod multi quidem & priores substantiam & ens putabant corpus esse, alia vero huiusmodi passiones. Quare & principia corporum entium esse principia. Posteriores vero & sapientiores his, esse opinabantur numeros. Quemadmodum ergo dicebamus: si non sunt substātia hæc, omnino nulla substantia est, neq; ens nullum. Nō enim horum accidentia dignum est vocare entia.

parte. 5. Lect. hui⁹, parte. 3. Lect. hui⁹.

Ostendit qūo philosophi p̄cedentes secuti fuerunt p̄dictas rōnes, & dicit q̄ ꝓpter p̄dictas rōnes multi antiquor⁹ philosophor⁹, & maxime illi qui fuerunt priores, nihil opinabanť esse ens & substantiā nisi corpus, omnia vero alia esse q̄dā accidentia corporis. Et inde est q̄ qñ volebāt inq̄rere principia entiū, inquirebant principia corpor⁹, vt supra in primo circa, opiniones antiquor⁹ naturaliū habitū est. Alij vero posteriores philosophi, qui reputabanť sapiētiores p̄dictis philosophis, quasi altius attingentes ad principia rerū. s. Pythagorici & Platonici opinati sunt numeros esse rerum substātias, inquantum. s. numeri cōponuntur ex vnitatibus. Vnum autē videť esse vna substantia rerum. Sic ergo videtur ſm premissas rōnes & philosophorum opiniones, q̄ si prædicta non sunt substātiæ rerum. s. numeri & lineę & superficies & corpora, nihil erit ens. Nō est enim dignum vt si ista non sunt entia, q̄ accidentia eorum entia vocentur. Deinde cum dicit.

Q

At vero si hoc quidē cōcedit, lōgitudines inquā punctaue magis q̄ corpora substantiā esse. Hæc autē quorūnā sint corpor⁹ nō videmus: esse. n. in sensibilibus nequeunt, non erit profecto substantia vlla.

parte. 6.

At vero si hoc qdē cōfessum est, qa magis substantia sunt lōgitudines corporib⁹, & pūcta, hoc autē nō videmus qualiū vtiq; erūt corpor⁹. Nā in sensibilibus impossibile esse, nō vtiq; erit substantia vlla.

Obiecit

A

Obiecit in cōtrariū, & ponit quatuor rōnes, quarum prima talis est. Si quis cōfitetur q̄ lōgitudines & puncta sint magis substātiæ q̄ corpora, sequeť q̄ si hmōi nō sint substantiæ, & corpora nō sint substātię, & per cōsequēs nihil erit substātia, qa accidentia corpor⁹ nō sunt substantię, vt supra dictū est. Sed puncta & linea & superficies non sunt substātiæ. Hæc enim oportet aliquor⁹ corpor⁹ esse terminos. Nā punctus est terminus lineæ, linea superficiei, & superficies corporis. Non autē videtur qualium corporum sint illæ superficies quæ sunt substātiæ, vel lineæ, vel puncta. Manifestum enim est q̄ lineæ & superficies sensibiliū corpor⁹ non sunt substantiæ. Variant. n. per modū aliorū accidentium circa idē subiectum. Sequetur ergo, q̄ nihil erit substantia. Secundam rationem ponit ibi.

B

parte. 6.

Præterea hæc omnia partim in latitudinem, partim in altitudinem, partim in longitudinem corporis dimensiones esse videntur.

Amplius autē hæc omnia videntur dimensiones corporis. Hoc quidem ad latitudinem, hoc vero ad profunditatem, aliud ad longitudinem.

Quæ talis est. Oīa p̄dicta videntur esse quędā corporis dimēsiones, vel ſm latitudinē, vt superficies: vel ſm profunditatē, vt corpus: vel ſm lōgitudinem, vt linea. Sed dimensiones corporis non sunt substantiæ, ergo huiusmodi non sunt substantiæ. Tertiam rationem ponit ibi.

Insuper eque in solido quęuis ineſt figura. Quare si neq; in lapide Mercurius insit, neq; tesseræ dimidiū sit in tessera sic diffinitum, neq; ergo superficies ineſt. Nam si quęuis esset, & ipsa profecto esset quæ dimidiū ipsum definit. Eadē & de linea, & puncto, ac vnitate est ratio. Quare si corpus qdē maxime substantia sit, hæc vero magis q̄ corpus, nō sint autē hęc neq; sint substātiæ quędā, præterit sane quidnam sit id quod est, & quæ tandem sit substantia rerum.

C

parte. 7.

Adhuc aūt similiter est in solido quæcūq; figura. Quare si nec in lapide Mercurius, nec medietas cubi in cubo sic vt segregata, nō igit⁹ neq; superficies. Nā si quæcūq;, & hæc vtiq; erat determinās medietatē. Eadē em̄ ratio & in linea & in puncto & in vnitate. Quare si maxime qdē substantia est corpus, hoc autē magis ea, nō sunt autē ea nec substantię aliqua, diffugit quid est ipsum ens, & quæ substātia entiū.

Quæ talis est. In corpore solido simili modo ineſt. s. potentialť quælibet figura, quæ pōt ꝓtrahi ex illo solido per aliquā dimensionem. Sed manifestum est q̄ in quodā magno lapide nondum secto nō ineſt ¶ Mercurius ¶ .i. figura mercurij in actu, sed solum in potentia, ergo similiter ¶ in cubo ¶ .i. in corpore habente sex superficies quadratas, non ineſt medietas cubi quæ est quædam alia figura actu. Sed hoc modo est actu, quando iam cubus diuiditur in duas medietates. Et quia oīs protractio nouæ figurę in solido excīso fit ſm aliquā superficiem quę terminat figuram, manifestum est q̄ nec etiā superficies talis erit in corpore in actu, sed solum in potētia, quia si quæcunq; superficies præter exteriorem essent in actu in corpore solido, pari ratione esset in actu superficies quæ terminat medietatem figuræ. Quod autem dictum est de superficie, intelligendum est in linea, puncto, & vnitate. Hæc enim in continuo non sunt in actu, nisi solum quantum ad illa quæ terminant continuum, quæ manifestum est non esse substantiam corporis. Aliæ vero superficies vel lineæ nō possunt esse corporis substantiæ, quia nō sunt actu in ipso. Substātia autem actu est in eo cuius est substantia. Vnde concludit q̄ inter omnia, maxime videtur esse substātia corpus. superficies autem & lineæ magis videntur esse substantia

D

E

q̄ corpus. Hæc autē si non sunt entia in actu, nec sunt aliquæ substantiæ, videtur effugere conditionem nostram, quid sit ens, & quæ sit rerum substantia. Quartam rationem ponit ibi.

Nam vltra ea quę dicta sunt, pręter etiam rōnem accidunt ea q̄ circa generationē corruptionēq; euenīunt. Substātia. n. si prius nō erat, & nunc est, aut si ante erat, & postea nō est, hęc ipsa pati cū generatione corruptioneq; videť. At fieri nō pōt, vt puncta, lineę, superficies, quę interdū sunt interdum nō sunt, generenť vel corrūpanť. Cum enim corpora se tangunt, simul fit superficies vna: cū diuidunť, duæ: & hic etiā cętera. Quare neq; cōpositis est, sed euanuit: & diuisis sunt, quę prius nō erant. Non em̄ indiuisibile punctum diuisum est bipartito. Quod si generantur & corrumpuntur, ex aliquo generantur.

F

parte. 8.

Nam cum dictis, & circa generationem & corruptionē accidunt irrationabilia. Videť enim substantia non ens prius, nunc esse: aut prius existens, posterius nō esse: cū generatione & corruptione ea pati. Puncta vero & lineas & superficies nō cōtingit neq; fieri & corrūpi, quandoq; existentes, qñq; vero non existentes. Nam quando copulantur aut distinguūtur corpora, simul quādoq; quidem vna copulatorum, quandoq; duæ diuisorum fiunt: quia nō compositorum est. Sed corruptum est, diuisorumq; sunt prius non existentes. Non enim indiuisibile punctū diuisum est in duo. Et si generantur & corrumpuntur, ex aliquo generantur.

Et primo ponit ipsam. Secdo manifestat eā in quodā simili, ibi: ¶ Simile autē se habet &c. ¶ Dicit ergo primo q̄ cum dictis in cōuenientibus, alia etiā irrationabilia accidunt ex parte generationis & corruptionis, ponentibus lineas & superficies esse substantias rer⁹. Omnis. n. substātia quæ prius nō fuit, & postea est, aut prius fuit, & postea nō est, videť hoc pati cum generatione & corruptiōe. Et hoc manifeste apparet in omnibus his quæ per motū causanť. Puncta autē & lineæ & superficies quādoq; quidem sunt, qñq; vero nō sunt, & tñ non generanť nec corrumpuntur, ergo nec sunt substātiæ. Probat autē vtrunq; suppositor⁹, primo quidem q̄ qñq; sint & quandoq; non sint. Contingit enim corpora prius diuisa copulari in vnum, aut prius copulata diuidi. Quando autē corpora primum diuisa copulantur, fit vna superficies duorum corporū, quia partes corporis cōtinui copulantur ad vnum cōem terminum, qui est superficies vna. Quādo uero corpus vnum diuiditur in duo, efficiuntur duæ superficies. Quia nō potest dici q̄ quādo corpora duo cōponuntur, q̄ duæ superficies eorum maneant, sed vtraq; ¶ corrumpuntur ¶ .i. desinunt esse. Similiter quādo corpora diuiduntur, incipiunt esse de nouo duę superficies prius non existentes. Nō enim potest dici q̄ superficies quę est indiuisibilis ſm profunditatem, diuidatur in superficies duas ſcdm profunditatem: aut linea quæ est indiuisibilis secundum latitudinem, diuidatur ſm latitudinem: aut punctum, quod omnino est indiuisibile, quocūq; modo diuidatur. Et sic patet q̄ ex vno non possent fieri duo in via diuisionis. Nec ex duobus prædictorum potest fieri vnum in via cōpositionis. Vnde relinquitur q̄ puncta & lineę & superficies quādoq; esse incipiant, & quādoq; esse deficiant. Consequenter probat secundum q̄ supponebatur, scilicet q̄ ista non generantur nec corrumpuntur. Omne enim quod generatur, ex aliquo generatur. Et omne quod corrūpitur, in aliquid corrumpitur sicut in materiam. Sed non est dare aliquam materiam ex qua ista generentur, & in qua corrūpantur propter

Part. 1. seq. G

H

Universidad de Deusto
Biblioteca

pter eorum ſimplicitatē, ergo non generantur nec corrum puntur. Deinde cum dicit.

Similiter & res ſeſe habet, & circa ipſum tempo/ris punctum. Neq; hoc enim generari corrumpiue poteſt. Attamen videtur aliud ſemper eſſe, quia nō eſt ſubſtatia quædam. Eodem modo rem ſeſe habe/re patet & circa pūcta, & lineas, atq; plana. Eſt enim eadem in vniuerſis his ratio. Nam omnia ſimiliter, aut fines ſunt, aut dimenſiones.

parte.9. Similiter autem ſe habet circa nunc in tempore. Non enim contingit fieri & corrumpi. Attamen vi/detur ſemper eſſe, nō ſubſtantia aliqua exiſtens. Si/militer autē palam, quia ſe habet & circa pūcta & li/neas & ſuperficies. Eadem enim ratio. Nam omnia ſimiliter aut termini aut diuiſiones ſunt.

K

Manifeſtat prædictā rationem in ſimili. Ita enim ſe ha/bet nunc in tēpore, ſicut punctus in linea. Nunc autem nō videt generari & corrūpi, quia ſi generaretur, vel corrum peretur, oporteret q; generatio & corruptio ipſius menſu/rarentur aliquo tempore vel inſtāti. Et ſic menſura ipſius nunc, eſſet vel aliud nunc in infinitum, vel tempus, quod eſt impoſsibile. Et licet nunc non generetur & corrumpa/tur, tamē videtur ſemper eſſe aliud & aliud nunc, nō qui/
Lec.17. Tex.p.102 dem q; differant ſm ſubſtantiam, ſed ſm eſſe, quia ſubſtā/tia ipſius nunc, reſpondet ſubiecto mobili. Variatio autē ipſius nunc ſm eſſe, reſpondet variationi motus, vt oſten/ditur in quarto Phyſic. Similiter ergo videtur ſe habere de puncto in comparatione ad lineam, & de linea in compa/ratione ad ſuperficiē, & de ſuperficie in comparatione ad corpus, ſcilicet q; nō corrumpantur nec generentur, & ta/men aliqua variatio attendatur circa huiuſmodi. Eadem
L enim ratio eſt de omnibus his. Omnia enim huiuſmodi ſimiliter ſunt termini, ſēdm q; in extremo conſiderantur, vel diuiſiones ſecundum q; ſunt in medio. Vnde ſicut ſe/cundum defluxum motus variantur nunc ſecundū eſſe, li/cet maneat idem ſecundū ſubſtantiam propter identitatē mobilis, ita etiam variatur punctus, nec ſit aliud & aliud propter diuiſionem linee, licet non corrumpatur nec ge/neretur ſimpliciter. Et eadem ratio eſt de aliis. Hanc au/tem quæſtionem Philoſophus pertractat in. xiij. &. xiiij.

Veritas q. dā. Et veritas quæſtionis huius eſt q; huiuſmodi mathema/tica non ſunt ſubſtantiæ rerum, ſed ſunt accidentia ſuper/uenientia ſubſtantijs. Deceptio autem quātum ad magni/tudines prouenit ex hoc, q; nō diſtinguitur de corpore ſe/cundum q; eſt in genere ſubſtantiæ, & ſecundū q; eſt in ge/nere quātitatis. In genere enim ſubſtātiæ eſt ſm q; compo/nitur ex materia & forma, quam conſequunt dimenſiones in materia corporali. Ipſe autē dimenſiones pertinēt ad ge/
M nus quātitatis, quæ non ſunt ſubſtātiæ, ſed accidentia, qui/bus ſubijcitur ſubſtantia compoſita ex materia & forma, ſicut etiā ſupra dictum eſt, q; deceptio ponentium nume/ros eſſe ſubſtantias rerum, prouenichat ex hoc q; nō diſtin/guebant inter vnum quod eſt principium numeri, & vnū quod conuertitur cum ente. Lectio. xiiij.

Omnino autem dubitauerit quiſpiā, cur & quæ/rere alia q̄dam præter ſenſibiles & medias res opor/tet, vt ea quæ ponimus formas.

Tex.c6.18 part. 9 OMnino vero dubitabit aliquis, quare opor/tet quærere quædam præter ſenſibilia, quæ ſunt inter media, quas ponimus ſpecies.

POSTQVAM Philoſophus inquiſiuit vtrū ma/thematica ſint principia rerū ſenſibiliū, hic inquirit vtrū ſupra mathematica ſint aliqua alia principia, puta quæ di/cuntur ſpecies quæ ſunt ſubſtantiæ & principia horū ſen/ſibilium. Et circa hoc tria facit. Primo mouet dubitatio/nem. Secūdo inducit rationem ad vnam pārtem, ibi: ¶ Nā ſi ideo. ⊦ Tertio obiicit ad partem contrariam, ibi: ¶ At vero ſi ponimus &c. ⊦ Dicit ergo primo, q; ſuppoſito q; mathematica non ſint principia rerum ſenſibilium & eo/rū ſubſtantia, vlterius aliquis dubitabit quę eſt ratio quare præter ſubſtātias ſenſibiles & præter mathematica quę ſunt media interſenſibilia & ſpecies, oportet iterū ponere tertium genus. ſ. ipſas ¶ ſpecies ⊦ .i. ideas vel formas ſepa/ratas. Deinde cum dicit.

Nam ſi propterea q; mathematica ab hiſce alia quidem differunt ratione, hoc autem quod multa ſunt quædam eiuſdē ſpeciei non differunt, nō erunt ipſorum principia numero definita, quemadmodū & literarum numero quidem omniū non ſunt prin/cipia definita, ſpecie vero ſunt. Si vero huiuſce ſyl/labæ quiſpiam, aut huiuſce vocis principia ſumat: harum enim erunt & numero definita, ſimiliter & in medijs. Infinita enim ſunt & ibi ea quæ ſunt ſpe/ciei eiuſdem. Quare ſi præter ſenſibilia & mathe/matica non ſint aliqua alia qualia quidam inquiunt formas eſſe, ſubſtantia vna numero ſpecieq; nō erit, neq; principia eorum quæ ſunt, erunt numero, ſed ſpecie definita. Si igitur hoc eſt neceſſarium, & for/mas ob idipſum eſſe neceſſe eſt. Nam & ſi non bene poſitionem ſuam declarant ii qui dicunt ideas eſſe, id tamen eſt quod volunt & hæc ipſi dicant neceſſe eſt, vnamquāq; formarū ſubſtantiam quandam eſſe, & nullam per accidens.

Nā ſi ideo qa mathematica a præſentibus in ali/ Parte.3.
quo quodā differūt, in eſſe vero plures ſimilis ſpe/ P
ciei nihil differunt. Quare non erunt eorum princi/pia numero determinata, quemadmodum nec præ/ſentiū literarum numero quidem omnium nō ſunt principia determinata, ſed ſpecie: niſi quis ſumat hu/ius ſyllabæ, aut huius vocis: harū enim erunt & nu/mero determinata. Similiter autem & in eis quæ ſunt intermedia. Infinita enim & illic ſunt quæ eiuſ/dem ſpeciei. Quare ſi non præter ſenſibilia & mathe/matica, alia quædam, qualia dicūt ſpecies ipſas qui/dam, non erit vna numero & ſpecie ſubſtantia. Nec principia entiū numero exiſtunt quanta aliqua, ſed ſpecie. Ergo ſi hoc eſt neceſſarium, & ſpecies neceſ/ſarium eſt ꝓpter hoc eſſe. Etenim & ſi nō bene dear/ticulant dicētes, ſed hoc, eſt quod volunt, & eos ea neceſſe eſt dicere: quia ſpecierum ſingula ſubſtantia quædam eſt, ſed non ſecundum accidens.

Objicit ad vnam partem, & videtur hęc eſſe ratio qua/re oportet ſpecies ponere præter ſenſibilia & mathemati/ca, quia mathematica ¶ à præſentibus ⊦ .i. à ſenſibilibus, quæ in vniuerſo ſunt differunt quidem in aliquo, quia ma/thematica abſtrahunt à materia ſenſibili, non tamen diffe/runt in hoc, ſed magis conueniunt, qa ſicut in ſenſibilibus inueniuntur plura numero differētia eiuſdē ſpeciei, vtpote plures hoīes, aut plures equi, ita etiam in mathematicis in/ueniuntur plura numero differentia eiuſdem ſpeciei, puta plures trianguli æqualateri, & plures lineæ æquales. Et ſi ita eſt, ſequitur q; ſicut principia ſenſibilium non ſunt de/terminata ſecundū numerum, ſed ſēdm ſpeciem, ita etiam ſit ¶ in medijs ⊦ .i. in mathematicis. Manifeſtum eſt enim q; in ſenſibilibus ꝓpter hoc, q; ſunt plura individua vnius ſpeciei ſenſibilis, principia ſenſibilium non ſunt determi/nata à numero ſed ſpecie, niſi forte accipiātur principia ꝓ/pria huius individui, quæ ſunt etiam in numero determi/nata &

A nata & individualia. Et ponit exēplum in vocibus. Mani/feſtū eſt. n. q; vocis literaꝝ, literæ ſunt principia, nō tamē ſunt aliquo numero determinato individualium literarū, ſed ſolum ſm ſpēm ſunt determinatæ literæ ſm aliquem numerum, quarum aliæ ſunt vocales, & aliæ cōſonantes. Sed hæc determinatio eſt ſm ſpēm, non ſm numerū. Non enim vnum ſolū eſt. a. ſed multa, & ſic de aliis literis. Sed ſi accipiantē hæ literæ, quæ ſunt principia huius determi/natæ ſyllabæ vel dictionis aut orationis, ſic ſunt determi/natæ numero. Et eadē ratione cum ſint multa mathemati/ca numero differentia in vna ſpecie, non poterunt eſſe ma/thematica principia mathematicoꝝ determinata numero, B ſed determinata ſpecie ſolū. Puta ſi dicamus q; principia triangulorum ſunt tria latera & tres anguli. Sed hæc deter/minatio eſt ſm ſpēm. Contingit. n. quodlibet eoꝝ in infi/nitum multiplicari. Si igit nihil eſſet ꝓter ſenſibilia & ma/thematica, ſequereť q; ſubſtantia ſpeciei non eſſet vna ſm numerū, & q; principia entiū nō eſſent determinata in ali/quo numero, ſed erunt determinata ſolum ſm ſpēm. Si er/go eſt neceſſarium q; ſint determinata ſm numerū, aliogn cōtingeret eſſe principia rerū infinita numero, ſequitur q; neceſſe ſit ſpēs eſſe ꝓter mathematica & ſenſibilia. Et hoc eſt quod Platonici volunt dicere q; ſequitur ex neceſſitate ad poſitiones eoꝝ, q; ſit in ſingularium ſubſtantia ſpecies aliquid vnū cui nō cōueniat aliquid ſm accidens. Homi/ni enim individuo cōuenit aliquid ſm accidens. ſ. album vel nigrū, ſed homini ſeparato qui eſt ſpēs ſm Platonicos nihil cōuenit per accidens, ſed ſolū quod pertinet ad rōnē ſpēi. Et quāuis hoc dicere intendāt, non in bene ¶ dearticu/lant ⊦ .i. nō bene diſtinguunt. Deinde cum dicit.

At vero ea quę neceſſe eſt euenire impoſsibilia, ſi formas poſuerimus, & vnū numero principia ipſa non ſpecie eſſe iam antea diximus.

C Parte.3. At vero ſi ponimus ſpecies eſſe & vnum numero principia & non ſpecie, diximus quæ cōtingere ne/ceſſe eſt impoſsibilia.

Objicit in cōtrarium & dicit, q; ſi ponamus ſpecies ſe/paratas eſſe, & q; principia rerum nō ſunt ſolū determina/ta ſpecie, ſed etiam numero, quædā incōuenientia ſequunt, quæ ſuperius in quadam qōne ſunt tacta. Hanc autem du/bitationem Philoſophus determinat. xij. &. xiij. huius li/bri. Et veritas dubitationis eſt, q; ſicut mathematica non ſunt præter ſenſibilia, ita nec ſpecies rerū ſeparatæ præter Veritas q. dā. mathematica & ſenſibilia. Principia autē rerum efficiētia & mouētia ſunt quidē determinata numero, ſed principia rerū formalia quoꝝ ſunt multa individua unius ſpeciei, nō ſunt determinata numero, ſed ſolū ſpecie. Lectio. xv.

D Tex.c6.19 parte.4. His aūt hęc dubitatio ꝓpinqua eſſe videť, vtrum potentia ſint ipſa elementa, an aliquo alio modo.

HIs autē affine eſt quærere, vtrū poteſtate ſunt elementa, aut aliquo alio modo.

POSTQVAM Philoſophus inquiſiuit quæ ſunt principia, hic inquirit quomodo ſunt, & primo vtrū ſint in potentia vel in actu. Secundo vtrum ſint vniuerſalia vel ſingularia, ibi: ¶ Et vtrum vniuerſalia &c. ⊦ Circa primum tria facit. Primo mouet dubitationem. Secundo objicit ad vnam partem, ibi: ¶ Nam ſi aliter &c. ⊦ Ter/tio objicit in contrarium, ibi: ¶ Si vero poteſtate &c. ⊦ Quærit ergo primo, vtrum prima principia ſint in poten/tia, vel ¶ aliquo alio modo ⊦ .i. in actu. Et hæc dubitatio inducitur propter antiquos naturales, qui ponebant ſola principia materialia quæ ſunt in potētia. Platonici autem ponentes ſpecies quaſi principia formalia ponebāt eas eſſe in actu. Deinde cum dicit.

Nam ſi ſint alio modo, erit aliquid aliud princi/ꝓiis prius. Potentia nanq; illam cauſam antecedet.

Atqui non omne quod eſt potentia, illo modo ſeſe habere neceſſe eſt. E

Nam ſi aliter, prius aliquid erit principiis aliud. parte.8. Prior enim erit poteſtas cauſa illa. Poſsibile autem non eſt neceſſarium illo modo ſe habere:

Probat q; principia ſint in potētia. Si enim eſſent ¶ ali/ter ⊦ .ſ. in actu, ſequereť q; aliqd eſſet prius principijs. Po/tentia enim actu prior eſt. Quod patet ex hoc q; prius eſt Ab eſſe ad eſſe, non aūt ecōuerſo niſi in ne/ceſſarijs valet argumen/tum. à quo nō conuertitur cōſequentia eſſendi. Sequit autē ſi eſt q; poſsit eſſe. Non autē ex neceſsitate ſequitur ſi eſt poſsibi/le, q; ſit actu. Hoc autē eſt incōueniens q; aliquid ſit prius primo principio, ergo impoſsibile q; primum principiū ſit aliter q; in potentia. Deinde cum dicit.

Sin vero potentia ſint, fieri poteſt vt nihil ſit eo/rum quæ ſunt. Poteſt enim & id eſſe quod nondum eſt. Nam fit quidem id quod non eſt, nihil autem fit F eorum quæ nequeunt eſſe. Has igitur dubitationes de principiis dubitare neceſſe eſt.

Si vero poteſtate ſunt elemēta, nihil entium eſſe parte.9. conuenit. Nam poſsibile eſt eſſe, quod nondum eſt ens: ſit eſn nō ens. Nihil autē fit impoſsibilium eſſe. Has igitur dubitationes quærere neceſſe eſt.

Objicit in contrarium, quia ſi principia rerū ſint in po/tentia, ſequitur q; nihil ſit entium in actu. Nam illud quod eſt poſsibile eſſe, nōdum eſt ens. Et hoc probat per hoc q; id quod fit, non eſt ens. Quod enim eſt, non fit. Sed nihil fit niſi quod poſsibile eſt eſſe, ergo omne quod eſt poſsibi/le eſſe, eſt non ens. Si igitur principia ſint tantum in po/tentia, erunt non entia. Si autem principia non ſint, nec ef/fectus ſunt. Sequitur ergo quòd contingit nihil eſſe in en/tibus. Et concludit epilogando quòd ſecundum prædi/cta neceſſarium eſt dubitare de principijs ꝓpter præmiſ/ſas rationes. Hæc autē quæſtio determinabitur in nono G huius, vbi oſtendetur q; actus eſt ſimpliciter prior poten/tia. Sed potentia eſt prior actu tempore in eo q; mouetur de potentia ad actum. Et ſic oportet primum principium eſſe in actu & non in potentia, vt oſtendit in duodecimo huius. Deinde cum dicit. Le.7.& 8. Determi/natio qō/nis tex.p. 34.&.35. Le.8.5.

Et vtrum vniuerſalia ſint, an eo ſint modo quo dicimus ipſa ſingularia eſſe.

Et vtrū vniuerſalia ſint, aut vt dicim⁹ ſingularia. Tex.p.10. Parte.4.

Inquirit vtrum principia ſint per modū vniuerſalium aut per modum ſingularium, & circa hoc tria facit. Pri/mo proponit dubitationem. Secūdo objicit ad vnam partē, ibi: ¶ Nam ſi vniuerſalia &c. ⊦ Tertio objicit ad aliam, ibi: ¶ Si autem non vniuerſalia &c. ⊦ Eſt ergo dubitatio vtrum principia ſint vniuerſalia, vel exiſtāt per modum quorundam ſingularium. Deinde cum dicit. parte ſeq. Hęc qō eſt decima ſuperius ex parte ꝓcedē/tium mota & ſoluit in ſeptimo lec. 13. 14.

Nam ſi ipſa vniuerſalia ſint, nō erunt ſubſtantiæ. Nihil enim eōium hoc aliqd, ſed quale ſignificat: ſub/ſtantiam autem hoc aliquid ſignificare conſtat. H

Nam ſi vniuerſalia, non erunt ſubſtantiæ. Nihil parte.5. enim communium hoc aliquid ſignificat, ſed quale quid. Subſtantia vero hoc aliquid eſt.

Probat quòd principia non ſunt vniuerſalia tali ratio/ne. Nullum cōmuniter prædicatum de multis ſignificat hoc aliquid, ſed ſignificat tale ſiue quale, non quidem ſe/cundum qualitatem accidentalem, ſed ſecundum qualita/tem ſubſtantialem. Eſt enim q̄dam ſubſtantialis qualitas, vt infra in quinto huius dicetur. Et ratio huius eſt, qa hoc aliquid dicitur ſm q; in ſe ſubſiſtit. Quod autē in ſe ſubſiſ/ſtit, nō poteſt eſſe in multis ens, quod eſt de rattione cōmu/nis. Quod enim in multis eſt, non eſt in ſe ſubſiſtens niſi & Tex.c6.19 Subſtantia ꝓma ſignificat hoc aliquid, ſecun/da vero q̄le quid, qs ſenſus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipſa eſſet multa, quod eſt cõtra rõnẽ cõis. Nã cõe eſt, quod eſt vnum in multis. Sic igit patet ꝙ nullum cõium ſignifi cat hoc aliquid, ſed ſignificat formam in multis exiſtentẽ. Addit autẽ minorem. ſ. ꝙ ſubſtãtia ſignificat hoc aliquid. Et hoc quidem verum eſt quantum ad primas ſubſtãtias quæ maximæ & propriæ ſubſtãtiæ dicuntur, vt habetur in prædicamentis. Huius enim ſubſtantiæ ſunt in ſe ſubſiſtentes. Relinquit ergo ꝙ principia ſi ſunt vniuerſalia non ſunt ſubſtantiæ. Et ita vel ſubſtantiarum non erunt aliqua principia, vel oportebit dicere ꝙ non ſint ſubſtantiæ ſubſtantiarum principia. Sed quia aliquis poſſet concedere ꝙ aliquid cõmuniter prædicatum ſignificet hoc aliquid, cõſequenter diluitur cum dicit.

Quod ſi id quod cõiter prædicatur, hoc aliquid erit digitoq; poterit deſignari. Socrates ſane multa animalia erit, ipſeq; & homo ac aſal, ſi vnumquodq; hoc aliquid vnumq; ſignificat. Hæc igitur accidunt, ſi principia vniuerſalia eſſe ponantur.

Parte.6.

Sed ſi eſt hoc aliquid, & ponitur quid commu niter quod prædicatur, multa erit animalia Socrates, ipſeq; homo & animal: ſi ſignificat ſingulũ hoc aliquid & vnũ. Si igitur vniuerſalia ſint principia ea contingunt.

Oſtendit ꝙ inconueniens ex hoc ſequitur. Si enim id quod cõmuniter prædicatur ſit hoc aliquid, ſequeretur ꝙ omne id de quo illud cõmune prædicatur ſit hoc aliquid quod eſt cõmune. Sed planum eſt ꝙ de Socrat. prædicatur & homo & animal, quorum vtrunq;, ſcilicet homo & animal eſt quoddam cõmune prædicatum. Vnde ſi omne cõmune prædicatum ſit hoc aliquid, ſequitur ꝙ Socrat. ſit tria hoc aliqd, quia Socrates eſt Socrates quod eſt hoc aliquid. Ipſe etiam eſt homo quod eſt ſecundum prædicta hoc aliquid. Ipſe etiam eſt animal quod ſimiliter eſt hoc aliquid. Erit ergo tria hoc aliquid. Et vlterius ſequitur ꝙ ſit tria animalia. Nã animal prædicatur de ſeipſo & de homine & de Socra. Cum ergo hoc ſit inconueniens, inconueniens eſt ꝙ aliquid cõmuniter prædicatum ſit hoc aliquid. Hæc igitur ſunt inconuenientia quæ ſequunt, ſi vniuerſalia ſint principia. Deinde cum dicit.

Sin vero non ſint vniuerſalia, ſed vt ſingularia, non ſub ſcientiam cadunt. Sciẽtia nanq; omnis vniuerſalium eſt. Quare principia erunt alia, principiis ſane priora, vniuerſalem ſubeuntia prædicationem: ſi ipſorum ſcientia ſit futura.

parte.7.

Si autẽ non vniuerſalia, ſed quaſi ſingularia, non erunt ſcibilia. Vniuerſales enim ſunt omnes ſciẽtiæ. Quare erunt diuerſa priora principiis vniuerſaliter prædicata, ſi futura eſt eorum ſcientia.

Obiecit in contrarium. Cum enim omnes ſcientiæ ſint vniuerſales non ſunt ſingularium, ſed vniuerſalium. Si igitur aliqua principia non ſint vniuerſalia, ſed ſingularia, non erunt ſcibilia ſecũdum ſeipſa. Si ergo de eis debet aliqua ſcientia haberi, oportebit eſſe aliqua priora principia quæ ſunt vniuerſalia. Sic igitur oportet prima principia eſſe vniuerſalia, ad hoc ꝙ ſcientia habeatur de rebus, quia ignoratis principiis neceſſe eſt alia ignorare. Hæc autem quæſtio determinatur in ſeptimo huius, vbi oſtenditur ꝙ vniuerſalia non ſunt ſubſtantiæ nec principia rerum. Non autem propter hoc ſequitur ꝙ ſi principia & ſubſtantiæ rerum ſint ſingularia, ꝙ eorum non poſsit eſſe ſciẽtia, tum quia res immateriales & ſi ſint ſingulariter ſubſiſtentes, ſunt tamen etiam intelligibiles, tum etiam quia de ſingularibus eſt ſcientia ſm vniuerſales eorum rationes per intellectum apprehenſas.

Lc.13.14. Determinatio qũ.

Lectio. j.

ARISTOTELIS STRAGYritæ Tex. libri quarti Metaphyſicæ.

Tex. cõ. Parte. 1.

EST ſciẽtia quædã, q̃ id quod eſt ea rõne qua eſt ens, & ea quæ huic inſunt, per ſe conſ̃iderat.

EST autem ſcientia quædam quæ ſpeculatur ens inquantum ens, & quæ huic inſunt ſecundum ſe.

Diui Thomæ Aquinatis in quartum librum Metaphyſicæ Ariſtotelis preclariſſima commentaria.

IN præcedenti libro Philoſophus diſputatiue proceſsit de illis quæ debent in hac ſcientia cõſiderari, hic incipit ꝓcedere demõſtratiue determinãdo veritatẽ qõnũ prius motarũ & diſputatarũ. Fuit autẽ in ꝓcedenti libro diſputatũ tam de his quæ pertinẽt ad modum huius ſciẽtiæ. ſ. ad quæ ſe extendit huius ſcientiæ cõſideratio, q̃ etiã de his quæ ſub cõſideratione huius ſcientiæ cadũt. Et quia prius oportet cognoſcere modum ſcientiæ, q̃ procedere in ſcientia ad ea cõſideranda de quibus eſt ſciẽtia, vt in. ij. lib. dictum eſt, ideo diuiditur hæc pars in duas. Primo dicit de quibus eſt cõſideratio huius ſcientiæ. Secõ dicit de rebus quæ ſub conſideratione huius ſcientiæ cadunt in. v. lib. ibi: ¶ Principium dicit aliud quidem &c. ⊦ Prima in duas. Primo ſubiectũ ſtabilit huius ſciẽtiæ: Secũdo ꝓcedit ad ſoluendum qõnes motas in libro p̃cedenti de cõſideratione huius ſcientiæ, ibi: ¶ Ens autem multis. ⊦ Circa primum tria facit. Primo ſupponit aliquã eſſe ſcientiã cuius ſubiectum ſit ens. Secũdo oſtẽdit ꝙ iſta non eſt aliqua particularium ſcientiarũ, ibi: ¶ Hæc autem &c. ⊦ Tertio oſtẽdit ꝙ hæc eſt ſciẽtia quæ præ manibus habẽt, ibi: ¶ Qm̃ aũt pricipia &c. ⊦ Quãuero ſciẽtia non ſolũ debet ſpeculari ſubiectũ, ſed etiã ſubiecto p ſe accidentia, ideo dicit primo ꝙ eſt quędã ſcientia quæ ſpeculat ens ſm ꝙ ens ſicut ſubiectum, & ſpeculatur ¶ ea quę inſunt enti per ſe ⊦. ſ. entis per ſe accidentia. Dicit autẽ ſm ꝙ eſt ens, quia ſcientiæ aliæ quæ ſunt de entibus particularibus, cõſiderant quidem de ente, cum omnia ſubiecta ſcientiarũ ſint entia, non tñ cõſiderant ens ſm ꝙ ens, ſed ſm ꝙ eſt hmõi ens. ſ. vel nũerus vel linea vel ignis aut aliqd hmõi. Dicit etiã & quæ huic inſunt per ſe, & nõ ſimpliciter quæ huic inſunt, ad ſignificandum ꝙ ad ſcientiam non pertinet cõſiderare de his quæ per accidẽs inſunt ſubiecto ſuo, ſed ſolũ de his quæ per ſe inſunt. Geometra enim non conſiderat de triangulo vtrum ſit cupreus vel ligneus, ſed ſolum cõſiderat ipſum abſolute ſm ꝙ habet tres angulos æquales &c. Sic igitur hmõi ſciẽtia cuius eſt ens ſubiectũ, nõ oportet ꝙ cõſideret de oibus q̃ inſunt enti per accidẽs, quia ſic cõſideraret accidentia quæſita in omnibus ſcientijs, cum oĩa accidentia inſint alicui enti, non tñ ſm ꝙ eſt ens. Quæ enim ſunt per ſe accidentia inferioris, per accidẽs ſe habẽt ad ſuperius, ſicut per ſe accidẽtia hominis nõ ſunt per ſe accidẽtia animalis. Neceſsitas autem huius ſcientiæ quæ ſpeculatur ens & per ſe accidentia entis, ex hoc apparet, quia huiuſmodi non debent ignota remanere, cum ex eis aliorũ dependeat cognitio, ſicut ex cognitione cõmunium dependet cognitio rerum proprtiarum.

Ens metaphyſicę ſubiectum.

Hęc aũt nulla eſt earũ q̃ ſciẽtiæ particulares dicũtur. Nulla em̃ cęterarũ id quod eſt, vt eſt ens cõſiderat, ſed partẽ quęq; aliquã excipiẽs, id quod accidit de hac contẽplat: vt mathematicę ſcientiæ faciunt.

Parte.2.

Hęc autẽ nulli eſt in parte dictarũ eadẽ. Aliarũ. n. nulla intẽdit vniuerſalẽ de ente inquãtũ eſt ens, veꝝ partẽ eius abſcindẽtes aliquã, circa quidẽ hãc ſpeculant ipm accidens, veluti ſcientiarũ mathematicę.

Hic

A

Hic oſtendit ꝙ iſta ſcientia nõ ſit aliqua particularium ſcientiarum, tali ratione. Nulla ſcientia particularis conſiderat ens vniuerſale inquãtum huiuſmodi, ſed ſolum aliquam partem entis diuiſam ab alijs, circa quam ſpeculantur per ſe accidẽs, ſicut ſcientiæ mathematicæ aliquod ens ſpeculantur. ſ. ens quantum. Scientia autem cõmunis cõſiderat vniuerſale ens ſm ꝙ ens, ergo non eſt eadem alicui ſcientiarum particularium.

Quoniam autẽ principia ſummaſq; cauſas quæri mus, patet ipſas neceſsario per ſe cuiuſpiam eſſe naturæ. Quod ſi & ii qui eoꝝ quæ ſunt elementa quęrebant, hæc principia quærebant, neceſse eſt & elementa eius quod eſt vt eſt ens, & non per accidens eſſe. Quapropter & a nobis eius quod eſt ea ratione quæ ens, primæ cauſæ ſunt ſumendæ.

Parte. 3. B

Quoniã autẽ principia & extremas q̃rimus cauſas palã, quia cuiuſdam eas naturæ ſm ſe eſſe neceſſe eſt. Si ergo & entiũ elementa q̃rentes, ea quæſierũt principia, neceſſe & entis elementa eſſe, non ſm accidens, ſed inquãtum ſunt entia. Vnde & nobis entis inquantũ eſt ens, primæ cauſæ ſunt accipiendæ.

Hinc oſtendit ꝙ iſta ſciẽtia quæ præ manibus habetur, habet ens pro ſubiecto, tali ratione. Omne principium eſt per ſe principiũ & cã alicuius naturæ, ſed nos q̃rimus prima rerũ principia & altiſſimas cãs, ſicut in primo dictum eſt, ergo ſunt per ſe cã alicuius naturæ, ſed non niſi entis. Quod ex hoc patet, quia oẽs philoſophi elemẽta quærentes ſm ꝙ ſunt entia quęrebãt hmõi principia. ſ. prima & altiſſima, ergo in hac ſcientia nos quęrimus principia entis inquantũ eſt ens, ergo ens eſt ſubiectum huius ſcientiæ, quia quælibet ſciẽtia eſt quærens cauſas ꝓprias ſui ſubiecti.

Lec.1.

C

Id autẽ quod eſt dicit quidẽ multipliciter, ſed ad vnum & vnã quandã naturã: & nõ ęquiuoce dicit, ſed vt & oẽ ſanum ad ſanitatẽ dicit: partim quia cõſeruat, partim qa efficit, ptim qa indicat ipſam, partim qa eſt ſuſceptiuũ ipſius: & medicatiuũ item ad medicinã. Aliud enim tale ex eo dicit, qa medicinã habet: aliud qa aptũ eſt ad ipſam, aliud qa opus eſt medicinæ, & alia plura ſimili modo: ſic & id quod eſt, multis quidẽ modis, ſed ad vnũ principiũ dicit. Quędã. n. qa ſubſtantię ſunt, entia dicunt: q̃dã quia ſubſtãtię ſunt, affectus: q̃dã qa ſunt ad ſubſtãtiã via, aut corruptiões, aut priuationes, aut q̃litates, aut affectiua generatiuaq; ſubſtãtię, vel eoꝝ q̃ ad ipſam dicunt ſubſtantiã: aut alicuius hoꝝ negatio vel ſubꝫ. Quocirca & id quod nõ eſt, non ens dicimus eſſe.

D

Vtz.16.1. Parte.4.

Ens autẽ multis quidẽ dicit modis, ſed ad vnũ & ad vnã naturã aliquã, & non æquiuoce. Sed quẽadmodũ ſalubre omne ad ſanitatẽ, hoc quidem ad cõſeruationẽ, id vero in actione, aliud quia eſt ſignum vt vrina ſanitatis, hoc autẽ quia illius eſt ſuſceptibile. Et medicinale a medicina. Hoc. n. habẽdo medicinas dicit medicinale, illud vero ſuſceptibile ad eã, aliud vero per actus exiſtentiũ medicinæ. Similiter autẽ alia ſummemus his dicta. Ita vero & ens multipliciter dicit quidẽ, ſed omne ad primũ principiũ. Hæc enim qa ſubſtantię entia dicunt, illa vero quia paſsiones ſubſtãtię dicunt, alia quia via ad ſubſtantiã, aut corruptiones, aut priuationes, aut qualitates, aut effectiua, aut gñatiua ſubſtãtię, aut ad ſubſtãtiam dictoꝝ, aut quorũdã horũ negationes, aut ſubſtantię. Quare & non ens eſſe non ens dicimus.

Hic procedit ad ſoluendum qõnes in præcedenti libro moras de conſideratione huius ſciẽtiæ, & diuiditur in tres partes. Primo ſoluit qõnem qua quærebant vtrum huius ſciẽtiæ eſſet conſideratio de ſubſtantijs & accidentibus ſimul, & vtrum de omnibus ſubſtantijs. Secundo qua quęrebatur vtrũ huius ſcientiæ eſſet conſiderare de omnibus iſtis quę ſunt vnum & multa, idẽ & diuerſum, oppoſitum contrariũ, & hmõi, ibi: ¶ Si igitur ens & vnũ &c. ⊦ Tertio ſoluit qõnẽ qua quærebat vtrum huius ſciẽtię eſſet cõſiderare demõſtrationis principia, ibi: ¶ Dicẽdum eſt autem vtrũ vnius &c. ⊦ Circa primũ tria facit. Primo oſtẽdit ꝙ huius ſciẽtiæ eſt cõſiderare tam de ſubſtantijs q̃s de accidentibus. Secundo ꝙ principaliter de ſubſtantijs, ibi: ¶ Vbiq; vero ꝓprie &c. ⊦ Tertio ꝙ de omnibus ſubſtantijs, ibi: ¶ Omnis autẽ generis. ⊦ Circa primum vtẽ tali rõne. Quæcunq; cõiter vnius recipium prædicationem, licet non vniuoce, ſed analogice de his prædicetur, pertinẽt ad vnius ſcientiæ conſiderationẽ: ſed ens hoc modo prædicatur de omnibus entibus, ergo omnia entia pertinent ad conſiderationem vnius ſcientiæ, quæ cõſiderat ens inquãtum eſt ens. ſ. tam ſubſtantias q̃s accidentia. In hac autem ratione primo ponit minorem. Secundo maiorem, ibi: ¶ Quẽadmodum ergo ſalubrium oĩum. ⊦ Tertio cõcluſionẽ, ibi: ¶ Manifeſtum igit &c. ⊦ Dicit ergo primo, ꝙ ens ſiue quod eſt, dicit multipliciter. Sed ſciendũ qđ aliqd ꝓdicatur de diuerſis multipliciter, quandoq; quidẽ ſm rationẽ omnino eandem, & tunc dicitur de eis vniuoce ꝓdicari, ſicut animal de equo & boue. Quãdoq; vero ſcẽdm rõnes omnino diuerſas, & tunc dicit de eis æquiuoce prędicari, ſicut canis de ſydere & animali. Q̃q; vero ſm rõnes quæ partim ſunt diuerſæ, & partim nõ diuerſæ. Diuerſæ quidẽ ſm ꝙ diuerſas habitudines important. Vnæ autem ſm ꝙ ad vnum aliquid & idẽ, iſtæ diuerſæ habitudines referunt, & illud dicitur ¶ analogice prædicari ⊦. i. ꝓportionaliter, prout vnumquodq; ſm ſuam habitudinem ad illud vnum refert. Item ſciendum ꝙ illud vnum ad quod diuerſę habitudines referunt in analogicis, eſt vnum numero, & non ſolum vnum ratione, ſicut eſt vnum illud quod per nomen vniuocũ deſignatur. Et ideo dicit ꝙ ens & ſi dicatur multipliciter, nõ tamen dicitur æquiuoce, ſed per reſpectum ad vnum, nõ quidẽ ad vnum quod ſit ſolũ ratione vnũ, ſed quod eſt vnum ſicut vna quædã natura. Et hoc patet in exemplis infra poſitis. Ponit enim primo vnum exemplum q̃ multa cõparantur ad vnum, ſicut ad finẽ, ſicut patet de hoc nomine ſanatiuũ vel ſalubre. Sanatiuum enim nõ dicit vniuoce de digta, medicina, vrina, & animali. Nã ratio ſani ſm ꝙ dicit de diæta, cõſiſtit in conſeruando ſanitatem. Scẽdm vero ꝙ dicit de medicina, in faciendo ſanitatẽ. Prout vero dicitur de vrina, inquãtum eſt ſignum ſanitatis. Secundũ vero ꝙ dicit de animali ratio eius eſt, quontã eſt receptiuum vel ſuſceptiuum ſanitatis. Sic igitur omne ſanatiuum vel ſanũ dicitur ad ſanitatem vnã & eandem. Eadem enim eſt ſanitas quam animal ſuſcipit, vrina ſignificat, medicina facit, & diæta conſeruat.

Lec.ſeq. Infra lect.5 Infra pt.6. parte.7. lect.huius. Parte.5. lect.huius. Infra 3.t.6. in princ. Analogũ quid ſit

Secundo ponit exemplum quãdo multa cõparantur ad vnum ſicut ad principium efficiens. Aliquid enim dicitur medicatiuum, qui habet artẽ medicinæ, ſicut medicus peritus. Aliquid vero quia eſt bene aptũ ad habendum artẽ medicinæ, ſicut homines qui ſunt diſpoſiti ut de facili artẽ medicinæ acquirant. Ex quo cõtingit ꝙ ingenio proprio quædam medicinalia operãtur. Aliquid vero dicitur medicatiuum vel medicinale, quia eo opus eſt ad medicinã, ſicut inſtrumenta quibus vtuntur medicinalia dici poſſunt: & etiam medicinæ quibus medici vtuntur ad ſanandum. Et ſimiliter accipi poſſunt alia q̃ multipliciter dicũtur, ſicut & iſta. Et ſicut eſt de p̃dictis, ita etiã & ens multipliciter dicit. Sed tamen oẽ ens dicitur per reſpectum ad vnum primũ. Sed hoc primũ non eſt finis vel efficiẽs ſicut in p̃miſsis exemplis, ſed ſubiectũ. Alia enim dicunt entia

vel esse, quia per se habent esse sicut substantiæ quæ principaliter & prius entia dicunt. Alia vero quia sunt passiones siue pprietates substātiæ, sicut p se accidētia vnīuscuiusq; substantiæ. Quæ dā autē dicunt entia, quia sunt via ad substantiā, sicut generationes & motus. Alia autē entia dicuntur, quia sunt corruptiones substātiæ. Corruptio enim est via ad non esse, sicut generatio via ad substantiā. Et quia corruptio terminatur ad priuationem, sicut generatio ad formā, cōuenienter ipsa etiam priuationes formarū substā tialiū esse dicunt. Et iterū qualitates vel accidentia q̄dā dicunt entia, qa sunt actiua vel generatiua substātiæ, uel eoꝝ quæ ſm aliquam habitudinē prædictarum ad substātiam dicunt uel ſm quācunq; aliam. Itē negationes eoꝝ quæ ad substantiā habitudinē habent, vel etiā ipsius substātiæ esse dicunt. Vnde dicimus q̄ non ens est non ens. Quod nō diceretur nisi negationi aliquo modo esse cōpeteret. Sciendum tū q̄ prædicti modi essendi ad quatuor possunt reduci. Nā vnum eoꝝ quod est debilissimum est tm̄ in rōne. s. negatio & priuatio quā dicimus in rōne esse, quia ratio de eis negociat quasi de quibusdam entibus, dum de eis affirmat vel negat aliquid. Sēdm quid autē differāt negatio & priuatio, infra dicet. Aliud autē huic proximum in debilitate est, sēdm q̄ generatio & corruptio, & motus entia dicuntur. Habēt enim aliquid admixtū de priuatione & negatione. Nā motus est actus imperfectus, vt dicitur tertio physicoꝝ. Tertium autē dicitur q̄ nihil habet de non ente admixtū, habet tamē esse debile, quia nō per se, sed in alio, sicut sunt qualitates, quātitates, & substantię proprietates. Quartū autē genus est quod est pfectissimū, quod. s. habet esse in natura absq; admixtiōe priuationis, & habet esse firmum & solidū, quasi per se existēs sicut sunt substātiæ. Et ad hoc sicut ad primū & principale oīa alia referuntur. Nā qualitates & quantitates dicunt esse, inquantū insunt substantiæ: motus & generationes, inquātum tendunt ad substantiā vel ad aliqd p̄dictoꝝ: priuationes autē & negationes, inquantū remouent aliquid trium prædictorum.

Lect. 1. Text. 66. 6.

Vt igitur & omnium sanorum, sic & cæterorum vna scientia est. Non enim solum eorū quæ per vnā rationem dicuntur, vna sciētia est, sed eorum etiam quæ ad vnam dicuntur naturam. Et hæc enim quodam modo vna ratione dicuntur.

Quemadmodum ergo salubrium omniū vna est scientia, ita hoc etiam & in aliis. Nō enim solum circa vnum dictorum, vnius est scientiæ speculari, sed ad vnam dictorum naturam. Etenim ea modo quodam circa vnum dicuntur.

Hic ponit maiorē primæ rōnis dicens, q̄ est vnius sciētiæ speculari non solū illa quæ dicunt ¶ sēdm vnum ⁊. i. secundū vnam rōnem oīno, sed etiā eorū quæ dicūtur per respectum ad vnā naturā ſm habitudines diuersas. Et huius ratio est, ꝓpter vnitatē eius ad quod ista dicunt, sicut patet q̄ de oībus sanatiuis considerat vna scientia. s. medicinalis, & similiter de alijs quæ eodem modo dicuntur.

Patet igitur vnius etiā esse sciētiæ ea quæ sunt, vt & entia sunt cōtemplari. Vbiq; autē sciētia ipsius est ꝓprie primi, & ex quo cætera pendēt, & ꝓpter qd̄ dicunt. Quod si hoc est substantia, ipm philosophum principia substantiarum, causasq; habere oportet.

Manifestū igit̄ qa entia vnius est scientiæ speculari inquantū entia. Vbiq; vero ꝓprie primi est scientia, & ex quo alia pendent, & propter quod dicunt. Ergo si hoc est substātia, substantiarū oportet principia & causas habere philosophum ipsum.

Hic ponit cōclusionē intentā, quæ per se est manifesta. ¶ Vbiq; vero &c. ¶ Hic ponit q̄ hæc scientia principaliter cōsiderat de substātijs, & si de oībus entibus cōsideret, tali rōne. Omnis sciētia q̄ est de pluribus quę dicunt ad vnū primū, est proprie & principaliter illius primi ex quo alia dependēt ſm esse, & ꝓpter quod dicunt ſm nomē, & hoc vbiq; est verū. Sed substantia est hoc primū inter omnia entia. Ergo philosophus qui cōsiderat omnia entia primo & principaliter, debet habere in sua cōsideratione principia & causas substantiarū, ergo per consequens eius consideratio primo & principaliter de substantijs est.

Omnis autem generis vnius sensus est vnus atq; scientia, veluti grāmatica quæ est vna, omnes contemplat voces. Quapropter & eius quod est vt est ens, quęcunq; sunt species, vnius est scientię genere, & specierum species contemplari.

Omnis autem generis vnius est sensus vnus & scientia: vt grammatica vna ens, omnes speculatur voces. Quapropter & entis inquantum est ens, quascunq; species speculari vnius est scientiæ genere, & species specierum.

Hic ostēdit q̄ primi philosophi est cōsiderare de oībus substātijs, tali rōne. Omniū eoꝝ quę sunt vnius generis, est vnius sensus & vna sciētia: sicut visus est de oībus coloribus, & grāmatica cōsiderat omnes voces. Si igitur omnia entia sunt vnius generis aliquo modo, oportet q̄ oēs species eius pertineant ad cōsiderationē vnius sciētiæ quæ est generalis: & species entium diuersę pertineant ad species illius sciētiæ diuersas. Hoc autē dicit, quia non oportet q̄ vna scientia consideret de oībus speciebus vnius generis ſm proprias rōnes singularū specierum, sed ſm q̄ conueniunt in genere. Sēdm autem proprias rationes pertinent ad scientias speciales, sicut est in proposito. Nam omnes substantiæ inquantum sunt entia vel substantiæ, pertinēt ad considerationem huius sciētiæ: inquantum autem sunt talis vel talis substantia, vt leo vel bos, pertinent ad scientias speciales. Lectio. ij.

Et qua id quod est, ac vnū ipm, idem sunt, ex eo atq; vna natura: quia mutuo se sequūtur vt principium atq; causa, sed non vnam subeuntia rationem. Nihil autē refert & si eadē hoc pacto putauerimus esse, sed & ad propositum magis conducit.

Si igitur ens & vnum idem, & vna natura: quia se adinuicem consequuntur vt principium & causa, sed non vt vna ratione ostensa. Nihil autem differt, nec si similiter suscipimus, sed & præ opere magis.

HIC PROCEDIT ad ostendendū q̄ ad cōsiderationē vnius scientię pertineat cōsiderare hmōi cōiaꝝ vnum & multa, idē & diuersum, & circa hoc duo facit. Primo ostendit hoc de singulis per ꝓpias rōnes. Scdo de omnibus simul per quasdam rationes cōes. ibi: ¶ Et philosophi est de oībus posse speculari. ¶ Circa primum duo facit. Primo ostendit q̄ de omnibus his cōsiderare debet philosophus. Scdo docet modū cōsiderandi, ibi: ¶ Quare qm̄ vnum multipliciter &c. ¶ Circa primum duo facit. Primo ostendit q̄ ad hanc scientiam pertineat cōsiderare de vno & de speciebus vnius. Secundo q̄ ad eandem scientiam pertineat cōsiderare de oībus oppositis, ibi: ¶ Quoniam autem vnius est opposita considerare. ¶ Circa primum duo facit. Primo enim ostendit q̄ huius scientiæ est considerare de vno. Secundo quòd eius sit considerare de speciebus vnius, ibi: ¶ Quare quotcunque vnius. ¶ Dicit ergo primo, quòd ens & vnum sunt idem & vna natura. Hoc ideo dicit, quia q̄dam sunt idem numero q̄ non sunt vna natura, s. d diuersæ, sicut Socrates, & hoc albū, & hoc musicum

hoc musicū. Vnūautē & ens nō diuersas naturas, sed vnā significant. Hoc autē contingit dupliciter. Quędam enim sunt vnū quæ cōsequunt se admicē conuertibiliter sicut principium & causa. Quędam vero non solum cōuertunt vt sint idem subiecto, sed etiā sunt vnum ſm rōnem, sicut vestis & indumentū. Vnum autem & ens significāt vnam naturā ſm diuersas rationes. Vnde sic se habent sicut principium & causa, sed non sicut tunica & vestis, quę sunt nomina penitus synonyma. Nihil tamen differt ad propositum si similiter accipiamus ea dici, sicut illa quæ sunt vnū & subiecto & rattione. Sed hoc erit ⁊ magis prę opere ⁊. i. magis vtile ad hoc quod intendit. Intendit enim probare q̄ vnum & ens eadunt sub eadem consideratione, & q̄ habent species sibi correspondentes. Quod manifestius probaretur si vnum & ens essent idem re & ratione, q̄ si sint idem re & non ratione. Quod autem sint idem re probat duabus rationibus, quarum primam ponit. ibi:

Idem est em̄ vnus homo, & homo, & q est hō: & nō aliud quicq̄ dictio significat si reduplicabit, est hō, & hō, & vnus homo. Patet aūt nec in generatione seperari, nec in corruptione: similiter & in vno. Quare perspicuū est additionē in his idē significare, & nihil aliud vnū ipsum præter id quod est esse.

Idē em̄ vnus, homo, & ens hō, & hō: & nō diuersum aliquid ostendit ſm repetitam dictionem ipm, est homo, & homo, & vnus homo. Palā autē, qa nō seperant nec in generatione neq; in corruptione. Similiter autē & in vno. Quare palā quia additio in his idē ostendit: & nihil aliud vnum præter ens.

Quæ talis est. Quæcunq; duo addita vni nullam diuersitatem afferunt, sunt penitus idem: sed vnum & ens addita homini vel cuicunq; alij nullam diuersitatem afferunt: ergo sunt penitus idem. Miñor patet. Idē enim est dictu, homo, & vnus homo. Et similiter est idem dictu, ens homo, vel quod est homo: & non demonstratur aliquod aliterum cum secundū dictionē replicamus dicendo, est ens homo, & homo, & vnus homo. Quod quidē probat sic. Idem enim est generari & corrūpi hominē, & id quod est hō. Quod ex hoc patet, qa generatio est via ad esse, & corruptio mutatio ab esse ad non esse. Vnde nunquā generat homo, quin genereť ens homo: nec vnquā corrūpitur homo, quin corrumpat ens homo. Quæ autē simul generant & corrūpuntur sunt vnū. Et sicut dictū est q̄ ens & homo non separant in generatione & corruptione, similiter apparet de vno. Nam cum generatur homo, generat vnus hō: & cum corrūpitur, similiter corrūpitur. Vnde manifestū est q̄ appositio in istis ostēdit idē, & per hoc q̄ addit vel vnum vel ens non intelligitur addi aliqua natura supra hominē. Ex quo manifeste apparet, q̄ vnū non est aliud prę ter ens: quia quæcūq; vni & eidē sunt eadem, sibiinuicem sunt eadem. Patet autē ex prædicta rōne, non solū q̄ sunt vnum re, sed q̄ differunt rōne. Nā si non differunt ratione, essent penitus synonyma, & sic nugatio esset cum dicitur, ens homo, vel vnus homo. Sciendū est enim q̄ hoc nomen Homo, imponitur à quidditate siue à natura hominis: & hoc nomen Res, imponitur à quidditate tantū, hoc vero nomē Ens, imponitur ab actu essendi: & hoc nomen Vnum, ab ordine uel indiuisione. Est enim vnum ens indiuisum. Idem autem est quod habet essentiam, & quidditatem per illam essentiā, & quod est in se indiuisum. Vnde ista tria, res. ens, vnum, significant omnino idem: sed secūdum diuersas rationes.

Præterea vniuscuiusq; substantia vnū est non per accidens, similiter & ens proprie quid.

Amplius autē cuiusq; substantia vnum est non secundum accidens, similiter & quod ens aliquid.

Hic ponit secundā rōnem ad idem, quæ talis est. Quæcunq; duo prædicant de substātia alicuius rei per se & nō per accidens, illa sunt idem ſm rem: sed ita se habent vnū & ens, q̄ prædicant per se & non ſm accidens de substantia cuiuslibet rei. Substantia enim cuiuslibet rei est vnum per se & non ſm accidens. Ens ergo & vnū significant idē ſm rem. Quod autē ens & vnum prædicent de substantia cuiuslibet rei per se & non ſm accidens, sic pōt ꝓbari. Si enim p̄dicarent de substātia cuiuslibet rei per aliquod ens ei additū, de illo iterum necesse est p̄dicari ens, quia vnūquod ꝓ est vnum & ens. Aut ergo iterū de hoc prędicatur per se, aut per aliquid aliud additum. Si per aliquid aliud, iterū esset quæstio de illo addito, & sic erit procedere vsq; ad infinitum. Hoc autem est impossibile: ergo necesse est stare in primo. s. q̄ substātia rei sit vna & ens per seipsam, & non per aliquid additum. Sciendum est autem quòd circa hoc Auicen. aliud sensit. Dixit enim q̄ vnum & ens non significant substātiam rei, sed significant aliquid additum. Et de ente quidem hoc dicebat, quia in qualibet re quæ habet esse ab alio, aliud est esse rei, & substantia siue essentia eius. Hoc autem nomen Ens, significat ipsum esse. Significat igitur (vt videtur) aliquid additū essentiæ. De vno autem hoc dicebat, quia estimabat q̄ illud vnum qđ conuertitur cum ente, sit idem q̄ illud vnū quod est principium numeri. Vnum autē quod est principium numeri necesse est significare quandā naturā additam substantiæ. Alioquin cum numerus ex vnitatibus constituat, nō esset numerus species quātitatis, quæ est accidens substātiæ superadditū. Dicebat autē q̄ hoc vnū conuertitur cum ente, nō qa significat ipsam rei substantiā vel entis, sed qa significat accidēs qđ inhæret omni enti, sicut risibile quod cōuertit cum homine. Sed in primo quidē non videtur dixisse recte. Esse enim rei quāuis sit aliud ab eius essentia, non tamen est intelligēdū q̄ sit aliquod superadditum ad modū accidētis, sed quasi cōstituit per principia essentię. Et ideo hoc nomē ens quod imponit ab ipso esse, significat idē cū nomine quod imponit ab ipsa essentia. De vno autē nō videt esse verū, q̄ sit idē quod cōuertit cū ente, & quod est principiū numeri. Nihil enim qđ est in determinato genere uidet consequi omnia entia. Vnde vnū quod determinat ad speciale genus entis. s. ad genus quātitatis diceret, non videtur posse cum ente vniuersali cōuerti. Si enim vnum est ꝓprium & per se accidens entis, oportet q̄ ex principijs causet entis inquantū ens, sicut quodlibet accidens proprium ex principijs sui subiecti. Ex principijs autē cōibus entis inquātum est ens, non intelligitur causari aliquod particulariter ens sufficiēter. Vnde non pōt esse q̄ ens aliquod determinati generis & speciei sit accidens oīs entis. Vnū igit̄ quod est principiū numeri, aliud est ab eo quod cum ente conuertitur. Vnū enim quod cū ente conuertit, ipsum ens designat: superaddēs indiuisionis rōnem, quæ cum sit negatio vel priuatio, non ponit aliquam naturam enti additam. Et sic in nullo differt ab ente secundū rem, sed solum ratione. Nam negatio vel priuatio non est ens naturæ, sed rationis, sicut dictum est. Vnum vero quod est principiū numeri addit supra substantiā, rationem mensuræ, quę est propria passio quantitatis, & primo inuenit in vnitate. Et dicitur per priuationē vel negationem diuisionis quæ est sēdm quātitatem continuam. Nam numerus ex diuisione continui causatur. Et ideo numerus ad sciētiam mathematicam pertinet, cuius subiectum extra materiam esse non potest, quāuis sine materia sensibili consideretur. Hoc autem non esset, si vnum quod est principium numeri sēdm esse à materia separaretur in rebus immaterialibus existēs, quasi cum ente conuersum.

Quare quot sunt vnius, tot & eius quod est species sunt. De quibus quidnā sit contemplari ad eandem genere scientiam spectat, vt de eodem ac simili

I & cæteris talibus. Fere autē omnia contraria ad hoc principium reducuntur. Hæc vero contemplati sumus in contrariorum electione.

parte.4. Quare quotcunq; vnius sunt spēs, tot entis, & de quibus quidē est eiusdem scientiæ genere speculari. Dico autē vt de eodem & simili & aliis talibus. Fere autē omnia referuntur cōtraria ad principiū illud. Speculata sunt autē & ea a nobis in ecloga, i. explanatione, vel tractatione contrariorum.

Tex. cō.41 Hic cōcludit q philosophi est considerare de partibus vnius, sicut de partibus entis, & primo hoc ostēdit. Scdo etiā ostendit q fm diuersas partes entis & vnius, sunt diuersæ partes philosophiæ, ibi. ¶ Et tot partes. ┐ Dicit ergo primo: q ex quo vnum & ens idē significant, & eiusdē sunt species eędē, oportet q tot sint species entis, quot sunt species vnius & sibiinuicem respōdentes. Sicut enim partes entis sunt substātia, qualitas & quantitas &c. ita & partes vnius sunt idem, æquale & simile. Idem enim unum in substātia est. Simile, vnum in qualitate. Aequale, vnum in quantitate. Et secundū alias partes entis ponent sumi alię partes vnius, si essent nomina posita. Et sicut ad vnā scientiam. s. ad philosophiam pertinet cōsiderātio de omnibus partibus entis, ita & de omnibus partibus vnius. s. eodē & simili & hmōi. Et ad hoc ¶ principiū ┐. s. vnū reducuntur omnia cōtraria ¶ fere. ┐ Et hoc addit, quia in quibusdam non est ita manifestū: & tamen hoc esse necesse est, quia cū in omnibus contrarijs alterū habeat priuationē inclusam, oportet fieri reductionem ad priuatiua prima inter quæ præcipue est vnum. Et iterum multitudo quę ex vno causatur: causa est diuersitatis differentiæ & contrarietatis, vt infra dicetur. Et hæc dicit esse cōsiderata ¶ in ecloga ┐. i. in electione ¶ contrariorum ┐. i. in tractatu quæ est pars electa ad tractandum de contrarijs. s. in. x. huius.

Lect.10. Lec.5.et 6 L

Atq; tot sint philosophiæ partes, quot substātiæ sunt. Quare necesse est ipsarū quandā esse primā, & aliā sequentē. Nam vnū ipsum & id quod est, genera continuo habent. Quapropter & scientiæ hæc sequunt. Ipse naq; philosophus perinde se habet, atq; hisce qui mathematicus nūcupatur. Etenim partes hęc habet, & prima quædam est sciētia & secunda, & aliæ deinceps sunt mathematicis collocatæ.

parte.5. Et tot partes sunt philosophiæ quot substantiæ. Quare aliquā esse primam necesse, & habitam ipsis. Existūt. n. recte genera ens & vnū habētia. Quapropter & hęc sequūt sciētię. Est. n. philosophus vt mathematicꝰ dictus. Etem ea ptes habet, & prima q̄dā, & secda est scientia, & alia deinde in mathematicis.

M Hic ostēdit partes philosophiæ distingui fm partes entis & vnius, & dicit q tot sunt partes philosophiæ quot sunt partes substantiæ de qua dicit principaliter ens & vnū, & de qua principalis est huius scientiæ cōsideratio & intētio. Et q partes substātię sunt ordinatæ adinuicē. Nā substātia immaterialis est prior substātia sensibili naturaliter, iō necesse est inter partes philosophię esse quandā primā. Illa tñ q est de substantia sensibili est prima ordine doctrinæ, quia à notioribus nobis oportet incipere disciplinā. Et de hac determinat in septimo & octauo huius. Illa vero quæ est de substantia imateriali est prior dignitate & intentione huius sciētiæ de qua tradit in. xij. huius. Et tñ quæcunq; sunt prima necesse est q sint continua alijs partibus, quia omnes partes habēt pro genere vnum & ens. Vnde in cōsideratione vnius & entis diuersæ partes huius sciētiæ vniuntur, quāuis sint de diuersis partibus substantiæ, vt sic sit vna sciētia inquantū partes prædictæ sunt consequentes ¶ hæc ┐. i. vnū & ens sicut cōia substantiæ. Et in hoc philosophus est similis mathematico. Nā mathematica habet diuersas partes, & quandā principaliter sicut arithmetica, & quādā secūdario sicut geometria, & aliæ cōsequēter se habent his, sicut gspectiua, astrologia, & musica. Lectio. iij

N Cum autē vnius sit facultatis opposita contēplari, & vni pluralitas opponat, atq; negationē priuationemq; scientię sit eiusdē considerare, ad hanc sane scientiam & pluralitatis contemplatio pertinebit. Vtroq; nāq; modo vnum ipsum in contemplationē venit, cuius est negatio vel priuatio: quæ aut simpliciter illi inquantū ineſt, aut cuipiam generi. Atq; ibi quidē vni ipsi differentia ineſt, prēter id quod est in negatione. Ipsa nanq; negatio illius est nimirum ablentia. In priuatione vero & subiecta quædā existunt natura, de qua priuatio dicitur.

O parti. 2. QVoniam autē vnius est opposita speculari, & vni opponitur pluralitas, & negationem & priuationē vnius est speculari: qa vtrūq; speculatur vnum, cuius negatio aut priuatio. Hæc autem quæ simpliciter dicitur, quia non ineſt illi, aut alicui generi. Huic igitur vni differentia adest prēter q est in negatione. Illius enim ablentia negatio est. In priuatione vero subiecta quædam fit natura, de qua dicitur priuatio.

HIC OSTENDIT q considerare de oppositis pertinet ad scientiam istā, & circa hoc duo facit. Primo ostendit q eius est considerare de negatione & priuatione. Secundo de cōtrarijs. ibi. ¶ Sed vni &c. ┐ Dicit ergo q cum ad vnam scientiam pertineat cōsiderare opposita, sicut ad medicinam considerare sanum & ægrum, & ad grāmaticam congruum & incōgruum, vnt autem opponitur multitudo: necesse est q illius scientiæ sit speculari negationem & priuationem, cuius est speculari vnum & multitudinem. Propter quod ¶ vtriusque ┐ est considerare vnum, scilicet ex vtroque dependet vnius consideratio, de cuius ratione est negatio & priuatio. Nam sicut dictum est, vnum est ens non diuisum. Diuisio autem ad multitudinē pertinet quæ vni opponitur. Vnde cuius est considerare vnum, eius est considerare negationē vel priuationem. Negatio autem est duplex, quædam simplex, per quam absolute dicitur q hoc nō ineſt illi. Alia est negatio in genere, per quam aliquid non absolute negatur, sed infra metas alicuius generis: sicut cæcū dicitur non simpliciter, quod nō habet uisum, sed infra genus animalis qđ natū est habere visum. Et hæc adest differentia huic quod dico vnū prætter ¶ qđ est in negatione ┐. i. per quā distat à negatione: qa negatio dicit tm absentiā alicuius. s. quod remouet, sine hoc q determinet subiectū. Vnde absoluta negatio potest verificari tam de nō ente quod est natum habere affirmationē, q̄m de ente quod est natum habere & nō habet. Non videns enim potest dici tam chimera q̄m lapis q̄m etiam homo. Sed in priuatione est quædam natura vel substantia determinata, de qua dicitur priuatio. Non enim omne non videns potest dici cæcū, sed solum quod est natum habere visum. Et sic cum negatio quæ in rōne vnius includitur sit negatio in subiecto, alias non ens, vnum dici posset, patet q vnum differt à negatione simpliciter & magis trahit se ad naturam priuationis, vt infra. x. huius habetur. Sciendum est autem q, quāuis vnū importet priuationem implicitā, non tamen est dicendum q importet priuationē multitudinis, quia cum priuatio sit posterior naturaliter eo cuius est priuatio, sequeretur quòd vnum esset posterius naturaliter multitudine. Item q multitudo poneretur in diffinitione vnius. Nam priuatio diffiniri non potest nisi per suū oppositū, vt quid est cæcitas, priuatio

4 uatio visus. Vnde cum in diffinitione multitudinis ponat vnum. Nā multitudo est aggregatio vnitatū, sequit q sit circulus in diffinitionibus. Et ideo dicendum q vnū importat priuationē diuisionis, non quidē diuisionis quæ est fm quantitatē, nam ista diuisio determinat ad vnum particulare genus entis, & nō posset cadere i diffinitiōe unius. Sed vnum quod eum ente cōuertitur importat priuationem diuisionis formalis quæ fit per opposita, cuius prima radix est oppositio affirmationis & negationis. Nam illa diuiduntur adinuicem quæ ita se habent, q hoc non est illud. Primo igitur intelligitur ipsum ens, & ex consequenti non ens, & per consequens diuisio, & per consequens vnum quod diuisionem priuat, & per consequens multitudo in cuius ratione cadit diuisio, sicut in ratione vnius indiuisio, quāuis aliqua diuisa modo prædicto rationem multitudinis habere nō possint, nisi prius cuilibet diuisorum ratio vnius attribuatur.

Ordo cō positionis.

B Quæ cum ita sint, & vni pluralitas opponatur, fit vt eorum etiā cognitio quæ sunt opposita dictis, ad scientiam dictam attineat: diuersi inquā, dissimilis, inæqualis, & si qua sint alia quæ aut ad idem, aut ad pluralitatem & vnum accomodantur, ex quibus est contrarietas ipsa. Quippe cum differentia quidē diuersitas sit, contrarietas autem differentia quædā.

Nota.2.

Sed vni pluralitas opponit. Quare opposita dictis diuersumq; & dissimile & inæquale & quęcūq; alia dicuntur, aut secundū pluralitatem & vnū, est dictæ cognoscere scientiæ, quoꝝ vnum quidem contrarietas est, & differentia diuersitas.

C Hic ostendit q philosophi est cōsiderare cōtraria. Vni enim multitudo opponitur, vt dictum est. Opposita autē est vnius scientiæ cōsiderare. Cum igit ista sciētia cōsideret vnum & idē æquale & simile, necesse est q consideret opposita his. s. multū, alterū siue diuersum, dissimile & inæquale, & quęcunq; alia reducunt ad illa, siue etiam ad vnū & pluralitatem. Et inter ista vna est cōtrarietas. Nam cōtrarietas est quædā differentia eorum. s. quæ maxime differunt in eodē genere. Differentia vero est quædam alteritas siue diuersitas, vt. x. huius habetur, igitur contrarietas pertinet ad considerationem huius scientiæ.

Tex.cō.12

Quare cum ipsum vnū multis modis dicantur, & hęc multipliciter quidē dicentur. Scientiæ tñ vnius est vniuersa cognoscere. Non enim si multis modis dicant, ad diuersas scientias ipsoꝝ cōtemplatio pertinebit. Sed si neq; vna rō ipsis cōpetat, neq; ad vnū rōnes oīum reducunt. Cū autē ad primū oīa referātur, vt ea q̄ dicunt vnum ad primū vnū, dicendū est & de eodem & diuerso cōtrariisue rem eodē modo ſese habere. Quare distinctione facta quot vnumquodq; modis dicat, assignādū est ad primū in vnoquoq; pdicamēto quonā ad illud dicit mō. Quædā enim hoc sane dicent quod illud habet, q̄dam propterea quod illud agit, quędā aliis talibus modis.

D

Nota.3.

Quare qm̄ vnū multipliciter dicit, & hæc quidē multipliciter dicent. Attamen vnius omnia cognoscere. Non. n. simpliciter alterius. Quare si nec fm vnū, nec ad vnū rationes referuntur, tunc alterius. Quoniā vero ad primū oīa referunt, vt q̄cunq; vnū dicunt, ad primū vnū similiter dicendū est & de eodem & diuerso & cōtrariis se habere. Ergo diuisum quoties dicit singulū, sic reducendū est ad primum in singulis prædicatis quomodo ad illud dicit. Hoc enim habendo illud, illa vero faciendo illud, alia vero secundum alios dicentur modos.

B

Hic tradit modum quo Philosophus de his debet determinare, & dicit q cum omnia prædicta deriuent ab vno, & vnum multipliciter dicatur, etiā omnia ista necesse est multipliciter dici. s. idem & diuersum, & alia hmōi. Sed tamen quāuis multipliciter dicantur omnia, tamen q̄ significantur per quodlibet horꝝ nominū est cognoscere vnius scientiæ. s. philosophię. Non enim sequit q si aliquid dicit multipliciter, q propter hoc sit alterius scientiæ vel diuersæ. Diuersa enim significata si neq; dicuntur ¶ fm vnū ┐. i. secundū vnam rōnem. s. vniuoce, nec ratione diuersa referuntur ad vnum sicut est in analogicis: tunc sequitur q sit alterius. i. diuersæ scientiæ de his cōsiderare, vel ad minus vnius per accidens. Sicut cæleste sydus quod est canis considerat astrologus. Naturalis autem canem marinum & terrestrem. Hæc autem omnia referuntur ad vnū principium. Sicut enim quæ significātur per hoc nomen vnū, licet sint diuersa, reducuntur tamen in vnū primum significatum: similiter est dicendū de his nominibus idē, diuersum, cōtrarium, & hmōi. Et ideo circa vnū quodq; istorꝝ philosophus duo debet facere, videlicet primo diuidere quot modis dicit vnūquodq;. Et hæc diuisio consequēter assignat in ¶ vnoquoq; prędicato ┐. i. in vnoquoq; istorꝝ nominum de pluribus prædicatorꝝ, ad quod primum dicatur, sicut quid est primum significatum huius nominis idem vel diuersum, & quomodo ad illud omnia alia referantur, aliquid quidem inquantum habet illud, aliqd autē inquātum facit illud, vel fm alios huiusmodi modos.

Quę dicun tur obiectorum ve riet scientiā, q̄q; nō.

F

Patet igit id qđ olim in dubitatiōibus diximus, vnius inquā facultatis eē, de his & de substātia rōnē hēre. Hoc autē vnū erat eorꝝ, q̄ diximus dubitando.

Palam ergo q in quæstionibus dictum est, quia vni est de his & de substātia sermonem habere: hoc autem erat vnum dubitatorum.

G parte.4. Fuerūt qō nes.7.et.8. i, tertio mo ſt ex parte cōsideratio nis.

Inducit cōclusionē ex oībus pcedētibus. s. q̄ huius sciæ est ratiocinari de his cōibus & de substātia: & hoc fuit unū quæstitū inter qōnes in tertio disputatas. Lectio. iiij.

Atq; ipsius philosophi nimirū est posse de oībus contēplari. Nā si nō ad philosophū idipm ptineat, qsnā erit q̄so, qui si idem sit Socrates, & Socrates sedēs: aut si vnū sit vni cōtrariū, aut quidnā sit cōtrarium, aut quot modis ipsum oppositūq; dicatur, & identidē de cæteris eiusmodi rebus consideraberit? Cur igit vnius vt vnū est, & eius quod est, vt ens est: hęc per se sint affectus, sed nō vt numerus est, aut linea, aut ignis patet illius esse scientię & quidnā sint hęc cognoscere, & ea q̄ ipsis accidūt contēplari. Atq; nō hac parte aberrāt ii, qui de ipsis cōsiderāt, vti nō philosophātes: sed qa prius his est substātia, qua de nihil prorsus itelligūt. Nā vt & numeri quo numerus, est pprii sunt affectus, veluti paritas, imparitas, cōmensuratio, æqualitas, excessus, defectus: atq; hęc & per se, & inter ſese numeris cōpetunt, & solido similiter, & mobili ac imobili, & experti atq; participi pōderis sunt affectus alii ppriis: sic & ei quod est, vt ens est: sunt ppria quędā: atq; hæc sunt ea de quibus est philosophi veritatem considerare.

H

Tex.cō.9. Parte.1.

ET philosophi est de omnibus posse speculari. Nam si non philosophi, quis est qui inuestigat si idem Socrates & Socrates sedens, aut si vnum vni contrarium, aut quid est contrarium, aut quoties dicitur, similiter autem & de talibus? Quoniam ergo

Universidad de Deusto
Biblioteca

I vnius inquātum est vnū, & entis inquátum est ens, eædem scām se passiones sunt: sed non inquantū numeri, aut lineæ, aut ignis, palam quia illius, scientiæ & quid est in eis cognoscere & eorum accidētia. Et ideo nō peccant qui de eis intendebant quasi nō philosophantes, sed quia primū est substātia de qua nihil audiunt. Quare sicut sunt & numeri & inquātū numeri ꝓprie passiones sunt, vt imparitas & paritas, & mēsuratio, ęqualitas, excedentia, & defectio, & ea quæ secundū se & adinuicē insunt numeris. Similiter autē & solido, & mobili, & immobili, & leui, & graui, sunt alia propriatīc entis inquātum est ens quædam propria, & ea sunt de quibus est philosophi perscrutari veritatem.

K Infra ꝓte vlti. lect. parte. 7. huius lect. Parte. seq. Parte. 3. HIC OSTENDIT per rationes cōmunes ꝙ de omnibus prædictis philosophus debet considerare, & primo ostendit propositū. Scdo cōclusionē inducit intentam, ibi: ⁊ Quod quidē igitur &c. ⁊. Circa primum duo facit. Primo ostendit ꝓpositū. Scdo ex dictis infert quoddam corrolarium, ibi: ⁊ Et ꝓpter hoc &c. ⁊. Ostendit aūt primū tribus rōnibus, secunda ibi: ⁊ Signum autē &c. ⁊. tertia ibi: ⁊ Amplius autē &c. ⁊. Prima ratio talis est. Oēs dubitationes quæ possunt moueri sunt in aliqua scīētia soluendæ. Sed de prædictis cōibus mouenē quædam qōnes: sicut de eodem & de diuerso mouetur illa qstio, vtrum sit idem Socrates, & Socrates sedens: & de cōtrarijs mouetur ista quæstio, vtrū vnū sit cōtrariū vni, & quot modis dicīt: ergo oportet ꝙ in aliqua scientia ista soluantur q̄ cōsideret de eodem & cōtrario & alijs p̄dictis. Et ꝙ hoc pertineat ad philosophum & ad nullum aliū sic ꝓbat. Eius est cōsiderare primas passiones entis, cuius est cōsiderare ens ſm ꝙ est ens: sed prædicta omnia sunt per se accidētia entis & vnius ſm ꝙ hmōi. Sicut enim numerus inquantum hmōi habet ꝓprias passiones, vt superfluum, æquale, cōmensuratū & hmōi, quoꝝ quædam insunt alicui numero absolute, vt par & impar: quædā vni per cōparationē ad alterum, vt æquale: & etiam substantia habet ꝓprias passiones ⁊ vt firmum ⁊. i. corpus, & alia hmōi. Similiter & ens inquantū ens, habet quędam propria quæ sunt cōmunia prædicta, ergo cōsideratio eorum pertinet ad philosophum. Et ideo tradentes philosophiam non peccauerūt de his tractando tanquā ⁊ non philosophantes ⁊. i. tanq̄ ista non pertineant ad considerationem philosophiæ: sed quia de his tractantes de substātia nihil audiūt, quasi substantiæ omnino obliuiscantur, cum tamē ipsa sit primum inter illa, de quibus philosophus debet considerare.

Ens habet passiones.

M Cuius hoc indicium est. Artifices nāq; differendi atq; sophistæ munus ipsius philosophi subeunt. Sophistica enim facultas apparēs est tantūmodo sapiētia, & artes differendi de omnibus differunt. Cōmune autem omnibus est id quod est. De hisce vero ꝓpterea differunt, ꝙ hæc philosophiæ propria sunt. Circa nāq; genus idem, & sophistica, & differendi facultas, & philosophia versatur. Sed ab altera quidē facultatis modo, ab altera autem electione vitæ, differre philosophia videtur. Atq; differendi quidem facultas de his est tentatrix, de quibus est philosophia cognitiua: sophistica autem apparet quidem, non tamen est.

Parte. 1. Sophiste ꝓpriū apparere est. Signum autem. Dialectici nāq; & sophistæ eandē subinduunt figurā philosopho, quia sophista apparens est sophia, & dialectici de omnibus disputant: omnibus autem cōe ens est. Disputant autem & de his, i. quia sophistæ sunt ea cōia. Nam circa idem genus versatur & sophistica & dialectica cum philosophia. Sed differt ab hac quidē modo potestatis, ab illa vero vitæ prohęresi. i. electione. Est autem dialectica tentatiua, de quibus philosophia est scientia: sophistica quidem vīsa, ens vero non.

N

Hic ponit scdam rōnem ad idem ostendendum quę est per signū, quæ talis est. Dialectici & sophistæ induunt figurā eandē philosopho, quasi similitudinē cum eo habentes, sed dialectici & sophistæ disputant de prædictis: ergo & philosophi est ea cōsiderare. Ad manifestationē autem primæ ostendit qūo dialectica & sophistica cū philosophia habeant similitudinē, & in quo differunt ab ea. Cōueniunt autē in hoc ꝙ dialectici est cōsiderare de omnibus. Hoc aūt esse nō posset nisi cōsideraret omnia ſm ꝙ in aliquo vno cōueniunt: quia vnius scientiæ unum subiectum est, & vnius artis vna est materia circa quā operatur. Cū igitur oēs res non cōueniant nisi in ente, manifestum est ꝙ dialecticæ materia est ens, & ea q̄ sunt entis, de qbus etiā philosophus cōsiderat. Similr et sophistica habet quandā similitudinē philosophię. Nā sophistica est visa siue apparēs sapientia, nō existās. Quod autē habet apparentiā alicuius rei, oportet ꝙ aliquā similitudinē cum illa habeat. Et ideo oportet ꝙ eadē cōsideret philosophus, dialecticus, & sophista. Differunt autē abinuicē. Philosophus quidē à dialectico ſm potestatē. Nam maioris virtutis est consideratio philosophi q̄ consideratio dialectici. Philosophus em̄ de prædictis cōibus procedit demonstratiue. Et ideo eius est habere scientiā de prædictis, & est cognoscitiuus eorū per certitudinē. Nam certa cognitio siue scīētia est effectus demonstrationis. Dialecticus autē circa omnia prædicta procedit ex ꝓbabilibus, vnde nō facit scientiā, sed quandā opinionē. Et hoc ideo est, quia ens est duplex, ens. l. rōnis & ens naturæ. Ens autē rationis dicitur proprie de illis intentionibus, quas rō adinuenit in rebus consideratis, sicut intentio generis, speciei & similium, quæ quidem, nō inueniunt in rerum natura, sed considerationē rationis consequuntur. Et hmōi scilicet ens rōnis est proprie subiectum logicæ. Hmōi autē intentiones intelligibiles, entibus naturæ æquiparantur, eo ꝙ omnia entia naturæ sub considerātione rōnis cadunt. Et ideo subiectum logicæ ad omnia se extendit, de quibus ens naturæ p̄dicatur. Vnde cōcludit ꝙ subiectum logicæ æquiparaē subiecto philosophię, quod est ens naturæ. Philosophus igitur ex principijs ipsius ꝓcedit ad probandū ea quæ sunt cōsideranda circa hmōi cōia accidentia entis. Dialecticus autē procedit ad ea consideranda ex intētionibus rōnis quæ sunt extranea à natura rerum. Et ideo dicīt ꝙ dialectica est tentatiua, quia tentare ꝓprium est ex principijs extraneis procedere. A sophista vero differt philosophus ⁊ per hæresi ⁊. i. electiōe vel voluptate. i. desiderio vitę. Ad aliud enim ordinat vitā suam & actionē philosophus & sophista. Philosophus quidē ad sciendū veritatem, sophista vero ad hoc ꝙ videatur scire quāuis nesciat. Licet aūt dicatur ꝙ philosophia est scīētia, non autē dialectica & sophistica, non tamē per hoc remouetur quin dialectica & sophistica sunt scīētiæ. Dialectica enim potest cōsiderari ſm ꝙ est docens, & ſm ꝙ est utēs. Scdm quidem ꝙ est docens habet considerationē de illis intētionibus instituēs modum, quo per eas procedi possit ad conclusiones in singulis scīētijs probabiliter ostendendas, & hoc demonstratiue facit, & ſm hoc est scīētia. Vtēs vero est ſm ꝙ modo adiuncto vtitur ad concludendum aliqd probabiliter in singulis scientijs, & sic recedit à mō scientiæ. Et similiter dicendum est de sophistica, quia ꝓprie est docens tradit per necessarias & demonstratiuas rōnes modū arguendi apparēter. Secundū vero ꝙ est vtens, deficit à processu veræ argumentationis. Sed in parte logicæ quæ dicitur demōstratiua solum doctrina pertinet ad logicam, vsus uero ad philosophiam & ad alias particulares scientias

O In qb⁹ oīb⁹ conuenit sed differunt Philosophia Dialectica & Sophistica

Ens rōnis ẽ subiectū logicę.

In qb⁹ oīb⁹ conuenit sed differt philosophia & logica & sophia.

Dialectica quędā ꝓcedit ex ꝓbabilibus vtens.

A scientias quæ sunt de rebus naturæ. Et hoc ideo, quia vsus demonstratiue cōsistit in vtendo principijs terū, de qbus fit demōstratio, quæ ad scientias reales pertinet non vtendo intentionibus logicis. Et sic apparet ꝙ quædam partes logicæ habēt ipsam scīētiam & doctrinam & vsum sicut dialectica tentatiua & sophistica, quædam autem doctrinam & non vsum, sicut demonstratiua.

Præterea contrariorum altera series priuatio est, omniaq; in id quod est atq; non est, & vnum ac multitudinē reducūtur: veluti quies quidem vnius est, motus autem multitudinis.

Text. 46. 6 Parte. 3

Amplius contrariorū alia coelementatio priuatio, & omnia referuntur ad ens & ad non ens, & ad vnum & ad pluralitatem: vt status vnius, & motus pluralitatis.

B Hic ponit tertiam rōnem quæ talis est. Quæcunq; reducuntur in vnum & ens debent cōsiderari à philosopho, cuius est considerare vnum & ens: sed omnia cōtraria reducuntur ad vnū & ens, ergo omnia cōtraria sunt de cōsiderātione philosophi, cuius est cōsiderare vnum & ens. Qđ aūt oīa contraria reducantur ad vnum & ens, ostendit qui dem primo quantū ad ens hoc modo. Inter duo contraria quæ à philosophis principia ponūtur, vt in primo habitū est, semper vnū qdem est alteri correlatiuum & ei coordinatū est, vt priuatio. Quod ex hoc patet, quia semper alterę cōtrariorū est imperfectiū respectu alterius, & sic quandā perfectionis priuationē alterius importat. Priuatio autem est qdam negatio, vt dictum est supra, & sic est nō ens. Et sic patet ꝙ oia contraria reducuntur in ens & nō ens. Similiter etiam ostendit ꝙ reducuntur in vnum & multitudinem ꝙ qdam exemplum. Status enim siue qes reducīt in vnitatē. Illud enim qescere dr qđ vno modo se habet nūc & prius, vt in. 6. phy. traditur. Motus aūt ad multitudinē pertinet, quia quod mouetur diuersimode se habet nūc & prius, quod multitudinem importat. Deinde ibi.

Lect. 6.

Lect. 3.

Text. 68. 52

C Ea vero quæ sunt & substantiam, fere omnes ex contrariis cōponi fatentur. Omnes nanq; principia contraria dicunt esse. Quidā enim par & ipar, quidā calidum frigidumq;, quidam finitum & infinitum, qdam cōcordiam discordiāue, principia esse dicūt.

Parte. 4.

Entia vero & substantiam cōtinent fere oēs ex cōtrariis componi. Oēs enim principia cōtraria dicūt. Hi nanq; impar & par, illi vero calidum & frigidū, alii finitum & infinitum, alii amorem & odium.

In qb⁹ oīb⁹ conuenit sed differt philosophia & logica & sophia.

Oſtēdit alio modo ꝙ cōtraria reducunt ad ens, qa principia et principiata sunt unius cōsiderātiōis. Principia aūt entiū inquantū hmōi constituntur philosophi esse cōtraria. Omnes enim dicunt entia & substantias entium ex cōtrarijs cōponi, vt in primo phy. dictum est, & primo huius. Et q̄uis in hoc conueniant ꝙ entium principia sint cōtraria, differunt tñ quantum ad cōtraria quæ ponunt. Quidā enim ponūt par & impar, sicut Pythagorici. Et alij calorē & frigus, sicut Parmenides. Quidam finem siue terminū ⁊ & infinitum ⁊. i. finitum & infinitum, sicut idem Pythagoras. Nam pari & impari, finitum & infinitum attribuebant, vt in primo habitum est. Alij cōcordiam & discordiam, sicut Empedo. Patet ergo ꝙ contraria reducūtur in considerationem entis. Deinde vlterius ibi.

Lect. 10. D

Lect. 7.

Hęc autem omnia cæteraue in ipsum vnum, multitudinemq; reduci videntur. Sumatur enim a nobis ipsa reductio. Principia vero quę ab aliis afferūtur, penitus in hęc vt in genera cadunt.

Parte. 5.

Omnia vero alia reducta videtur ad vnum & pluralitatem. Sumatur ergo illa reductio a nobis. Principia vero & omnia quę de aliis, ad vnum & ens vt in genera ea cadunt. B

Dicit ꝙ sicut p̄dicta contraria reducūtur ad ens, ita hābēt reduci ad vnum & multitudinem. Quod apparet. Nā imparitas aliquid vnitatis habet, ꝓpter indiuisionem. Paritas aūt ad naturam multitudinis pertinet, ꝓpter suam diuisionem. Sic aūt finis siue terminus ad vnitatem ꝓtinet, q̄ est terminus oīs resolutionis. Infinitum aūt ꝓtinet ad multitudinē quæ in infinitum augetur. Concordia etiam vnitatis est manifeste. Discordia vero multitudinis. Calor autem ad vnitatem ꝓtinet inquantum habet vnire homogenea. Frigus aūt ad multitudinem inquātum habet ea separare. Nec solum ista cōtraria reducuntur sic in vnū & multitudinem, sed ēt alia. Sed ista reductio siue introductio ad vnum & multitudinē accipitur siue ⁊ sumatur ⁊. i. supponatur nunc à nobis, quia lōgum esset ꝙ singula contraria hoc discutere. Deinde ostendit consequenter ꝙ oia contraria reducuntur ad vnum & ens. Constat enim ꝙ oia tā principia q̄ quæ sunt ⁊ de alijs ⁊. i. principiata inducunt in vnum & ens tanq̄ in genera, non ꝙ sint vere genera, sed rationem suæ cōmunitatis quandā similitudinem generū habēt. Si igitur cōtraria omnia sunt principia vel ex principijs, oportet ꝙ ad vnum & ens reducantur. Si igitur patet, qđ dupliciter ostēdit, contraria reduci ad ens, primo ꝓ naturam priuationis, secūdo per hoc ꝙ cōtraria sunt principia. Quod vero reducantur ad vnum ostendit per exemplum, et per quādam reductionem. Finaliter autē ostēdit ꝙ reducantur ad vnum & ens inquantum sunt genera. F

Patet igitur ex his etiam vnius esse scientię id qđ est, vt ens est, contemplari. Vniuersa enim aut cōtraria sunt, aut ex contrariis cōstant. Principia vero cōtrariorum sunt vnum ipsum, ac multitudo. Hęc autem scientiæ sunt vnius, siue vna, siue non vna rōne dicantur, quemadmodū sese fortasse rei veritas habet. At tametsi multis modis dicitur ipsum vnum, ad primum tamen cętera dicentur, & contraria similiter. Et si id quod est, aut etiam ipsum vnum nō vniuersale est, & idem de omnibus vel separabile, quemadmodum forsitan non est, alia tamen ad vnū referuntur, alia deinceps sunt collocata. G

Palam igitur ex his, quia vnius est scientię ens inquantum est ens speculari. Omnia nanq; aut ex contrariis, aut contraria. Principia vero contrariorum vnum & pluralitas, & ea vnius scientię, siue secundū vnum dicuntur, siue nō: vt forsan habet veritas. Attamen & si multipliciter dicitur vnum, ad principiū omnia dicentur, & contraria similiter. Et propter hoc si non ens & vnum vniuersalr idē in oībus, aut separabile, vt forsan nō est: sed hoc quidem ad vnū, illud vero ad ea quæ consequenter sunt. H

parte. 6.

Hic ostendit cōuertim. l. ꝙ ista scia considerat ens, quia considerat p̄dicta tali rōne. Omnia entia reducunē ad contraria, quia vel sunt cōtraria, vel sunt ex cōtrarijs. Contraria vero reducuntur ad vnū & multitudinem, quia vnum & multitudo sunt principia contrariorum. Vnum autē & multitudo sunt vnius scientiæ. l. philosophiæ, ergo & eius est considerare ens ſm ꝙ est ens. Sciēdum est tñ ꝙ p̄dicta omnia in vnius sciæ considerationem cadunt siue dicanē ⁊ ſm vnum ⁊. i. vniuoce, siue nō, sicut fortasse verum est. Sed tñ q̄uis vnum dicatur multipliciter, oia tñ alia. i. oēs significationes reducuntur ad vnam primam significationem. Et similiter est etiam de cōtrarijs quæ dicunē multipliciter, sed oēs significationes ad vnam primā reducuntur. Et propter

Nō oia entia sūt ꝓpria aotex ꝓrijs vt volunt antiqui.

Universidad de Deusto
Biblioteca

I propter hoc ſi etiam vnum & ens nō eſt vnum vniuerſale quaſi genus exiſtēs, ſicut ſupra ponebatur: ſiue dicamus ꝙ vlē ſit vnum in omnibus ſm opinionem noſtram, ſiue ꝙ ſit aliquid ſeparatum à rebus ſm opinionem Platonis, ſicut fortaſſis nō eſt verum: tñ dicuntur ſm prius & poſterius, ſicut & aliæ ſignificationes referuntur ad vnum primum, & aliæ ſe hñt cōſequenter reſpectu illius primi. Vtitur tñ aduerbio dubitādi, quaſi nunc ſupponens quæ inferius probabuntur. Sciendum tñ eſt ꝙ hoc quod dixit oīa entia cōtraria eſſe vel ex contrarijs, non poſuit ſm ſuā opinionē, ſed accepit quaſi opinionē philoſophoꝝ antiquoꝝ: entia enim immobilia nec ſunt cōtraria, nec ex contrarijs. Vnde nec Plato circa ſenſibiles ſubſtātias immobiles poſuit cōtrarietatem. Fecit enim vnitatē ex parte formæ, contrarietatē ex parte materiæ. Antiqui vero phi ſolummodo ſubſtātias ſenſibiles poſuerūt, in qbus neceſſe eſt cōtrarietatē eſſe ſm ꝙ mobiles ſunt. Deinde cum dicit.

K Et idcirco geometricę non eſt quidnam ſit cōtrarium, aut perfectum, aut ens, aut vnū, aut idem, aut diuerſum conſiderare, niſi ex ſuppoſitione.

Parte. 7. Et propter hoc nō eſt geometriæ ſpeculari quid contrarium aut perfectum, aut vnum, aut ens, aut idem, aut diuerſum, niſi ex conditione.

Inducit quoddā corollarium ex p̄dictis dicens, ꝙ geometriæ non eſt ſpeculari de prædictis, quæ ſunt accidentia entis inquātum eſt ens. ſ. quid eſt cōtrariū, aut qd eſt perfectū, & hmōi. Sed ſi conſideret, hoc erit ℄ ex conditione ⊃ id eſt ex ſuppōne, quaſi ſupponens ab aliquo priori pbo à quo ſumit quantū eſt neciū ad ſuam materiā. Et hoc qđ dr̄ de geometria, ſimiliter eſt intelligendū in qualibet alia particulari ſcientia. Deinde cū dicit.

L Perſpicuum igitur eſt ad vnam ſcientiam pertinere id quod eſt, vt ens eſt: & ea quæ inſunt ipſi, vt tale eſt contemplari, & non ſolum ſubſtātiarum, ſed etiam eorum quę cōpetunt ſcientiam eandem eſſe contemplatricem: eorum inquam quæ diximus, & de priore poſterioreue, & genere & toto, & ſpecie ac parte, & huiuſcemodi cæteris.

Parte. 2. Quod qdem igitur vnius ſcientię eſt ens inquantum ens ſpeculari, & quæ inſunt ei inquātū ens, manifeſtum. Et quia non ſolū ſubſtantiarū ſed accidentiū eadē eſt theoria, & dictoꝝ, & de priore & poſteriore, & de genere & ſpē, & toto & pte, & talibꝫ aliis.

Colligit quæ ſunt ſupra oſtenſa dicens, manifeſtum eſſe ꝙ ad vnam ſciam pertinet cōſiderare ens ſm ꝙ eſt ens, & ea quæ per ſe illi inſunt. Et per hoc patet ꝙ illa ſcia non ſolum eſt cōſideratiua ſubſtātiarum, ſed etiam accidetium, M cum de vtriſq; ens p̄dicetur. Et eſt cōſideratiua eorū quæ dicta ſunt. ſ. eiuſdē & diuerſi, ſimilis & diſſimilis, æqualis, & inæqualis, negationis & priuationis, & cōtrariorum q̄ ſupra diximus eſſe per ſe entis accidentia. Et nō ſolum eſt conſideratiua iſtorum de qbus oīum eſt ſigillatim propꝛijs rōnibus quæ cadunt in conſideratione huius ſcięti æ, ſed ẽt cōſiderat de priori & poſteriori, genere & ſpecie, toto & parte, & alijs hmōi pari ratione, quia hæc etiam ſunt accidentia entis inquātum eſt ens. Lectio. v.

Poſt hæc autem dicendum eſſe videtur, vtrum vnius, an diuerſarum ſcientiarum ſit de hiſce principiis, quæ in mathematicis appellantur dignitates, ac de ſubſtantiis contemplari.

Text. 26, 7 Parte. 1. Dicendum autem vtrum vnius aut diuerſæ ſcientiæ, de vocatis in mathematicis dignitatibus & ſubſtantia.

N Lect. 5. HIC ſoluit aliam qōnem in tertio motam. ſ. vtrum ad iſtam ſciam ptineat cōſiderare prima principia demōſtrationis. Et diuidit̄ in duo. Primo oſtēdit ꝙ eius eſt cōſiderare vīr de oībus his principijs. Secundo ſpāliter de primo eorum. ibi ℄ Congruit autem &c. ⊃ Circa primum tria facit. Primo mouet qōnem quæ eſt. Vtrum vnius ſcię ſit conſiderare de ſuba, & de principijs q̄ in ſciētijs mathematicis vocanē dignitates, aut eſt alterius, & alterius ſciæ cōſiderare. Appropiat aūt iſta principia magis mathematicis ſcientijs, ꝙa certiores demonſtrationes habent, & manifeſtius iſtis principijs per ſe notis vtūtur, omnes ſuas demonſtrationes ad hæc principia reſoluentes.

Patet itaq; non ad diuerſas, ſed ad vnā horū etiā cōſiderationē, & ad philoſophi ſcientiā pertinere. Parte. 3

Palam autem quia vnius eſt, & eius quę eſt philoſophi, quę de his perſcrutatio.

Secundo ſoluit q̄ quidem ſolutio eſt, quia una ſciētia intendit de vtriſq; prædictis. Et hæc eſt philoſophia quæ præ manibus habetur. Q

Vniuerſis enim quę ſunt, ſed non generi cuiquā ſeorſum a cæteris accōmodātur, atq; vtunt̄ quidem his, oēs ex eo, ꝙa ſunt eius quod eſt, qua ratione eſt ens. Et genus vnumquodq; eſt ens. Eouſq; tñ vtuntur, quouſq; ſatis eſt ipſis, ideſt quoad occupat genus, de quo afferunt demonſtrationes. Quare cum pateat, hæc ipſis vt entia ſunt, vniuerſis competere: hoc eſt enim ipſis cōmune: horum quoq; contēplatio eius eſt profecto, qui id quod eſt, ea ratione qua eſt ens contemplatur. Parte. 3

Omnibus enim inſunt exiſtentibus, ſed non generi alicui ſeparatim ab aliis: & vtuntur oēs, ꝙa entis inquantum eſt ens. Vnumq̄q; enim genus eſt ens. Intantum vero vtuntur, inquantū eis eſt ſufficiēs. Hoc autem eſt quantum cōtinet genus, de quo demonſtrationes ferunt. Quare quoniam manifeſtum eſt ꝙ inquantum ſunt entia inſunt oībus, hoc enim eis eſt commune de ente inquantum eſt ens cognoſcentis, & de eis eſt ſpeculatio. P

Tertio probat ſolutionem p̄poſitam, & circa hoc duo facit. Primo p̄bat propoſitum. Secūdo cōcluſionem principalem inducit. ibi ℄ Qm̄ igitur &c. ⊃ Probat aūt ſolutionem p̄poſitam dupl̄r. Primo per rōnem. Secundo per ſignū. ibi ℄ Vnde nullus &c. ⊃ Ratio talis eſt. Quæcūq; inſunt omnibus entibus, & nō ſolum alicui generi entium ſeparatim ab alijs, hæc pertinent ad conſiderationem philoſophi. Sed p̄dicta principia ſunt hmōi: ergo ptinent ad cōſiderationē philoſophi. Minorem ſic p̄bat. Illa quibus vtuntur oēs ſcięntię, ſunt entis inquātum hmōi. Sed prima principia ſunt hmōi: ergo ptinent ad ens inquantū eſt ens. Rationem aūt quare oēs ſcientiæ eis vtuntur ſic aſſignat, quia vnumquodq; genus ſubiectum alicuius ſciæ, recipit p̄dicationem entis. Vtuntur aūt principijs p̄dictis ſcientię particulares non ſm ſuam cōmunitatem, prout ſe extendunt ad omnia entia, ſed quātum ſufficit eis. Et hoc ſm cōtinentiam generis, quod in ſcientia ſubiicitur, de quo ipſa ſcientia demōſtrationes affert. Sicut ipſa philoſophia naturalis vtitur eis ſm ꝙ ſe extendunt ad entia mobilia, & non vlterius. Deinde cum dicit. Parte. 7. Lect. ſequ. parte ſeq.

Quocirca nemo eorum qui partes conſiderant, de his ipſis quicq̄ dicere aggreditur, ſi ſint vera inquam, nec ne: nec arithmeticus nec geometra. Parte. 8

Vnde nullus particulariter intendentium nititur dicere aliquid de eis ſi vera aut non, neque geometra, neque arithmeticus.

Probat

A Parte. ſeq. circa tm̄, dicens. Probat quod dixerat per ſignum, & primo inducit probationem. Secūdo excludit quorūdam errorem. ibi ℄ Sed qm̄ eſt adhuc. ⊃ Dicit ergo primo, ꝙ nullus intendens, primo tradere ſciam alicuius particularis entis, conatus ẽ aliquid dicere de primis principijs, vtrum ſint vera aut non: nec geometra, aut arithmeticus, qui tamen iſtis principijs plurimum vtuntur, vt ſupra dictum eſt. Vnde patet ꝙ cōſideratio dictorum principiorum ad hanc ſcientiam pertinet. Deinde cum dicit.

Sed naturalium quidam dūtaxat idipſum nō incongrue facientes, ſoli nāq; de natura tota, & de eo quod eſt conſiderare putabāt. Verum cum ſit quidam ſuperior naturalis natura nāq; genus eſt vnum quoddam ipſis quod eſt: ad vniuerſalē ſane, atq; ad eum q primę eſt ſubę ꝓtēplator horum quoq; cōſideratio pertinebit. Facultas autem naturalis eſt quidem & ipſa ſapientia quędam, ſed non prima. B Parte. 5.

Niſi phyſicorum quidam merito hoc facientes. Soli nanq; putantur de tota natura intendere & de ente. Sed quoniā eſt adhuc phyſico aliquid ſupior. Vnū enim aliqđ genus eſt natura entis ipſius vniuerſalis, & circa ſubam primā theorizantis. i. ſpeculantis, & de his erit perſcrutatio. Eſt autem ſophia. i. ſapientia quædam phyſica, ſed non prima.

Exeludit errorē quorūdam, & circa hoc duo facit. Prio excludit errorem eoꝝ, qui de p̄dictis ſe intromittebant cū ad eos nō pertinerent. Secūdo eorū qui de eis alio modo volebant tractare q̄ de eis ſit tractandū. ibi ℄ Quicūq; autē vtūtur &c. ⊃ Dicit ergo prio, ꝙ q̄uis nulla ſcientiaꝝ particularium de p̄dictis principijs ſe intromittere debeat, q̄dam tñ naturalium de his ſe intromiſerunt. Et hoc nō ſine rōne. Antiqui enim nō opinabātur aliquā ſubam eſſe p̄ter ſubſtantiā corpoream mobilem, de qua phyſicus tractat. Et ideo creditum eſt ꝙ ſolē determinent de tota natura, & per cōſequēs de ente. Et ita etiam de primis ptincipijs quę ſunt ſimul cōſideranda cum ente. Hoc aūt falſum eſt, quia adhuc eſt q̄dam ſcia ſuperior naturali. Ipſa enim natura. i. res naturalis hūs in ſe principium motus in ſeipſa eſt vnū aliquod genus entis vſis. Non enim oē ens eſt hmōi, cū p̄batum ſit in. 8. phyſi. eſſe aliquod ens immobile. Hoc autē ens immobile ſuperius eſt & nobilius ente mobili, de quo conſiderat naturalis. Et quia ad illā ſciam ptinet cōſideratio entis cōis, ad quam ptinet cōſideratio entis primi, ideo ad aliā ſciam q̄ ad naturalem ptinet cōſideratio entis communis, & eius etiam erit conſiderare hmōi principia cōia. Philoſophica enim eſt quædam pars phīæ, ſed non prima quæ conſiderat ens cōe, & ea quæ ſunt eius inquantum huiuſmodi. Deinde cum dicit. C Text. 28. 42. Lect. 11.

D Qui vero dicere de veritate ipſoꝝ quonā pacto ſit acceptanda aggrediuntur, ob ineruditionē reſolutiuoꝝ id ſane faciunt. Accedere enim de his antea ſcientes, ſed non audientes quærere oportet. Text. 28. 2 Parte. 6.

Quicūq; vero conant̄ dicentiū dicere quid de veritate quo oportet modo recipere, ꝓpter ignorantiam analyticorū hoc faciunt. Oportet enim de his peruenire ſcientes, ſed non audientes quærere.

Excludit alium errorem circa modum tractādi hmōi principia. Quidā enim tractabāt de iſtis principijs volentes ea demonſtrare, & q̄cunq; iſti dixerunt de veritate prę dictorū principioꝝ, quo oporteat ea recipere per vim demonſtrationis, vel quo oporteat contingere veritatem in oībus iſtis ita ſe hr̄e, hoc fecerunt ꝓpter ignorātiam, vel ꝓpter inſtructionem ℄ analyticorū ⊃. i. illius partis logicæ in qua ars demōſtrandi tradit̄, quia oportet ſcientes de his peruenire. i. oīs ſcientia per demonſtrationē acq̄ſita ex his principijs cauſat̄. Sed nō oportet ℄ audientes ⊃. i. diſcipulos inſtruendos in aliqua ſcia quærere de his, ſicut de aliquibus demonſtrandis. Vel ſm aliam literā ℄ oportet de his peruenire ſcientes ⊃. i. oportet ꝙ qui acgrunt ſciam per demōſtrationē peruenant ad cognoſcendū hmōi principia cōia, & nō ꝙ q̄rāt ea ſibi demōſtrari. Deinde cū dicit. B

Patet igitur ad plm, & ad eū qui de omni ſubſtātia ea ratione qua naturę talis eſt contemplatur, & de principiis ratiocinationis ſpectare p̄ſiderare.

Quoniam igitur phi, & de omni ſubſtantia ſpeculantis inquantum congruit, & de omnibus ſyllogiſticis principiis eſt perſcrutari, palam. Parte. 7.

Concludit cōcluſionem principalē intentā. ſ. ꝙ philoſophi erit conſiderare de oī ſubſtātia inquātum hmōi, & de primis ſyllogiſmoꝝ principijs. Ad huius aūt euidētiā ſciēdum ꝙ ꝓpoſitiones per ſe notæ ſunt, q̄ ſtatim notis terminis cognoſcuntur. vt dr̄ primo poſte. Hoc aūt cōtingit in illis ꝓpoſitionibus in qbus p̄dicatum ponit̄ in diffinitione ſubiecti, vel p̄dicatum eſt idē ſubiecto. Sed cōtingit aliquam ꝓpōnem quantum in ſe eſt eſſe per ſe notam, non tñ eſſe per ſe notā oībus, qui ignorāt diffōnē p̄dicati & ſubiecti. Vnde Boethius dicit in libro de hebdo. ꝙ q̄dam ſunt per ſe nota ſapientibus, quæ non ſunt p ſe nota oībus. Illa aūt ſunt p ſe nota oībus quorū termini in conceptionē omnium cadunt. Hmōi aūt ſunt cōia, eo ꝙ nr̄a cognitio à cōmunibus ad propria puenit, vt dr̄ in primo phy. Et ideo iſtæ ꝓpōnes ſunt prima demonſtrationum principia, quę cōponunt̄ ex terminis cōibus, ſicut totum & pars, vt: Oē totum eſt maius ſua parte: & ſicut æquale & inæquale, vt: Quæ vni & eidē ſunt æqualia, ſibi ſunt æqualia. Et eadem rō eſt de ſimilibus. Et quia hmōi cōes termini ptinent ad cōſiderationem phi, ideo hæc principia de cōſideratione phi ſunt. Determinat autem ea phs non demonſtrādo, ſed rōnes terminorum tradēdo, vt quid totum, & quid pars, & ſic de alijs. Hoc aūt cognito veritas prædictorum principiorum manifeſta relinquitur. Lec. vj. F Quę ſit p. poſitio per ſe nota. G

Attinet autem ad eum qui maxime circa vnumquāq; genus cognoſcit, affirmare firmiſſima rei principia poſſe, q̄re & ad eum ẽt pertinet oīum poſſe firmiſſima principia aſsignare, q de hiſce quę ſunt, vt entia ſunt, cognoſcit. Atq; hic eſt ipſe philoſophus. Parte. 1. 4

CONgruit autem maxime cognoſcentem circa vnumquodq; genus, habere dicere firmiſſima rei principia. Quare & de entibus inquātum ſunt entia omnium firmiſsima, Eſt autem hic philoſophus ipſe.

HIC oſtendit principaliter ꝙ ad primū phm pertinet conſiderare de primo demonſtrationis principio, et circa hoc duo facit. Prio oſtēdit ꝙ eius eſt de ipſo conſiderare. Secundo de ipſo tractare ſcipit ibi ℄ Principiū vero &c. ⊃ Circa primū tria facit. Prio oſtēdit ꝙ huius ſcię eſt conſiderare de prio demonſtrationis principio. Secūdo oſtēdit qđ ſit illud. ibi ℄ Et firmiſſimum &c. ⊃ Tertio excludit quoſdā errores circa idē principiū. ibi ℄ Sūt aūt quidā &c. ⊃ Vtitur autē ad primum tali rōne. In vnoquoq; genere ille eſt maxime cognoſcitiuus, qui certiſſima cognoſcit principia, quia certitudo cognitionis ex certitudine principiorū dependet. Sed primus philoſophus eſt maxime cognoſcitiuus & certiſſimus in ſua cognitione. Hæc enim erat vna de conditionibus ſapientis, vt in procemio huius libri patuit, ſcilicet qubd eſſet certiſſimus cognitor cauſarum: ergo philoſophus debet cōſiderare certiſſima & firmiſſima principia: circa entia, de quibus ipſe conſiderat ſicut de genere ſibi proprie ſubiecto. H Lec. ſeq. parte ſeq. parte. 4. huius lect. Primū ꝓncipiū ſimꝑr ꝛ metaphyſici pſiderare.

Fitmiſſimum

Universidad de Deusto
Biblioteca

I Firmissimum aũt id omnium principium est, circa quod fieri nõ põt vt quisq; decipiatur. Tale naq; necesse est notissimum esse, quippe cũ vniuersi circa ea quę non cognoscunt, decipiantur. Et suppositionem nõ esse. Quod enim necesse est eũ habere, qui quoduis eorũ quæ sunt percipit, id suppositionis rationem nõ habit. Quod vero necesse est eum cognoscere, qui quoduis eorum quę sunt, cognoscit, id & habentem ipsum venire necesse est. Patet igitur tale principium firmissimum omnium esse.

Parte. 2 Et firmissimum oĩum principiorum est, cõtra qđ mentiri impossibile est: notissimũ enim esse tale est necesse. Nam circa ea quæ ignorant, decipiunt omnes. Et non conditionale. Quod enim necessarium habere qđcunq; entiũ itelligẽtem, hoc non cõditionale. Quod autem cognoscere est necessariũ quodcunq; cognoscentem, & venire habenti est necesse. Quod quidem igitur tale principium omnium sit firmissimum, palam.

Nota cõditiones primi principij. Ignoratia. K

parte seq. Hic ostẽdit quid sit firmissimum siue certissimum principium, & circa hoc duo facit. Primo dicit quæ sunt cõditiones certissimi principij. Deinde adaptat eas vni principio. ibi ☞ Quid vero sit &c. ☜ Ponit ergo primo tres conditiones firmissimi principij. Prima est qđ circa hoc non possit aliquis mẽtiri siue errare. Et hoc patet, quia cum homines non decipiãtur nisi circa ea quæ ignorant, ideo circa quod non põt aliquis decipi, oportet esse notissimum. Secunda cõditio est vt sit ☞ non cõditionale ☜. i. non propter suppositionẽ habitum, sicut illa quæ ex quodam cõdicto ponuntur. Vnde alia trãslatio habet. ☞ Et nõ subiiciãtur ☜. i. non subiiciantur ea quæ sunt certissima principia. Et hoc ideo, quia illud quod nẽcium est habere intelligentem ☞ cuncq; entium ☜ hoc non est cõditionale ☜ id est nõ est suppositum, sed oportet per se esse notum. Et hoc ideo quia ex quo ipsum est necessarium ad intelligendum qđcunq;, oportet qđ qlibet qui alia est cognoscens, ipsum cognoscat. Tertia conditio est vt nõ acquiratur per demonstrationem vel alio simili modo, sed adueniat quasi p naturam habẽti ipsum, quasi vt naturaliter cognoscatur, & non per acquisitionem. Ex ipso enim lumine naturalis intellectus agentis prima principia fiunt cognita, nec acquiruntur per ratiocinationes, sed solũ per hoc qđ eoꝝ termini innotescunt. Quod quidem sit p hoc qđ à sensibilibus accipit memoria, & à memoria experimentũ, & ab experimẽto illorum terminorum cognitio, quibus cognitis cognoscũtur huiusmodi ppositiones communes, quæ sunt artiũ & scientiarum principia. Manifestum est ergo qđd certissimum principiũ siue firmissimum, tale debet esse, vt circa id non possit errari, & qđ non sit suppositum, & qđ adueniat naturaliter. Deinde cum dicit.

Parte. 2 Tertia cuidẽs ex terminis. L

M At quidnam sit illud, deinceps dicamus oportet. Hoc itaq; principiorum oĩum firmissimum est, fieri inquam non posse, vt idem simul insit, & non insit eidem, atq; per idem. Addantur aũt &c. cuncta quæ ad differendi difficultates dimouendas olim determinauimus. Habet enim iam dictam conditionem. Fieri enim non põt, vt idem esse quispiam, atq; non esse existimet: vt quidam Heraclitum dicere arbitrãtur. Non enim necesse est, quæ quispiam dicit, ea & ita esse ipsum existimare. Quod si fieri nequit, vt cõtraria simul insint eidem, addantur aũt & huic præpositioni quę addi solent, suntq; opiniones contrariæ quę contradictorię aduersant. Patet ipsosibile esse, simul idem esse, atq; non esse eundem existimare. Habebit enim contrarias opiniones simul profecto, qui circa hoc est deceptus. Quapropter omnes qui demonstrant, ad hanc opinionem vltimam demonstrationes reducunt. Hæc enim principium est natura cæterarũ etiam omnium dignitatum. N

Quid vero sit illud, post hoc dicamus. Idẽ enim simul esse, & non esse in eodẽ, secũdum idem, est impossibile: & quæcunq; alia determinaremus, vtiq; sint determinata ad logicas difficultates. Hoc aũt omnium firmissimum est principium. Habet enim dictam determinationem. Impossibile nanq; quemcunq; idem suscipere esse & non esse. Quemadmodum quidem quidã putant dicere Heraclitum. Nõ enim est necesse quę aliquis dicit, hoc & suscipere. Si vero non, contingit simul inesse eidem cõtraria. Determinentur ergo nobis eadem, propositione consueta. Contraria vero est opinio opinioni quę contradictionis. Palam quia impossibile simul suscipere eundem esse & non esse idem. Simul enim habebit contrarias opiniones, qui de hoc est mentitus. Quare propter omnes demonstrantes in hanc reducunt vltimam opinionem. Natura nanq; principiũ, & aliarum dignitatum, hęc omnium. O

Tex. cõ. 3 Parte. 3 idẽ esse & non esse.

Oñdit cui principio pdicta determinatio conueniat, & dicit qđ huic principio cõuenit tãq; firmissimo, qđ est impossibile eidẽ sic inesse & nõ inesse idẽ. Sed addẽdũ est & sm idẽ. Et ẽt alia sunt determinãda circa hoc principiũ, q̃cũq; determinari cõtingit ad logicas difficultates, sine qbus videtur contradictio cum non sit. Quod aũt pdicta huic principio cõueniant sic ostendit. Impossibile enim est qcunq; ☞ suscipere ☜ siue opinari qđ idem sit simul & non sit, q̃uis qdam arbitrẽtur Heraclitum hoc opinatum fuisse. Verum est aũt qđ Heraclitus hoc dixit, non tamen hoc potuit opinari. Non enim nẽcium est qđ quicqđ aliquis dicit, hæc mente suscipiat vel opinetur. Si aũt aliquis diceret qđ contingeret aliquem opinari idem simul esse & non esse, sequitur hoc inconueniens qđ contingit contraria eidem simul inesse. Et hęc ☞ determinẽtur nobis ☜. i. ostendãtur quadã ppositione consueta & in logicis detetminata. Ostensum est enim in fine peri Hermenias qđ opiniones sunt contrariæ, non q̃ sunt cõtrariorũ, sed quæ sunt contradictionis, p se loquendo. Hę enim non sunt cõtrariæ opiniones primo & per se, vt si vnus opinet qđ Socra. est albus, & alius opinetur qđ Socra. est niger. Sed qđ vnus opinetur Socra. est albus, & alius opinetur Socra. non est albus. Si igitur qs opinetur simul duo contradictoria esse vera, opinando simul idẽ esse & nõ eẽ, habebit simul cõtrarias opiones. Et ita cõtraria simul inerũt eidẽ, qđ est impossibile. Nõ igit cõtingit aliquẽ circa hæc interius mentiri, & qđ opinet ☞ idẽ eẽ & nõ eẽ ☜. Et pp hoc oẽs demõstrationes reducũt suas ppositiões in hanc, ppõnem, sicut in vltimam opinionẽ oĩbus cõem. Ipsa enim est naturaliter principiũ & dignitas omnium dignitatum. Et sic patent aliæ duæ cõditiones, quia inquantum in hanc reducunt demonstrantes oĩa sicut in vltimum resoluendo, patet qđ non habetur ex suppositione. Inquãtum vero est naturaliter principium, sic patet qđ aduenit habẽti, & non habetur per acquisitionem. Ad huius autem euidentia sciendum est qđ cum duplex sit operatio intellectus, vna qua cognoscit quodquid est, quæ vocatur indiuisibilium intelligẽtia, alia qua componit & diuidit, in vtroq; est aliquod primũ. In prima quidem operatione est aliquod primum quod cadit in cõceptione intellectus. Et hoc qđ dico ens, nec aliquid hac operatione põmente concipi, nisi intelligatur ens. Et quia hoc principiũ, impossibile est esse & non esse simul, depẽdet ex intellectu entis, P Primo cadit cõceptio entis. Ens est id quod cõcipit intellectus apprehendẽs aliquo modo omnium.

A entis, sicut hoc principiũ, Omne totum est maius sua parte, ex intellectu totius & partis. Ideo hoc etiam principiũ est naturaliter primum in secũda operatione intellectus. s. cõponentis & diuidẽtis. Nec aliquis põt sm hãc operationẽ intellectus aliqđ itelligere, nisi hoc principio itellecto. Sicut enim totũ & partes nõ intelliguntur nisi intellecto ente, ita nec hoc prĩcipiũ, Omne totũ est maius sua parte, nisi intellecto pdicto principio firmissimo. Deinde cũ dicit.

Sunt autem quidam, qui, vti diximus, fieri posse dicunt, & idem sit, atq; non sit: & ita existimet. Atq; hac sentẽtia naturalium quoq; complures vtuntur. Nos vero nunc, vt impossibile id accepimus, simul inquam esse, atq; non esse: & per idipsum principiorum omnium hoc firmissimum esse ostendimus.

B Parte. 4. Primus error circa pmum principium.

Sunt autem quidam, qui, vt diximus, dicebant cõtingere idẽ esse & non esse & existimare ita. Vtuntur autem ratione hac multi eorum qui de natura. Nos autẽ nunc accipimus quasi impossibili existẽte simul esse & non esse, & per hoc ostendemus qđ firmissimum id principiorum est omnium.

parte seq. Ostendit qũo circa pdictum principium ab aliqbus est erratum, & circa hoc duo facit. Primo tangit errorem illoꝝ qui cõtradicebãt pdicto principio. Secundo eorum qui ipsum demonstrare volebãt. ibi ☞ Dignanẽ aũt &c. ☜ Dicit ergo qđ quidã sicut dictũ est de Heraclito, dicebãt qđ cõtingit idem simul esse & nõ eẽ, & qđ cõtingit hoc existimare. Et hac positione vtũtur multi naturales, vt infra patebit. Sed nos nunc accipimus supponendo prædictũ principium esse verum. s. qđ impossibile sit idem esse & nõ eẽ, sed ex sui veritate ostendimus qđ est certissimum. Ex hoc enim qđ impossibile est esse & non esse, sequetur qđ impossibile sit contraria simul inesse eidem, vt infra dicetur. Et ex hoc qđ contraria nõ possunt simul inesse, sequitur qđ homo non possit habere contrarias opiniones, & per consequens qđ non possit opinari contradictoria esse vera, vt ostensum est. Deinde cum dicit.

Tex. 15. 2. pręce. C

At sunt qui ob ruditatem & hoc demonstrandũ esse cẽsent. Est enim profecto ruditas nõ discernere quoꝝ quęrere, & quorũ nõ q̃rere demõstrationem oportet. Oino nãq; fieri nequit, vt oĩum sit demonstratio. In infinitũ eni erit abitio, vt neq; hoc pacto sit vlla penitus demonstratio. Quod si quorũdã de mõstrationem quęrere non oporteat, quod magis tale principiũ esse censent, assignare sane nõ possent.

Parte. 5

Dignantur autem & hoc demonstrare qdam propter apẽdeusiam. i. hebetudinẽ & indocilitatem animi ad ſciendum. Est enim apẽdeusia non cognoscere, quorum oportet quęrere demonstrationem, & quoꝝ nõ oportet. Totaliter quidem enim oĩum eẽ demõstrationẽ est ipsosibile. Nã in infinitũ procederet, vt nec ita foret demõstratio. Si vero quorũdam non oportet demõstrationẽ quęrere, quod dignant magis esse tale principium, nõ habent dicere. D

Secundus error circa pmum principium.

Tangit errorẽ quorũdam, qui prædictum principium demonstrare volebãt, & circa hoc duo facit. Primo ostendit qđ non possit demõstrari simpliciter. Secũdo qđ aliquo modo põt demonstrari. ibi ☞ Est aũt demonstrare &c. ☜ Dicit ergo primo, qđ quidã dignũ ducunt, siue volũt demonstrare pdictum principium. Et hoc ☞ propter apẽdeusiã ☜. i. ruditionẽ siue indisciplinationem. Est enim ineruditio qđ homo nesciat quorum oportet quærere demonstrationem, & quorum non. Non enim possunt omnia demonstrari. Si enim oĩa demõstrarentur, cum idem per seipsum non demõstretur, sed per aliud, oporteret esse circulum in demõstrationibus. Quod esse non potest, quia sic idẽ esset notius & minus notum, vt patet in primo posteriorũ. Vel oporteret, procedere in infinitum. Sed si in infinitum procederetur, non esset demonstratio, quia quælibet demonstrationis conclusio redditur certa per reductionẽ eius in primum, demonstrationis principium, quod nõ esset si in infinitum demonstratio sursum, pcederet. Patet igitur qđ nõ sunt omnia demonstrabilia. Et si aliqua sunt non demonstrabilia, non possunt dicere qđ aliquod principium sit magis indemonstrabile q̃ prædictum. E Lectio. 2.

Licet tñ hoc quoq; demõstrare redarguendo, impossibile inquam esse, atq; non esse, si modos is qui contendit quippiam dicat. Quod si nihil dicat, ridiculum est profecto ab eo rationem quęrere, qui nullius rationem habet, vt rõnem nõ habet. Talis enim homo persimilis iam esse videt, vt talis est, plantæ. Demonstrare autem redarguendo, & demõstrare, differre dico. Qui nãq; demonstrat, videbitur id qđ initio quærit postulare. Si vero alius sit huius causa, redargutio non demonstratio erit. F

Est autem demonstrare elenchice & de hoc, quia impossibile si solum aliquid dicit qui dubitat. Si vero nihil, derisio est quærere rationem ad nullam habentem rationem, inquantum non habet rationem. Similis enim plantę talis iam est. Elenchice aũtẽ demonstrare, dico vtiq; differre, & demonstrare. Quia demõstrat qđẽ qđ in principio. Alterius aũt tali existẽte causa, elenchus vtiq; erit, & non demonstratio. parte. 6.

Hic oñdit qđ aliquo modo põt pdictum principiũ demonstrari dicens, qđ cõtingit pdictum principium demõstrare argumentatiue. In græco habetur elenchice, qđ melius transferẽ redarguitiue. Nam elenchus est syllogismus ad contradicendum. Vnde inducitur ad redarguẽdum aliquam falsam põnem. Et pp hoc isto modo oñdi põt, qđ impossibile sit idem esse & nõ esse. Sed solum si ille qui ex aliqua dubitatiõe negat illud principium, ☞ dicit aliqđ ☜. i. aliquid nomine signãt. Si vero nihil dicit, derisibile est quærere aliquam rõnem ad illum qui nulla vtitur rõne loquendo. Talis enim in hac disputatione, qui nihil signãt, similis erit plantæ. Animalia enim bruta ẽt significant aliquid p talia signa. Differt enim demõstrare simpliciter principium pdictum, & demonstrare argumentatiue siue elenchice. Quia si aliquis vellet demonstrare simpliciter pdictum principium, videretur petere principium, quia non posset aliqđ sumere ad eius demonstrationem, nisi aliqua quæ ex veritate huius principij dependerent, vt ex prædictis patet. Sed qñ demonstratio non erit talis. s. simplr, tunc est argumentatio siue elenchus & nõ demonstratio. Alia lra sic habet & melius. ☞ Alterius aũt cum huius cã sit, argumentatio erit, & non demõstratio ☜. i. cum hmõi, pcessus à minus notis ad hoc magis notũ principiũ fiat cã alterius hominis qui hoc negat, tunc poterit eẽ argumentatio siue elẽchus, & non demonstratio. s. sylls contradicens ei poterit esse, cum id qđ est minus notũ simplr est cõcessum ab aduersario, ex quo poterit pcedi ad pdictum principiũ ostẽdendũ quantũ ad ipsum, licet non simpliciter. Lec. vij. G

Principium autem est ad talia cuncta, non autem esse quippiam dicere, aut non esse censere. Id enim forsitã quispiam postulationem eius esse putauerit quod ab initio quæritur, sed & sibiipsi & alii quippiam significare. Non enim necesse est esse, si quippiam dicat. Quod si nihil dicat, tali hominis neq; sibi ad se oratio, neq; ad alium erit. Si vero id quispiã H

dederit

dederit, erit tunc demonstratio. Iam enim erit aliquid definitum. Sed causa est non qui demonstrat, sed qui sustinet. Tollendo nanq; orationem, vtitur nimirum oratione. Præterea qui hoc concesserit, aliquid esse verū ablq; demonstratione concesserit: quare non omne, & ita, & non ita se habet.

Parte. 1.

PRincipium vero ad omnia talia nō velle, aut esse aliquid dicere aut non esse. Hoc enim forsan vtiq; quis opinabitur, q̄ a principio petere. Sed significare quidem aliqd & ipsi & alii. Hoc enim necesse est si dicat aliquid. Si enim non, cum tali vtiq; non erit sermo, nec ipsi ad seipsum, nec ad alium. Si quis autem hoc dederit, erit demonstratio. Iā enim erit aliqd diffinitū. Sed tñ non demonstrans, sed sustinens. Interimens enim rōnem, sustinet rationem.

K

Hīc incipit elenchice disputare cōtra negātes p̄dictū principiū, et diuidit in duas partes. Primo disputat cōtra eos q̄ dicūt cōtradictoria simul esse vera. Secundo contra illos qui dicunt q̄ contingit ea simul esse falsa ¶ Verum nec iterum &c. ⊦ Circa primum duo facit. Primo disputat contra p̄dictos errantes in cōi. Secundo oñdit quō in ſpāli sit disputandū cōtra diuersos. ibi ¶ Est aūt nō idē modus. ⊦ Circa primum duo facit. Primo disputat rōnem negantiū p̄dictum principium. Secundo oñdit q̄ opinio Pythagoræ in idem redit cum p̄dicta pōne. ibi ¶ Est autem ab eadem &c. ⊦ Circa primum ponit septem rōnes. Secunda ibi ¶ Omnino vero destruit. ⊦ Tertia ibi ¶ Amplius si contradictiones. ⊦ Quarta ibi ¶ Amplius aūt circa omnia &c. ⊦ Quinta ibi ¶ Amplius tgit qūo. ⊦ Sexta ibi ¶ Vnde & maxime manifestum est. ⊦ Septima ibi ¶ Amplius si quia maxime. ⊦ Circa primum duo facit. Primo oñdit ex quo principio oporteat ꝓcedere contra negantes primum principiū. Secūdo ex illo principio procedit. ibi ¶ Primum qdem igitur manifestum &c. ⊦ Dicit ergo primo, q̄ ad oīa talia inopinabilia nō oportet accipere ꝓ principio, q̄ aliquis velit supponere hoc determinate eē ¶ vel non esse ⊦. i. non oportet accipere pro principio aliquā ꝓpositione qua asseratur aliquid de re vel negeť ab ea. Hoc enim esset q̄rere principium, ut prius dictum est. Sed oportet accipere pro principio q̄ nomen significet aliquid, & ipsi qui ꝓfert, inquantum se loquētem intelligit, & alij qui eum audit. Si aūt hoc non cōcedit, tunc talis non habebit ꝓpositum, nec secum, nec cum alio. Vnde superfluū erit cum eo disputare. Sed cum hoc dederit, iam statim erit demonstratio cōtra eū. Statim enim inueniť aliquid diffinitū & determinatū, q̄d per nomen signātur distinctum à suo contradictorio, vt infra patebit. Sed tñ hoc non erit demōstrans p̄dictum principiū simplr, sed tñ erit rō sustinens contra negātes. Ille enim qui ¶ destruit rōnem ⊦. i. sermonem suū dicēdo q̄ nomen nihil significat, oportet q̄ sustineat, quia hoc ipsum quod negat proferre non potest nisi loquendo & aliquid significando. Deinde cum dicit.

Infra le. 16

Infra le. 10

Infra le. 9. Parte. 5. Par. 9. h. 1. Lect. 8. ea. Lec. par. 5 Infra le. 9. parte. 1.

Ibi part. 2. Infra le. 9. parte. 4.

L

parte seq. Prima via disputandi ꝑ primū er rorē est ex nominis significatiōe Lectio. 6.

M

Primum igitur patet id ipsum esse verum nomē inquam esse hoc, aut non esse significare: quare non omne, & sic, & non sic se habet.

Primū quidem igitur manifestū q̄ hoc quidem ver̄ est quod significat nomen eē, aut non esse hoc. Quare neq; vtiq; omne sic, & non sic se habebit.

Parte. 2

parte seq. huius lec.

Precedit ex dicta suppositione ad ꝓpositum ostendendū, & primo singulariter in vno. Secundo generalr in omnibus. ibi ¶ Amplius si hō &c. ⊦ Dicit ergo primo, q̄ si nomē aliquid significet, primo hoc erit manifestū q̄ hæc ꝓpositio erit vera, & eius cōtradictoria quā negat est falsa. Et sic ad minus hoc habemus, quia non ois affirmatio est vera cū sua negatione. Deinde cum dicit.

Præterea si nomen homo signāt vnum, sit illud animal bipes. Atq; hoc pacto id vnum significare dico, vt si hoc est homo, id sit animal bipes, quicquid sit homo. Nihil aūt refert, & si plura significare q̄piam dixerit, modo sint definita. Ponit nanq; Poterit in vnaquaq; ōrone nomen, veluti si dixerit hoc nomen homo, non vnū, sed plura significare: quoq; vnius qdem hōc vna sit oō, animal bipes: cæterorū autem, aliæ plures quidem, at numero definitæ. In vnaquaq; nāq; orationum poni nomen ꝓprium potest. Quod si poni non potest, sed infinita significare dicet, patet orationem nōn esse. Non vnum enim significare, est omnino nihil significare. Si vero nomina non significent, hominū inter sese, & ad seipsum cuiusq; vere sublata est disputatio. Fit enim vt nihil is intelligat, qui nihil intelligit vnum. Quod si vnū quid intelligi posſit, illi poni nomē poterit vnum. Sit igit hoc, vt in principio diximus, nomen inquā significare, quid, & significare etiam vnum.

N

O

Parte. 3.

Amplius si homo significat vnum, sit hoc, animal bipes. Dico aūt vnum significare hoc, si hoc est homo, si sit aliquid homo, hoc est hominē esse. Nihil autē differt nec si plura quis dicat significare, solum aūt diffinita. Ponetur enim vtiq; rationibus alterū nomen. Dico aūt, vt si non dicat hominem vnum significare sed multa, quorū vnius quidem vna ratio, animal bipes. Sūt aūt & aliq; plures, sed diffinitæ numero. Ponetur enim vtiq; proprium nomen secundum vnamquāq; rōnem. Si autem non ponatur, sed infinita significare dicat, palam quia nō vtiq; erit ratio. Nam non vnum significare, nihil significare est. Non significantibus aūt nominibus, aufertur adituicem disputare, secundum veritatem aūt, & ad seipsum. Nihil enim contingit intelligere nisi intelligētem vnū. Si aūt cōtingit, ponatur huic rei nomen. Sit itaq;, sicut à principio dictum est, significans aliquid nomen, & significans vnum.

P

Te. co. 11

Ostendit vlr de oībus. s. q̄ cōtradictoria non sint simul vera, & circa hoc quatuor facit. Primo ponit quæ dā quæ sunt necia ad ꝓpositum concludēdum. Secundo concludit ꝓpositum. ibi ¶ Necesse itaq;. ⊦ Tertio ꝓbat quoddam quod supposuerat. ibi ¶ Nā esse hoiem &c. ⊦ Quarto excludit quādam cauillationem. ibi ¶ Si aūt rideatur. ⊦ Circa primum tria facit. Primo oñdit q̄ nomen vnū signāt. Secundo ex hoc oñdit vlterius q̄ hoc nomen homo, significet id quod est hoiem esse, non aūt id quod est, non esse. ibi ¶ Nec sic contingit &c. ⊦ Tertio ostendit q̄ homo & non homo signāt vnum. ibi ¶ Si aūt non signāt &c. ⊦ Dicit ergo primo, q̄ si homo signāt aliqd vnū, sit hoc vnū, animal bipes. Hoc enim vnum dr̄ nomē significare, q̄ est diffinitio rei significatæ per nomē, vt si est hoīs esse ¶ animal bipes ⊦. i. si hoc est q̄ quid est homo, hoc erit significatum q̄ hoc nomen homo. Si autē dicat nomē plura significat, aut significabit finita, aut infinita. Si aūt finita, nihil differt (ſm aliam trāslationem) ab eo quod ponitur significare vnum, quia significat multas rōnes diuersarum rerū finitas, & singulis eorum pñt adaptari diuersa nomina. Vt si homo significet multa, & vnius eorum sit ratio aīal bipes, ponetur vnū nomen ſm hanc rōnem quod est homo, & si sunt plures aliæ rōnes, ponentur alia plura nōia, dummodo rōnes illæ sint finitæ. Et sic redibit primum q̄ nomen significet vnum. Si aūt nomen nō significat finitas rationes, sed infinitas, manifestum est q̄ nulla erit ratio siue locutio, siue disputatio. Quod sic patet. Quod enim non significat

Infra p. 6. Infra pt. 3. Infra p. 5

Infra p. 4. Infra le. 5.

Q

A

Quod non ſignat vnū nihil signi fcat. Si nō intelligitur nihil intelligit.

gnificat vnum, nihil signāt. Et hoc sic, ꝓbatur. Nomina significant intellectus. Si igitur nihil intelligitur, nihil significatur. Sed si non intelligitur vnū, nihil intelligit, q̄a oportet q̄ quī intelligit ab alijs distinguat. Ergo si non significat vnum, non signāt. Sed si nomina non significant, tollitur disputatio, & quæ est ſm veritatem, & quæ est ad hominem. Ergo patet q̄ si nomina infinita significent, non erit ratio siue disputatio. Sed si cōtingit intelligere vnum, imponatur ei nomen, & sic teneatur q̄ nomen significet aliquid. Deinde cum dicit.

Fieri ergo non potest, vt ipsum hominis esse, hominis non esse significet, si nomen hō non solum de vno dicatur, sed vnū quoq; significet. Nō enim vnū significare id esse censemus, dici inquā de vno. Hoc enim pacto musicum, & album ac homo, vnū significarent, quare omnia vnum erūt: plura enim nomina erunt eiusdem. Atq; non vt idem sit, & nō sit euenier, nisi varietate nominū: perinde atq; si eum quē nos hoīes appellamus, alii non hominem vocent. At id quod dubitatur non est hoc, si fieri potest vt idem, sit, & non sit homo nomine sed re.

B

parte. 4.

Nec sic cōtingit hoiem esse significare nō esse hominem, si hō significat non solū de vno, sed & vnū. Nō enim hoc dignamur vnū significare qđ de vno, qm̄ sic itaq; musicus & album & homo vnū significarēt. Quare vnum oīa erunt. Synonyma nanq;. Et nō erūt esse & nō eē idē, nisi secūdū ¶ quiuocationē: vt si quem nos hoiem vocamus, alii non hoiem vocāt. Dubitatū vero non hoc est, si cōtingit simul idē esse & nō esse hoiem ſcm nomen, sed ſecūdū rem.

C

Ostendit secundum. s. q̄ hoc nomen homo non significet id quod est homini non esse. Nomen enim significans vnū, non solū signāt vnum subiecto, qđ ideo dr̄ vnum, q̄a de vno, sed id quod est vnum simplr. ſm rōnem. Si enim hoc vellemus dicere q̄ nomen signāt vnum, quia significat ea quæ verificantur de vno, sic sequereretur q̄ musicum & album & homo vnum significarēt, qm̄ omnia verificantur de vno. Et ex hoc sequereť q̄ omnia essent vnū, quia si album dr̄ de homine, & ꝓpter hoc est vnū cum eo, cum dicatur etiam de lapide, erit vnum lapide. Et quę vni & eidem sunt eadem, sibiinuicem sunt eadem. Vnde sequeretur q̄ homo & lapis sit vnum, & vnius rōnis. Et sic sequereť q̄ oīa nōia sint vniuoca. i. vnius rationis, vel synonyma ſm aliam ſam. i. omnino idem significantia re & ratione. Quamuis aūt esse & non esse verificentur de eodē ſm negantes principium primū, tamē oportet q̄ aliud sit hoc quod est esse hoiem, & hoc qđ est non esse, sicut aliud est ratione album & musicum, q̄uis de eodem verificenť. Ergo patet q̄ esse & non esse non erunt idem ratione & re, quasi vno nomine significatum uniuoce. Sciendum est autem q̄ esse hominem vel esse homini siue hominis, hic accipitur pro quodquidest hominis. Ex hoc ergo concluditur q̄ hoc quod dico homo, non significat hoc quod dico hominem non esse, sicut propriam rationem. Sed quia dixerat supra q̄ idem nomen pōt plura significare ſm diuersas rōnes, ideo subiungit nisi ſm æquiuocationem, ad determinandū q̄ hō vniuoce nō significet esse hominem & nō esse hominem, sed æquiuoce potest vtrūq; significare, vt si id quod vocamus hominem in vna lingua, vocēt alij non hominem in alia lingua. Nō enim est nostra disputatio si idem ſm nomen cōtingat esse & non esse, sed si idē ſm rem. Deinde cum dicit.

D

Quod si nomen homo, & nomen non homo, nō diuersa significent, patet & ipsum non hominis esse, & hominis, nō diuersa significare. Quare esse ipsum hois, esse non hominis erit. Vnū enim erunt quippe cum vnum esse id significet, quod est vnum: vt vestimētum ac tunica, si vna eorū sit rō. Quod si vnum erunt, vnum & hoīs & non hoīs esse sane significāt. At demonstratum est diuersa significare.

E

Si aūt non significet alterum homo & nō homo, palam qa non esse hoiem non erit diuersum ab esse hominem. Quare erit hoiem esse non hominē esse. Vnū enim erunt. Hoc. n. significat esse vnum, vt vestimentum & indumentū, si ratio vna. Si vero erunt vnū, & vnum significat hominem esse & non hominem. Sed ostensum est q̄ alterum significat.

parte. 5.

F

Probat tertium, scilicet q̄ homo & non homo non significat idem, tali ratione. Homo significat hoc quod est esse hominem, & q̄ quid est homo, nō homo autem significat non esse hominem, & quodquid est non homo. Si ergo homo & non homo non significāt aliquid diuersum, tunc id quod est esse homini non erit diuersum ab hoc qđ est non esse homini, vel nō esse hominem. Et ita vnum eorum prædicabitur de altero. Et erunt etiam secundum rationem vnum. Cum enim dicimus aliqua vnum significare, intelligimus quòd significent rationem vnam, sicut vestis & indumentum. Si igitur esse hominem & non esse hominem sunt hoc modo vnum. s. ſm rationem, vnum & idem erit illud quod significabit illud quod est esse hominem, & id quod est non esse hominem. Sed datum est vel demonstratum, quia diuersum nomen est quòd significat vtrūq;. Ostensum est enim quòd hoc nomen homo significat hominem, & non significat non esse hominem, ergo patet q̄ esse hominem, & nō esse hominem nō sunt vnum ſm rationem. Et sic patet propositum q̄ homo & non homo diuersa significāt. Deinde cum dicit.

Necesse est igitur si quid vere dicit homo, id animal bipes esse. Id enim erat quod nomē homo significabat. Quod si hoc necesse est esse, fieri non potest, vt non sit idem animal bipes. Hoc enim ipsum necesse est esse significat, fieri inquam non posse, vt nō sit homo. Impossibile est ergo idem hominem esse, & hominem nō eē, vere dicere simul. Eadem est ratio & si quippiam homo non esse vere dicatur.

G

Necesse itaq; si quidem est verum dicere, quia hō animal esse bipes. Hoc enim erat qđ significabat homo. Sed si hoc necesse, non contingit non esse hoc ipsum animal bipes. Hoc enim significat necesse eē, impossibile non esse hominem. Nō igitur cōtingit simul verū esse, dicere idem hominem esse, & nō eē hominem. Eadem aūt ratio & inesse hominem.

parte. 6.

Tex. 66. 12

Oñdit principale, ꝓpositū ex prioribus suppositis, tali ratione. Necesse est q̄ hō sit aīal bipes. Qđ patet ex ꝓhabitis. Hæc. n. est rō quam hoc nomen signāt. Sed qđ necesse est esse, non cōtingit nō esse. Hoc. n. signāt necessarium. s. non possibile nō esse, vel nō cōtingens nō esse, vel impossē nō eē, ergo impossibile est siue nō cōtingens vel nō possibile hoiem non esse animal bipes. Sic ergo patet q̄ nō cōtingit vtrūq; verū esse affirmationē & negōnē. s. q̄ sit aīal bipes, & q̄ nō sit aīal bipes. Et eadē rō ex signationibus nominū sumpta pōt accipi de nō hoie, q̄a necesse est nō hoiem esse, nō aīal bipes, cū hoc significet nomen, ergo impossē est esse aīal bipes. Ea aūt quæ supra mōstrata sunt, valēt ad ꝓpositum, q̄a si cōsideretur q̄ hō & nō hō idē significarent, vel q̄ hoc nomen hō significaret esse hoiem, & nō esse hoiem, posset aduersarius negare istam, necesse est hoiem esse aīal bipes. Posset enim dicere q̄ non magis necium est dicere hominem esse aīal bipes, q̄ non esse aīal bipes, si hæc nōia homo & non homo idem significarent, vel si hoc nomen

Prima rō cōtra negātes primū principiū.

H

homo

Universidad de Deusto
Biblioteca

homo vtrũq; significet. s. id quod est esse hominem, & id quod est non esse hominem. Deinde cum dicit.

Esse enim hominis, & non hominis esse, diuersa significant. Siquidem & album esse, & hominem eẽ non idem significant, sed diuersa. Multo enim magis illud opponitur. Quare diuersum significat. Qđ si album dixerit vnum idemq; significare, rursus idẽ dicemus quod & prius est dictum, vnum inquã omnia esse, & non opposita solum. Quod si hoc esse ne queat, fit id quod dictum est.

Parte. 7 Nam hoiem esse, & nõ hominem esse, alteꝝ: significat: si quidem album eẽ, & hominem eẽ, alteꝝ simul tum enim opponitur illud magis, quare significat diuersum. Si aũt & album dixerit idem significare & vnum ratiõe, idem dicemus qđ & prius dictum est, ꝙ vnũ omnia sunt & nõ solum opposita. Si aũt hoc non contingit, contingit quod dictum est.

Hic ꝓbat quoddam quod supposuerat. Ad ꝓbandum aũ. ꝙ hoc nomen homo, non significat id quod est nõ esse hominem, assumpsit ꝙ id qđ est esse hoiem, & id quod est non esse hoiem sunt diuersi, q̃us verificenẽ de eodem. Et hoc intẽdit hic probare tali ratione. Magis opponunt esse hominem & nõ esse hominem q̃ homo & album, sed homo & albũ sunt diuersa ſm rõnem, licet sint idẽ subiecto, ergo & esse hoiem & nõ esse hominem sunt diuersa ſm rationem. Minorem sic probat. Si enim oia quæ dicũtur de eodem sunt vnũ ſm rõnem quasi significata vno nomine, sequitur ꝙ oia sunt vnum, sicut supra dictũ est & expositum. Si ergo hoc nõ cõtingit, cõtinget illud quod dictum est. s. ꝙ esse hoiem, & nõ esse hoiem sunt diuersa. Et per cõsequens sequitur vltima cõclusio supradicta. s. ꝙ homo sit animal bipes; & ꝙ impossibile est ipsum esse non animal bipes. Deinde cum dicit.

Si ad interrogatũ rñdeat. Si vero simplr interrogatus, negõnes et addat, non ad interrogatũ rñdet. Etenĩ nihil ꝓhibet vt idẽ & hõ fit, & albũ, ceteraq; multitudine infinita. Attñ interrogatus si verꝝ sit hoc dicere hoiem eẽ, necne, rñdeat per id qđ vnũ significat, & nõ albũ & magnũ addat oportet. Et. n. fieri nõ põt, vt accidẽtia qlpiam cũ sint infinita pertrãseat. Aut igitur omnia dicat, aut nihil illoꝝ afferat rñdẽdo. Pari igit modo & si q̃ maxime idẽ est hõ, & nõ hõ, tñ interroganti si hoc est hõ, nõ est rñdendum esse hominem, & non hominem simul: nisi cætera etiã quæ acciderũt, insuper afferat quæcũq; insunt, aut nõ insunt. Quod si id nõ facit, non disputat.

parte. 8. M Si rñdeat ad interrogatum. Si aũt apponat interrogãti simpliciter, & negationes, non respõdet ad interrogatu. Nihil enim prohibet idem & hominẽ, & albũ, & alia mille secũdũ pluralitatẽ. Attamẽ interrogãte si verũ est dicere hominem hoc esse, aut nõ, rñdendũ est vnũ significatũ, & nõ addẽdum qa & album & nigrũ & magnũ. Etenim impossibile infinita entia accidẽtia permeare. Aut igit oia permeant, aut nullum. Similiter etiã si millies est homo idẽ & nõ homo, nõ est correspondendum interroganti si est homo: quia est simul & nõ hõ, si non & alia quæcunq; acciderunt sunt correspondẽtia, quęcũq; sunt aut nõ sunt. Si aũt hoc nõ fecerit, non disputat.

Excludit quãdam cauillationem ꝙ quam ꝓdictus ꝓcessus posset impediri. Posset enim aduersarius interrogatus, an necesse sit hominẽ esse aſal bipes, nõ respõdere affirmationem vel negationem, sed dicere necesse est hominẽ esse aſal bipes, & non esse animal bipes. Hoc aũt excludit hic Philosophus dicens prædictam cõclusionem sequi, dummodo velit rñdere ad interrogatum simplr. Si aũt interroganti simplr de affirmatione, velit addere negationem in sua respõsione, vt dictum est, non ad interrogatũ rñderet. Quod hic ꝓbat. Contingit enim vnam et eandem rem esse hominem & album & mille alia hmõi. Hic tñ si quęratur, vtrum hõ sit albus, respondendum est tñ id qđ vno nosse significatur. Nec sunt addenda alia omnia. Verbi gratia. Si quæratur, vtrum hoc sit homo, respondẽdum est, ꝙ est homo. Et non est addẽdum ꝙ est homo & albus & magnus & similia, quia oportet oĩa quæ accidunt alicui simul respondere, aut nullum. Oĩa aũt simul non possunt cum sint infinita. Infinita enim eidem accidunt ad minus ſm relationes ad infinita antecedentia & consequentia, & infinita non est pertransire. In respondendo ergo nullum eorũ quę accidunt quæsito est respondendum, sed solum quod quęritur. Licet ergo supponatur milliẽs ꝙ sit idem homo & nõ homo, cũ tñ quæritur de hoie, non est respondẽdum de non homine, nisi respõdeantur omnia quæ pũt hominẽ accedere. Si enim hoc fieret non esset disputandum, quia nũquam compleretur disputatio, cum impossibile sit infinita pertransire. Deinde cum dicit.

Omnino autem qui ita dicũt, substãtiam quiddĩtatemq; tollunt. Omnia enim accidisse dicãt ipsi necesse est, & nõ esse quicq̃ quod sit homo per se, aut animal: & cui ipsum esse aãlis, aut hominis competat. Si enim est quippiam cui esse hois competit, ei nõ competit nõ hominis esse, aut nõ esse hois: & tñ hæ negationes sunt huius. Vnũ enim erat id quod significabat, atq; hoc substãtia cuiuspiam erat. Substãtiam vero significare nil aliud est, q̃ esse ipsius nihil aliud esse. Quod si eẽ hominis ipsi competet, nõ ad ipsum autem nõ hominis esse, aut nõ esse hois accõmodabitur. Aliud enim quippiam erit. Quare dicãt ipsi necesse est nullius rei talem orationem esse, sed per accidẽs vniuersa competere. Hoc enim ipso substãtia, atq; accidẽs seiuncta esse videntur. Albũ enim homini propterea accidit, quod albus quidem est, sed non est id quod est album.

Tex. 6. Parte. 9 Omnino vero destruũt qui hoc dicũt substãtiã & quod qđ erat esse. Omnia nanq; accidere dicere eis est necesse. Et vere hominem esse aut animal esse & nõ esse. Nam si quid fuerit qđ est hominis esse, hoc nõ erit nõ hominem esse, aut nõ eẽ hominem. Et. n. hæ sunt negationes huius. Vnũ enim erat qđ significabat nomen, & hoc erat alicuius substãtia. Significare vero substãtiam est, ꝙ nõ aliud aliquid eẽ ipsi. Si autẽ fuerit quod est esse hominem ipsi ꝙ nõ hominem esse, esse hominem aliud erit. Quare dicere eos est necesse, quia nullius talis erit ratio, sed omnia secundum accidens. Hoc enim determinata est substãtia & accidens. Accidit enim album homini, quia est albus, sed non quod vere album.

Sectio 6 ꝓ 2ã qđ sequi. Ponit secundam rationem quæ sumitur ex ratione prædicati substantialis & accidentalis, quæ talis est. Si affirmatio & negatio verificantur de eodem, sequitur ꝙ nihil prædicabitur in quid siue substãtialiter, sed solum per accidẽs. Et sic in prædicabili per accidens erit procedere in infinitum. Sed hoc est impossibile, ergo & primum. Circa hãc rationem duo facit. Primo ponit conditionalem. Secundo probat destructionem consequentis. ibi ☩ Si vero oĩa ſm accidens &c. ✠ Circa primũ sic ꝓcedit dicẽs ꝙ illi qui hoc dicunt

Tex. 6. 10 Parte. 10 parte. 11 Omnes hos

dicunt. s. affirmationem & negationẽ simul esse veram, omnino destruunt ☩ substantiam ✠ id est substãtiale ꝓdicatũ, ☩ & quod quid erat esse ✠ id est quod prædicatur in eo ꝙ quid. Necesse est enim eis dicere ☩ ꝙ omnia accidunt ✠ id est per accidens ꝓdicantur, & ꝙ non sit hominem esse aut aſal esse. & ꝙ nõ sit quod significet qđ est homo, aut quid est aſal. Quod sic probat. Si aliquid est quod est hominem esse, id est quod quid est homo substantialiter. s. de homine ꝓdicatum, illud non erit non esse hominem, nec erit esse non hominem. Huius enim quod est esse hominem sunt ꝓdictæ duę negationes. s. non esse hominem, vel esse non hominem. Patet ergo ꝙ affirmatio & negatio non verificantur de eodem, quia. s. de eo quod est esse hominem non verificatur non esse hominem vel esse nõ hominem. Cõditionalem autem positam ꝙ si aliquid sit quod quid est, hõ ꝙ illud non sit nõ esse hominem vel esse nõ hominem, sic probat. Propositum est enim supra & ꝓbatum ꝙ hoc qđ significat nomen est vnum. Et iterum est positum ꝙ illud quod significat nomen est substantia rei. s. quod qđ est res. Vnde patet ꝙ aliquid significat substantiam rei, & idem quod est significatum non est aliquid aliud. Si igitur illud quod est esse hominem, siue quod qđ est homo, fuerit vel non esse hoiem vel esse non hominẽ, cõstat quidem ꝙ erit alterum à se. Vnde oportet dicere ꝙ non sit diffinitio significans quod quid est esse rei, sed sequetur ex hoc ꝙ omnia prædicentur ſm accidens. In hoc enim distinguitur substãtia ab accidente, id est prædicatum substãtiale ab accidẽtali, quia vnumquodq; est vere id quod prædicatur substãtialiter de eo. Et ita non potest dici illud quod ꝓdicatur substantialr esse non vnum, quia quælibet res nõ est nisi vna. Sed homo dicitur albus, quia albedo vel albũ accidit ei. Non autem ita quòd sit id quod vere est album vel albedo. Ergo non oportet ꝙ id quod prædicatur per accidens sit vnum tantum. Sed multa possunt per accidens prædicari. Substantiale vero prædicatum est vnum tantum. Et sic patet, ꝙ ita est esse hominem ꝙ non est nõ esse hominem. Si aũt vtrunq; fuerit, tam substantiale prædicatum, non erit vnum tantum. Et sic non erit substantiale sed accidentale. Deinde cum dicit.

Si per accidens autem vniuersa dicantur, non erit primum ipsum vniuersale. Quod si accidẽs de subiecto aliquo prædicationem semper significat, in infinitum abeatur necesse est. At fieri non potest, non enim duobus plura nectuntur. Accidens enim nõ accidenti est accidens, nisi quia eidem accidunt ambo. Dico autem hoc pacto, album est musicum, & hoc est album: propterea quod ambo homini acciderunt. At Socra. non est ex eo musicus, quia vtrunq; alii cuipiam accidit. Cum igitur quædam hoc, quædam illo modo accidentia dicantur, quę sic dicunt, vt album accidit Socrati, ea vt infinita sint versus supra, minime fieri potest: veluti vt Socrati albo quippiam aliud accidat. Non enim ex vniuersis vnum quid fit. At neq; albo quippiam aliud accidit, veluti musicum. Neq; enim hoc illi magis q̃ illud huic accidit. Et insuper diximus distinguendo, alia hoc accidere modo, alia vt musicum Socrati accidit. Quę vero hoc pacto accidunt, nõ accidenti accidũt, sed quæ illo modo. Quare non per accidens vniuersa dicuntur. Ergo quippiam & vt significans substantia erit. Quod si ita fit, demonstratum est fieri non posse, vt simul contradictoria prędicentur.

N Recitat diuersorum opiniones assentiẽtium causis prædictis. Omnia autem dicta eorum quæ inducit tendunt ad duo. Quorũ primũ est, ꝙ intellectus sit idẽ cũ sensu. Aliud est, ꝙ omne quod videẽ sit verum. Dicit ergo ꝙ ex prædictis rationibus Empedo. & Democritus & ſinguli aliorũ sunt facti rei talibus opinionibus, vt ☙ est dicere verisimile ❧ .i. sicut verisimiliter cõiecturare possumus ex eoꝝ dictis. Dicit enim Empe. ꝙ illi qui permutant ☙ habitum ❧ .i. dispositionem corporis, ꝑmutant ẽt prudentiam, quasi intellectus cuius est prudẽtia, ꝗ sequatur habitudinẽ corporis, sicut & sensus. Nam prudẽtia crescit in hoibus ☙ ad apparens ❧ .i. per hoc ꝙ aliquid de nouo incipit apparere homini profectus sciæ sit in homine. Sed hoc fit per hoc ꝙ dispositio corporis variatur. Alia translatio habet melius. ☙ Ad præsens enim volũtas vel cõsiliũ augetur hoibus, ❧ quasi dicat, ꝑm dispositiones diuersas ꝑsentes, noua consilia, siue nouæ voluntates, siue nouæ prudentiæ hominibus augentur, quasi consilium siue voluntas non sequatur aliquam vim intellectiuam in homine, quæ sit præter sensum, sed solam dispositionem corporis quæ variatur ꝑm

O

P præsentiam diuersarum rerum. In aliis autem libris suis dicit Empedo. ꝙ quãtum ad alterationem trãsformat, id est ꝑm quantitatem qua homo trans formatur in alteram dispositionem corporis: tanta eis est semper cura inquit, id est quòd tot curæ, siue sollicitudines, seu prudentiæ hominibus aduenium. Quod quidem est difficile. Alia translatio melius sic habet. ☙ Quia quantũcunq; mutati fiant, intantum secundum ipsas semper sapere alia statutum est siue stultum. ❧ Vel ipsis affuit ꝑm aliam literam, quasi dicat, ꝙ quantũcunq; homo mutatur in dispositione corporis, intãtum semper alia sapientia, quasi alium intellectum & aliam sapiẽtiam habens. Deinde ponit opinionem Parmenidis ad idem dicẽs, ꝙ Parmenides de rerum veritate enũtiat eodem modo sicut Empedocles. Dicit enim quòd sicut vnusquisq; habet dispositionem membrorum valde circũflexorum, vel ☙ multę flexionis ❧ ꝑm aliam literam, ita intellectus hominibus, quasi dicat, ꝙ in membris hois est multa varietas & circũuolutio ad hoc ꝙ talis mẽbrorum dispositio adaptetur ad operationem intellectus, qui sequitur membrorum complexionem ꝑm eum. Ipse enim dicit ꝙ idem est ☙ quod curauit ❧ .i. quod curam habet si ue prudẽtiam de membris ex natura membrorum: & qđ est ☙ in oibus ❧ .i. in ſngulis partib? vniuerſi, & quod est ☙ in omni ❧ .i. in toto vniuerſo. Sed tñ aliter nominat in toto vniuerſo, & in ſingulis partibus vniuerſi, & etiam in homine. Et hoc in toto vniuerſo, dicitur Deus. In ſingulis autem partibus vniuerſi, dicitur natura. In hoie autem, dr intellectus. Et sic hoc habet plus in homine cũ in aliis partibus vniuerſi, quia in hoie illa virtus intelligit propter cõplexionem determinatam membrorum, nõ aũt in aliis rebus. In quo etiã datur intelligi ꝙ intellectus sequitur complexionem corporis, & per cõsequens non differt a sensu. Alia translatio planius habet sic. Idẽ enim quod qdam sapiũt mẽbroꝝ, nõ est in hoibus, & omnibus, & oĩum. Plus enim

A enim est intellectus. Deinde ponit opin. Anaxa. qui pronuntiauit ad quosdã suos socios vel amicos reducendo eis ad memoriã, quia talia sunt eis entia, qualia suscipiunt siue opinantur. Et hoc est ꝑm ꝙ in illis dictis philosophorum tangit. s. ꝙ veritas sequat opinionẽ. Deinde ponit opinionẽ Homeri de quo dicunt, ꝙ videbatur eandẽ opinionem habere. Fecit enim in sua recitatione Hectorẽ iacere quasi in extasi à plaga sibi illata ☙ aliud cunctantẽ ❧ .i. aliud cogitantẽ cũ prius, vel aliena sapientem ꝑm aliã translationẽ. Sab his quæ prius sapuerat, quãsi cunctantẽ quidem & nõ cunctantẽ. i. in illo ſtrato in quo iacebat percussus, esset sapiens & non sapiẽs. Sed non quantũ ad eandẽ, quia quantũ ad illa quæ tunc sibi videbant sapiens erat, quantum autẽ ad illa quæ prius sapuerat, & iam sapere desierat, non erat sapiẽs. Alia trãslatio sic habet, Sapientes quidẽ & desipientes, quasi dicat, sicut fuit de Hectore q sapiebat aliena post

B plagã: ita contingit & de aliis ꝙ sunt simul sapiẽtes & desipientes, non ꝑm eandẽ sed ꝑm diuersa. Ex oĩbus autẽ prędictis philosophoꝝ opinionibus concludit conclusionẽ intentã, s. ꝙ si vtraq; sint prudentię. s. ꝑm quas homo existimat contraria mutatus de vna dispositione in aliã, ꝙ omne id quod existimatur sit verum. Non enim esset prudentia existimare falsum. Vnde sequẽ ꝙ entia similiter se habeant sic & non sic. Deinde cum dicit.

At enim id quod inde emergit, absurdissimũ esse constat. Nam si qui maxime id verũ quod perspici potest viderunt, (sunt autem ii qui maxime quęrũt hoc ipsum ac amant) ii tales opiniones habeant, & hæc de veritate dicant, ac asserant, quo pacto nõ abiecto animo fuerunt ii, qui philosophari aggrediuntur? Quærere nãq; veritatem, perinde erit atq; si volantia prosequi erit vtiq; veritatem inquirere.

Parte. 5. C Quare & grauissimum accidẽs est. Nã si qui maxime contingens verũ viderunt (hi autẽ sunt maxime quærentes ipsam & amantes) tales habent opiniones & talia enuntiant de veritate, quomodo nõ est dignũ respuere philosophari conantes? Nã volantia prosequi erit vtiq; veritatem inquirere.

Vide cõm. parte. 4. Inuehit cõtra prędictos philosophos dicens, ꝙ grauissimum accidẽs est quod eis accidit. Nam si illi qui maxime viderunt verum inquantũ contingit ab hoie posse videri. s. prædicti philosophi, qui etiã sunt maxime quęrentes & amantes verum, tales opiniones & tales sentẽtias proferũt de veritate, qũo non est dignũ prędictos philosophos dolere de hoc ꝙ eoꝝ studiũ frustratur, si veritas inuentri non potest? Alia litera habet ☙ Qũo nõ est dignum relinquere vel respuere philosophari conantes ❧ .i. ꝙ homo nõ adhęrear his qui volunt philosophari, sed eos contẽnat. Nam si nullũ verũ potest ab homine de veritate sciri, quęrere veritatẽ est quęrere illud qđ non põt homo habere, sicut ille qui ꝓsequitur vel fugat volatilia. Quãto enim magis ꝓsequitur, tanto magis ab eo elongatur. Deinde cum dicit.

Causa vero opinionis hæc fuit. Nã de hisce qdẽ quę sunt veritatẽ considerabant. Ea vero quæ sunt, res tamen ipsas sensibiles esse putarũt. In his autem abunde infiniti natura, & eius qđ est hoc pacto quẽadmodũ diximus inest. Quare verisimiliter quidẽ, non autem vera dicũt. Sic enim magis dicere decet, ꝗ vt Epicharmus in Xenophanem dixit.

Vide cõm. parte. 4. Huius autem opinionis causa est, quia de entibus quidem veritatem intendebant. Entia vero putabãt esse sensibilia solũ. In his vero multa ꝗ indeterminati natura consistit, & ꝗ entis, sicut diximus. Propter quod decenter quidem dicunt, non vera autem dicunt. Sic enim congruit magis dicere, ꝗ sicut Epicharmus ad Xenophanem.

B

Assignat cãm præmissæ opinionis ex parte sensibilium. s. quæ causa prædictæ opinionis etiã ex parte sensibilium ponebat. Nã cum sensibile sit prius sensu naturaliter, oportet ꝙ dispositio sensuum sequatur sensibiliũ dispositionẽ. Assignat autẽ ex parte sensibilium duplicem causam, quarum scđa ponitur, ibi: ☙ Amplius autẽ oĩum &c. ❧ Dicit ergo primo ꝙ causa opinionis prædictoꝝ philosophoꝝ fuit, quia cum ipsi intẽderent cognoscere veritatẽ de entibus, & viderẽt eis ꝙ sola sensibilia entia essent, totius veritatis doctrinã iudicauerunt ex natura sensibiliũ rerũ. In rebus autẽ sensibilibus multũ est de natura infiniti siue indeterminati, quia in eis est materia, quę quantũ est de se nõ determinatur ad vnum, sed est in potentia ad multas formas, & est in eis natura entis similiter, vt diximus, videlicet ꝙ esse rerũ sensibilium non est determinatũ, sed ad diuersa se habens. Vnde non est mirũ si non determinatã cognitionẽ ingerit sensibus, sed huic sic, & alteri aliter. Et ꝓpter hoc prędicti philosophi decẽter siue verisimiliter loquuntur rõne prædicta. Non tñ verũ dicunt in hoc ꝙ ponunt nihil determinatum esse in rebus sensibilibus. Nã licet materia quantum est de se, indeterminate se habeat ad multas formas, tñ per formã determinat ad vnum modũ essendi. Vnde cum res cognoscant per suã formã magis cũ per materiã, nõ est dicẽdũ ꝙ nõ possit haberi de rebus aliqua determinata cognitio. Et tñ quia verisimilitudinẽ aliquã habet eoꝝ opinio, magis cõgruit dicere sicut ipsi dicebant, ꝗ sicut dicit Epicharmus ad Xenophanẽ, qui forte dicebat omnia immobilia & necessaria esse, & per certitudinem sciri. Deinde cum dicit.

Parte. seq.

Præterea oĩm quidẽ hãc naturã motũ subire, de eo vero qđ mutat nihil vere dici videntes, circa id quod omni ex parte mutat, nihil vere dici posse arbitrabantur. Ex hac enim existimatione summa illa opinio pullulauit, quã Heracliti sequaces atq; Cratilus habebat. Qui quidẽ postremo nihil dicere oportere arbitrabatur, sed digitũ dũtaxat mouebat, atq; Heraclitum increpabat, propterea quod dixit fieri nõ posse, vt bis eundem fluuium quisquã ingrediatur. Ipse nanq; neq; semel arbitrabatur.

Amplius autẽ oĩnẽ videntes hanc motã naturã, de permutãte autẽ nihil verum dicimus: circa vero oĩno semper permutãs, nõ contingere verũ dicere. Nam ex hac existimatione pullulauit opinio dictorum summa, quæ est dicentiũ heraclizare, & qualẽ Cratilus habuit, qui tandẽ opinatus est nihil oportere dicere, sed digitũ mouebat solum, & Heraclitũ increpauit dicentẽ, bis in eodem flumine non est intrare. Ipse enim existimauit nec semel.

parte. 5. H

Ponit secundã cãm ex parte sensibilium sumptam, dicẽs ꝙ philosophi viderunt oĩm hãc naturã scilicet sensibilem in motu esse. Viderunt etiã de permutante, id est de eo ꝙ mouetur, ꝙ nihil uerum dicit inquantum mutat. Quod enim mutatur de albedine in nigredinẽ, non est albũ nec nigrum inquantũ mutatur. Et ideo si natura rerum sensibilium semper permutat, & ☙ omnino ❧ .i. quantum ad omnia ita ꝙ nihil in ea est fixum, non est aliquid determinate verum dicere de ipsa. Et ita sequit ꝙ veritas opinionis vel propositionis non sequat modum determinatum essendi in rebus. Sed potius id quod apparet cognoscenti, vt hoc sit esse uerum unũquod ꝙ quod est alicui apparere. Et ꝙ ista fuerit eorũ ratio ex hoc pater. Nam ex hac susceptione siue opinione pullulauit opinio dictorum philosophoꝝ ☙ summa vel extrema ❧ .i. ꝗ inuenit, qđ summum

vel extremum

vel extremum huius sentētiæ, quę dicebat ☞heraclizare☜ i. sequi opinionē Heraclīti, vel sequentū Heraclitum ſm aliā literā. i. qui dicebāt se opinionē Heraclīti qui sequi posſunt omnia moueri, & per hoc nihil esſe verū determinate. Et hanc opinionē habuit Cratilus, qui ad vltimum ad hāc dementiam deuenit, ꝙ opinatus est ꝙ non oportebat aliquid verbo dicere, sed ad exprimendū quod volebat, mouebat solū digitū. Et hoc ideo, quia credebat ꝙ veritas rei quā volebat enuntiare primo trāsibat, ꝙ oratio finiretur. Breuiori aute spatio digitū mouebat. Hīc autem Cratilus reprehēdit, vel increpauit Heraclitum. Heraclitus. n. dixit ꝙ nō potest homo bis intrare in eodem flumine, quia antequā intret secūdo, aqua quæ erat fluminis iam defluxerat. Ipse autem existimauit, ꝙ nec semel pōt homo intrare in eundem fluuium, quia ante etiā ꝙ semel intret aqua fluminis defluit & superuenit alia. Et ita non solum etiā non potest homo bis loqui de re aliqua antequam dispositio mutetur, sed etiam nec semel. Lectio. xiij.

Nos autem & ad hanc rationē dicemus, id quod mutatur, cum mutatur esse non putare aliquā ipsius rationem habere.

parte. 1. NOs autem & ad hanc rationē dicemus, quia permutans quādo permutat, habet quandā ipsius veram rationem non existimari esse.

DISPVTAT contra prædicta, & primo quantum ad hoc quod ponebant de mutabilitate rerum sensibilium. Secūdo quantū ad hoc ꝙ dicebatur de apparētia sensuum. ibi ☞ De veritate vero ꝙ nō est. ☜ Circa primum ponit sex rationes, quarū prima talis est. Qui existimat nō esse de eo quod non est, ueram opinionē habet, & verā orationem profert si hoc enūtiat. Sed quod mutatur dum mutatur non est nec illud ad quod mutatur, nec illud ex quo mutatur, ergo aliquid vere potest dici de eo quod mutat. Sic ergo possumus dicere cōtra prędictā rōnem ☞ vel orationem ☜ .i. opinionem dicentē ꝙ de eo quod mutatur nihil potest verum dici, quia ☞ permutans ☜ .i. quod mutat ☞ qñ permutat ☜ .i. qñ permutatur habet quandā orationē vel rōnē veram ☞ in eis ☜ .i. ſm p̄dictos opinionē ☞ non existimari ☜ .i. quod non existimetur aliquid ei inesse.

Quāquā cōtrouersiā habet. Id. n. quod abiicit, habet aliqd eius quod abiicit: & eius quod fit, aliqd iā esse necesse est. Omninoq; si corrumpitur, erit quipiā ens: & si fit, fit id ex quo fit, & a quo generat necesse est; atq; hoc non in infinitum proficiscatur.

parte. 2. Est etiam dubitatio. Abiiciēs enim, habet aliquid eius quod abiicitur: & eius quod fit, iam necesse aliquid esse. Omninoq; si corrumpitur, existet aliquid ens. Et si fit, ex quo fit, & a quo generatur necesse est esse: & hoc non esse in infinitum.

Secundā rōnem ponit quæ talis est. Omne quod ꝓmutatur, habet iam aliquid de termino ad quē permutat, qa quod mutat dum mutatur partim est in termino ad quē, & partim in termino à quo, vt ꝓbatur in. vj. physico. vel ſm aliam literā ☞ abiciens habet aliquid eius quod abiicitur. ☜ Et ex hoc datur intelligi ꝙ in eo quod mouetur, sit aliquid de termino à quo: quia quādiu aliquid mouet, tādiu terminus à quo abiicitur. Nō autem abiceretur nisi aliqd eius inesset subiecto mobili. Et eius quod fit necesse est iam aliquid esse, quia oē quod fit fiebat, vt probat. vj. physi. Patet etiā ꝙ si aliquid corrūpitur, ꝙ adhuc aliquid sit, quia si omnino nō esset, iam esset oīno incorruptū esse, & non incorrūpi. Similiter autē si aliquid generat, oportet ꝙ sit materia ex qua generatur, & agens à quo generat. Hoc autē non est possibile ꝓcedere in infinitum, quia vt ꝓbatur in secūdo, nec in causis materialibus nec in agentibus in infinitum ꝓceditur. Sic igitur est magna dubitatio contra eos qui dicunt, ꝙ de eo quod mouetur nihil potest vere dici, tum quia in eo quod mouetur & generatur est aliquid de termino ad quem, tum quia in omni generatione & motu oportet ponere aliquid ingenitum & immobile ex parte materiæ & agentis.

Sed his omissis, illa dicamus nō idē eē in quātitate atq; qlitate mutari. Ratione igitur quātitatis nō maneat, sed rōne formę nos vniuersa cognoscimus.

Sed hęc ꝓtermittētes ita dicamus, quia non idem est permutans ſm quantitatem & ſm qualitatem. Secundum quantitatē igitur sit idem non manens. Sed secundum speciem omnia cognoscimus.

Tertiā rōnem ponit, & hæc ratio cōtradicit eis quantū ad cām ex qua opinionē sumpserunt, ga oīa sensibilia semper mouentur. Motī enim sunt ad hoc dicendū ex his quæ augent. Viderunt enim ꝙ aliquid per vnum annū crescit ſm modicam quantitatē, & crediderunt ꝙ motus augmēti esset cōtinuus, ita ꝙ quātitas ſm quā attenditur augmētum diuideret proportionaliter ſm partes tēporis, ita ꝙ in qualibet parte fieret augmentum alicuius quātitatis, cuius proportio esset ad totā quantitatē: sicut proportio partis tēporis ad totum tps. Vnde cū iste motus sit insensibilis, existimauerunt similiter ꝙ ea quæ videtur quiescere, mouentur, sed motu insensibili. Dicit ergo cōtra illos ꝙ ꝓtermissis illis quæ dicta sunt, patet ꝙ nō est idem motus ſm quantitatē, & ſm qualitatē vel formā. Et quāuis concedat eis ꝙ motus ſm quantitatē sit cōtinuus in rebus, & ꝙ oīa hoc motu semper insensibiliter moueantur, tū ſm qualitatem vel formā non oportet ꝙ propter hoc semper omnia moueantur. Et ita poterit haberi cognitio de rebus determinata, quia res magis cognoscuntur per suam speciem q̄ per suam quantitatem.

Præterea increpandi sunt ii qui ita de rebus existimarunt, ꝓpterea quod cū pauciores numero sensibiliū rerū ita sese hēre viderent, de toto cælo similem ſniam attulere. Locus, n. sensibiliū rerū qui est circa nos, corruptionē solus generationemq; subit: sed iste nulla fere pars ipsius vniuersi esse videtur. Quare iustius hæc ob illa tali sententia librassent, q̄ ob hæc in illa sententiam contenendam tulissent.

Amplius autē dignū increpare sic existimantes, ꝙ sensibiliū in minoribus numerū scientes sic habēt, de cælo toto simile enuntiauerunt. Nam circa nos sensibilis locus in generatione & corruptione perseuerat solū ens. Sed iste vt dicatur nulla pars est omnis. Quare iustius vtiq; propter illa hęc reuelitī fuissent: quare propter hoc de illis errauerunt.

Quartā rationem ponit dicens, ꝙ dignum est reuerē siue increpare ☞ sic existimantes ☜ .i. opinantes. s. ꝙ oīa sensibilia sunt semper in motu: ꝓpter hoc ꝙ pauciores sensibiliū numerum inueniūt sic se habentē, cum tū plura sensibilia immobilia sint, nisi quantū ad motum localē. Constat enī ꝙ sola sensibilia q̄ sunt hic circa nos in sphera actiuorū & passiuorū sunt in generatione & corruptione. Hmōi aūt locus est quāsi nihil respectu vniuersi. Nam tota terra non habet sensibilē quantitatē respectu supremæ sphęræ. Ideo se habet ad eam sicut centrū, sicut astrologi ꝓbant per hoc ꝙ semper sex signa zodiaci super terrā apparēt. Quod nō esset si terra aliquā partem cæli sensu notabilē à nobis occultaret. Stultum enim fuit de tota natura sensibili iudicare ꝓpter illa pauciora, immo tolerabilius fuisset ꝙ tota natura sensibilis fuisset diiudicata ſm motum cælestium corporum, quæ multum excedunt alia in quantitate.

Præterea

Præterea patet & in hos ipsos ea nos dicere posse, quę olim sunt dicta. Ostendendū est enim ipsis atq; ꝑsuadendum natura quandam immobilem esse.

parte. 3. Amplius autē palā quia ad hos eadē olim dictis dicemus. Quod enim est immobilis natura quędā, ostendendum ipsis, & credendum est eis.

Text. cō. 45 Quintam rationem ponit dicens, ꝙ contra hæc dicenda sunt ea quæ supra sunt dicta in hoc eodem libro. ꝙ sit quædam ☞ natura immobilis ☜ .s. natura primi motoris, vt probatum est in. viij. physicorum. Et hoc est dicendū contra eos, & ipsi debent hoc credere, sicut alibi probatū est. Et ideo nō est verum ꝙ omnia sint semper in motu, & ꝙ nihil vere de aliquo possit dici.

Quāquā hisce q simul esse, atq; nō esse dicūt euenire videt, vt qescere magis q̄ moueri oīa dicant. Non est eīm oīno quicquā in quod quippiam mutaretur. Quippe cum vniuersa omnibus insint.

parte. 6. Et etiā contingit simul dicentibus esse & nō esse, quiescere magis dicere oīa q̄ moueri. Nō est eīm in quod aliqd permutet. Nā omnia insunt omnibus.

Sextam rōnem ponit dicens, ꝙ illa positio qua ponunt omnia moueri repugnat primę eorū positioni qua ponunt contradictoria simul verificari de eodē, quia si aliquid simul est & nō est magis sequit̄ ꝙ oīa quiescāt q̄ ꝙ omnia moueantur. Nihil enim permutatur ad hoc quod iā inest ei, sicut quod iam est, album non mutatur ad albedinē. Sed aūt idem contingit simul esse & non esse, oīa insunt oibus, vt supra ꝓbatum est, quia oīa sunt vnum. Et ita nō erit in quod possit aliquid permutari. Lectio. xiiij.

Text. cō. 15

De veritate vero differamus oportet, ostēdendo non omne verū esse id quod apparet. Nam primo quidem sensus proprii obiecti non est falsus. Aut imaginatio non est idem quod sensus.

Text. p. 14. Et. 1. de Philosophus ait, hīc cōtra opinionē antiquū de veritate apparētiæ. Infra. 1. 5 parte. 5.

DE veritate autem, ꝙ non omne apparens verum: primum quidē, quia neq; sensus falsus proprii est: sed phantasia non idem sensui.

HIC INCIPIT procedere contra ipsam rōnem de veritate apparentium, & circa hoc duo facit. Primo improbat hanc opinionē. Secundo inducit cōclusionem intentam, ibi ☞ Igitur quia cunctos ☜ . Circa primū duo facit. Primo disputat cōtra illos qui prædictam positionē propter aliquā rationē vel dubitationem posuerunt. Secundo cōtra ꝓterruentes, ibi ☞ Sunt autem quidam. ☜ Circa primum ponit septem rōnes. Circa primam sic dicit. Ostensum est ꝙ non oīa sunt mutabilia, sed de veritate ꝙ non omne apparēs sit verū, ista cōsideranda sunt: quorū primū est ꝙ sensus nō est proprie causa falsitatis, sed phantasia, quæ nō est idē sensui, quasi dicat. Diuersitas iudiciorum quæ datur de sensibilibus nō peruenit ex sensu, sed ex phantasia, ad quā propter aliquod impedimentum naturę proueniunt decepriones sensuum. Phantasia autem non est eadem sensui, vt ꝓbatur tertio de anima, sed est motus factus à sensu secundum actum. Vnde ꝙ ipsi attribuerūt sensui istam diuersitatē iudiciorum, per quā vnus iudicatur falsum sentire de hoc de quo alius verum sentit, non cōuenienter faciunt. Alia trāslatio melius habet ☞ Et primum quidem quia nec sensus falsus proprij est: Sed phantasia nō idem est sensui ☜ quasi dicat ꝙ nullus sensus de ꝓprio obiecto decipitur, sicut visus non decipitur de coloribus. Ex quo patet ꝙ iudicium sensus de sensibili proprio est determinatum. Vnde oportet determinatam veritatē esse in rebus. Et si obiciatur ꝙ aliquando etiam circa sensibilia propria error accidit, respondet ꝙ hoc nō est ex sensu, sed ex phantasia per cuius indispositionem aliquando contingit ꝙ id quod per sensum accipitur, aliter ad ipsam perueniat q̄ sensu percipiatur, sicut patet in phreneticis in quibus organum phantasiæ est læsum.

Deinde dignum est admiratione si hoc dubitent, vtrū tantæ sint magnitudines tales q; colores, quātę ac quales hisce qui sunt remotis an tātæ quales hisce qui sunt propinqui videnē: & vtrum tales sint quales sanis, an tales quales ægrotantibus ipsis apparent: & vtrum ea sint grauiora quæ imbecillis an ea quæ robustis videntur: & etiam vtrum ea sint vera quæ dormientibus, an ea quæ vigilantibus ipsis apparent. Nam nō ita ipsos putare patet. Nemo nāq; si sit in Africa, deinde noctu se esse Athenis existimauerit, ad Lycium proficiscitur.

parte. 2. Deinde dignū mirari si hoc dubitatur, vtrū tantæ sunt magnitudines, & colores tales quales a remotis videnē, aut quales de prope: & vtrū qualia sanis, aut qualia laboratibus. Et grauiora, vtrū qualia debilibus, aut qualia robustis. Et vera, vtrū q̄lia dormiētibus, aut q̄lia vigilātibus. Quod qdē enim non putant palam. Nullus ergo si putauerit se de nocte Athenis esse ens in Libya, vadit ad Lycium.

Licium. i. Oppidū græ. quod est lo c⁹ vbi cantāt cicadæ.

Secūdam rationē ponit, circa quā sic dicit. Dignū est admirari si aliqui de hoc ☞ quærunt ☜ vel ☞ dubitant ☜ ſm aliā literam, vtrum magnitudines tales sint quales videnē à remotis, vel quales videnē à propinquis. Quasi enim per se verū est ꝙ sensus, ꝓpinquas magnitudines iudicat tales esse, quales sunt, remotas autē minores q̄ sint, quia quod à remottori videtur, videt minus, vt in perspectiua probat. Et simile est si quis dubitat vtrum colores sint tales quales videnē à remotis, vel quales videnē à propinquis. Cōstat enim ꝙ virtus agentis quāto plus in remotis porrigit in agendo, tanto deficientior eius inuenitur effectus. Ignis enim minus calefacit quæ distant, q̄ quæ sunt propinqua. Vnde & color cōrporis perfecti sensitiui non ita immutat perfecte in remoto, vt in ꝓpinquo diaphanum. Et propter hoc verius est iudicium sensus de coloribus sensibilibus in ꝓpinquo q̄ in remoto. Et simile est etiam si quis dubitat vtrum aliqua talia sint qualia videntur ☞ laborantibus ☜ .i. infirmis. Sani enim habent organa sensuum bene dispositā, & ideo spēs sensibiliū in eis recipiunt prout sunt, & ꝓpter hoc verum est iudicium sanoꝝ de sensibilibus. Organa vero infirmoꝝ sunt indispositā. Vnde non cōuenienter immutant à sensibilibus. Et propter hoc eoꝝ iudicium de eis non est rectum, vt patet in gustu: cuius organū quia in infirmis corruptis humoribus est infectū, ea quæ sunt boni saporis eis insipida videnē. Et simile iterum est vtrum pondera sint ita grauia sicut videntur debilibus, vel sicut videntur robustis. Cōstat enim ꝙ robusti de ponderibus iudicant ſm ꝙ sunt. Non aūt ita est in debilibus in quibus difficultas ad sustinendū pondus, non solū prouenit ex magnitudine ponderis, quēadmodū in robustis, sed etiam ex paucitate virtutis. Vnde etiā parua pōdera eis magna videnē. Simile est si aliqui dubitant vtrum veritas sic se habeat sicut videt dormiētibus, aut sicut videt vigilāribus. In dormientibus enim ligati sunt sensus, & ita iudiciū eoꝝ de sensibilibus non potest esse liberū, sicut est iudiciū vigilantium, quoꝝ sensus sunt soluti. Supra autem dictū est ꝙ mirandum est si dubitant, quia ex eoꝝ actibus apparet, ꝙ non dubitāt, nec existimant oīa prædicta iudicia æqualiter esse vera. Si eīm aliquis existēs in Libya in somnis videat se esse Athenis, vel aliqs existēs Parisius videat se esse in Vngaria in somnis, à somno surgēs non talia operatur, qualia operaret si in vigilia hoc percepisset. Iret enim ad odion, id est ad locū quendā qui est Athenis, si in vigilia se

Athenis

Universidad de Deusto
Biblioteca

I Athenis esset videret, qđ non facit si hoc somniauit. Ergo patet ꝙ non putat similiter esse verũ, quod videt dormiẽti & vigilanti. Similiter põt argui de alijs quæstionibus prædictis. Licet enim oretenus de talibus quærant, tamen de eis in mente non dubitant. Vnde patet rationẽ esse nullam, qua ponebant omne quod videtur esse verum. Hoc enim ponebant, quia diuersarum opinionũ non potest accipi quæ verior sit, sicut supra dictum est.

Præterea medici opinio, vt inquit etiam Plato, atq; ignorantis hominis de futuro sano, aut non futuro, non æque profecto est certa.

parte.3. Amplius autem de futuro, vt & Plato dicit, nequaquã similiter propria medici opinio & ignorãtis, velut de futuro sanum fore, aut non futuro.

Tertiã rõnẽ ponit dicens ꝙ de futuris, sicut Plato dicebat, nõ simile ☞ est ꝓpria ☜ .i. principalis firma & vera & digna credi opinio medici, & ignorantis medicinã, sicut de hoc futuro quod est infirmatum sanari vel non sanari. Nã medicus qui scit causam sanitatis potest aliqua signa sanitatis futuræ præscire, quę nescit artis medicinalis ignarus. Vnde patet ꝙ stulta est opinio qua credit omnes opiniones æqualiter esse veras.

Præterea de ꝓpinquo quiuis ac alieno obiecto sensus, aut remoto ꝓpinquoue sibi nõ æque est certus. Sed de colore quidem certus est visus, non gustus. De sapore autem gustus, non visus.

Tex ꝑ.15. parte.4. Amplius aũt & nõ similiter in sensibilibus ꝓpria alicui & ꝓprij, aut ꝓpinqui & eius qđ ipsius. Et de coloribus quidẽ visus non gustus, de chymis vero, id est humoribus vel cibis gustus sed non visus.

L Quartã rõnẽ ponit, ga in sensibilibus nõ sit ☞ est ꝓpria ☜ .i. vera & credibilis iudicatio sensus de alieno sensibili, & de ꝓprio. Sicut visus nõ sit iudicat de coloribus & gustus. Sed credẽdũ est de coloribus iudicio visus. ☞ Et de chymis ☜ .i. saporibus iudicio gustus. Vnde si visus iudicet aliqd dulce esse, et gustus ꝓcipit idẽ esse amarũ, credẽ dũ est magis gustui ꝙ visui. Et sit etiã nõ est æqualis põderis iudicium sensus de ꝓprio sensibili, & de eo quod est ꝓprio propinquũ. Propinqua aũt proprijs sensibilibus hic dicuntur sensibilia cõia, vt magnitudo, numerus, & hmõi, circa quæ magis decipitur sensus q̃ circa sensibilia ꝓpria, minus tamẽ q̃ circa sensibilia alterius sensus, vel circa ea quæ sunt sensibilia per accidens. Et ita patet ꝙ stultũ est, dicere omnia iudicia æqualiter esse vera.

Quorum nunquã eodem in tempore quisquã simul idem sic sese habere, & nõ sic sese habere dicit.

M Quinetiam neq; diuerso in tẽpore ambigit de affectu, sed de eo circa quod accidit ipse affectus. Dico autem hoc pacto idem vinum, aut ipsum mutatum, aut instrumento mutato, interdum dulce, interdũ non dulce esse videbit. Sed dulce est tale semper cũ est, & nunquã mutatur: sed semper de eo verum dicit ipse gustus atque affectus, qui a dulci proficiscitur, & necessario talis.

Patte.5. Quorum vnusquisq; in eodẽ tempore, circa idẽ nunquã dicit ita & non ita simul habere. Sed nec in altero tẽpore circa passionẽ dubitauit, sed circa id cui accidit passio. Dico autem, puta idẽ quidem videbitur vinum, aut mutatum vinũ, aut corpore mutato, quandoq; quidem dulce esse, quandoq; autem non dulce. Sed quod nõ dulce, quale est quãdo fuerit, nunquã mutauit: sed semper de ipso verũ dicit, & est ex necessitate existens tale dulce.

Quintã rõnem ponit dicens, ꝙ nullus sensus in eodem tpe simul dicit circa idẽ ita se habere & nõ habere. In eodem enim tpe nõ dicit visus aliqd esse albũ & nõ album, nec bicubitũ & non bicubitum, nec dulce & non dulce. Sed quãuis in diuersis tẽporibus, videat iudiciũ sensus opposita de eodem iudicare, nunquã tamẽ dubitatio accidit ex iudicio circa passionẽ ipsam sensibilem, sed circa passionis subiectũ, verbi gratia, de eodẽ subiecto. s. vino gustui, qñq; videt quod est dulce, & qñq; quod nõ est dulce. Quod ꝓuenit vel ꝓpter mutationẽ corporis sensibilis, uel intrinseci quod est infectũ amaris humoribus. Et sic qđ quid gustat ei nõ dulce videt, vel ꝓpter mutationẽ ipsius vini. Sed nunquã gustus mutat iudicium suũ quin ipsam dulcedinem talem iudicet esse qualem perpendit in dulci, quando iudicauit eam esse dulcem, sed de ipsa dulcedine semper verum dicit, & semper eodem modo. Vnde si iudiciũ sensus est verum, sicut ipsi ponunt, sequitur etiam ꝙ natura dulcis ex necessitate sit talis, & sic aliquid erit determinate verum in rebus. Sequitur etiã ꝙ nunquã affirmatio vel negatio sunt simul vera, quia nunquã sensus simul dicit aliquid esse dulce & non dulce, vt dictum est.

N

O

Et tamen hocipsum omnes hę sententiæ tollunt. Quẽadmodũ em̃ & substantiã esse nullius, sic & nihil necessario esse dicũt. Necessariũ em̃ vt aliter sese habeat, fieri minime potest. Quare si quippiam necessario sit, id non sane ita, & non ita sese habebit.

Parte.6. Necessariũ quid sit.

Quãuis & hæc hæ rõnes oẽs auferunt quemadmodum & substantiã non esse nullius, ita nec ex necessitate nihil. Necessariũ enim quod non cõtingit aliter & aliter se habere. Quare & siquidem ex necessitate, non habebit ita & non ita.

Sextã rõnem ponit dicẽs, ꝙ prędictæ rõnes oẽs vel opiniones sicut auferunt omnia substantialia prædicata, vt supra ostensum est, ita auferũt oĩa prædicata necessaria. Sequitur enim ꝙ nihil de altero ꝑdicaẽ substãtialiter aut necessario. Et ꝙ nõ substãtialiter, ex supra dictis patet. Quod aũt nõ necessario sic, ꝓbãt, ga necessariũ est, qđ non contingit aliter se habere. Si ergo omne quod est, est sic uel aliter ꝑm eos qui dicunt cõtradictoria simul esse vera, & oppositas opiniones, sequetur ꝙ nihil sit necessarium in rebus.

P Tex.cõ.11

C

Atq; oĩno si sensibilia solũ sint, nihil erit ꝓfecto, si animãtia nõ sint: sensus.n. nõ erit. Fortasse igitur verũ est, neq; sensibilia, neq; sensus ꝓceptiones esse: hoc est em̃ sentientis affectus. At impossibile est & sine sensu ea subiecta nõ esse, q̃ faciũt sensum. Nõ. n. ipse sensus est sui, sed est & aliquid aliud præter sensum, qđ quidẽ antecedere sensum necesse est. Id em̃ quod mouet, prius est eo natura qđ mouet. Neq; id minus est, & si hæc ipsa mutuo referuntur.

Q

parte.7.

Et ex toto si est actu sensibile solũ, nihil vtiq; erit solum nõ existẽtibus animatis. Sensus enim nõ erit. Neq; quidẽ igitur sensibilia esse, & neq; sensationes forsan verũ. Sentientis enim passio hęc est. Subiecta vero non esse q̃ sensum faciunt, & sine sensu impossibile. Non enim sensus suimet est, sed aliquid alterũ præter sensum, quod prius esse sensu necesse est. Mouens enim moto prius est natura. Et vtiq; si adinuicem dicantur hæc ipsa, nihil minus.

Septimam rationem ponit dicens. Si omne apparẽs est verũ, nec aliqd est verũ nisi ex hoc ipso quod est apparens sensui, sequeẽ ꝙ nihil est nisi inquantũ sensibile est in actu. Sed si solũ sic aliqd est. s. inquantũ est sensibile, sequeẽ ꝙ nihil sit si non erunt sensus. Et per consequens si non erunt animata

A ãnsmata vel ãalia. Hoc autẽ est impossibile. Nã hoc põt esse verum ꝙ sensibilia inquantum sensibilia non sunt. i. si accipiãt prout sunt sensibilia in actu, ꝙ non sunt sine sensibus. Sunt enim sensibilia in actu ꝑm ꝙ sunt in sensu. Et ꝑm hoc omne sensibile in actu est quædam passio sentientis, quę non potest esse si sentiẽtia non sunt. Sed ꝙ ipsa sensibilia quæ faciunt hanc passionẽ in sensu nõ sint, hoc est impossibile. Quod sic patet. Remoto enim posteriori nõ remouet prius, sed res faciens passiones in sensu non est ipsemet sensus, qa sensus nõ est suimet, sed alterius, quod oportet esse prius sensu naturaliter, sicut mouens moto naturaliter est prius. Visus enim non uidet se sed colorẽ. Et si cõtra hoc dicaẽ ꝙ sensibile & sensus sunt relatiua adinuicem dicta, & ita simul natura, & interempto vno interimitur aliud, nihilominus sequitẽ propositũ, quia sensibile in potẽtia non dicitẽ relatiue ad sensum quasi ad ipsum referat, sed quia sensus referẽ ad ipsum, ut in quinto huius habetur. Patet igit ꝙ impossibile est dici ꝙ ex hoc sunt aliqua vera, qa sensui apparẽt. Quod ponunt illi qui ponunt oĩa apparentia esse vera, vt ex prędictis patet. Lectio. xv.

B Tex.cõ.10

Sunt autẽ quidã qui dubitãt, & eoꝝ qui persuasi sunt, & eorũ etiã qui solũ has sentẽtias dicunt. Quęritant enim quisna sit ille qui sanum hoiem discernit, & eum oĩno qui circa singula recte iudicat atq; discernit. Tales vero dubitationes similes huic sunt dubitationi. Dorminus ne nũc, an vigilamus? Idem autẽ oẽs huiusce modi dubitationes possunt. Oĩum enim hi rõnem esse censent. Eteĩ principiũ q̃unt, atq; hoc per demonstrationẽ accipere. Nõ esse nãq; persuasos in ipsis actionibus patet. Sed vt diximus hic est ipsoꝝ error. Rõnem enim eoꝝ q̃rit, quorũ nulla est rõ. Principii em̃ demõstrationis non est demonstratio. Atq; hi quidẽ facile id ita esse persuaderi possunt. Nõ est enim difficile vt accipiatur.

Tex.cõ.26 Parte.1.

Svnt autẽ quidam qui dubitant, hmõi persuasorum, & has rõnes solum dicentium. Quærunt enim quis qui iudicat sanũ, & omnino circa singula recte iudicantẽ. Tales vero dubitatiões similes sunt dubitationi, vtrum dormimus nunc, aut vigilamus? Possunt autẽ omnes dubitationes tales idem. Omnium enim rationem hi dignificãt esse. Principium enim quęrunt, & hoc per demonstrationem accipere. Quãdoq; vero ꝙ nõ persuasi sunt, manifesti sunt in actibus. Sed secundũ ꝙ quidem diximus, hæc eorum passio est. Rationẽ enim quęrunt, quorum nõ est ratio. Demonstrationis enim principium nõ est demonstratio. Hi quidem vtiq; facile hoc credent. Est enim non difficile sumere.

b

DISPVTAT cõtra illos qui ꝑdictã rõnem non ex ratione, sed ex pertinacia susceperũt, & circa hoc duo facit. Primo ponit qualiter isti mouentur ad hanc opinionẽ ponendam. Secũdo ostendit qualiter est resistendum, ibi: ☞ Qui vero vim in solo verbo &c. ☜ Dicit ergo primo, ꝙ præter prędictos qui in prædictã opinionẽ ex quibusdam dubitationibus inciderunt, sunt aliqui qui interrogant ☞ persuasos in his ☜ .s. opinionibus, id est deceptos, vt eos in deceptione detineant, & has solas rationes habẽt ad suam opinionẽ confirmandam. Alia translatio habet. Sunt autem quidam qui desciũt siue dubitant hmõi persuasorum has rationes solum dicentiũ. Et est sensus ꝙ quidam deceptoꝝ, qui prædictam opinionem tenent, has solas dubitationes tenẽt, & his rationibus vtuntur, quę infra dicenẽ. Si enim dicatur eis ꝙ inter cõtrarias opiniones credendum est magis sanis q̃ infirmis, & sapientibus q̃ ignorantibus, & vigilantibus & dormientibus, ipsi iterato q̃runt quomodo possit dijudicari sanus per certitudinẽ ab infirmo, & vigilans à dormiẽte, & sapiens à stulto. Et breuiter in omnibus diuersitatibus opinionũ quomodo potest discerni quis illorum iudicat recte in omnibus, cum quibusdam videatur aliquis esse sapiens, qui alijs videtur stultus, & sic de alijs. Sed istæ dubitationes stultę sunt. Similes enim sunt illi dubitationi qua dubitatur, vtrũ nunc dormiamus an vigilemus. Horum enim omnium distinctio per se nõ est. Omnes autẽ dubitationes prædictæ idẽ valent, quia ex eadem radice procedunt. Volunt enim isti sophistæ ꝙ omnium possunt accipi rationes demonstratiuæ. Patet enim ꝙ ipsi quærebant accipere aliquod principium, quod esset eis quasi regula ad discernendum inter infirmum & sanum, inter vigilantem & dormientẽ. Nec erant contenti istam regulam qualitercũq; scire, sed eã volebant per demonstrationẽ accipere. Ergo ꝙ ipsi decepti sunt, manifestũ est in eorũ actibus ꝑm ꝙ diximus. Ex quibus apparet ꝙ positio eorũ sit falsa. Nam si æqualiter efficax esset iudicium dormientis & vigilantis, eadem sequerentur in actibus hominum ex vtroq; iudicio, quod patet esse falsum. Alia litera habet. Quãdoq; vero ꝙ nõ persuasi sunt. Et est sinã conuenientior ꝓmissis. Ipsi enim licet hoc ponant & oretenus quęrant, nõ tamen mente in hoc decipiuntur ꝙ credant similiter esse verũ iudicium dormientis & vigilantis, quod ex eorum actibus patet, vt dictum est. Sed quãuis non sint decepti vt in hoc dubitent, hæc ☞ tamen est passio eorum ☜ .i. infirmitas mentis ꝙ quęrũt rationẽ demonstratiuam eoꝝ quorum nõ est demonstratio. Nam ☞ principiũ demonstrationis nõ est demonstratio ☜ .i. de eo demonstratio esse non potest. Et hoc est eis facile ad credendum, quia non est hoc difficile sumere etiã per demonstrationem. Ratio enim demonstratiua probat ꝙ non omnia demonstrari possunt, quia sic esset abire in infinitum. Deinde cum dicit.

D

E

F

Qui vero in ratione vim solum quæritãt, impossibile quærunt. Etenim continuo simul ipsi cõtraria dicunt, deinde sibi deductionem censent ad contraria fieri oportere.

Parte. 2.

Qui vero vim in solo verbo quærunt, impossibile quærunt. Contraria nanq; dicere dignificant statim contraria dicentes.

Disputat cõtra istos vel cõtra alios q nec hac rõne mouentẽ ad ponendum oĩa apparẽtia esse vera, quia nõ potest per demonstrationẽ accipi regula per quã certitudinaliter possit discerni inter iudicantes uere & non vere, sed solum ex quadã potentia rõnem prędictam ponunt. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit ꝙ tales ꝓterueniẽtes tẽdant ducere ad impossibile. Secũdo qualiter resistendum est eis apparenter, ibi: ☞ Verum si non omnia. ☜ Tertio qualiter eis obuiandũ est ꝑm veritatẽ, ibi: ☞ Et sicut ꝑdictũ est &c. ☜ Dicit ergo primo ꝙ illi qui q̃unt ☞ vim in solo verbo ☜ .i. qui non mouentur ex aliqua ratione, nec propter difficultatem alicuius dubitationis, nec propter defectum demonstrationis, sed solum verbis innituntur, & credunt ꝙ oĩa possunt dicere quæ improbari non possunt, isti tales quærunt ducere ad aliquod impossibile. Volunt enim ad hoc ducere ꝙ contraria sint simul vera, per hoc ꝙ omnia apparentia sunt vera. Deinde cum dicit.

H Parte seq. parte. 4. huius lect.

At si non oĩa sint ad aliquid, sed aliqua etiam per seipsa sint: nõ omne sane quod apparet fuerit verũ. Id enim quod apparet, alicui est apparens. Quare q dicit omnia q̃ videnẽ atq; apparent vera esse, is oĩa quæ sunt ad aliquid facit. Quapropter & cauẽdum est hisce qui vim in rõne quæritant. & ob hoc subeunt disputationẽ. Non enim eos dicere oportet id

quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod videt esse verũ,sed addant oportet cui videt, & cũ videt,& quo videt,eodẽq; modo.Quod si disputent q idẽ,non autẽ hoc pacto subeant disputationẽ,eueniet ipsis, vt cito cotraria dicãt.Fieri nãq; põt,vt idẽ visu quidẽ mel esse ,gustu autẽ nõ eẽ mel videat:& vtrisq; oculis,si sint dissimiles, non idem appareat. Nam ad eos q ppter causas olim dictas id quod vt inquiunt esse verũ, atq; ob idipsum oia similiter vera fallaq; esse dicũt,facilis est obiectio. Fieri nãq; potest,vt neq; oibus eadem,neq; sibi semper eadẽ,sed sæpe cõtraria eodẽ in tempore videantur. Nãq; idem tactu quidẽ cũ digitus super digito ponit,duo: visu autẽ vnum esse videt. At nõ eodẽ sensu,atq; per idẽ,& eodẽ modo tẽporeq; eodẽ. Quare hoc erit verũ. Sed fortasse ppter hoc necesse est hisce dicere,qui nõ ob dubitationẽ,sed disputationis gratia,dicunt non esse hoc verum,sed huic verũ.

Vtrũ ĩ non oia sunt ad aliqd,sed quædã scĩm se, nõ erit vtiq; oẽ quod apparet verũ. Nã quod apparet,alicui apparet. Quare qui oia quæ apparent esse vera dicit,omnia quę sunt facit ad aliquid. Propter quod & obseruandũ vim in sermone quærentibus, simul aũt & sustinere sermonẽ dignificatibus, q nõ quod apparet,est:sed quod apparet, cui apparet, & qñ apparet,inquantũ,& vt. Si autẽ sustineant quidẽ sermonẽ,non ĩc autẽ sustineant,accidet ipsis cõtraria cito dicere. Cõtingit enim ſm visum eisdem mel apparere,gustu vero nõ. Et oculis duobus existentibus non eadẽ vtriq; visui,si sunt dissimiles. Quoniã ad dicentes ppter iã dictas causas quod apparet verum esse,& ppter hoc similiter oia esse vera & falsa. Neq; n. oibus eadẽ apparere contingit. Nec. n. accident semp eadẽ,sed multoties contraria ſm idẽ tps. Tactus enim duo dicit in digitoꝝ varietate,& visus vnum:aut nullatenus idem,& scĩm idẽ sensui, & similiter,& in eodẽ tempore. Quare hoc vtiq; erit verum. Sed forsan ideo erat necesse dicere, nõ propter dubitationem, sed orationis causa dicentibus: quia hoc non est verum,sed huic verum.

Docet ex eorum positione eis resistere, & prædictũ inconuenies euitare dicens, q nisi ponantur oia quæ sunt esse ad aliquid,tũ potest dici q omne apparẽs sit verum. Si enim sunt quædam in rebus quæ ſm se habent esse absolutum,nõ per relationis sensum vel opinionem,non idem erit eis esse, quod apparere. Hoc enim dicit relationem ad sensum vel opinionem,quia apparẽs alicui apparet. Et ita oportebit q non apparens sit verum. Patet igitur q quicũq; dicit omnia apparẽtia esse vera,dicit omnia entia esse ad aliquid. ſ. in respectu ad opinionem vel sensum. Et ideo contra prædictos sophistas qui quærunt vim in oratione,si aliquis dignetur eis ⁊ dare orationem ⁊. i. concedere hanc positionem quã ipsi ponunt,custo diendum siue obseruandum est eis ne deducantur ad concedendum cõtradictoria simul esse vera. Quia non est dicendum absolute q omne apparens est verum: sed quod apparet est uerum, cui apparet,& quantũ apparet,& quando apparet,& sicut apparet. Hoc enim licitũ erat nobis apponere, ex quo res non habẽt esse absolutum,sed relatiuum tantum. Ideo autem hoc obseruandũ est volentibus hanc positionẽ concedere,quia si aliquis concedat eis q omne apparens est verum,& ita non cõcedat' cum ꝓdictis determinationibus, sicut dictum est,sequet' q statim dicat cõtraria simul esse vera. Contingit enim q idem ſm visum videt mel ppter similem colorẽ mellis,& ſm gustum non mel ppter dissimilem saporẽ. Et similiter cum duo oculi sint dissimiles, non eadẽ est visio quæ fit per vtrũq; oculũ, vel non eadẽ videnẽ vtriq; visui,quã fit per vtrũq; oculũ. Vt si pupilla vnius oculi infecta sit aliquo grosso vel nigro uapore,alia vero puta,videbuntur per oculum infectum omnia nigra vel obscura,per alium autẽ nõ. Ideo autẽ dico hoc esse custodiendum vel obseruandũ,quia hoc est necessariũ apud prædictos sophistas,qui dicũt ex causis ꝓdictis omne apparens esse uerum. Et ex hoc sequi potest q oĩa simil' sunt vera & falsa, ppter hoc q non oibus eadem apparent, nec etiã eadem ad seipsm,cum multoties idem homo ſm idem tempus iudicet contraria ſm diuersos sensus. Sicut visus iudicat esse vnum,quod tactus iudicat esse duo ppter variationem digitorũ. Ex qua cõuenit q idẽ tangibile per diuersa instrumenta tangibilia. ſ. tactus per diuersos digitos, ad vim tactiuam peruenit ac si essent duo tangibilia. Nullatenus autem eidem homini secundum eundem sensum similiter & in eodem tempore,videtur q hoc sit uerum. ſ. contraria simul esse. Ideo autem forsan est necessarium sic respondere prædictis sophistis, qui dicunt non propter dubitationẽ sed orationis causa: quasi ex proteruia ipsam orationem propter seipsam concedentibus, quia hoc non est verum simpliciter, sed huic verum. Ex hoc enim non sequitur cõtradictoria simul esse vera. Esse enim huic verum,& non esse verum illi, non est contradictoriũ. Deinde cum dicit.

Atq; vt antea dictũ est,necesse est ad aliquid oĩa facere & ad opinationẽ,& sensũ. Quare neq; fuit qcq̃ neq; etiã erit,si nullus antea fuit opinatus. Quod si fuit vel erit,patet non oia ad opinionem referri.

Et sicut prædictum, est necesse ad aliquid facere omnia,& ad opinionẽ & sensum. Quare nec factum est,nec erit nihil, nullo ppinante. Si vero factũ est, aut erit,palam quia non erunt oĩa ad opinionem.

Docet resistere sophistis prædictis ſm veritatẽ, & non solum ad hoiem. ſ. non cõcedendo falsam opinionem quã ipsi ponunt. Et hoc duabus rõnibus, quarum prima sic dicit. Sicut dictum est prius, si omne apparens est vertũ, necesse ⁊ est facere omnia ad aliquid ⁊. ſ. ad opinionẽ & sensum. Et ex hoc sequit hoc inconueniens q nihil sit, nec fiat, nullo opiname. Si autẽ hoc falsum est, quia multa sunt & fiunt de quibus nulla est opinio vel cognitio, sicut q̃ sunt in pfundo maris vel in visceribus terræ, manifestũ est q non omnia sunt ad aliquid, id est ad opinionẽ & sensum. Et ita non omne apparens est verum.

Præterea si vnum ad vnũ aut ad definitum refertur,& si idem est & dimidiũ & æquale,sed non æquale ad duplum,neq; dimidium ad æquale refertur: si idẽ sit homo, atq; id de quo habetur opinio, id qđ opinatur non erit homo , sed id de quo habet' opinio. Quod si vnũquodq; erit ad id quod opinatur, id sane quod opinatur ſ. ecie fuerit infinita.

Amplius si vnũ ad vnum, aut ad determinatum. Et si idẽ dimidium & æquale,sed non æquale ad duplũ, neq; dimidiũ ad æquale. Verum ad opinans si idem est homo & opinatum, non est homo opinãs, sed opinatum. Si vero vnumquodq; fuerit ad opinans,ad infinita erit ſpecie opinans.

Ponit scĩdam rõnem dicens, q vnũ non refertur nisi ad vnũ,& non ad quodcũq; vnũ, sed ad vnũ determinatum. Sicut patet q sint idẽ subiecto dimidium & æquale, non tamen ad æquale dicitur duplũ, sed magis ad dimidium. Æquale uero dicetur ad æquale. Et similiter si ipse homo qui est opinans sit etiam opinatus, non refertur homo ad

opinans

opinans inquantum est opinãs, sed inquantum est opinatus. Si igitur omnia entia inquantum sunt huiusmodi, referuntur ad opinans inquantum opinans est, sequetur q hoc quod dico opinans non sit vnum, cum ad vnum non referatur nisi vnum, sed infinita scĩm speciem cum infinita referuntur ad ipsum, quod est impossibile. Vnde non potest dici quòd omnia relatiue dicantur ad opinans, nec per consequens quòd omne apparens vel opinans sit verum. Deinde cum dicit.

Esse igitur hanc opinionem firmissimam omniũ, non esse inquam veras enuntiationes oppositas: & quid hisce accidit qui ita dicunt,& cur ita dicunt, satis a nobis est dictum.

Igitur qa cunctoꝝ est opinio firmissima,non esse simul veras oppositas dictiones: & quid accidit ita dicentibus,& quare ita dicunt,tot sunt dicta.

Concludit conclusionẽ suam intentũ, & circa hoc duo facit. Primo ponit ipsam principalẽ conclusionẽ. Secũdo inducit quoddam corollarium ex ea,ibi: ⁊ Si igit impossibile. ⁊ Dicit ergo primo q ex prędictis patet, q inter oẽs opiniones uel sntias ista est firmissima, qua dicit oppositas dictiones siue propositiones siue contradictiones non simul esse veras. Et etiã dictum est quæ inconuenientia accidunt dicentibus eas simul esse veras, & ex qua causa moti sunt ad illa dicendum. Deinde cum dicit.

Cum autẽ fieri nequeat vt cõtradictoria simul de eodẽ sint vera,perspicuũ est neq; fieri posse quo cõtraria simul eidem insint. Est enim alterum contrariorum non minus priuatio. Substantiæ vero priuatio negatio est ab aliquo genere definito. Si igitur impossibile est vere simul affirmare atq; negare, fieri quoq; nõ potest, vt cõtraria simul insint, nisi aut aliqua ex parte ambo, aut alterũ quidem aliqua ex parte,alterum vero simpliciter insit.

Quoniã autem impossibile est contradictionem veram simul esse de eodem,palam quia nec cõtraria simul inesse eidẽ contingit. Cõtrariorum enim alterum est priuatio. Non vero minus substantię priuatio negatio est ab aliquo genere determinato. Si igitur ipossibile est simul affirmare & negare vere,impossibile est cõtraria simul inesse,sed vel quo ambo vel quo alterum:alterũ vero simpliciter aut non.

Concludit corollariũ,dicens,ex dictis q quia impossibile est simul contradictionẽ verificari de eodem, manifestum est q nec etiam cõtraria eidẽ inesse possunt, quia manifestum est q non minus in cõtrarijs alterum eoꝝ est priuatio, cũ in alijs oppositis,licet vtrũq; cõtrariorũ sit natura aliqua,quod non est in affirmatione & negatione,vel in priuatione & habitu. Alterũ enim eoꝝ est imperfectiũ respectu alterius,sicut nigrum respectu albi,& amarũ respectu dulcis. Et sic habet priuationẽ quandam adiunctam. Priuatio autẽ est ⁊ aliqua negatio substãtiæ ⁊. i. in aliquo subiecto determinato. Et est etiã ab aliquo genere determinato. Est enim negatio infra genus. Non enim omne nõ videns dicit cæcũ,sed solũ in genere videntiũ. Sic igitur patet q contrarium includit priuationẽ, & priuatio est q̃dam negatio. Si igitur impossibile est simul affirmare & negare,impossibile est cõtraria simul inesse eidẽ simpliciter,sed vel ⁊ ambo insunt quo ⁊. i. ſm aliquid,sicut quando vtrũq; in potentia vel scĩm partẽ, vel vnum ſm quid & alterũ simpliciter. Sicut qñ vnum est in actu & alterũ est in potentia,uel vnum ſm plures & principaliores partes,alterũ tantum ſm aliquam partem,sicut æthiops est niger simpliciter & albus dentes.

Lectio. xvj.

At vero neq; fit vt inter cõtradictoria quicquã cadat,sed aut affirmet' vnum de vno quiduis, aut negetur necesse est. Patebit autem id ita esse, si primo quidnam sit verũ,& quid falsum diffiniremus. Nã dicere quidẽ id quod est nõ esse, aut id quod nõ est esse,est falsum: dicere vero id qđ est esse, & id quod non est nõ esse,est verũ. Quare & qui dicit illud medium esse,aut nõ esse,verũ aut falsum dicet: sed neq; id quod est,neq; id quod nõ est,esse aut nõ esse dicit.

Aſſa ſitera. At ſo nec cõtradictionis mediũ esse contingit. parte. 1.

Verum nec inter cõtradictiones quicquã medium esse contingit,sed necessarium aut dicere aut negare vnum de vnoquoq;. Palam autem, primum quidem diffinientibus quid verum est & falsum. Dicere nanq; ens non esse,aut non ens esse, falsum. Ens autem esse, & non ens non esse, verum est. Quare qui dixerit ita esse, aut non esse, verum dicet aut mentietur: sed neque ens dicet non esse, aut esse,neque non ens.

Hic disputat ⁊ ponentes ꝓdictoria esse simul ꝙ dicũt via, ſtũ ĩ ꝑma ſeptẽ rõnibus ꝓcedit prima. Infra le. ſe. parte. 8. huius lect.

Dicit q̃ etiã contingit, q̃ aliqua duo adinuicẽ sibi sunt causæ, quod impossibile est in eodẽ genere cãe. Manifestum uero fit multipliciter dictis causis. Sicut dolor est incisione vulneris est causa sanitatis, vt efficiens siue principiũ motus. Sanitas autẽ est causa illius doloris, ut finis. Secundum enim idẽ genus causæ aliquid esse cãm & causatũ est impossibile. Alia littera habet melius ☞ laborare causa est euexiæ ☜. i. bonæ dispositionis, q̃ causat̃ ex labore moderato qui ad digestionẽ cõfert, & superfluos humores consumit. Sciendum est autẽ q̃ cum sint quatuor causæ superius positæ, earũ duæ sibiinuicẽ correspõdent, & aliæ duę similiter. Nã efficiens & finis sibi correspõdent inuicem, quia efficiẽs est principiũ motus, finis autẽ terminus. Et similiter materia & forma. Nã forma dat esse, materia autẽ recipit. Est igit̃ efficiens cã finis, finis autẽ causa efficientis. Efficiens est causa finis quãtũ ad esse quidẽ, quia mouendo perducit efficiẽs ad hoc q̃ sit finis. Finis autẽ est causa efficientis, non quantũ ad esse, sed quantũ ad rõnem causalitatis. Nam efficiẽs est causa inquantũ agit, non autẽ agit nisi causa finis. Vnde ex fine habet suam causalitatẽ efficiens. Forma autẽ & materia sibiinuicem sunt causa quantũ ad esse. Forma quidẽ materiæ inquantũ dat ei esse actu, materia vero formæ inquantũ sustẽtat ipsam. Dico autẽ vtrũq; horum sibi inuicẽ esse causam essendi vel simpliciter vel secundum quid. Nam forma substantialis dat esse materiæ simpliciter. Forma autem accidentalis secundũ quid, ꝓut etiam forma est. Materia etiã quandoq; non sustentat formam ſm esse simpliciter, sed ſm q̃ est forma huius, habẽs esse in hoc, sicut se habet corpus humanum ad animam rationalem. Tertium ponit ibi.

P

Quo effectus se inuicem causant.

Q

Idem insuper contrariorum interdum est causa. Quod enim præsens causa cuiuspiam est, id & absens nonnunquã cãm esse contrarii dicimus. Vt gubernatoris absentiam subuersionis nauis, cuius præsentia causa erat salutis. Vtrũq; tamen & præsentia, & absentia, causæ sunt vt mouentes.

Amplius autẽ idem q̃q; contrariorum est causa. Quod enim præsens, huius est causa: hoc absens, causamur quandoq; de contrario. Vt absentia gubernatoris deperditionis nauis, cuius erat præsentia causa salutis. Vtraq; vero & præsentia & priuatio, causæ sunt quasi mouentes.

Dicit q̃ idẽ cõtrariorũ contingit esse cãm. Quod etiam difficile

difficile videbat̃ vel impossibile, si simpliciter ad vtrũq; referatur. Sed dissimiliter est cã vtriusq;. Illud enim quod per sui p̃sentiã est causa huius, q̃ est absens ☞ causamur ☜ id est accusamus ipsum ☞ de cõtrario ☜. i. dicimus ipsum esse cãm contrarij. Sicut patet q̃ gubernator per sui p̃sentiã est causa salutis nauis, dicimus eius absentiam esse causam perditionis. Ne autem putetur q̃ hoc sit referẽdum ad diuersa genera causarum, sicut & priora duo, ideo subiungit q̃ vtrunq; istorum reducitur ad idem genus causæ. s. ad cãm mouentem. Eodem enim modo oppositũ est causa oppositi, quo hæc est causa huius. Lectio. iij.

a

Fiuãt effectus plures ab vna causa per se eiusdem generis impossibile est.

Vniuersę autem nunc dictæ causæ, quatuor, in genera manifestissima cadunt. Elemẽta nanq; ſyllabarum, materiam conficiendorum operum arte, ignẽ, & terram, & talia omnia corporum partes totius, suppositiones deniq; conclusionis, vt id ex quo res fiunt, causas esse constat. Atq; horum quædam sunt subiectum, veluti partes: quædam vt quidditas, totum inquam, compositio, atq; forma. At semen medicus quique consuluit, & omnino efficiens, omnia sunt causæ vnde est principium mutationis aut quietis. Quædam autem sunt vt finis bonumq; cęterorũ: id enim gratia cuius cætera fiunt, optimum esse, finisq; illorũ solet. Inter sit autem nihil, bonum ipm, an apparens bonum dicatur. Tales igitur atque tot causæ speciei esse videntur.

B

Patte. 1.

OMnes vero causæ dictæ, in quatuor modos cadunt manifestissimos. Nam elementa ſyllabarum, & materia artificialium, & ignis & terra & talia omnia corporum, & partes totius, & suppositiones conclusionis, vt ex quo causæ sunt. Horum autem hæc quidem quasi subiectum, vt partes. Illa vero vt quod quid erat esse, vt totum, compositio, & species. Sperma vero & medicus & consiliator, & omnino efficiens, omnia sunt vnde principium permutationis aut status. Alia vero vt finis & bonum alioꝝ. Nam quod cuius causa, optimum, & finis aliorum vult esse. Nihil autem differt dicere siue bonum siue apparens bonum. Causæ igitur hæ sunt, & tot species.

C

HIC Philosophus reducit omnes causas in quatuor modos causarũ prædictos dicẽs, q̃ oĩa quæ dicunt̃ causæ incidunt in p̃dictos quatuor modos. Dicunt̃ enim ☞ elementa ☜. i. literę causæ syllabarum, & materia artificialiũ dicit̃ esse cã factoꝝ per artẽ, & ignis & terra & hmõi omnia simplicia corpora dicuntur esse causæ corporũ mixtorum. Et partes dicuntur esse causa totius. ☞ Et suppositiones ☜. i. propositiones p̃missæ ex quibus ꝓpositis syllogizat̃, dicuntur esse cã conclusionis, & in oibus istis est vna ratio causæ, ſm quod dicitur causa illud ex quo fit aliqd, quod est ratio causæ materialis. Sciendum est autem q̃ ꝓpositiones dicunt̃ esse materia cõclusionis, non quidem ſm q̃ sub tali forma existunt, vel ſm virtutẽ earum, (Sic enim magis se habẽt in ratione causæ efficientis) sed quãtum ad terminos ex quibus cõponunt̃. Nam ex terminis p̃missarum cõponitur conclusio. s. ex maiori & ex minori extremitate. Inter ea autẽ ex quibus res integrat̃, aliquid se habet per modum subiecti. Sicut partes & alia quæ p̃dicta sunt. Alia vero se habent vt ☞ quod quid erat esse ☜. s. totum, & cõpositio, & species, quæ pertinent ad rationẽ formæ secundum quã quidditas rei cõpletur. Sciendum est enim q̃ quandoq; vna res simpliciter est alicuius materia, sicut argentum phialæ, & tunc forma correspondens tali materiæ potest dici species. Quandoq; autẽ plures adinuicem adunatæ sunt materia alicuius rei, quod quidem cõtingit tripliciter. Quandoq; enim adunantur secundum ordinem tantum, sicut homines in exercitu, vel domus in ciuitate, & sic pro forma respondet totum quod designatur nomine exercitus vel ciuitatis. Quandoq; autem non solum adunantur ordine, sed cõtactu & colligatione, sicut apparet in partibus domus, & tunc respõdet pro forma compositio. Quandoq; autem super hoc additur alteratio cõponentium quod cõtingit in mixtione, & tunc forma est ipsa mixtio, quæ tamen est quædam compositionis species. Ex quolibet autem trium horũ sumitur quod quid est rei, scilicet ex compositione & specie & tot, sicut patet si diffiniretur exercitus domus, & phiala. Sic ergo habemus duos modos causæ. Secundũ autem aliam rationẽ dicitur causa sperma & medicus & cõsiliator & vniuersaliter omne faciens, ex eo. s. q̃ sunt principia motus & quietis. Vnde iam hoc est aliud genus causæ propter aliam rationẽ causandi. Ponit autem' sperma in hoc genere causæ, quia ſm eius sententiã sperma vim habet actiuã, mẽstruũ autẽ mulieris cędit in materiã concepti. Quarta vero rõ causandi est ſm q̃ aliqua dicunt̃ causæ per modũ finis & boni respectu aliorũ. Illud enim cuius causa fit aliquid est optimum inter alia ☞ & vult esse ☜. i. habet aptitudinẽ vt sit alioꝝ finis. Quia vero posset aliqs obijcere q̃ nõ semper bonũ est finis, cum q̃nq; aliqui inordinate agẽtes malum finem sibi cõstituãt, ideo rñdet q̃ nihil ad ꝓpositum differt dicere q̃ simpliciter sit bonum, vel apparẽs bonũ. Qui enim agit, agit per se loquẽdo propter bonum. Hoc enim intendit. Per accidens autẽ ꝓpter malum, inquãtum accidit ei quod existimat bonũ esse. Nullus enim agit propter aliquid intendens malum. Sciendum autẽ est q̃ licet finis sit vltimus in esse in quibusdã, in causalitate, tamẽ est prior semper. Vnde dicitur causa causarum, quia est causa causalitatis in omnibus causis. Est enim causa causalitatis efficiẽtis, vt iam dictum est. Efficiens autẽ est causa causalitatis & materiæ & formę. Nã facit per suum motum materiam esse susceptiuã formæ, & formã inesse materiæ. Et per consequens etiã finis est causa causalitatis & materiæ & formæ. Et ideo potissimæ demonstrationes sumuntur à fine, in illis in quibus agitur aliquid propter finem, sicut in naturalibus, in moralibus & artificialibus. Concludit igitur q̃ prædicta sunt causæ, & q̃ causæ secundum tot species distinguuntur. Deinde cum dicit.

D

Quæliter positis rebus cõsequitur esse, vel non esse.

Materia vel simpliciter, & secundum quid.

E

F

Atqui modi causarũ numero quidem sunt multi, si in capita autẽ & ipsi redigantur pauciores euadunt. Dicuntur enim causæ multipliciter, & ipsarũ quæ sunt eiusdem speciei, alia prior, alia & posterior, vt sanitatis, medicus atque artifex: & concentus eius qui omnes sonos complectitur duplum ac numerus: & semper eæ quæ continent quãuis singularium. Præterea vt accidens & genus huius, vt statuæ aliter Polycletus est causa, & aliter statuarius. Accidit enim statuario vt sit Polycletus. Et ea quæ continent accidens, velut homo est causa statuæ, aut omnino animal qui est Polycletus homo, & homo est animal. Sunt autem & accidentium alia remotiora aliis, atque propinquiora, ceu si albus ac musicus causa statuæ dicerentur, sed non solum Polycletus vel homo. Præter autem omnes quæ accommodate dicuntur & quæ per accidens, aliæ vt potentes, aliæ vt operantes dicuntur. Veluti extruendæ domus causa est ædificator, aut ædificans ædificator. Similiter & in hisce dicetur, quorum causæ sunt ipsæ causæ, vt huius statuæ, aut statuæ, aut omnino imaginis, & æris huiusce, aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

æris,aut omnino materiæ: & in accidentibus simili modo. Præterea & hæ & illæ cõplexæ dicent, veluti non Polycletus aut statuarius,sed statuarius Polycletus. Attamen hæc omnia multitudine quidẽ sunt sex,dupliciter autẽ dicentur. Nam aut vt singulare, aut vt genus,aut vt accidens,aut vt accidẽtis genus, aut vt cõiuncta hæc,aut vt seiuncta dicuntur: & insuper vt potentia aut actu. Interest autem tantum. Causæ enim actu & singulares,& ea quorũ sunt causæ, simul sunt,& non sunt:vt hic qui medetur, cum hoc qui sanatur:& hic qui ædificat, cum hoc q ædificatur. Sed quæ sunt potẽtia,non semper. Nõ enim simul domus ædificatorq; corrumpuntur.

patte.2.

Modi vero causarũ,numero quidem sunt multi, capitulatim vero & hi pauciores. Dicunt enim causæ multipliciter. Et earũ consspecialium prius & posterius altera alia,vt sanitatis medicus & artifex:diapason duplũ & numerus:& semper quæ singulariũ sunt cõtinentia. Amplius autem vt accidens & horũ genera, velut statuæ aliter Polycletus, & aliter statuæ factor,quia accidit statuę factori Polycletũ esse: & continentia accidens,vt homo causa statuę:aut & totaliter animal, quia Polycletus homo est & animal. Sunt etiã & accidentium aliis remotiora & propinquiora,vt si album & musicũ causa dicuntur statuæ,& non solũ Polycletus aut homo. Præter omnia autem & proprie dicta & ſm accidens, hæc quidem vt potentia dicuntur, illa vero vt agentia, vt ædificationis ędificator,aut ædificãs. Similiter autem dicẽtur,& in quibus causæ sunt causæ dictis: vt huius statuę,aut statuę,aut omnino imaginis,aut æris,aut æris huius,aut omnino materiæ:& in accidentibus similiter. Amplius autẽ complexa & ea & illa dicentur,vt nec Polycletus, nec statuæ factor, sed Polycletus statuæ factor. Attamẽ ea omnia sunt pluralitate sex, sed dupliciter dicta. Aut enim vt singulare,aut genus. Et secundum se aut secundũ accidens,aut vt genus accidentis. Aut vt ea cõplexa, aut simpliciter dicta. Amplius autẽ vt agentia, aut ſm potentiam. Differunt autẽ intantũ q agentia quidẽ singularia simul sunt & non sunt cum his quorum sunt causę,vt hic medens cum hoc conualescente,& hic ædificator cum hoc ædificio: quæ vero sunt ſm potentiam,non semper. Corrumpitur enim non simul ædificium & ædificator.

M Distinctio causarum duplex.

Distinguit modos causarum. Est autẽ distinctio causæ per species,& per modos. Nã distinctio per species est penes diuersas rationes causandi. Et ideo est quasi diuisio per differentias essentiales,species cõstituentes. Diuisio autem per modos est penes diuersas habitudines causæ ad cãtũ. Et ideo est in his quæ habent eandẽ rõnem causandi, sicut per se & per accidens,remotum & propinquum. Vnde est quasi per differẽtias accidẽtales non diuersificantes speciẽ. Dicit ergo q multi sunt modi causarũ,sed pauciores inueniunt qñ ☞capitulatim☜ .i.quodã cõpendio cõprehenduntur. Per se enim & per accidens sunt duo modi,tñ reducuntur ad unum capitulũ,ſm qđ est eadem cõsideratio de vtroq;. Et similiter est de alijs modis oppositis. Causæ.n. multis modis dicunt nõ solum quantũ ad diuersas species causæ,sed etiã quantũ ad causas consspeciales, quæ.s.reducuntur ad vnam spẽm causæ. Dicit enim vna prior,& altera posterior. Prius autẽ & posterius in causis inuenit dupliciter. Vno modo in causis diuersis numero adinuicẽ ordinatis,quarũ vna est prima & remota, & alia secũda & propinqua,sicut in causis efficientibus homo generat hominẽ vt causa propinqua & posterior. Sol autẽ ut causa prior & remota. Et similiter põt considerari in alijs speciebus causarũ. Alio modo in vna & eadem causa numero ſm ordinẽ rationis, qui est inter vniuersale & particulare. Nam vniuersale naturaliter est prius,particulare posterius. Prętermittit autẽ primũ modũ,& accipit secundũ. In secundo enim modo immediate effectus ab vtraq; causa existit.s. priori & posteriori,quod in primo non cõuenit. Vnde dicit q sanitatis causa est medicus,& artifex in genere causæ efficientis. Artifex quidem vt vniuersale & prius,medicus vero vt particulare siue speciale & posterius. Similiter ẽt in causis formalibus dupliciter est causa formalis, vt diapason duplũ,vel proportio dupla, vel dualitas est cã formalis vt speciale & posterius. Numerus autẽ vel proportio numeri ad numerũ vel ad vnũ,vt vniuersale & prius. Et ita ☜ semper ea quæ continent singularia ☞.s. vniuersalia dicunt causę priores. Alia diuisio est causarum ſm q aliquid dicit,esse causa per se & per accidẽs. Sicut enim cã per se diuiditur in vniuersale & particulare, siue in prius & posterius,ita etiã causa per accidens. Vnde non solũ ipsæ causæ accidẽtales dicunt causæ per accidens, sed etiã ipsarum genera. Vt statuæ factor,statuæ causa est per se. Polycletus autẽ per accidens est cã, inquantũ accidit ei factorẽ statuę esse. Et sicut Polycletus est causa statuę per accidẽs, ita oia vniuersalia ☜ cõtinẽtia accidens ☞.i.cãm p accidẽs dicunt per accidens causæ,sicut homo & animal quæ sub se cõtinent Polycleti qui est homo & animal. Et sicut causarum per se quædã sunt propinquæ,quædam remotæ,vt dictum est, ita & inter causas per accidẽs. Nã Polycletus est causa statuæ magis ppinqua q̃ album & musicũ. Magis enim remotus modus p̃dicationis per accidẽs est,cum accidens p̃dicat de accidente q̃ cum accidens p̃dicatur de subiecto. Accidens enim nõ prædicat de accidente nisi gã ambo prædicant de subiecto. Vnde magis remotũ est vt attribuat vni accidenti,qđ est alterius,sicut musico quod est ædificatoris,q̃ quod attribuat subiecto quod est accidentis, sicut Polycleto quod est ædificatoris. Sciendum autẽ est q aliquid potest dici causa per accidẽs alterius dupliciter. Vno modo ex parte causæ,quia.s.illud quod accidit causæ dicit causa per accidens, sicut si albũ dicat causa domus. Alio modo ex parte effectus, vt.s.aliquid dicatur causa per accidens alicuius, qđ accidit ei quod est effectus per se. Quod quidẽ potest esse tripliciter. Vno mõ quia habet ordinẽ necessariũ ad effectum, sicut remotio impedimenti habet ordinẽ necessariũ ad effectũ. Vnde removens phibens dicit mouens per accidens, siue illud accidens sit contrarium,sicut cholera ,phibet frigiditatẽ, vnde scamonea dicit infrigidare per accidens, non quia causet frigiditatẽ,sed quia tollit impedimentum frigiditatis quod est ei contrarium.s. cholerã:siue etiã si non sit contrarium,sicut colũna impedit motum lapidis. Vnde removẽs colũnam dicit per accidens mouere lapidẽ superpositũ. Alio modo q̃ accidens habet ordinẽ ad effectum, nõ tñ necessarium, nec vt in pluribus,sed vt in paucioribus, sicut inuẽtio thesauri ad fossionẽ in terra. Et hoc mõ fortuna & casus dicũtur causæ per accidens. Tertio qñ nullum ordinem habẽt nisi forte ſm existimationẽ,sicut si aliquis dicat se esse causam terræmotus,quia eo intrãte domum accidit terræmotus. Tertia distinctio est ſm q præ omnibus his vel pter oĩa hæc quę dicunt esse ſm se siue per se,& ſm accidẽs, quædam sunt causæ in potentia,quędã vt agẽtia.i. in actu. Sicut ædificationis cã est ædificator in potentia. Hoc enim sonat habitum vel officium. Vel ædificans actu. Et eisdẽ modis quibus diuidunt causæ,possunt diuidi causata in quibus vel quoꝝ causę sunt causæ. Põt enim diuidi causatũ per prius & posterius siue ꝑticulare et uniuersale,sicut si dicamus q

mus q statuæ factor est causa huius statuæ quod est posterius,aut statuæ quod est vniuersalius & prius, aut imaginis quod est adhuc vniuersalius. Et similiter aliquid est cã formalis huius æris,aut æris qđ est vniuersalius, aut materiæ quod est adhuc vniuersalius. Et similiter põt dici in accidentibus.s. in effectibus per accidens. Nam statuę factor qui est causa statuæ , est ẽt causa grauis vel albi vel rubei quæ accidunt ex parte materiæ,& non sunt ab hoc agente causata. Vlterius ponit quartam distinctionem causæ quę est in simplex & in compositum, vt simplex causa dicatur ſm q accipitur causa statuę per se solum vt statuæ factor, siue per accidens tñ. s. Polycletus. Composita autem ſm q vtrunq; simul accipitur, vt dicatur causa statuæ Polycletus statuæ factor. Est aũt alius modus quo causæ pñt dici cõpositæ,ſm q plures causę cõcurrũt ad vnius rei cõstitutionẽ, sicut plures hoies ad trahendũ nauẽ, vel plures lapides vt sint materia domus. Sed hoc prætermisit, quia nullum illorũ est causa,sed pars causæ. His autem modis positis colligit istorũ modorũ numerũ dicens, q isti modi causarũ sunt sex et uariant duplr,& ita efficiunt duodecim. Hi enim modi sex sunt,aut singulare,aut genus,quod superius dixit prius & posterius. Et ſm se & per accidens, ad quod etiam reducitur genus accidentis. Nam genus accidentis est causa per accidens. Et iterum per complexum & simplex. Hi autem sex modi vlterius diuiduntur per potẽtiam & per actum & sunt duodecim. Ideo autem oportet omnes istos modos per potentiam & actum diuidi,qa potentia & actus diuersificãt habitudinem causæ ad effectũ. Nam causæ in actu particulares, sunt simul,et rolluntur cũ suis effectibus,sicut hic medicans cum hoc cõualescẽte, & hic ædificans cum hoc ædificato. Non enim potest aliqd actu ædificari,nisi sit actu ædificans. Sed causæ ſm potentiam non semper remouentur cum effectibus,sicut domus & ædificator nõ simul corrumpuntur. In quibusdam tamen contingit q remota actione efficientis tollitur subltã tia effectus,sicut in his quorum eẽ est in fieri , vel quorum causa non solum est effectui causa fiendi sed essendi. Vnde remota illuminatione solis ab aere tollitur lumen. Dicit autem causas singulares,quia actus singularium sunt,vt in primo huius habitum est. Lectio. iiij.

Elementum dicitur id, ex quo quippiam componitur primo ita vt sit,indiuisibileq; sit specie in aliã formam: vt vocis elementa sunt ea ex quibus componitur vox,& in quæ diuiditur vltima, quę quidẽ non vlterius in alias voces diuersas a se specie diuiduntur. Sed si etiam diuidãtur,partes eiusdem sunt rationis,vt aquę pars,aqua est:sed non syllabæ, syllaba. Simili modo & ea corporum elementa veteres dicunt in quæ vltima ipsa corpora diuiduntˊ,& quę non in alia corpora differentia specie diuiduntur,& siue vnum,siue plura,sint talia,hęc elementa appellant. Similiter & defignationum & demonstrationum elementa dicuntur. Primæ nanq; demonstrationes,quæ in pluribus demonstrationibus insunt, elementa demonstrationum vocantur. Sunt autem tales ratiocinationes hæ,quæ primæ sunt,ex tribus, per medium vnum.

Elementum vero dicitur ex quo aliquid componitur primo , inexistente indiuisibili specie in aliam speciem:vt vocis elementa ex quibus componitur vox, & in quæ diuiditur vltima, illa vero non in alias voces ab eis specie diuersas: sed & si diuidantur,particulæ sunt conformes , vt aquæ particulæ sunt aqua, sed non syllabæ. Similiter autem & corporum elementa dicunt dicentes,in quę diuidũ tur corpora vltima, & illa nõ in alia specie differentia corpora,& siue vnum,siue plura talia ,ea elementa dicuntur. Simiiter vero & quæ sunt diagramma tum,id est descriptionum dicuntur elementa, & ex toto quæ sunt demonstrationum . Nam primæ demonstrationes in pluribus demonstrationibus existentes, esse demonstrationum elementa dicuntur. Sunt autem tales syllogismi primi per vnum medium ex tribus terminis.

HIC distinguit hoc nomen elementum , circa quod duo facit. Primo assignat diuersos modos elementi. Secundo ostendit quid in oibus sit cõe ibi. ☜ Omnium autẽ cõmune. ☞ Circa primum duo facit. Primo ostẽdit qũo elementum ꝑprie dicatur. Secundo qũo dicatur transumptiue ibi. ☜ Et transferentes elementum &c. ☞ Ponit ergo primo quãdam elemẽti descriptionẽ,ex qua colligi potest q quatuor sunt de rõne elementi. Quorum primũ est, vt sit causa sicut ex quo:per qđ patet q elemẽtum ponitur in genere causæ materialis. Secundum est, q sit principium ex quo aliquid fiat primo:cuprum enim est ex quo fit statua, non tñ est elementum, quia habet aliquã aliam materiã ex qua fit. Tertium est, q sit inexistens siue intrinsecum: per quod differt elementũ ab omni eo ex quo fit aliquid sicut ex trãseunte, siue sit priuatio, aut cõtrariũ, siue materia contrarietati & priuationi subiecta, quę est materia transiens. Vt cum dicimus q homo musicus fit ex homine non musico, vel musicum ex nõ musico . Elementa enim oportet manere in his quorum sunt elementa. Quartum est, q habeat aliquam spẽm quæ non diuidatur in diuersas species: per quod differt elementũ à materia prima, quæ nullã speciem habet:& ẽt ab oibus materijs quæ in diuersas spẽs resolui possunt, sicut sanguis & hmõi. Propter hoc dicit q elementum est ex quo aliquid cõponitur quantum ad primum. Primo, quantum ad secũdum. Inexistente, quantum ad tertium. Indiuisibile specie in aliam spẽm, quantum ad quartum. Hanc aũt diffõnem manifestat in quatuor, in quibus vtimur nomine elemẽti. Dicimus enim ipsas literas eẽ elementa vocis, quia ex eis omnis vox cõponit, & primo, Quod ex hoc patet, quia oẽs voces in literas resoluũtur, sicut in vltima. Quod est enim vltimũ in resolutione, oportet esse primum in cõpositione. Literæ aũt nõ resoluuntur vlterius in alias voces specie diuersas. Sed si aliquo modo diuidantur, particulæ in quas fit diuisio erunt ☜ conformes ☞.i. vnius spẽi, sicut oẽs particulæ aquæ sunt aqua. Diuiditur aũt ista ſm tempora prolationis, prout litera longa dr̃ habere duo tempora, breuis vero vnum. Nec tamẽ partes in quas sic diuiduntur literæ, sunt diuersæ ſm spẽm vocis. Non est aũt ita de syllaba:nam eius partes sunt diuersæ ſm spẽm. Alius enim sonus est ſm spẽm, quem facit vocalis & consonans,ex qbus syllaba cõponitur. Secundum exemplum ponit in corporibus naturalibus, in quibus ẽt quædam dicimus elementa quotũdam. Illa enim dicũtur corporũ esse elemẽta, in quæ vltimo resoluunt omnia corpora mixta:& per cõsequens ea sunt ex qbus primo cõponuntur hmõi corpora. Ipsa aũt corpora quæ elemẽta dr̃, non diuiduntur in alia corpora specie differẽtia, sed in partes cõsimiles, sicut quælibet pars aquæ est aqua. Et qđã posuerunt tale corpus esse vnum.s. in quod oĩa resoluunt, & ipsum non resoluitur in alia, dixerunt vnum esse elemẽtum. Quidam vero aquam, quidam aũt aerem, quidã autẽ ignem. Qui vero posuerunt plura talia corpora, dixerunt etiam esse elementa plura. Sciendum est q cum in diffinitione elementi ponatur, q nõ diuidit in diuersa ſm spẽm, non est intelligendum de partibus in quas aliquid diuiditur diuisione quãtitatis. Sic enim lignum esset elemẽtum, quia quælibet pars ligni est lignum. Sed de diuisione quæ fit ſm alterationem, sicut corpora mixta resoluunt in simplicia. Tertium exemplum ponit in demonstrationibus,

Universidad de Deusto
Biblio

& in quibus etiam vtimur nomine elementi, ſicut dicitur liber elementorum Euclidis. Et dicit ꝙ modo ſimili & ꝓpinquo dictis dicuntur elemẽta quæ ⁊ ſunt diagrammatum ⁊ i. deſcriptionum geometralium elemẽta. Et non ſolũ hoc põt dici in geometria, ſed vniuerſaliter in oĩbus demonſtrationibus. Illæ enim demonſtrationes quæ exiſtũt in tribus terminis tm̃, dicuntur eſſe aliox elementa. Nã ex his componunt aliæ demonſtrationes, & in ea reſoluũtur. Quod ſic patet. Secunda enim demonſtratio accipit pro principio cõcluſionẽ primæ demonſtrationis, inter cuius terminos intelligitur medium, qđ fuit primæ demonſtrationis principium. Et ſic ſecunda demõſtratio erit ex quatuor terminis, prima ex tribus tm̃. Tertia vero ex quinq;. Quarta ex ſex. Et ſic quælibet demonſtratio vnum terminum addit. In quo manifeſtũ eſt demonſtrationes primas in poſtremis includi, ut ſi ſit hæc demonſtratio prima. Oẽ b. eſt a. oẽ c. eſt b. ergo omne c. eſt a. hoc includetur in hac. K Omne c. eſt a. omne d. eſt c. ergo omne d. eſt a. Et vlterius iſta in alia quæ cõcludit omne e. eſt a. vt quaſi videatur eã ad hanc vltimam concluſionẽ vnus ſyllogiſmus ex pluribus ſyllogiſmis compoſitus plura media habẽs, vt dicaẽ ſic. Omne b. eſt a. & omne c. eſt b. & omne d. eſt c. & omne e. eſt d. ergo omne e. eſt a. Prima igitur demonſtratio quæ habebat vnum medium & ſolum tres terminos, eſt ſimplex & non reſoluitur in aliam demonſtrationem. Sed omnes aliæ reſoluuntur in ipſam. Et ideo ſyllogiſmi primi qui fiunt ex terminis tribus per vnum medium, elemẽta dicuntur. Deinde cum dicit.

Hinc etiam per translationem elementum id omne appellant, quod vnum eſt, & paruum, & ad multa conducit. Quamobrem & id quod eſt paruũ & ſimplex indiuiſibileq;, elementum vocatur. Vnde emerſit ea quæ maxime vniuerſalia ſunt, elementa eſſe: L quia vnumquodq; ipſorum vnum eſt & ſimplex, & in multis, aut in omnib⁹, aut q̃plurimis ineſt. Ipſum etiam vnum per eadem pũctumue principium quibuſdam eſſe videtur. Cum igitur ea quę genera vocantur vniuerſalia ſint indiuiſibiliaq;, (vna eſt enim ratio ipſorum) genera ipſa quidam elemẽta inquunt eſſe, & magis q̃ differentiam: propter quod genus vniuerſale magis eſſe videtur. Cui nãq; differẽtia cõpetit, ei cõtinuo genus etiã ineſt. At cui competit genus, ei non omni differentia ineſt. Oĩbus aũt eſt cõe elemẽtum eſſe cuiuſq;, id qđ cuiq; primum ineſt.

Parte. 2 Et transferentes elementum vocant hinc quodcũq; vnum ens & paruum, quod ad multa eſt vtile. Quapropter paruum & ſimplex & indiuiſibile dicitur elementũ. Vnde euenit maxime vniuerſalia elementa eſſe, quia vnumquodq; eorum vnum ens & M ſimplex multis ineſt, aut omnibus, aut pluribus. Et vnum & punctum principia quibuſdam videnť eẽ. Quoniã ergo vocata genera ſunt vniuerſalia & indiuiſibilia, (vna enim eſt eorũ ratio) elemẽta genera dicũt aliqui. Et magis q̃ differentiam, qm̃ vſe magis genus. Nam cui differentia ineſt, & genus id ſequit. Sed cui genus, nõ oĩno differẽtia. Oĩum aũt cõe eſt elementũ cuiuſlibet, quod primũ eſt cuiq;.

Oſtendit qũo elementum dicatur tranſumptiue, dicens, ꝙ ex hac præmiſſa rõne & ſignificatione elementi tranſtulerunt qdam hoc nomen elementum ad ſignificandum aliquid qđ eſt vnum & paruũ et ad multa vtile. Ex hoc enim ꝙ elementum eſt indiuiſibile in diuerſas ſpecies, acceperũt ꝙ ſit vnum. Ex eo vero ꝙ eſt primum, ꝙ ſit ſimplex. Ex eo vero ꝙ ex elementis alia cõponuntur, acceperunt quòd ſit vtile ad multa. Vnde hanc rõnem elementi conſtituerunt, vt elementum dicerent omne illud qđ eſt paruum in quantitate & ſimplex, quaſi ex aliꝭ nõ compoſitum, & indiuiſibile in diuerſa. Hac aũt rõne elementi conſtituta, per tranſumptionem contingebat eis vt duos modos elementorum adinuenirent, quorũ primus eſt, vt ea quæ ſunt maximæ vniuerſalia, dicerent elementa. Vniuerſale enim eſt vnum ſm̃ rõnem, & eſt ſimplex, quia eius diffinitio non componitur ex diuerſis: & eſt in multis, & hic eſt ad multa vtile, ſiue ſit in omnibus, ſicut vnum et ens: ſiue in pluribus, ſicut alia genera. Per eandem vero rõnem contingebat eis ſecũdo, ꝙ punctum & vnitatem dicerent eſſe principia vel elementa, quia vtrunq; eorum eſt vnum ſimplex & ad multa vtile. Sed in hoc à vera rõne elementi defecerunt, quia vniuerſalia non ſunt materia ex quibus componuntur particularia, ſed ꝓdicant eorum ſubſtantiam. Similiter & punctus non eſt materia linearũ: non enim linea ex punctis cõponitur. Hac autem tranſumptiua elementi ratione conſtituta, patet ſolutio cuiuſdam qõnis in tertio libro diſputatæ. Vtrũ ſit magis elemẽtũ, vtrũ genus vel ſpẽs, & vtrũ genus magis q̃ dr̃ia. Patet. n. cõſequ ꝙ genera magis ſunt elemẽta, ꝗa genera magis ſunt vſia & iduiſibilia. Nõ enim eſt rõ eor; et diffinitio, quam oporteat componi ex genere & differẽtia, ſed diffõnes ꝓprie dantur de ſpẽbus. Et ſi aliquod genus diffinit̃, nõ diffinit̃ inquantũ eſt genus ſed inq̃tũ eſt ſpẽs, & tõ ſpẽs diuidit̃ in diuerſa. Et ꝓp hoc non habet rõnem elementi. Genus aũt non diuiditur in diuerſa. Et ideo dixerunt genera eſſe elementa magis q̃ ſpẽs. Alia trãslatio habet ⁊ Vna enim eſt eorum rõ ⁊ id eſt indiuiſibilis, quia genera etſi non habeant diffõnem, tamẽ id quod ſignificatur per nomen generis, eſt quædam conceptio intellectus ſimplex, quæ ratio dici poteſt. Et ſicut genus eſt magis elemẽtum q̃ ſpecies, quia eſt ſimplicius, ita etiam magis q̃ differẽtia, licet ipſa ſimplex ſit, quia genus eſt vniuerſalius. Quod ex hoc patet quia cuicũq; ineſt differentia, ineſt genus; cum per ſe differentiæ nõ tranſcendãt genus, non tm̃ oportet ꝙ ad omne id ſequaẽ differentia cui conuenit genus. Vltimo autem dicit ꝙ omnibus prædictis modis elemẽti hoc eſt cõmune, eſſe primum in vnoquoq;, ſicut dictum eſt. Lec. v.

Natura dicitur vnó modo eorum quæ naſcũtur ac pullulant generatio. Alio vero modo id ex quo naſcitur primo id quod naſcitur, ita vt inſint. Prẽterea id vnde primus motus in vnoquoq; eſt eorum quæ natura conſtant, vt ipſum eſt. Naſci autem ea dicuntur, quę per aliud incremẽtum ſuſcipiunt, ex eo quia tangunt, adiũctaq; ſunt, aut copulata, vt fœtus. Intereſt autem inter copulationem & tactum. In q̃buſdam enim prẽter tactum nil aliud eẽ neceſſe eſt. In iis autem quę copulata ſunt, eſt aliquid vnum in vtriſq; idem, quod copulationem pro tactu facit, & eſſe continuatione quantitateue, & non qualitate vnum. Prẽterea natura dicitur id ex quo primo eſt, aut fit aliquid eorum, quę natura conſtant: qđ quidem eſt informę, ex ſuaq; potentia immutabile: vt ſtatuę quidem ꝯreorumq; vaſorum, ꝯs natura dicit: ligneorum aũt, lignũ, & in ꝯteris ſimili modo. Ex his enim vnumquodq; cõſtat, prima materia permanente ſalua. Etenim hoc & elementa modo naturã eorum eſſe, quę natura conſtant veteres dicunt: quidam ignem, quidam terram, quidam aerem, quidã aquam, quidam aliquid aliud tale, quidam horum aliqua, quidam hęc vniuerſa dicentes. Alio prẽterea modo natura dicitur eorum ſubſtantia, quę natura conſtant, vt ii cenſent qui dicunt naturam primum eſſe

A eſſe cõpoſitionem: aut, vt Empedocles ait, qui qđẽ naturam nullius eor; eſſe quæ ſunt, ſed mixtionem dũtaxat mutationemue mixtorum eſſe, ab oĩbus vero naturam vocari dicit. Quamobrem & ea quę natura ſunt, aut fiunt, etſi id iã eſt ex quo ipſa ſunt apta fieri aut eſſe, nondum tñ naturam habere dicimus, ſi ſpeciem non habeant atque formam. Natura igitur conſtat id quod ex his vtriſq; componitur: vt animalia partesq; ipſorum.

Tex. cõ. 5 parte. 1. Secta nãq; ſtagirita. Tertia.

NAtura vero dicitur vno quidem modo naſcẽtium generatio, vt ſi quis porrigens dicat. y. Vno vero modo ex quo generatur primum genitum in exiſtente. Amplius vnde motus primus in quolibet natura entium, & eſt in eo inquantum id exiſtit. Naſci vero dicuntur quęcunq; augmentũ habent per alterum in tangendo, & ſimul, & aliqd eſſe apte, vt embryo. Differt autem cõnaſcentia a tactu. Hic enim nihil præter tactum diuerſum eſſe neceſſe eſt. Infimul vero apte exiſtentibus eſt aliquid vnum idem in ambobus, quod facit pro tactu ſimul apte eſſe, & vnum eſſe ſm̃ quantitatem & continuitatem, ſed non ſm̃ qualitatem. Amplius autem natura dicitur ex quo primo aut eſt, aut fit aliquid entium natura, cum informe ſit & immutabile a ſua propria poteſtate: vt ſtatuę & vaſorum ꝯreorum, ꝯs natura dicitur: & ligneorum, lignum. Similiter autem in aliis. Ex his enim vnumquodq; ſaluata prima materia. Hoc enim modo & exiſtentium natura elemẽta dicunt naturam, alii ignem, alii terram, alii aquam, alii aerem, alii aliquid aliud tale dicentes, alii quædam horum, alii omnia ea. Amplius alio modo dicitur natura, exiſtentium natura ſubſtantia, vt dicentes naturam primam eſſe compoſitionem, vt Empedocles dicit ꝙ natura nullius ẽ entium, ſed ſolum mixtio & permutatio permixtorum natura in hominibus nominatur. Quapropter & quęcunq; natura ſunt, aut fiunt, iam exiſtente ex quo apta nata ſunt fieri, aut eſſe, non dicimus naturã habere, ſi non hũt ſpeciem & formam. Ergo natura quidem quod ex vtriſq; eſt, vt animalia & eorum partes.

Cur de nãt ꝑtis genus.

HIC diſtinguit hoc nomen natura cuius, quidem cõſideratio, licet nõ videatur ad primum ꝓbm̃, ſed magis ad naturalem pertinere, ideo tñ hic hoc nomen natura diſtinguitur, quia natura ſm̃ ſui quandam acceptionem de omni ſubꝺ dr̃, vt patebit. Et per cõſequens cadit in conſideratione ꝓbi primi, ſicut & ſubſtantia vniuerſalis. Circa hoc aũt duo facit. Primo diſtinguit diuerſos modos quibus natura dicitur. Secundo reducit oẽs ad vnum primum. ibi: ⁊ Ex dictis igitur. ⁊ Circa primum duo facit. Primo ponit quinq; modos principales. Secundo ponit duos alios adiunctos duobus vltimis. ibi ⁊ Natura aũt prima materia. ⁊ Dicit ergo primo, ꝙ natura dr̃ vno modo generatio generatorũ, vel vt alia lr̃a habet melius, Naſcentium. Non enim oĩa generata, naſcentia dici põt, ſed ſolum in viuentibus ſicut in plantis, ſiue in animalibus, & in partibus eorum. Non aũt generatio rerum nõ viuentium põt dici natura ꝓprie loquendo ſm̃ communem vſum vocabuli, ſed ſolum generatio viuentium, vt dicatur natura ipſa natiuitas vel ipſa naſcentia, quod ipſum nomen ſonare videtur ⁊ vt ſi quis porrigens dicat naturam ⁊ Litera iſta corrupta eſt. Quod ex alia translatione patet, quæ ſic hẽt ⁊ vt ſi quis producẽs dicat ypſilon. ⁊ Phyſis enim quod apud græcos naturam ſignificat, ſi pro generatione viuentium accipiatur, habet primum. y. productum, ſi vero pro principio ſicut cõiter vtimur, habet primũ. y. breue. Poſſet tñ per hanc literam intelligi ꝙ hoc nomen natura de generatione viuentium dicatur ſm̃ quandam porrectionẽ, id eſt extẽſionem. Ex hoc aũt ꝙ ipſa natiuitas primo natura dicta eſt, ſecutus eſt modus ſecũdus, vt ſ. generationis principium ex quo aliquid generatur, ſiue ex quo illud qđ naſcitur, ſecundum primo ſicut ex intrinſeco principio, hoc dicatur natura. Et per ſimilitudinem natiuitatis ad alios motus vlterius, pceſſit huius nominis ſignificatio, vt natura tertio modo dicatur id vñ eſt principiũ motus in quolibet entium ſm̃ naturã, dũmodo ſit in eo inquãtum hmõi, & non per accidens, ſicut in medico qui infirmatur ineſt principium ſanationis. ſ. ars medicinæ, non tñ inquantum eſt infirmus, ſed inquãtũ medicus. Sanatur aũt nõ inquantum eſt medicus, ſed inquãtum infirmus. Et ſic principiũ motus non eſt in eo inquãtum mouetur. Et hæc eſt diſſinitio naturæ poſita in. 2. phyſicor;. Et quia de naſcentibus mentionem fecit, oĩdit quid ſit ꝓprie naſci, vt habet alia lr̃a, loco cuius hęc ſr̃a impropríe habet generari. Differt enim generatio in viuentibus à generatione inanimatorũ, quia inanimatum generatur nõ vt cõiunctum ſiue vnitũ generanti, vt ignis ab igne, & aqua ab aqua. In viuẽtibus aũt ſit generatio per quãdam vnionẽ ad generationis principium. Et quia additio quãti ad quãtum facit augmentũ, ideo in generatione viuẽtium videtur eſſe quoddã augmẽtum, ſicut eſt cũ ex arbore naſcitur fructus aut folium. Et ideo dicit ꝙ naſci dr̃ quæcũq; ⁊ augmẽtum hũt ⁊ i. qđdam augmẽtum cum generationis principio. Differt aũt hoc augmẽtum à ſpecie motus quę augmentum dicit̃, quia mouenẽ iam nata. Nam in augmento aliquid augetur in ſe ipſo ꝓ hoc ꝙ id quod additur trãſit in ſubſtãtiam eius cui additur, ſicut nutrimẽtum in ſubſtantiam nutriti. Id aũt quod naſcitur apponitur ei ex quo naſcitur tanq; alterum & diuerſum, non ſicut in eius ſubſtantiam trãſiens. Et ideo dicit ꝙ habet augmẽtum ⁊ per diuerſum ⁊ ſiue per alterũ, quaſi dicat, ꝙ hoc augmẽtum fit per appoſitionem alicuius alterius vel diuerſi. Sed appoſitio augmẽtum faciẽs poteſt intelligi dupliciter. Vno modo ⁊ trãgendo ⁊ id eſt per ſolum cõtactum. Alio modo per hoc ⁊ qđ eſt ſimul ⁊ id eſt aliqua duo ſimul producuntur adinuicẽ coaptata, ſicut brachium & neruus & ⁊ aliquid eſſe apte ⁊ id eſt ꝙ aliqd adaptetur ad alterũ iam ꝓexiſtẽs, ſicut capilli capiti, & dentes gingiuis. Loco aũt huius, alia lr̃a habet melius connaſci & adnaſci. In hac aũt generatione viuentium nõ ſolum fit appoſitio per tactum, ſed etiam per quãdam coaptationem ſiue cõnaſcentiã, vt patet in embryonibus, q̃ non ſolũ tanguntur in matrice, ſed etiam alligãtur in principio ſuæ generationis. Oſtendit aũt qđ inter duo ꝓdicta differat dicens, ꝙ ⁊ conflatio ⁊ i. colligatio ſiue connaſcẽtia, vt alia lr̃a habet, differt à tactu, quia in tactu nõ eſt neceſſariũ aliquid eſſe prẽter tãgentia, quod ea faciat vnum. In colligatis aũt. ſiue coaptatis ſiue cõnatis vel adnatis oportet eẽ quid vnum in ambobus ⁊ quod pro tactu ⁊ i. loco tactus faciat ea ſimul ⁊ apta eſſe ⁊ i. coaptata vel ligata ſiue ſimul naſci. Intelligendum eſt aũt ꝙ id quod facit ea vnum, facit eſſe vnũ ſm̃ quãtitatem & cõtinuitatem, & nõ ſm̃ qualitatem, quia ligamẽtum nõ alterat ligata à ſuis diſpoſitionibus. Ex hoc aũt apparet, quia qđ naſcitur ſemper eſt cõiunctum ei ex quo naſcitur, ideo natura nunq; dicit principium extrinſecum, ſed ſm̃ oẽs ſuas acceptiones dicit principium intrinſecum. Ex hac aũt tertia rõne naturæ ſequit quarta. Si enim principium motus rerum naturaliũ naturalium dicitur, principium aũt motus rerum naturaliũ quibuſdam videbatur eſſe materia, cõſequens fuit vt materia natura diceretur, quæ quidem eſt principium rei, & quantum ad eſſe & quãtum ad fieri. Ipſa etiã abſq; omni forma cõſideratur, nec à ſeipſa mouetur, ſed ab alio. Et ideo dicit ꝙ natura dr̃ ex quo aliqđ entium primo aut fit. Qđ ideo

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicit quia materia essendi & fiendi est principium. Ex quo dico ¶ existēte inordinato ⁊.i. absq; forma. Vnde alia lra habet ¶ Cum informe sit. ⁊ In quibusdam enim ipse ordo habetur pro forma sicut in exercitu & ciuitate. Ex quo dico ¶ immutabili ex sua potestate ⁊.i. q̄ moueri nō pōt per suam potestatem, sed ſm potestatem sui superioris agētis. Nam materia nō mouet seipsam ad formam, sed mouetur à superiori exteriori agēte. Sicut si diceremus æs materiam statuæ & vasorum æreorum, & ligna ligneorū, si huiusmodi vasa, naturalia corpora essent. Similiter est in oibus aliis quæ ex materia sunt vel fiūt. Vnumquodq; enim eorum fit ex sua materia, ea saluata. Dispositiones autē formæ non saluātur in generatione. Vna enim forma introducitur altera abiecta. Et ꝓpter hoc formæ videbātur esse q̄busdam accidētia, & sola materia substātia & natura, ut dicitur. 2. physi. Et hoc ideo quia simil̄ existimabāt formā & materiam in rebus naturalibus, sicut in rebus artificialibus, in quibus formę sunt accidētia, & sola materia substātia. Vnde isto modo naturales dixerūt elementa esse materiam existētium ſm naturam, vel aquā vel aerem vel ignē aut terram, quam nullus elemētum naturalium posuit solam, sed aliqui nō naturales, vt in primo libro est habitū. Quidam aūt posuerūt aliqua eorum esse elemēta & naturā rerum, sicut Parmenides. Quidam vero omnia quatuor, sicut Empedocles. Quidam vero aliquid aliud, sicut Heraclitus vaporem. Quia vero motus rerum naturaliū magis cauſatur ex forma q̄m ex materia, ideo superuenit quintus modus quo ipsa forma dicitur natura. Et sic alio modo natura dr̄ ¶ ipsa substātia ⁊.i. forma rerum existētiū ſm naturam, sicut naturam rerum dixerūt esse ipsam cōpositionem mixtorum, sicut Empe. dixit q̄ nō est aliquid entium absolutum, sed solūmodo cōmutatio seu relaxatio vel cōmixtio permixtorum. Fiat aliam trāslationē, natura apud hoſes dicit. Dicūtur enim quæ sunt permixtionis diuersæ, naturam diuersam habere. Ad ponēdum autem formā esse naturam hac ratione inducebātur, quia quæcunq; sunt & fiūt naturaliter nō dicūtur habere naturam, exīte materia ex qua nata sunt fieri vel esse, nisi habeāt speciem ꝓpriam, & formam per quam speciem consequantur. Videtur autē nomē spēi poni pro forma substātiali, & forma pro figura quæ cōsequitur speciem, & est signum speciei. Si igitur forma est natura, nec aliquid potest dici habere naturā nisi q̄ habet formam, illud ergo quod cōpositum est ex materia & forma ¶ dr̄ esse natura ⁊.i. ſm naturā, vt alalia & partes eorū, sicut caro & os & hmōi. Deinde cum dicit.

Natura autem est materia prima, quæ duplex est. Est enim aut ea quæ ad ipsum est prima, aut ea quæ omnino est prima: veluti vasorum materies æreorum. Ad ipsa quidem prima est æs. Simpliciter autem forsitan aqua, si omma ea sint aqua, quę liquescere possunt. Et insuper forma atq; substantia, quę quidē est generationis ipsius finis. Per translationem aūt iam & omnis omnino substantia natura ꝓpter hanc dicitur, quia & ipsa natura substantia quędam est.

Natura autem prima materia, & hæc dupliciter: aut quę ad id prima, aut ex toto prima: vt operum ęreorum, ad ipsa quidem primum ęs: totaliter vero forsan aqua, si oia liquescētia aqua. Et spēs & substātia. Hęc autem finis generationis. Metaphora vero iam & omnino oīs substantia natura dicitur ꝓpter hanc, quia & natura substantia quędam est.

Ponit duos modos adūctos duobus vltimis ꝓcedentibus, quorum primus additur quarto modo quo materia dicebatur natura. Et dicit q̄ materia dr̄ natura nō quęcūq; d̄ ſprima. Quod potest itelligi dupliciter, aut quātum ad genus, aut ex toto vel simplr̄ prima, sicut operum artificialium quæ fiūt ex ærē, prima materia ſm genus illud est ęs. Prima vero simplr̄ est aqua. Nam oīa quæ liquescunt calido & indurātur frigido sunt aquea magis, vt dicitur quarto metheororum. Secūdus modus adiacet quinto modo ꝓdicto quo forma dicebatur natura. Et ſm hunc modum nō solum forma partis dr̄ natura, sed species ipsa quæ est forma totius. Vt si dicamus q̄ hominis natura, nō solum est aīa, sed humanitas & substantia quam significat diffinitio. Secundum hoc enim Boetius dicit q̄ natura est vnumquodq; informans specifica differētia. Nam specifica differētia est quę complet substātiam rei & dat ei spēm. Sicut autem forma vel materia dicebatur natura, quia est principium generationis, quæ ſm primā nois impositionem natura dr̄, ita species & substātia dicitur natura, quia est finis generationis. Nam generatio terminatur ad spēm generati, quæ resultat ex vnione formæ & materiæ. Et ex hoc ſm quādam metaphorā & nois extensionem oīs substā dr̄ natura, quia natura quam diximus quę est generationis terminus, substantia q̄dam est. Et ita cum eo q̄ natura dr̄, oīs substantia similitudinem habet. Et hunc modum ēt ponit Boetius. Rōne aūt istiusmodi distinguitur hoc nomen natura inter nomina cōmunia. Sic enim cōmune est sicut & substantia. Deinde cum dicit.

Ex his igitur quę naturę sunt dictę, substantia eorum quę principium in seipsis habent vt ipsa sint, prima est profecto natura, proprieq; natura dicitur. Materia nanq; ex eo natura dicitur, quia est huiusce susceptrix. Generatio etiam pollulatioue natura ꝓpterea dicit', q̄ ab ista est motio. Principium quoq; motus eorū quę natura ꝓstant ipsa, eadē est quę quidem inest aliquo modo, aut potentia, aut actu.

Ex dictis igitur prima natura & proprie dicta, est substantia, quę principium motus habentium in se inquantum ea. Materia nāq; quia huius est susceptibilis, esse dicitur natura. Et generationes, & generari, quia sunt ab ea motus. Et principium motus natura existentium idipsum est existens, aut potestate, aut perfectione.

Reducit oēs modos prædictos ad vnum. Sciendum est aūt q̄ reductio aliorum modorum ad vnum primum, fieri potest dupliciter. Vno modo ſm ordinem rerum. Alio modo ſm ordinem qui attenditur quātum ad nois impositionem. Noia enim imponuntur à nobis ſm q̄ nos intelligimus, quia noia sunt intellectuū signa. Intelligimus autem q̄nq; priora ex posterioribus. Vnde aliquid per prius apud nos sortitur nomen, cui res noīs per posterius conuenit: & sic est in ꝓposito. Quia enim formæ & virtutes rerum ex actibus cognoscuntur, ꝓper prius ipsa generatio vel natiuitas, naturę nomen accepit, & vltimo forma. Sed ſm rerum ordinem, formæ prius cōpetit ratio naturæ, quia, vt dictum est, nihil dicitur habere naturam nisi ſm q̄ habet formam. Vnde patet ex dictis q̄ ¶ primo & proprie natura dicitur substātia ⁊.i. forma rerum habentium in se principium motus inquātū hmōi. Materia enim dicit esse natura, quia est formæ susceptibilis. Et generationes habēt nomen naturæ, quia sunt motus ꝓcedentes à forma, & ierum ad formas. Et idipsum scilicet forma est principium motus rerum existentium ſm naturam, aut in actu, aut in potētia. Forma enim nō semp facit motū in actu, sed q̄nq; in potentia tm̄, sicut q̄n impeditur motus naturalis ab aliquo exteriori prohibente, vel etiā quādo impeditur actio naturalis ex materiæ defectu. Lec. vj.

Necessarium id dicitur sine quo fieri non potest, vt viuatur, vt causam comitante: veluti respirare, ac alimentum necessarium est animali. Esse enim ipsum sine istis non potest.

NEcessarium dicitur sine quo non contingit esse aut viuere quasi concausali. Vt spirare & cibus animalium est necessarium. Nam sine his esse est impossibile.

POSTQAM ꝑs distinxit nomina quæ significant causas, hic distinguit nomen quod significat aliquid pertinens ad rōnem causæ. s. necessarium. Causa enim est ad quam de necessitate sequitur aliud. Et circa hoc ergo duo facit. Primo distinguit modos necessarij. Secundo reducit omnes ad vnū primum, ibi ¶ Et ſm hoc necessarium. ⁊ Ponit aūt in prīa parte quatuor modos necessarij. Primus est ſm q̄ dicitur aliquid necessarium sine quo non pōt aliquid viuere aut esse, quod licet nō sit principalis causa rei, est tm̄ quædā cū cōcausa. Sicut respirare est necessaria aīali respiranti, quia sine respiratione viuere nō potest. Ipsa enī respiratio est non sit causa vitæ, est tm̄ concausa, inquantū cooperatur ad cōtemperamentū caloris, sine quo non est vita. Et similiter est de cibos sine quo aīal viuere nō pōt, inquātum cooperatur ad restaurationem deperditi, & impedit totalem cōsumptionem humidi radicalis, quod est causa vitæ. Igitur hmōi dicuntur necessaria, quia sine eis impossibile est esse. Secundum modum ponit ibi.

Et id etiam sine quo fieri nequit, vt bonum aut fit aut fiat, aut malū quippiam abiiciatur ac extruda tur. Veluti bibat medicinam necesse est, vt nō ægrotet: & ad Eginam nauiget, vt argentum recipiat.

Et sine quibus homini bonum nō contingit esse aut fieri, aut aliquid malum expellere aut priuari. Veluti bibere pharmacum necessarium, vt non laboret: & ad Eginā nauigare, vt pecuniam recipiat.

Dicit q̄ secundo modo dicuntur necessaria sine quibus nō potest esse vel fieri bonum aliquod vel vitari aliquod malum vel expelli, sicut ¶ bibere pharmacum ⁊.i. medicinam laxatiuam dicimus esse necessarium, nō quia sine hoc viuere aīal nō possit, sed ad expellendum. s. hoc malum q̄d est infirmitas, vel etiam vitandum. Est enim hoc necessarium ¶ vt non laboret ⁊ id est vt non infirmetur aliquis. Similiter ¶ nauigare ad Eginā ⁊. s. ad illum locum, est necessarium, non quia sine hoc nō possit homo esse, sed quia sine hoc nō potest acquirere aliquod bonum: id est pecuniam. Vnde dicitur q̄ necessaria est talis nauigatio, vt aliquis pecuniam recipiat. Tertium modū ponit ibi.

Prēterea violentum ac violentia. Hoc autem est id quod præter appetitionem voluntatemq; impedit atq; prohibet. Violentum enim necessarium dicitur, Quapropter & dolorē efficit, vt & Euenus poeta dicit: Omne necessarium res est profecto molesta. Et vis necessitas quędam est, vt & Sophocles inquit. Sed vis ſgua prædicit, fieriq; improba cogit. Videtur etiam ipsa necessitas esse quid, quod diffuderi non potest recte. Voluntatis enim ac rationis motui aduersatur.

Amplius vim faciens, & vis. Sed hoc est prēter impetum & prēuoluntatem impediens & prohibens. Vim enim faciens necessarium dicitur. Quapropter triste etiam, sicut Euenus ait: Omnis enim res necessaria lamētabilis est facta. Et vis necessitas quędam, vt Sophocles dicit: Sed vis ea me facere cogit. Et videtur necessitas aliquid inculpabile esse recte. Contrarium enim est motui ſm prævoluntatem & secūdum excogitationem.

Dicit q̄ id quod infert violētiam, & etiam ipsa violentia, necessarij nomen accepit. Nam violentia necessaria dicitur, & quod vim patitur dr̄ de necessitate id facere ad qđ cogitur. Quid aūt sit faciēs vim manifestat in naturalibus & in uoluntarijs. In naturalibus qdem est impetus siue inclinatio ad aliquem finem, cui respondet voluntas in natura rationali. Vnde & ipsa naturalis inclinatio appetitus dicitur. Vtrūq; aūt. s. & impetum naturalis inclinationis, & ꝓpositum voluntatis, cōtingit impediri & prohiberi. Impediri qdem, in prosecutione motus iam incepti. Prohiberi aūt, ne etiam motus incipiat. Illud ergo dr̄ esse violētū ¶ quod est ꝑter impetū ⁊.i. ꝑter inclinationem rei naturalis, & est ¶ ipediens ꝓuoluntatem ⁊.i. ꝓpositum in prosecutione motus voluntarij iam incepti, & ꝓhibens etiam ne incipiat. Alia lra habet. Et hoc est ſm armin. i. ſm impetum. Violentia enim est cum aliquid agit ſm impetum exterioris agentis, contra voluntatem vim passi. Violentū aūt est ſm impetum vim faciens. Ex hac autem violenti diffinitione duas ꝯclusiones inducit, quarū prima est q̄ omne violētum est triste siue flebile. Quod probat per cuiusdā poetę siue doctoris dictū dicens, q̄ oīs res necessaria siue violēta est tristis siue lamētabilis. Necessitas enim est quædam violentia, sicut Sophocles poeta dicit. Violentia me facere coegit ea. i. necessitas. Dictum est enim q̄ violētia est impediens volūtatem. Ea autem quæ volūtati sunt contraria contristant. Tristitia enim est de his quæ nobis nolentibus accidūt. Secūda cōclusio est q̄ necessitas recte dr̄ q̄ est inculpabilis & irreprehensibilis. Dicitur enim q̄ necessitas magis meretur venīā quām increpationem. Et hoc ideo quia non culpamur nisi de his quæ voluntarie facimus, de quibus etiam rationabiliter increpamur. Necessitas autem violentiæ est contraria voluntati & excogitationi, vt dictum est, & ideo rationabilius dicitur q̄ violēta non sunt culpabilia. Quartum modū ponit ibi.

Prēterea id quod aliter sese habere nō potest, necessario sic sese habere dicimus.

Amplius quod non contingit aliter se habere, necessarium dicimus sic se habere.

Dicit q̄ necessariū ēt dicimus sic se habere q̄ nō cōtingit aliter se habere, & hoc est necessarium absolute. Prima autem necessaria sunt ſm quid. Differt aūt necessarium absolute ab aljs necessarijs, quia necessitas absoluta competit rei ſm id quod est intimum & proximū ei, siue sit forma siue materia, siue ipsa rei essentia: sicut dicimus animal necesse ēē corruptibile, quia hoc consequitur eius materiam inquātum ex contrarijs cōponitur. Dicimus etiam animal necessario esse sensibile, quia consequitur eius formam: & animal necessario esse substantiam animatā sensibilem, qa est eius essentia. Necessarium aūt ſm quid & non absolute est cuius necessitas dependet ex causa extrinseca. Causa autem extrinseca est duplex. s. finis & efficiens. Finis autē est, vel ipsum esse absolutum, & ab hoc fine necessitas sumpta pertinet ad primum modum: vel bene esse, siue aliqđ bonum habere, & ab hoc fine sumitur necessitas secundi modi. Necessitas aūt quæ est à mouente exteriori pertinet ad tertium modum. Nam violentia est qñ aliquid mouet ab exteriori agente ad aliud ad quod ex propria natura aptitudinem nō habet. Si enim ſm suam naturā ordinet ad hoc q̄ recipiat motū ab exteriori agente, tunc motus non erit violentus, sed naturalis. Sicut patet de motu cœlestium orbium à substantijs separatis, & de motu inferiorum corporum à superioribus. Deinde cum dicit.

Et per hoc necessarium & cætera omnia necessaria quodámodo dici solent. Violentū enim ex eo necessarium dicitur, quia non fit vt id cui vis infertur, aut agat, aut patiatur tunc per appetitionem, propter

pter id quod vim affert: vt ea necessitas sit, ob quã res aliter sese habere non potest. Similiter & ea quę causam videndi boniq; comitantur. Cum enim fieri non potest, vt sine quibusdam, aut viuatur, aut bonũ acquiratur, aut ꝓseruetur: tũc illa necessaria sunt, & hęc causa necessitas quędam est.

parte. 5. Et ſm hoc necessarium, & alia dr̃ omnia necessaria. Vim enim patiens necessarium dicitur, aut facere, aut pati tunc quando non cõtingit ſm impetum propter coagens, quasi ea necessitate existente propter quam non contingit aliter. Et in concausalibus viuendi & boni similiter. Nam cum non contingit, hic quidem bonum, illic vero viuere & esse sine aliquibus: ea necessaria, & cã necessitas quędã est hęc.

K Reducit omnes modos ad vnum, et circa hoc tria facit. Primo ostendit ꝙ omnes modi necessitatis qui in rebus inueniuntur, ad hũc vltimum modum pertinẽt. Secundo ostẽdit ꝙ ſm vltimum modum accipitur necessarium in demõstratiuis, ibi ☞ Amplius demõstratio. ☜ Tertio insert quoddam corollarium ex præmissis, ibi ☞ Horũ quidem itaq; ☜ Dicit ergo primo, ꝙ ſm istum vltimũ modum necessarij, oẽs alij modi aliqualiter dr̃. Quod primo ostendit in tertio modo. Illud enim ꝙ vim patitur, de necessitate dicitur aliquid facere vel pati, propter hoc ꝙ non contingit ſm proprium impetum aliquid agere propter violẽtiam agẽtis, quæ est quædam necessitas, propter quã nõ cõtingit aliter se habere. Et sic ostendit hoc in primo & secundo modo, in quibus necessitas sumitur ex causis viuẽdi vel essendi simpliciter, quãtum ad primũ modum: vel ex causis boni, quantum ad secundũ modum. Sic enim in alijs modis necessarium dicebatur, sine quo nõ poterat eẽ ex vna parte bonum, & ex alia parte viuere & esse. Et sic illa causa sine qua non contingit viuere vel esse, vel bonum haberere, vel malo carere, necessitas dicitur, quasi ex hoc sit prima ratio necessarij, quia impossibile est aliter se habere. Deinde cum dicit.

parte seq. parte. 7.

L

Insuper demonstratio necessarium est, propterea ꝙ res aliter sese habere non potest, si modo sit simpliciter demonstrata. Huius autem causę sunt ipsa priora, si fieri nõ põt vt aliter ea sese habeãt ex quibus ratiocinatio constat.

parte. 6. Amplius demõstratio necessariorum est, quia nõ contingit aliter se habere quod demonstratum est simpliciter. Huiꝰ aũt causa est quę prima sunt, si impossibile est aliter se habere, ex quibus est syllꝰ.

M Ostendit ꝙ ſm vltimum modum accipitur necessariũ in demõstratiuis, & quantum ad cõclusiones, & quantum ad principia. Demonstratio enim dr̃ esse necessariorum, et dr̃ esse ex necessarijs. Necessariorum quidem esse dr̃, qa illud quod simplr̃ demonstratur, non contingit aliter se habere. Dr̃ aũt simpliciter demõstratum ad eius differẽtiam quod demonstratur in demõstratione quę est ad aliquem, & non simplr̃, quod in. 4. libro dixit demõstrare ad hominem arguentem. In talibus enim demonstrationibus quæ sunt ad aliquem, cõtingit etiam impossibile cõcludi ex aliquibus impossibilibus positis. Sed quia causæ conclusionis in demonstrationibus sunt præmissæ, cum demonstratio simpliciter scire faciat, qđ nõ est nisi per causam, oportet etiam principia ex quibus est syllogismus esse necessaria, quæ impossibile sint aliter se habere. Nã ex causa nõ necessaria nõ põt seq effectus necessarius. Deinde cũ dicit.

Lect. 6. fi.

Quorũdam igitur alia causa est vt necessaria sint, quorũdã nulla: sed ob hęc ipsa alia necessario sunt. Quare primum & proprie necessarium id est quod est simplex. Hoc enim fieri non põt vt pluribus sese hẽat modis. Quo fit vt neq; aliter atq; aliter vnq̃ sese habere posit. Alioquin pluribus modis sese haberet. Quod si sint aliqua perpetua ac immobilia, nihil illis est violentum, nihil omnino prꝑter naturam.

N

parte. 7.

Horum quidem itaq; altera causa essendi necessaria est, aliorum vero nulla: sed ꝓpterea alia sunt ex necessitate. Quare primum & proprie necessarium ipsum simplex est. Hoc enim habere non contingit pluribus modis. Quare nec aliter & aliter, iam enim plus haberet. Ergo si qua sunt sempiterna & immobilia, nihil illis est violentum, nec prꝑter naturã.

O Primus cõclusio.

Concludit ex ꝑmissis tres cõclusiones scinuicem sequentes, quarum prima est, ꝙ ex quo in demonstrationibus ꝑmissæ sunt causæ cõclusionis, et vtraq; sunt necessaria, seqꝛtur ꝙ aliqua sunt necessaria duplr̃. Quædam quidem quorum altera sit causa necessitatis, quædã vero quorum nulla sit causa necessitatis, & talia sunt necessaria ꝓpter seipsa. Et hoc est cõtra Democritũ, qui dicebat ꝙ necessariorum non sunt quærẽdę causæ, vt habetur in. 8. phy. Secunda cõclusio, quia cum oporteat esse vnum primum necessariũ à quo alia necessitatem habent, quia in causis nõ est procedere in infinitum, vt in secundo ostẽsum est, oportet hoc primum necessarium, quod etiam maxime ꝓprie est necessarium, quia est oĩbus modis necessarium, ꝙ ipsum sit simplex. Ea enim quæ sunt cõpꝺosita sunt mutabilia, & ita pluribus modis se pñt habere. Quæ autẽ pluribus modis hãbere se possunt, possunt se habere aliter & aliter, quod est contra rationem necessarij. Nam necessarium est, quod est impossibile aliter se habere. Vnde oportet ꝙ primum necessarium nõ aliter & aliter se habeat, & per consequens nec pluribus modis. Et ita oportet ipsum eẽ simplex. Tertia conclusio est, ꝙ cum violentum sit quod mouetur ab aliquo exteriori agente prꝑter naturam, ꝓpriam, principia aũt necessaria sunt simplicia & imobilia, vt ostensum est, necessarium est vt si sunt aliqua sempiterna & immobilia sicut sunt substantiæ separatæ, ꝙ in illis nõ sit aliquid violentum nec prꝑter naturam. Et hoc dicit, ne deceptio accidat in nomine necessitatis, cum dicitur de substantijs immaterialibus, nec per hoc intelligatur aliqua violentia in eis esse. Lectio. vij.

Tex. cõ. 8 Secũda cõclusio. Tex. cõ. 9 & 10.

P Tertia cõclusio. Sempiterna nullam ꝑtiũ. vi. 1. mũdi.

Vnum partim per accidẽs dicitur, partim per se. Per accidens quidem, vt Coriſcus & muſicus, & Coriſcus muſicus. Idem enim est dicere, Coriſcus & muſicus, & muſicum & iuſtum, & muſicus & iuſtus Coriſcus. Vniuersa enim hæc vnum dicuntur per accidens. Iuſtum quidem & muſicum, quia vtrunq; vni ſubſtantię accidit: ſimiliter modo quodam & muſicus Coriſcus, vnum est quod Coriſcus, propterea ꝙ altera partium quę in oratiõe sunt alteri accidit, veluti muſicum Coriſco. Muſicus vero Coriſcus, ac iuſtus Coriſcus propterea vnum est, ꝙ vtriuſq; partis vnum eidem accidit vni. Nihil enim differunt niſi hoc, Coriſco iuſtum, Coriſco muſicum accidiſſe. Idẽ est modus, & ſi de genere, & ſi de vniuersalium aliquo nomine accidens ipſum dicatur: vt homo idem est, atq; muſicus homo. At enim ex eo est idem, quia homini qui quidem vna est ſubſtantia, muſicum accidit: aut ex eo, quia vtrũq; cuidam ſingulario accidit, ceu Coriſco, & ſi non eodẽ modo ineſt vtrũq;, ſed vnum vt genus forſitan & in ſubſtãtia, alterum vt habitus ſubſtantię vel affectus. Quę igitur per accidens vnum dicuntur, hoc modo ſane dicuntur.

Vnum

Aꝛ. Tex. cõ. 7 ꝑte. 1.

VNum dicitur aliud autem ſm accidens, aliud ſm ſe. Secundum accidens quidem, vt Coriſcus & muſicus, & Coriſcus muſicus. Idem enim est dicere Coriſcus & muſicus, & Coriſcus muſicus, & muſicum & iuſtum: & muſicus iuſtus Coriſcus. Omnia nãq; ea vnum dicuntur ſm accidens. Iuſtum quidem & muſicum, quia vni ſubſtantię acciduntmuſicus vero & Coriſcus, quia alterum alteri accidit. Similiter autem & modo quodam muſicus Coriſcus cum Coriſco vnum, quia altera partium altera accidit earum quę sunt in oꝛone: vt muſicum Coriſco, & muſicus Coriſcus iuſto Coriſco, quia vtriuſq; pars eidem vni accidit. Nihil enim differt q̃ Coriſco muſicum accidere. Similiter autem ſiue in genere, ſiue in vniuersalis alicuius nominibus dicatur accidens, vt quia homo idem & muſicus homo. Aut enim qa homini vni existenti ſubſtãtiæ accidit muſicum: aut quia ambo ſingularium alicui accidunt vt Coriſco. Tamen non eodem modo ambo inſunt. Sed hoc q̃dem forſan vt genus & ſubſtania, illud vero vt habitus aut paſsio ſubſtantiæ. Ergo quęcunq; ſm accidẽs dicuntur vnum, hoc modo dicuntur.

B

POSTQVAM Phs diſtinxit nomina quę ſignifi cant cauſas, hic diſtinguit nomina quę ſigñant id quod est ſubiectum aliquo modo in ſcientia. Et diuiditur in duas partes. Primo ponit ſiue diſtinguit nomina quæ ſignificãt ſubiectum huius ſcientiæ. Secundo ea quæ ſignificant partes ſubiecti, ibi ☞ Eadem dicuntur. ☜ Subiectum aũt huius ſciẽtiæ põt accipi, vel ſicut cõiter in tota ſcia cõſideratũ, cuiuſmodi est eus & vnum: vel ſicut id de quo est principalis intentio, vt ſubſtãtia. Et ideo primo diſtinguit hoc nomen vnum, ſecũdo hoc nomen ens, ibi ☞ Ens dr̃ &c. ☜ Tertio hoc nomen ſubſtantia, ibi ☞ Subſtãtia dicit̃ &c. ☜

Infra lec. 9 vſque ſe. 10

C

Circa primum duo facit. Primo diſtinguit vnum in ꝓ ſe & ꝓ accidẽs, & oñdit quot modis dicitur vnum per accidens. Secundo quot modis dr̃ vnũ per ſe, ibi ☞ Secundũ ſe vero vnum &c. ☜ Dicit ergo ꝙ vnũ dr̃ & per ſe & ꝓ accidens. Per accidẽs aũt vnũ docet cõſiderare primo in terminis ſingularibus, & hoc dupl̃r. Vno modo ſm ꝙ accũs cõparatur ad ſubm. Alio modo ſm ꝙ vnũ accidens cõparatur ad aliud. In vtroq; aũt iſtorũ tria est accipere. ſ. vnũ cõpoſitum & duo ſimplicia. Si enim vnũ per accũs accipiatur ſm comparationem accidẽtis ad ſubm, ſic ſunt iſta tria, primum est Coriſcus, ſecũdum est muſicus, tertiũ Coriſcus muſicus. Et hæc tria ſunt vnum ꝓ accidẽs. Nam idẽ ſubiecto est Coriſcus & muſicus. Et ſiꝛ qñ cõparat accidens ad accũs, tria est accipere, quoꝝ primum est muſicũ, ſecundũ est iuſtum, tertiũ est muſicus iuſtus Coriſcus. Et oĩa ꝓdicta dr̃ esse vnũ ſm accũs, tñ alia & alia rõne. Iuſtũ enim & muſicũ quę ſunt duo ſimplicia in ſecunda acceptione dr̃ vnum per accũs, quia accidunt vni ſubiecto. Muſicus vero & Coriſcus quæ ſunt duo ſimplicia in prima acceptione dr̃ vnum per accidens, quia ☞ alterum eoꝝ ☜. ſ. muſicum ☞ accidit alteri ☜. ſ. Coriſco. Et ſimiliter quantũ ad aliquid muſicus Coriſcus cum Coriſco, quod est compoſitum cũ vno ſimpliciũ in prima acceptione dr̃ vnum per accidens, quia inter partes iſtas quæ ſunt in hac oꝛone .i. in hoc termino complexo. ſ. Coriſcus muſicus altera ꝑs termini complexi. ſ. muſicus accidit alteri parti per ſe ſignatę. ſ. Coriſco. Et eadem ratione potest dici, ꝙ muſicus Coriſcus est vnum cum iuſto Coriſco, quæ ſunt duo cõpoſita in ſecũda acceptione, quia ambæ partes vtriuſq; cõpoſiti accidunt vni. ſ. Coriſco. Si enim idem est muſicus & muſicus Coriſcus, & iuſtus & iuſtus Coriſcus, cuicũq; accidit muſicum accidit muſicus Coriſcus, & quicquid accidit Coriſco accidit Coriſco iuſto. Vnde ſi muſicum accidit Coriſco, ſequitur ꝙ muſicus Coriſcus accidit iuſto Coriſco. Et ſic nihil differt dicere muſicum Coriſcum accidere iuſto Coriſco, q̃ muſicũ accidere Coriſco. Quia vero hmõi prædicata per accidens, per prius ꝓdicantur de ſingularibus, & ꝙ poſterius de vniuerſalibus, cum tñ econuerſo ſit de ꝓdicatis per ſe, manifeſtat cõſequenter in terminis vniuerſalibus quod in ſingularibus oſtẽderat, dicens, ꝙ ſimiliter accipitur vnum per accidens, ſi aliquod accidens dicatur cũ aliquo noſe alicuius generis, vel cuiuſcũq; vłis, ſicut accipitur vnum ꝙ accidẽs in ꝓdictis qñ accidẽs adiũgitur nomini ſingulari, ſicut cum dr̃ ꝙ homo & muſicus homo ſunt vnum per accidens, licet quantum ad aliquid differant. Singulares enim ſubſtãtiæ nec ſunt in ſubiecto, nec de ſubiecto ꝓdicantur. Vnde tñ ſubſtant & nihil eis ſubſtat. Subſtãtiæ qdem vłes dr̃ de ſubiecto, ſed non ſunt in ſubiecto. Vnde non ſubſtant accidẽtibus, & eis aliquid ſubſtat. Cũ ergo accũs adiungit̃ particulari ſubſtantiæ, non põt eſſe alia rõ dicti, niſi quia accidens ineſt ſubæ particulari, vt quia muſicum ineſt Coriſco cum dr̃ Coriſcus muſicus. Sed cũ dr̃ homo muſicus, põt eſſe duplex rõ dicti. Aut enĩ hoc dr̃, quia muſicum accidit hoĩ, per quod ſignificaẽ ſubæ, & ex hoc cõperit ſibi ꝙ poſſit ſubſtare accidẽti. Aut hoc ideo dicit, quia ambo. ſ. homo & muſicus inſunt alicui ſingulari, ſicut Coriſco: ſicut muſicum dicebatur iuſtum, quia eidem ſinguli iſunt, & eodem modo. ſ. per accidens. Sed forſan hoc non eodẽ modo, ſed vłis ſubæ ineſt ſinguli vt genus, ſicut hoc nomen animal, aut ſi non ſit genus, ſaltim eſt in ſubſtantia ſubiecti. i. vt ſubſtantiale prædicatum ſicut hoc nomen homo. Sed aliud. ſ. muſicũ non est vt genus vel eſſentiale prædicatum, ſed vt habitus vel paſſio ſubiecti, vel qualecũq; accidens. Ponit aũt hæc duo habitum & paſſionem, quia quædam accidentia ſunt manentia in ſubiecto, ſicut habitus qui ſunt difficile mobiles, quædam aũt ſunt accidentia pertranſeuntia & non manentia, ſicut paſſiones. Patet igitur ꝙ iſti ſunt modi, qbus aliqua dicuntur vnũ per accidens. Deinde cum dicit.

D

E

F

G

Eorum aũt quę vnum per ſe dr̃, alia ex eo dicuntur quia cõtinua ſunt, vt faſcis vinculo, & ligna glutino. Linea quoq; continua, ſi flexa etiam ſit, vna dicitur, quemadmodum & partiũ quęq;, vt brachiũ atque crus. Horum autem ipſorum magis ea ſunt vnum quę continua ſunt natura, q̃ ea quæ ſunt continua arte. Id vero continuum dicitur, cuius motus est vnus ꝑ ſe, & aliter ſeſe hr̃e nõ põt. Vnus aũt is est motus, qui indiuiſibilis est, atq; indiuiſibilis tpe.

Tex. cõ. 8 Parte. 2

Secundum ſe vero vnũ dictoꝝ alia dicũtur eo ꝙ continua ſunt, vt onus vinculo, & lignum cum viſco. Et linea & ſi flexa ſit, continua autem, vna dicitur: ſicut & partium ſingulæ, vt tibia & brachium. Ipſorum aut magis vnũ natura continua q̃ arte. Continuum vero dicitur cuius motus vnus ſm ſe, & nõ poſsibile aliter. Vnus autem vnius indiuiſibilis. Indiuiſibilis autem ſm tempus.

H

Ponit modos vnius per ſe, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit quot modis dicitur vnum. Secundo quot modis dicuntur multa, ibi ☞ Palam autem, & quia multa. ☜ Circa primum duo facit. Primo diſtinguit modos vnius naturaliter. i. ſm conditiones in rebus inuentas. Secundo vero logice. i. ſm intentiones logicales, ibi ☞ Amplius autẽ alia &c. ☜ Circa primũ duo facit. Prio diſtinguit modos vnius. Secũdo vero ponit quandã ꝓprietatẽ cõſequentẽ ad vnũ, ibi ☞ Vni vero eẽ, eſt principiũ. ☜ Circa primũ duo facit. Prio ponit modos vnius, ſecũdo reducit eos oẽs ad vnũ, ibi ☞ Vniuerſaliter enim q̃cunq;. ☜ Ponit aũt in prima parte qnq; modos vnius. Quoꝝ primus est, ꝙ eorũ

Infra lec. 8 Parte. 5 Infra ibidẽ, Parte. 4. Infra lec. 8 Parte. 3. Lectio. 8. parte. 1. Modi vni ꝑ ſe qnq.

quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ ſm ſe dr̄ vnum, quędam dr̄ vnum eſſe ⁊ natura cōtinuitatis ⁊.i. eſſendo continua, vel ⁊ in eo q̄ ſunt continua, ⁊ ſicut dicit alia translatio. Sed continua dicuntur aliqua dupliciter. Quædam enim ſunt cōtinua, ſicut dicit alia litera per aliud, quædam ſm ſe. Proſequitur ergo primo continua ſm aliud dicens, q̄ cōtinua per aliud ſunt, ſicut onus lignorum cōtinuum eſt ratione ligaminis vel vinculi. Et hoc modo ligna adinuicem connexa dicūtur vnum per viſcum. Quod etiam contingit dupliciter, quia q̄ncq; continuatio alligatorum ſit ſm lineam rectam, q̄ncq; aūt ſm lineam indirectam, ſicut eſt linea reflexa angulum continēs quæ ſit ex contactu duarum in vna ſuperficie, quarum applicatio non eſt directa. Per hunc enim modum partes animalis dicuntur vnum & cōtinuum. Sicut tibia quæ habet reflexionem, & angulum continet ad genu, dicitur vna & continua, & ſimiliter brachium. Sed cum talis cōtinuatio quæ eſt per aliud poſſit eſſe vel fieri naturaliter & arte, magis vnum ſunt quæ ſunt continua per naturam, q̄ſi quę ſunt cōtinua per artem, quia in his quæ ſunt continua per naturam, illud vnum per quod fit cōtinuatio nō eſt extraneum à natura rei quæ per ipſum continuatur, ſicut accidit in his quæ ſunt vnum per artificium, in quibus vinculum, vel viſcus, vel aliquid tale eſt omnino extraneum à natura colligatorum. Et ita ea quę ſunt naturaliter colligata, prius accedunt ad ea quæ ſunt ſm ſe continua, quæ ſunt maxime vnum. Et ad euidentiam huius diffinit cōtinuum dicēs, q̄ cōtinuum dicitur id cuius eſt ſm ſe vnus motus tm̄, & nō eſt poſſibile aliter. Non enim poſſibile eſt in continuo, vt diuerſæ partes diuerſis motibus moueantur, ſed totum cōtinuum mouetur vno motu. Dicit autem ⁊ ſm ſe, ⁊ quia poſſibile eſt vt continuum moueatur vno modo per ſe, & vno alio vel pluribus per accidēs, ſicut ſi homo mouetur in naui per ſe cōtra motum nauis, mouet nihilominus motu nauis per accidens. Ad hoc autē q̄ ſit vnus motus, oportet q̄ ſit indiuiſibilis, & hoc dico ſm tempus, vt videlicet ſimul dum mouetur vna pars continui moueatur & alia. Non enim contingit in continuo q̄ vna pars moueatur & alia quieſcat, vel q̄ vna quieſcat, & alia moueatur, vt ſic motus diuerſarum partium continui ſint in diuerſis partibus temporis. Ideo autem hic diffinit Philoſophus continuum per motum & non per vnitatem termini, ad quem partes continui continguntur, ſicut in prædicamētis, & in libro phyſicorū habetur, quia ex iſta diffinitione pōt ſumi diuerſus gradus vnitatis in diuerſis continuis, ſicut poſtea patebit, non autem ex diffinitione ibi data. Sciendum eſt autem q̄ hoc quod hic dicitur q̄ motus continui, indiuiſibilis eſt ſm tempus, non eſt contrarium ei quod probatur in .6. phy. ſcilicet q̄ tēpus motus diuiditur ſm partes mobilis. Hic enim loquitur Philoſophus quantum ad motū abſolute, quia ſcilicet non ante incipit moueri vna pars cōtinui q̄ alia. ibi autem loquitur referēdo ad aliquod ſignū, quod ſignatur in magnitudine per quam fit motus. Illud enim ſignum quod eſt prior pars magnitudinis, in priori tempore tranſitur, licet etiam in illa priori parte temporis aliæ partes mobilis continui moueantur.

K

Continuū quid ſit.

L

M

Continui diffinitio duplex. Capſo de quātitate & tex. cō. 8 Lect. 3. Lectio. 7. Tex. cō. 33

Ea vero per ſe continua ſunt, quę non tactu ſunt vnū. Nā ſi hoc pacto ligna poſueris vt ſeſe tangant, nō vnum, aut lignum, aut corpus, aut aliquid quicquam continuum ea dixeris eſſe. Omnino igitur ea quę continua ſunt, vnum dr̄, & ſi flexuram hn̄t, & etiam magis ea quę flexuram non hn̄: vt tibia, aut femur magis eſt vnum q̄ crus, propterea q̄ fieri poteſt, vt non vnius ſit motus ipſius cruris. Et recta linea magis eſt vnum q̄ flexa. Ea vero quę flexa eſt ac angulum habet, vnam ex eo & nō vnam dicimus eē, quia fieri pōt, vt motus ipſius & ſimul ſit, & non ſimul. Rectę autem motus ſemper eſt ſimul, & non fit vt pars ipſius magnitudinem habens, alia quieſcat, alia moueatur, vt ſit in linea flexa.

N

Patet. 5

Secundum ſe aūt continua, quęcunq; non tactu ſunt vnum. Nā ſi ponis ſe tangentia ligna, non dices hęc vnum eſſe, nec lignum, nec corpus, nec aliud continuum ullum. Quę itaq; oīno ſunt continua, vnum dr̄, quāuis reflexionem habeant. Adhuc magis quę non habent reflexionem, vt tibia aut crus q̄ ſcelos. i. femur, quia contingit non vnum eſſe motum ſcelis .i. femoris. Et recta q̄ reflexa magis vnū. Reflexam vero & angulum habentem, vnam & nō vnam dicimus, quia contingit & nō ſimul eſſe motum eius & ſimul. Rectę vero ſemper ſimul, & nulla pars hn̄s magnitudinem, hęc quidem mouetur, hęc vero quieſcit, quemadmodum reflexę.

O

Proſequitur de illis quæ ſunt ſm ſe continua dicens, q̄ illa ſunt ſm ſe continua quæ non dicuntur vnum per contactum, quod ſic probat. Illa enim q̄ ſe tangunt, vt duo ligna, nō dicūtur vnum lignum, nec vnum corpus, nec vnū aliquid aliud quod pertineat ad genus continui. Et ſic patet, q̄ alia eſt vnitas continuorum, & alia tāgentium. Quę enim ſunt ſe tāgentia non habent vnitatem continuitatis per ſeipſa, ſed per aliquod vinculum quod ea cōngit. Sed illa quæ ſunt continua, dicuntur vnum ſm ſe, q̄uis habeāt reflexionem. Duæ enim lineæ reflexæ cōtinuantur ad vnū communem terminum, qui eſt punctus in loco vbi conſtituitur angulus. Sed tamen magis ſunt vnum quæ per ſe ſunt continua ſine reflexione. Cuius ratio eſt, quia linea recta non pōt habere niſi vnum motum in omnibus partibus ſuis. Linea vero reflexa poteſt habere vnū motum, & duos motus. Poteſt enim intelligi linea reflexa, tota moueri in vnam partem: & iterum poteſt intelligi q̄ vna pars quieſcente, alia pars quæ cum parte quieſcente continet angulum, appropinquet per ſuum motum ad partem quieſcentem, ſicut quando tibia vel crus applicatur ad coxam, quæ hic dicitur femur. Vnde vtrunq; eorum, ſcilicet tibia vel coxa ſunt magis vnum ⁊ quàm ſcelos ⁊ vt habetur in græco, id eſt quàm id quod eſt compoſitum ex tibia & coxa. Sciendum autem quòd litera quæ habet curuitatem loco reflexionis falſa eſt. Conſtat enim quòd partes lineæ curuæ angulum non continentes, oportet quòd ſimul moueantur & ſimul quieſcant, ſicut partes lineæ rectæ, quod non accidit in reflexa, vt dictum eſt. Secundum modum ponit ibi.

P

Radix humiditatis aqua.

Præterea alio modo ex eo aliq; vnū dr̄ quia ſubiectum eſt indifferens forma. Indifferens aūt eoꝝ hoc pacto ſubm eſt, quoꝝ forma eſt indiuiſibilis ſenſu. Subm aūt, aut primū, aut extremum ad finē. Etenim vinū vnū dicit atq; aqua, ſi ſit idiuiſibilis forma. Et liquores omnes vnum dr̄, vt oleum, vinum & ea q̄ liqueſcere poſſunt, quia omnium vltimū ſubiectum eſt idem. Hęc enim omnia aut aqua ſunt aut aer.

Q

Tex. cō. 9 Parte. 4

Amplius alio modo dr̄, eo q̄ ſubiectum ſit ſpecie indifferens. Indifferens vero, vt quorum indiuiſibilis ſpēs ſm ſenſum. Subiectū autem primum, aut vltimum ad finem. Vinū enim vnum dr̄ & aqua vna, inquantum indiuiſibile ſm ſpēm. Et liquores oēs vnū dr̄, ut oleum, uinum, & fluida, quia oīum vltimū ſubm idem. Nam aqua aut aere oīa hęc fiunt.

Dicit q̄ ſecundo modo dr̄ vnum, non tm̄ ratione continuæ quātitatis, ſed ex eo q̄ ſubm totum eſt indifferens forma ſm ſpēm. Quædam enim eſſe poſſunt continua, quæ tamen in ſubto ſunt diuerſa ſm ſpēm, ſicut ſi continuetur aurum argento vel aliqua hmōi. Et tunc talia duo erunt vnū ſi attendatur

A

ſi attendatur ſola quantitas, non autem ſi attendatur natura ſubiecti. Si vero totum ſubiectum cōtinuum ſit vnius formæ ſm ſpēm, erit vnum & ſm rōnem quātitatis & ſm rōnem naturæ. Subiectū aūt dr̄ eē indifferens ſm ſpēm, q̄ſi eadem ſpecies ſenſibilis non diuiditur, ita q̄ ſint diuerſæ formæ ſenſibiles in diuerſis partibus ſubiecti, ſicut q̄ncq; contingit q̄ vnius corporis ſenſibilis vna pars eſt alba, & alia nigra. Hoc autem ſubiectum indifferens poteſt accipi dupliciter. Vno modo ſubiectum primum. Alio modo ſubiectum finale ſiue vltimum, ad q̄d puenitur in fine diuiſionis. Sicut patet q̄ totū vinum dr̄ vnum eſſe, quia partes eius cōicant in vno primo ſubto q̄d eſt indifferens ſm ſpēm. Et iſte eſt de aqua. Oēs enim liquores ſiue humores dr̄ vnum in vno vltimo. Nā oleum & vinum & omnia huius reſoluunt vltimo in aquā vel aerem, qui in omnibus eſt radix humiditatis. Tertium modum ponit ibi.

Continuum diuiditur ad aq̄ vel aer.

B

Dicuntur ēt vnū & ea quoꝝ genus eſt vnū differens oppoſitis differentiis. Atq; hæc vniuerſa vnum ꝓpterea dici ſolent, q̄ genus eſt vnū, quod differentiis ipſis ſubiicit̄, vt equus, hō & canis, vnū quippiā ſunt, ex eo qa ſunt aīalia cuncta. Et quodā modo ꝓinde ſunt vnum, vt ea quoꝝ eſt materies vna. Iſta autem interdum hoc pacto vnū, interdum ſuperiore genere idem dr̄, vt ſi non ꝓpinquę, ſed vltimę ſint generis, ſpēs. Vt triangulus duoꝝ ęqualiū laterū, ac triangulus ęqualiū oīum eadem vnaq; figura ſunt, qa vterq; triangulus eſt iam non ſunt iidē trianguli.

Tex. cō. 10 parte. 5.

C

Dicuntur aūt vnum, & quorū genus vnū differēs oppoſitis differētiis, & hęc dr̄ omnia vnum quod ſubiicitur differentiis: vt homo, canis, & equus, vnū quidem, qa omnia aīalia. Et modo ꝓpinquiſiſimo, ſicut materia vna. Hęcaūt q̄ncq; qdem ita vnū dr̄, q̄ncq; vere genere ſuperiore, q̄d idem dr̄, ſi ſint vltimæ ſpecies generis ſuperiores his. Vt iſoſceles & iſopleurus ſunt vna & eadem figura, quia ambo triangulus, ſed trianguli non iidem.

Dicit q̄ aliqua dr̄ vnum, quorum genus eſt vnum, oppoſitis differentijs diuiſum. Et ille modus habet aliquam ſimilitudinem cum præcedenti. Ibi enim aliqua dicebantur eſſe vnum, quia genus ſubiectum eſt vnum: hic etiam aliqua dicuntur eſſe vnum, quia eorum genus q̄d eſt ſubiectum differentijs eſt vnū, ſicut homo et equus & canis dr̄ vnum, quia cōicant in aīali, quaſi in vno genere ſubiecto differentijs. Differt tm̄ hic modus à prædicto, quia in illo modo ſubiectū erat vnum nō diſtinctum per formas, hic autem genus ſubiectum eſt vnum diſtinctum per diuerſas differentias quaſi per diuerſas formas. Et ſic patet q̄ ꝓpinquiſſimo modo dicuntur aliqua eſſe vnum genere, & ſimiliter ſicut aliqua dicūtur eſſe vnum materia. Nam illa etiā quæ dicuntur eſſe vnū materia diſtinguuntur per formas. Genus enim licet nō ſit materia, quia nō ꝓdicaretur de ſpecie, cum materia ſit pars, tm̄ ratio generis ſumitur ab eo q̄d eſt materiale in re, ſicut rō differentiæ ab eo q̄d eſt formale. Non enim aīa rōnalis eſt dr̄ia hoīs cum de hoīe non ꝓdicetur, ſed habens aīam rōnalem quod ſignificat hoc nomē rōnale. Et ſimiſt natura ſenſitiua nō eſt genus hoīs, ſed ps. Habens ēt naturam ſenſitiuam quod nōie aīalis ſignificat, eſt hoīs genus. Similis ergo et propinquus modus eſt quo aliqua ſunt vnum materia & vnum genere. Sed ſciēdum eſt q̄ vnum ratione generis dicitur dupliciter. Quandoq; enim aliqua dr̄ ita vnum in genere ſicut dictum eſt, quia .ſ. eoꝝ vnum eſt genus qualitercunq;. Qn̄q; vero non dr̄ aliqua eſſe vnum in genere niſi in genere ſuperiori, q̄d cū adiūctione vnitatis vel idētitatis ꝓdicatur de vltimis ſpecibus generis inferioris, q̄ſ ſunt aliquæ aliꝫ ſuperiores ſpecies ſupremi generis, in quarum vna infinitæ ſpēs conueniunt. Sicut figura eſt vnū genus ſupremum cōtinens ſub ſe multas ſpēs. ſ. circulum, triangulū, quadratum, & hmōi. Et triāgulus ēt continet diuerſas ſpēs. ſ. equilaterum, qui dr̄ iſopleuros, & triāgulum duoꝝ ęqualium laterū, qui dicitur equitibiarum vel iſoſceles. Iſti igit̄ duo trianguli dr̄ vna figura, q̄d eſt genus remotum, ſed non vnus triangulus, quod eſt genus ꝓximum. Cuius rō eſt, quia hi duo triāguli nō differunt ꝓ dr̄ias quibus diuiditur figura. Differūt autē per dr̄ias ꝫbus diuiditur triangulus. Idē aūt dr̄ à quo aliquid non differt dr̄ia. Quartum modum ponit ibi.

B

Prçterea vnū ea dr̄, quoꝝ ratio quæ q̄dditatem explicat indiuiſibilis eſt ad aliam, quæ quidditatem rei declarat. Ipſa enim ꝓ ſeipſam, oīs rō diuiſibilis. Sic enim & id q̄d accreuit, atq; decreſcit eſt vnū, qa rō eſt vna perinde atq; in planis rō formę eſt vna.

F

Tex. cō. 11 Parte. 6

Amplius autem vnum dr̄, quorumcunq; ratio quæ quod quid erat eſſe dicit, indiuiſibilis eſt ad aliam ſignificantem quid erat eſſe rei. Ipſa enim ſm ſe omnis ratio diuiſibilis. Sic enim augmentatum & diminutum vnum ſunt, quia ratio vna ſicut in ſuperficiebus quæ ſpeciei vna.

Dicit q̄ vnum etiā dr̄ ꝯcunq;, ita ſe habent q̄ diffinitio vnius quæ eſt rō ſignificans q̄d eſt eſſe, non diuiditur à diffinitione alterius, quæ ſignificat etiam quid eſt eſſe eius. Ipſa enim diffinitio. ſ. ſm ſe oportet q̄ ſit diuiſibilis, cum conſtet ex genere & differentia. Sed poteſt eſſe q̄ diffinitio vnius ſit indiuiſibilis à diffinitione alterius, quando duo habēt vnam diffinitionem, ſiue illæ diffinitiones ſignificēt totum hoc, quod eſt in diffinito, ſicut tunica & indumentum: & tunc ſunt ſimpliciter vnum, quorum diffinitio eſt vna, ſiue illa cōmunis diffinitio nō totaliter cōprehendat rōnem duoꝝ, quæ in ea conueniunt, ſicut bos & equus cōueniunt in vna diffōne aīalis. Vnde nunq; ſunt vnum ſimpliciter, ſed ſm quid, inquantum. ſ. utrūq; eoꝝ eſt aīal. Et ſi militer augmentū & diminutio conueniunt in vna diffinitione generis, qa vtraq; eſt motus ſm quantitatem. Similiter in oībus ſuperficiebus eſt vna diffinitio huius ſpeciei q̄ eſt ſuperficies. Quintum modum ponit ibi.

G

Oīno aūt vnum ea dr̄ maxime, quorum intellectio indiuiſibilis eſt, quę q̄dditatem ipſam itelligit, & neq; tpe, neq; loco ſeparare pōt, neq; etiam ratione. Et horū ea præſertim quę ſubſtantię ſunt.

Omnino vero quoꝝ intelligētia indiuiſibilis intelligens quid erat eſſe, & non poteſt ſeparari neque tempore, neq; loco, neq; ratione, maxime hæc vnū & horum quęcunq; ſubſtantia.

H

Dicit q̄ ⁊ omnino, ⁊ id eſt pfecte & maxime ſunt vnū, quorum intellectus intelligens quidditatē eorū eſt omnino indiuiſibilis, ſicut ſimplicia quæ non componuntur ex principijs materialibus & formalibus. Vñ intellectus accipiens quidditatem eoꝝ non cōprehendit ea, quaſi componēs diffinitionē eorum ex diuerſis principijs, ſed magis per modum negationis, ſicut punctus eſt cuius pars nō eſt: vel etiam per modum habitudinis ad compoſita, ſicut ſi dicatur quòd vnitas eſt principium numeri. Et quia talia habent intellectum indiuiſibilem in ſeipſis, ea autem quæ ſunt quocunq; modo diuiſa, poſſunt intelligi ſeparatim, ideo ſequitur quòd huiuſmodi ſunt inſeparabilia, & ſm tempus, & ſm locum, & ſecundum rationem. Et propter hoc ſunt maxime vnum, præcipue illud quod eſt indiuiſibile in genere ſubſtantiæ. Nam quod eſt indiuiſibile in genere accidentis, & ſi ipſum in ſe non ſit cōpoſitum, eſt tamen alteri cōpoſitū, id eſt ſubiecto in quo eſt. Indiuiſibi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis aũt ſuba, nec ſm ſe cõpoſita eſt, nec alteri cõponitur. Vel ly ſuba, poteſt eſſe ablatiui caſus. Et tunc eſt ſenſus, q̃ licet aliqua dicantur vnum, quia ſunt indiuiſibilia ſm locum vel tempus vel rationem, tamen inter ea illa maxime dicuntur vnum, quæ non diuiduntur ſm ſubſtantiam. Et redit in eundem ſenſum cum priore. Lec. viij.

Vniuerſaliter aũt ea q̃ diuiſionẽ non hñt, ea rõne qua nõ hñt, vnũ dr. Veluti ſi homo diuiſionem nõ habet, vnus eſt hõ. Si vt aĩal, vnũ eſt aĩal. Si vt magnitudo, vna eſt magnitudo. Plurima igitur vnum ex eo dr, quia aliud quippiam vnum, aut efficiũt, aut hñt, aut patiuntur, aut aliqd vnum ſunt. Ea vero primo dr vnũ quoꝝ eſt ſuba vna. Vna aũt, aut ǫtinuatione, aut forma, aut rõne. Etenim ea quę nõ continua ſunt, aut ea quorũ forma nõ vna eſt, aut ea quorũ non vna eſt rõ, vt plura numerare ſolemus.

K Parte. 1

VNiuerſaliter enim quęcunq; non habent diuiſionem, inquantum nõ hñt, ſic vnum dicũtur. Vt ſi inquantum homo non habet diuiſionem, vnus homo. Si vero inquantum animal, vnum animal. Et ſi inquantum magnitudo, vna magnitudo. Plura quidem igitur vnum dr per alteꝝ aliqd facere, aut pati, aut habere, aut aliquid eſſe vnum. Quæ aũt vnũ primo dr, quorũ ſubſtantia vna. Vna vero aut cõtinuatione, aut ſpecie, aut ratione. Etenim numeramus vt plura, aut quę non continua, aut quoꝝ non vna ſpecies, aut quorum ratio non vna.

HIC Phs reducit oẽs modos ad vnũ primũ, & circa hoc duo facit. Primo ponit reductionẽ p̃dictam. Secundo ſuper modos poſitos ponit aliũ modũ vnitatis, ibi ☞ Amplius aũt &c. ☜ Dicit ergo primo, q̃ ex hoc patet q̃ illa q̃ ſunt penitus indiuiſibilia, maxime dr vnum, quia ad hũc modũ oẽs alij modi reducunt, qa vlt hoc eſt verũ, q̃ quæcunq; non hñt diuiſionẽ, ſm hoc dr vnum inquantũ diuiſionem non hñt. Sicut quæ nõ diuidunt in eo quod eſt hõ, dicunt vnũ in hoĩe, ſicut Socra. & Plato. Et quæ non diuiduntur in rõne aĩalis, dr vnum in aĩali. Et quæ nõ diuidũtur in magnitudine vel mẽſura, dr vnum ſm magnitudinem, ſicut cõtinua. Et ex hoc põt accipi ẽt numerus & diuerſitas modoꝝ vnius ſuprapoſitoꝝ, quia vnũ aut eſt indiuiſibile ſimpliciter, aut indiuiſibile ſm quid. Si qdem ſimpliciter, ſic eſt vltimus modus qui eſt principalis. Si autẽ eſt indiuiſibile ſm quid, aut ſm quãtitatem tm̃, aut ſm naturam. Si ſm quantitatem ſic eſt primus modus. Si ſm naturã, aut quantũ ad ſubm, aut quantũ ad diuiſionem quę ſe tenet ex parte formæ. Si quantum ad ſubm vel quãtum ad ſubiectum reale, & ſic eſt ſecundus modus. Vel quantum ad ſubiectum rõnis, & ſic eſt tertius modus. Indiuiſibilitas aũt formæ q̃ eſt indiuiſibilitas rõnis. i. diffinitionis, facit quartum modum. Ex his autem modis ulterius aliqui alij modi deriuantur. Plurima autem ſunt quæ dicuntur vnum, ex eo quòd faciunt vnum, ſicut plures homines dicuntur vnum, ex hoc q̃ trahunt nauem. Et etiam dicuntur aliqua vnum, ex eo q̃ vnum patiuntur, ſicut multi homines ſunt vnus populus, ex eo quòd ab vno Rege reguntur. Quædam vero dicuntur vnum, ex eo q̃ habent aliquid vnum, ſicut multi poſſeſſores vnius agri, ſunt vnum in dominio eius. Quædam etiam dicuntur vnum ex hoc q̃ ſunt aliquid vnum, ſicut multi homines albi dicuntur vnum, quia quilibet eorum albus eſt. Sed reſpectu omnium iſtorum modorum ſecundatiorum, primo dicũtur vnum illa quæ ſunt vnum ſm ſuam ſubſtantiam, de quibus ſupra dictum eſt in quinq; modis ſuprapoſitis. Vna nãq; ſubſtantia eſt, aut rõne continuitatis, ſicut in primo modo: aut ꝓpter ſpẽm ſubiecti, ſicut in ſecundo modo, & etiam in tertio, prout vnitas generis aliquid habet ſimile cum vnitate ſpeciei: aut etiam ꝓpter rõnem, ſicut in quarto & in quinto modo. Et q̃ adhuc ex his modis aliqua dicãtur vnum, patet per oppoſitum. Aliqua enim ſunt numero plura, vel numerantur vt plura, quia non ſunt continua, vel quia nõ habent ſpeciem vnam, vel quia non conueniunt in vna ratione. Deinde cũ dicit.

N

Pręterea partim quoduis vnum dicimus eſſe, ſi quantũ atq; ǫtinuũ ſit: partim non dicimus, ſi nõ ſit quid totũ, id eſt ſi nõ aliquã vnã habeat formã. Nõ enim ſi'r vnũ dixerimus, ſi calcei partes quouis cõpoſitas modo viderimus, niſi ob continuationẽ: ſed ſi hoc pacto vt ſit calceus, & vnã iam aliquã habeat formã. Quapropter & circuli linea maxime oĩum linearum eſt vna, ꝓpterea qđ tota eſt atq; perfecta.

parte 5.

Amplius aũt, eſt qdem vt quodcũq; vnũ ǫtinuitate dicimus eſſe, ſi ſit quantum & continuũ: eſt autem vt non, ſi non aliquod totum ſit. Hoc aũt ſi nõ ſpẽm habeat vnam. Vt videntes vtiq; non dicemus ſimiliter vnum qualitercũq; partes cõpoſitas calciamẽti, niſi ꝓp ǫtinuitatem, ſed ſi ſit vt calciamentum ſit, & ſpẽm habeat aliquã, iam vnum. Quapropter & q̃ circuli maxime vna linea, quia tota & ꝓfecta eſt.

Linea circularis ſimpliciter perfecta.

Addit alium modũ à ſupradictis qui non ſumit ex rõne indiuiſionis ſicut p̃dicti, ſed magis ex ratione diuiſionis, & dicit q̃ quędã aliqua dr vnum, ꝓpter ſolã continuitatẽ: quędã vero nõ, niſi ſit aliquod totũ & ꝓfectum, quod quidem cõtingit qñ habet aliquã vnã ſpẽm, nõ quidem ſicut ſubiectum homogeneum dr vnum ſpecie, qđ pertinet ad ſecũdũ modum poſitum prius) ſed ſm q̃ ſpẽs in quadam totalitate cõſiſtit requirens determinatũ ordinẽ partium, ſicut patet q̃ non dicimus vnum aliquid vt artificiatum qñ videmus partes calciamẽti qualitercunq; compoſitas, niſi forte ſm q̃ accipitur vnum pro continuo, ſed tunc dicimus eſſe vnum oẽs partes calciamẽti quando ſic ſunt cõpoſitæ, q̃ ſit calciamentũ & habeat aliquã vnã ſpẽm. ſ. calciamẽti. Et ex hoc patet q̃ linea circularis ẽ maxime vna; quia non ſolũ habet cõtinuitatẽ, ſicut linea, linea recta, ſed etiam habet totalitatẽ & perfectionem, qđ nõ habet linea recta. Perfectũ eſt enim & totum cui nihil deeſt, quod quidem contingit lineæ circulari. Non enim poteſt ſibi fieri additio ſicut ſit lineæ rectæ. Deinde cum dicit.

P

Linea circularis ꝓfecta.

Eſſe aũt vnius in hoc conſiſtit, vt numeri ſit principiũ quoddã. Pria enĩ menſura vniuſcuiuſq; generis principiũ eſt. Quo enim prio cognoſcimus, id pria mẽſura generis eſt cuiuſq;. Ipſum igitur vnum circa vnũqq̃q; genus cognoſcibilis rei principiũ eſt. Non eſt aũt ipſum vnũ in vniuerſis generibus idem. Hic enim eſt primus ſenſibilis ſonus, ibi lĩa vocalis, vel muta: ponderis autem aliud, & motus etiam aliud. Vbiq; vero ipſum, vnum, aut quãtitate eſt indiuiſibile, aut forma. Eoꝝ aũt quę quantitate, & vt quantitas eſt indiuiſibilia ſunt: id qdem quod penitus eſt tale poſitioneq; caret, vnitas appellatur. Id autẽ qđ penitus eſt tale, poſitionemq; habet, dicitur punctũ: & id quod vnice eſt diuiſibile, linea nuncupatur: & id quod duabus ex partibus, ſuperficies appellatur: qđ vero omni ex parte eſt diuiſibile, & trinã habet dimenſionem, id dicitur corpus. Et conuerſione igitur facta, qđ duabus ex partibus eſt diuiſibile, id ſuperficies: quod vna ex parte, id linea: quod nulla ex parte, id punctum, aut vnitas nuncupatur: vnitas ſi poſitione careat, punctum ſi habeat iſtam.

C

Vni

M Text. cõ. 12 parte 3.

VNi vero eſſe, eſt principium alicui numero eſſe. Prima nanq; mẽſura principium. Nam quo primo cognoſcimus, hoc eſt prima mẽſura cuiuſlibet generis. Principium ergo cognoſcibilis circa quodlibet, vnum. Non idem autẽ in omnibus generibus vnũ. Hoc quidem enim eſt dieſis, illis autem vocalis, aut cõſonans: grauitatis autem alteꝝ, & in motu aliud. Vbiq; vero vnum aut quantitate aut ſpecie, indiuiſibile. Secundum quantum quidem igitur, & inquantum quantum, indiuiſibile: quod quidẽ omnino & ſine poſitione, dicitur vnitas. Quod aũt omnino & poſitionem habens, punctum. Quod aũt ſm vnum, linea. Quod aũt ſm duo, ſuperficies. Omnino vero & tripliciter diuiſibile ſm quantitatem, corpus. Facta aũt ꝓuerſione, dualiter qdem diuiſibile ſuperficies, vnice aũt linea, nullatenus diuiſibile ſm quantitatem punctus & vnitas. Hoc quidẽ non hñs põnem vnitas. Illud vero hñs poſitionem, punctus.

B

Ponit quandam ꝓprietatem cõſequentẽ vnũ & dicit, q̃ ratio vnius eſt in hoc q̃ ſit principium alicuius numeri. Quod ex hoc patet, qa vnũ eſt prima mẽſura numeri, quo omnis numerus menſuratur. Menſura aũt habet rõnẽ principij, quia per mẽſuram res menſuratæ cognoſcuntur. Res autem cognoſcuntur per ſua propria principia. Et ex hoc patet q̃ vnum eſt principium noti vel cognoſcibilis circa quodlibet, & eſt in omnibus principium cognoſcendi. Hoc tñ vnum quod eſt principium cognoſcendi, non eſt idem in omnibus generibus. In genere enim cõſonantiarũ eſt vnũ, quod eſt dieſis, quod eſt minimum in cõſonãtijs. Dieſis enim eſt ſemitonũ minus. Diuiditur enim tonus in duo ſemitonia inæqualia, quorum vnus dicitur dieſis. In vocibus aũt vnum primum & minimum eſt litera vocalis, aut cõſonãs, & magis vocalis q̃ cõſonans, vt in. 10. dicetur. Et in grauitatibus ſiue ponderibus eſt aliquid minimum quod eſt mẽſura. ſ. vncia, vel aliquid aliud hmõi. Et in motibus eſt vna prima mẽſura quæ menſurat altos motus. ſ. motus ſimpliciſſimus & velociſſimus, ſicut eſt motus diurnus. In oĩbus tñ iſtis hoc eſt cõmune, q̃ illud qđ eſt prima menſura, eſt indiuiſibile ſm quãtitatem vel ſm ſpẽm. Quod igitur eſt in genere quantitatis vnum & primum, oportet q̃ ſit indiuiſibile & ſm quantitatem. Si autem ſit omnino indiuiſibile & ſm quantitatem & non habeat poſitionem, dicitur vnitas. Punctus vero eſt id quod eſt oĩno indiuiſibile ſm quantitatẽ, & tñ habet poſitionẽ. Linea vero eſt quod eſt diuiſibile ſm vnam dimẽſionem tm̃. Superficies vero ſm duas. Corpus autem eſt oĩbus modis diuiſibile ſm quantitatem. ſ. ſm tres dimenſiones. Et hæ deſcriptiones conuertuntur. Nam omne quod duabus dimenſionibus diuiditur eſt ſuperficies, & ſic de alijs.

D Superat tex. comm. 5.

Sciendum eſt aũt, q̃ eſſe menſurã, eſt ꝓpria rõ vnius ſm q̃ eſt principium numeri. Hoc aũt non eſt idem cum vno quod conuertitur cum ente, ut in quarto dictum eſt. Ratio enim illius unius in ſola indiuiſione conſiſtit, hmõi autem vnius in mẽſuratione. Sed tñ hæc rõ mẽſuræ, licet primo cõueniat vni qđ eſt principiũ numeri, tñ per quãdã ſimĩlitudinem deriuatur ad vnum in alijs generibus, vt in. ... huius Philoſophus oſtendet. Et ſm hoc ratio menſuræ inuenitur in quolibet genere. Hæc autem ratio menſuræ cõſequitur rationem indiuiſionis, ſicut habitum eſt. Et ideo vnum non omnino æquiuoce dicitur de eo quod conuertitur cum ente, & de eo quod eſt principium numeri, ſed ſm ꝓrius & poſterius. Deinde cum dicit.

Lect. 2. Text. 16. & ſeq.

Inſuper alia numero, alia ſpecie, alia genere, alia ſimilitudine rõnis ſunt vnum. Numero quidem ea, quorum eſt materies vna: ſpecie aũt, ea quorum eſt nõ vna: genere vero, ea quoꝝ eadẽ eſt prędicamenti figura: ſed ſimilitudine rõnis, ea q̃ ſic ſe hñt vt aliud ad aliud habet. Semp igit' poſteriora anteriora ſequuntur. Quę enim numero ſunt vnum, ea ſunt & ſpecie vnum. At quę ſpecie ſunt vnũ, ea non oĩa numero ſunt vnum. Sed oĩa genere ſunt vnum, q̃ ſunt ſpecie vnum. Quę vero genere ſunt vnũ, ea nõ omnia ſunt ſpecie vnum. Cuncta tamen ſunt vnum ſimilitudine rationis. At quę ſimilitudine rationis ſunt vnum, ea non omnia ſunt genere vnum.

N

Amplius aũt alia ſm numerum ſunt vnum, alia ſm ſpẽm, alia ſm genus, alia ſm analogiam. Numero qdem, quoꝝ materia vna. Specie, quorum ratio eſt vna. Genere, quoꝝ eadem figura prædicationis. Secundum proportionem, quæcunq; ſe habent vt aliud ad aliud. Semper itaq; poſteriora, prędecentia ſequuntur. Vt quęcunq; numero, ſpecie vnum: ſed q̃cunq; ſpecie, nõ omnia numero. Sed genere omnia vnum, quęcunq; & ſpecie: quęcũq; vero genere, nõ omnia ſpecie. Sed proportione, & quęcunq; vnum proportione, non omnia genere.

F

Ponit aliã diuiſionẽ vnius q̃ eſt magis logica dicẽs, q̃ q̃dã ſunt vnũ numero, q̃dã ſpecie, q̃dã genere, q̃dã analogia. Numero qdẽ ſunt vnũ quoꝝ materia eſt vna. Materia. n. ſm q̃ ſtat ſub dimẽſionib⁹ ſignatis, ẽ principiũ idiuiduationis formæ. Et p̃ hoc ex materia hẽt ſingule q̃ ſit vnũ numero ab alijs diuiſum. Speꝯe aũt dr vnum, quoꝝ vna q̃ eſt rõ ☞. i. diffinitiua. Nam nihil ꝓprie diffinitur niſi ſpẽs, cũ oĩs diffinitio, ex genere & dria cõſtet. Et ſi aliqđ gen⁹ diffinit, hoc eſt inquantũ eſt ſpẽs. Vnũ vero gẽre ſunt q̃ cõueniunt in figura ☜ prędicationis ☞. i. q̃ hñt vnũ modũ p̃dicãdi. Aliud enĩ eſt modus quo p̃dicat ſuba, & quo p̃dicat qualitas, vel actio, ſed oẽs ſubæ hñt vnũ modũ p̃dicãdi, inquãtum p̃dicanẽ nõ vt in ſubto exiſtes. Proportione vero vel analogia ſunt vnum q̃cũq; in hoc cõueniunt, qđ hoc ſe hẽt ad illud ſicut aliud ad aliud. Et hoc qdẽ põt accipi duobus modis, vel in eo q̃ aliqua duo hñt diuerſas habitudines ad vnũ, ſicut ſanatiuũ, de vrina dictum, habitudinẽ ſignãt ſigni ſanitatis. De medicina vero qa ſignãt habitudinẽ cãæ reſpectu eiuſdẽ. Vel in eo q̃ eſt eadẽ ꝓportio duoꝝ ad diuerſa, ſicut trãquillitatis ad mare, & ſerenitatis ad aerẽ. Tranquillitas enim eſt quies maris, & ſerenitas aeris. In iſtis autẽ modis vnius, ſemp poſterius ſequitur ad p̃cedens, & nõ cõuertit. Quęcunq; enim ſunt vnum numero, ſunt ſpecie vnum, & nõ cõuertitur, & idem patet in alijs. Deinde cum dicit.

Hoc in loco Anto. an. erudite cupit argumẽtũ ꝓ ſe, vide ſi pla. 17. defen.

Q

Patet aũt & ipſa multa oppoſito dici modo. Quędam enim ex eo dr multa, qa nõ cõtinua ſunt: quędam ex eo qa diuiſam materiam, aut primã, aut vltimam habẽt per formã: quędã ex eo quia plures eas rationes habent, quę explicant quidditatem.

H Parte. 5

Palam aũt & quia multa oppoſita dicentur vni. Nã alia nõ exiſtendo cõtinua. Alia in habendo materiã diuiſibilẽ ſm ſpẽm, aut primã aut vltimã. Alia in habendo rõnes plures, qđ qd erat eſſe dicentes.

Ex modis vnius accepit modos multoꝝ & dicit, q̃ multa dr ꝓ oppoſitũ ad vnũ. Et tõ quot modis dr vnum, tot modis dr multa, qa quoties dr vnum oppoſitoꝝ, totiens dr & reliquũ. Vñ aliqua dr multa ꝓp hoc, q̃ nõ ſunt cõtinua. Qđ eſt ꝓ oppoſitũ ad primũ modũ vnius. Alia dr multa ꝓp hoc q̃ materiã hñt diuiſam ſm ſpẽm, ſiue intelligamus de ☜ materia prima ☞. i. ꝓxima, aut de finali ſiue vltima, in quã vltimo fit reſolutio. Per diuiſionẽ qppe ꝓximæ materię dr multa, vinum & oleum: ꝓ diuiſionẽ vero materiæ remotę, vinum & lapis. Et ſi materia accipiat tã ꝓ materia naturę, q̃ pro materia rõnis. ſ. pro gẽre qđ hẽt

Universidad de Deusto
Biblioteca

similitudinē materiæ, hic modus multitudinis sumit̄ per oppositum ad secundū & tertium modum vnius. Alia vero dr̄ multa quæ hñt rōnes, quod qd est esse dicentes, plures. Et hoc sumitur per oppositum ad quartum modum. Quod aūt opponitur quinto modo, nondū habet rōnē pluralitatis nisi f̄m quid & in potētia. Non enim ex hoc q̄ aliquid est diuisibile, pp̄ hoc est multa nisi in potētia. Lec. 9.

Text. 11 parte. 1.

Eius quod est, aliud per accidens dr̄, aliud per se.

ENs dicitur, hoc quidem f̄m accidens, illud vero secundum se.

parte seq. parte. 3. Diuisio entis in p se & p accñs, est alia ab ea ī diuidit ur in substantiā & accidens.

HIC P̄bs distinguit quot modis dicitur ens, & circa hoc tria facit. Primo distinguit ens in ens per se & per accidens. Secundo distinguit modos entis p accidens, ibi ☞ Secūdum accidens quidē &c. ☞ Tertio modos entis p se, ibi ☞ Secundum se vero. ☞ Dicit ergo q̄ ens dicit̄ quoddam f̄m se, & quoddam f̄m accidens. Sciendum tñ est, q̄ illa diuisio entis non est eadem cū illa diuisione, qua diuiditur ens i substātiā & accidēs. Qđ ex hoc patet, quia ipse post-modū, ens f̄m se diuidit in decem p̄dicamēta, quorum nouem sunt de genere accñtis. Ens igit̄ diuiditur in substam & accidēs, f̄m absolutam entis cōsiderationem, sicut ipsa albedo in se considerata dicit̄ accidens, & homo substantia. Sed ens f̄m accidens, prout hic sumitur, oportet accipi p cōparationem accidentis ad substantiā. Quæ quidem cōparatio significatur hoc verbo Est, cū dr̄, homo est albus. Vnde hoc totū homo est albus, est ens per accidēs. Vnde patet q̄ diuisio entis f̄m se, et f̄m accñs, attēditur f̄m q̄ aliquid p̄dicatur de aliquo per se vel p̄ accñs. Diuisio vero entis in substantiā & accñs, attēditur f̄m hoc q̄ aliquid in natura sua est vel subā vel accidens. Deinde cum dicit.

Per accidens, quidem, vt iustum musicum esse dicimus, & hominem esse musicū, musicum hominē esse perinde dicentes, atq; musicū ędificare dicimus, propterea quod ędificatori, vt sit musicus, aut musico, vt sit ædificator, accidit. Hoc enim Esse hoc, huic hoc accidisse significat. Sic & in hisce quæ diximus cum hominem musicum esse dicimus, & musicum esse hominem, aut album musicum esse, aut hūc album: hoc ex eo dicimus, quia eidem acciderunt ambo: illud ex eo, quia accidit ei quod est musicum vero ex eo dicimus hoīem esse, quia huic musicum accidit. Sic aūt & album dr̄ esse, quia illud est cui id accidit. Ea igitur quæ per accidens esse dr̄, hoc pacto dr̄, aut qa ambo enti insunt eidē, aut qa illud enti iest, aut qa ipsum ē cui iest id de quo ipsum p̄dicat.

Ens per accidens tripliciter.

Secundum accidens qdem, vt iustum musicū esse dicimus, & hoīem musicū, & musicum hoīem. Similiter aūt dicētes vt musicum ædificare, quia accidit ædificatori musicum esse, aut musico ædificatorem. Hoc enim Esse hoc significat accidere hoc huic. Sic autem & in dictis qñ hoīem musicum dicimus, & musicum hoīem, aut albū musicum, aut hunc albū. Hoc quidem, quia ambo eidem accidūt: illud vero, quia enti accidit hoc aliud autem musicum hoīem, quia huic musicū accidit. Sic aūt dr̄ & album esse, qa cui accidit, ille est. Quę quidem igit̄ f̄m accidens eē dr̄, sic dr̄ aut eo q̄ eidem enti ambo insunt, aut qa enti illud inest, aut quia ipsum est cui ineſt, de quo ipsum prædicatur.

Alia ſecundū motum. Propinquius enim primo mouenti eſt prius. Vt puer viro. Principium autem & id quoddam ſimpliciter eſt. Alia ſecundum potēſtatē. Excedens enim poteſtate, prius eſt, & quod eſt potētius. Tale vero eſt cuius ſecundū præuoluntatē ſequi eſt neceſſe alterum & poſterius, quia non mouente illo non moueatur, & mouente moueatur: & eſt præuoluntas principium.

D

Tertius modus eſt ſm ordinem in motu, & hoc primo ponit quantum ad naturalia dicēs, q̄ aliqua dicuntur eſſe priora ſm ordinē in motu. Illud enim q̄d eſt ꝓpinquius primo mouenti, eſt prius, ſicut puer eſt prius uiro, quia eſt propinquior primo. ſ. generanti. Et hoc etiā prius dicitur per ꝓpinquitatem ad aliquod principium. Id enim. ſ. mouens & generās eſt principium quodāmodo, nō qualitercunq;, ſicut in loco accidebat, ſed ſimpliciter & ſm naturam. Secōo ponit hunc ordinē motus etiā in rebus voluntarijs dicens, q̄ quædā priora dicuntur ſm poteſtatē, ſicut hoīes qui ſunt in poteſtatibus cōſtituti. Ille enim qui excedit ptāte, & qui eſt potentior, dicit eſſe prior. Et hic eſt ordo dignitatis. Patet autē q̄ hic ordo etiam eſt ſm motum, quia potentius & poteſtate excedens, eſt ſm ¶ cuius pręuoluntatē ¶. i. propoſitum neceſſe eſt ſequi aliquid quod eſt eo poſterius in mouēdo, ita. ſ. q̄ non mouēte illo potētiori vel priori, nō moueatur poſterius, & mouente, moueat. Sicut ſe habet princeps in ciuitate. Nā ex eius imperio mouentur alij ad exequendum imperata. Eo vero non imperante, non mouētur. Et patet q̄ hoc etiā prius dicitur propter propinquitatem ad aliquod principium. Nā ¶ puoluntas ¶. i. propoſitum imperātis, hic accipit vt principium, cui ꝓpinquiores ſunt, & per conſequens priores per quos propoſitum & imperium principijs ad ſubditos defertur.

E

Deinde cum dicit.

Alia ordine. Hæc autem ea ſunt plane quę ad vnū definitum quippiam ratione aliqua diſtant: vt in ſaltatione ſecundus tertio prior eſt, & in fidibus penultima vltimam antecedit. Ibi enim iſte qui caput chori obtinet, hic media principium eſt. Hoc igitur modo priora dicuntur.

F

Alia ſm ordinem, & ea ſunt quæcunq; ad aliquid vnum determinatum diſtāt ſecundum rōnem: vt paraſtata, & tricoſtata, & paranitæ nitis. Hic quidem enim qui ſumitur, illic autē quæ media principiū. Ergo ea priora dicuntur hoc modo.

parte.5.

Ponit modum ſm ordinem in rebus diſcretis dicens, q̄ alia dicunt priora ſm ordinem qui inuenitur in aliquibus rebus tñmodo quodā ordine aſſociatis ſibi, non per cōtinuitatē, vt in p̄cedentibus accidebat. Hmōi autē ſunt quæ diſtant ab aliquo vno determinato ſm aliquā rationē determinatā, vt paraſtata, tricoſtata. Paraſtata eſt prius tricoſtata. Paraſtata dicitur ille qui ſtat iuxta aliquem, puta Regē. Tricoſtata autē eſt ille qui ſtat tertius ab eo. Vnde alia litera habet. ¶ Præſtans, tertio ſtante prius eſt. ¶ Patet autem q̄ alia rō diſtantiæ eſt diſtare, vt ſēcm, vel tertium. Et ſiſt paranitæ ſunt priores nitis. In chordis enim Hypatę dicuntur quæ ſunt graues, nitę vero acutę dicunt, mediocres autē vocantur meſæ. Paranitæ autē dicuntur q̄ ſunt iuxta nitas meſis propinquiores. Patet etiā q̄ hic dicitur etiā eſſe aliquid prius per ꝓpinquitatem ad aliquod principiū. Sed differenter in vtroq; prædictoꝝ exemplorum, quia in illis. ſ. paraſtata & tricoſtata, accipitur principium id quod eſt verum initium & extremū. ſ. ille qui eſt ſummus inter alios vel vertex aliorum, vt Rex vel aliquis alius talis. Sed in chordis accipitur vt principium, mediū, & media chorda quæ dicitur meſa, cui propinquiores dicuntur paranitæ, & per hoc priores dicuntur nitis. Ista ergo dicuntur priora per hunc modum. ſ. per ordinē quātitatis vel continuæ vel diſcretæ. Secundo ibi.

G

Alio vero modo id dicitur prius, quod antecedit cognitione, vt & ſimpliciter prius. Priorum autem hoc pacto, alia ratione quidem vniuerſalia, ſenſu autem ſingularia ſunt priora.

H

Parte.6.

Alio vero mō quod cognitione eſt prius, vt ſimpliciter prius. Horꝝ autem aliter & quæ ſm rōnem, & quæ ſm ſenſum. Nam ſm rationem vniuerſalia priora, ſecundum autem ſenſum ſingularia.

Oſtendit q̄o aliquid dicit prius altero in cognitione. Illud autē prius eſt cognitione quod etiā prius eſt ſimpliciter, non ſm quid, ſicut erat in loco: nam res per ſua principia cognoſcitur. Sed cum cognitio ſit duplex. ſ. intellectus vel rōnis, & ſenſus, aliter dicimus aliqua priora ſm rationem, & aliter ſm ſenſum. Ponit autē tres modos ſm quos aliquid eſt prius ratione ſiue cognitiōe intellectiua, quorum primus eſt ſm q̄ uniuerſalia ſunt priora ſingularibus, licet in cognitione ſenſitiua accidit e contrario. Ibi enim ſingularia ſunt priora. Ratio enim eſt vniuerſalium, ſenſus autē ſingularium. Vnde ſenſus non cognoſcit vniuerſalia

Prius ſm intellectū tribus modis.

I uersalia nisi per accidẽs, inquantũ cognoscit singularia, de quibus vniuersalia ꝓdicantur. Cognoscit enim hominem inquantum cognoscit Socratẽ qui est homo. Ecõtrario autem intellectus cognoscit Socratẽ inquantũ cognoscit hominẽ. Semper autem quod est per se est prius eo quod est per accidens. Secundum modum ponit ibi.

Ratione etiam accidens prius est toto, vt musicũ hominem, musico. Non erit enim tota ratio sine parte, quanquã non sit vt musicum sit, si non quippiam musicum sit.

parte.7. Et secundum rationẽ accidens toto prius, vt musicum, musico homine. Nõ est enim ratio tota sine parte, & non contingit musicum esse non existente aliquo musico.

K Dicit ꝙ ſm rationem prius est ☾accidẽs ☽ totum ☽ .i. ☽ cõpositum ex subiecto & accidente, & musicus homo cognosci non potest sine rõne huius partis quod est musicum. Eodem mõ quæcunq; alia simplicia sunt priora ſm rõnẽ cõpositis, cũ in sensu sit ecõuerso. Nam sensui primo cõposita offeruntur. Tertium modum ponit ibi.

Præterea priorum affectus, priores dicuntur: vt rectitudo, læuitate. Nam illa lineæ, hæc superficiei per se est affectus. Quædam igitur hoc pacto priora posterioraq; dicuntur.

parte.8. Amplius priora dicuntur priorum passiones, vt rectitudo læuitate. Hoc enim lineæ secundũ se passio, illud vero superficiei. Alia quidem sic dicuntur priora & posteriora.

L Dicit ꝙ priora dicũtur eriã ſm rõnem, passiones, sicut rectitudo habetur prior læuitate. Rectitudo enim est per se passio lineæ, læuitas autẽ superficiei, linea vero naturaliter est prior superficie. Scdm autem sensum prior est superficies linea, & passiones compositorum passionibus simplicium. Hæc igitur dicuntur priora per hunc modum. ſ. per ordinem cognoscendi. Deinde cum dicit.

Quædam vero natura substantiaue, quæcũq; esse sine aliis possunt, & sine quibus alia nequeunt esse. Qua diuisione vsus est Plato. Cum autẽ ipsum esse pluribus modis dicat. Primo quidem subiectum est prius, quapropter & ipsa substantia añcedit. Deinde alio mõ ea quę sunt potẽtia, & q̃ sunt actu. Alia nãq; potentia sunt priora, alia actu. Veluti potentia quidem prius est dimidia linea, tota: & pars, toto: & materies, substãtia ipsa. Posterius autẽ actu: toto nanq; dissoluto erunt (vt constat) actu.

M Alia vero secundum naturam & secundũ substantiam, quæcũq; contingit esse sine aliis, & alia nõ sine illis. Qua diuisione vsus est Plato. Et quoniam esse multipliciter dicitur, primum quidem subiectum prius, ꝓpter quod substãtia prius. Deinde aliter q̃ sunt potestate & perfectione. Nã alia potestate priora, alia perfectione: vt ſm potestatem quidem dimidietas, toto: & pars, toto: & materia, q̃ substantia. Secundum perfectionem vero, posterius. Nam dissoluta, secundum actum erunt.

Ponit modos quibus dicit aliquid prius ſm ordinẽ in essendo, & circa hoc duo facit. Primo ponit tres modos quibus dicitur aliquid esse prius in essendo. Scdo reducit eos ad vnum, ibi: ☾ Modo itaq; quodã. ☽ Dicit ergo primo, ꝙ quædã dicuntur esse priora, ☾ ſm naturã & substãtiã ☽ .i. ſm naturalẽ ordinẽ in essendo. Et hoc tripliciter.

Primo rõne cõtatis aut dependentiæ, ſm quod priora dicuntur q̃ possunt esse sine aliis, & illa non possunt esse sine eis. Et hoc est prius à quo non cõuertit essendi cõsequẽtia, vt dicit in ꝓdicamentis. Et ☾ hac diuisione ☽ .i. isto modo prioris & posterioris cõtra alios diuiso usus est Plato. Voluit enim ꝙ propter hoc vniuersalia essent priora in essendo q̃ singularia, & superficies q̃ corpora, & lineæ q̃ superficies, & numerus q̃ omnia alia. Scds modus attenditur ſm ordinem substãtię ad accidens. Quia enim ens multipliciter dicitur, & nõ vniuoce, oportet ꝙ oẽs significationes entis reducãtur ad vnã primam, ſm quam dicitur ens quod est subiectum aliorũ entium per se existens. Et ꝓpter hoc primũ subiectũ dicit esse prius. Vnde substãtia prius est accidente. Tertius modus attenditur ſm diuisionem entis in actum & potentiã. Nam vno modo dicitur aliqd esse prius ſm potentiã, & alio modo ſm actum: ſm potentiam quidẽ dimidiũ rei est prius re ipsa, & quælibet pars toto, & materia ☾ q̃ substantia ☽ .i. q̃ forma. Hæc enim omnia sic comparantur ad ea, respectu quorum sic dicuntur priora vt potentia ad actum, ſm actum vero dicũtur prædicta esse posteriora. Nã ꝓdicta non efficiuntur in actu nisi per dissolutionem. Resoluto enim toto in partes, incipiunt partes esse in actu. Deinde cum dicit.

Modo autem quodam, omnia quæ priora posterioraq; dicunt, vt hæc ipsa dicuntur. Quędam enim per generationem sine aliis esse possunt, quo pacto totum est partibus prius. Quædam per corruptionem, vt totum ipsum pars antecedit. Similiter & cætera sese habere videntur.

Modo itaq; quodam, omnia prius & posterius dicta secundum hæc dicuntur. Alia nãq; secundũ generationem quæ sine aliis esse contingit, vt totum partibus. Alia secundum corruptionem, vt pars toto. Similiter autem & alia.

Cõcludit ꝙ omnes modi prioris & posterioris possunt reduci ad hos vltimos modos, & ꝓcipue ad primum, ꝓut prius dicitur quod potest esse sine aliis, & non econuerso. Quædã enim possunt esse sine aliis ſm generationẽ, ꝓ quẽ modum totũ est prius partibus, quia q̃n iam totum generatum est, partes nõ sunt in actu, sed in potentiam. Quædã vero cõtingit esse sine aliis ſm corruptionẽ, sicut pars sine toto, q̃n est iam totũ corruptum & dissolutũ in partes. Et similiter etiã alį modi prioris & posterioris ad hunc modum reduci ꝑñt. Constat enim ꝙ priora non dependent à posterioribus, sicut ecõuerso. Vnde oĩa priora aliquo mõ ꝑñt esse sine posterioribus, & non ecõuerso. Lectio. xiiij.

Potentia dicitur, alia quidem principium motus mutationisue, quod est in alio vt quippiã aliud est, qualis est ædificandi facultas: quæ quidem potẽtia, est atq; nõ est in eo quod ædificatur atq; extruitur. At medendi facultas potẽtia quidem & ipsa est, esse tamen in eo potest qui medicamina susçipit atq; sanatur, sed non vt medicamina susçipit atq; sanatur. Alia igitur, vti diximus, principium omnino mutationis aut motus, potentia dicitur quæ est in alio, vt aliud quippiam est.

POtestas dicitur alia quidem principium motus aut mutationis in diuerso inquantum diuersum, vt ædificatiua potestas, q̃ nõ est & existit in ædificato. Sed ars medicinalis est potentia, & existit in sanato, sed non inquantũ sanatum est. Ergo totaliter principium permutationis aut motus, dicitur potestas in diuerso, inquantum diuersum.

POSTQVAM distinxit nota significantia partes vnius,

A les vnius, hic incipit distinguere nomina significãtia partes entis, & primo ſm ꝙ ens diuiditur per actum & potentiam. Scdo prout diuidit ens in decem prędicamenta, ibi: ☾ Quantũ vero, dicitur quod est diuisibile. ☽ Circa primum distinguit hoc nomen potentia vel potestas. Nomẽ autem actus ꝑmittit, quia eius significationẽ sufficiẽter explicare non poterat, nisi prius natura formarum esset manifesta, quod faciet in octauo & nono. Vñ statim in nono simul determinat de potẽtia et actu. Diuidit ergo pars ista in partes duas. In prima ostendit quot modis dicit Potentia. In scda reducit oẽs ad vnum primũ, ibi: ☾ Quæ vero ſm potentiã. ☽ Circa primũ duo facit. Primo distinguit hoc nomen potẽtia. Scdo hoc nomen ĩpotẽtia, ibi: ☾ Impotentia autẽ. ☽ Circa primũ duo facit. Primo ponit modos potẽtiæ. Scdo modos possibilis, ibi: ☾ Dicta vero potestate. ☽ Ponit ergo in prima parte quatuor modos potẽtiæ vel ptãtis. Quoꝝ primus est, ꝙ potẽtia dicit̃ principiũ motus & mutatiõis in alio ĩquãtũ est aliud. Est. n. quoddã principiũ motus uel mutatiõis in eo ꝙ mutat̃, ipsa scilicet materia: vel aliquod principiũ formale ad quod cõsequit̃ motus, sicut ad formã grauis vel leuis sequitur motus sursum aut deorsum. Sed hmõi principium nõ potest dici de potẽtia actiua, ad quã pertinet motus ille. Omne enim qđ mouetur, ab alio mouet̃. Nec; aliquid mouet seipsum nisi per partes, inquantũ una pars eius mouet aliã, vt probatur in viij. physic. Potẽtia igitur ſm ꝙ est principium motus in eo in quo est, non cõprehenditur sub potẽtia actiua, sed magis sub passiua. Grauitas enim in terra nõ est principiũ vt moueat, sed magis vt moueatur. Potentia igitur actiua motus oportet ꝙ sit in alio ab eo quod mouetur, sicut ædificatiua potestas nõ est in ædificato, sed magis in ædificãte. Ars autẽ medicinalis quãuis sit potẽtia actiua, quia per eam medicus curat, cõtingit tamen ꝙ sit in aliquo sanato, non inquantũ est sanatum, sed per accidens inquantũ accidit eidem esse medicum & sanatum. Sic igitur vniuersaliter loquendo, ꝓ potestas dicitur vno modo principium mutationis aut motus in alio, inquantum est aliud. Secundum modum ponit ibi.

Alia vero dicit̃ ea qua ab alio vt est aliud pati ꝙpiã dicitur. Qua enim potẽtia patiens ĩpsm quippiã patitur, ea ipm dicimus pati posse, interdũ si quodvis pati possit: interdum nõ si omni quauis passione, sed si ad melius pati possit.

Alia diuerso inquantũ diuersum. Nã ſm quã patiens patit̃ aliquid, q̃nq; quidẽ si quodcunq; pati sit possibile, dicimus esse potẽs pati. Quãdoq; vero nõ ſm omnẽ passionem, sed si ſm excellentiorem.

D Dicit ꝙ quodã alio modo dicitur prãs principium motus vel muratiõis ab altera inquantũ est aliud. Et hæc est potẽtia passiua, ſm quã patiẽs aliquid patit̃. Sicut enim oẽ agens & mouẽs, aliud à se mouet̃, & in aliud à se agit, ita oẽ patiẽs, ab alio patit̃: & omne motum, ab alio mouet̃. Illud enim principiũ per quod aliquid cõpetit vt moueat̃ vel patiatur ab alio, dicit̃ potẽtia passiua. Posse autẽ pati ab alio dicitur dupliciter. Aliq̃n quidẽ, quicquid sit illud qđ aliquid põt pati, dicimus ipsum esse possibile ad illud patiẽdum, siue sit bonũ siue malum. Aliq̃n uero non dicit̃ aliqd potens ex eo ꝙ põt pati aliquod malũ, sed ex hoc ꝙ potest pati aliquod excellentius. Sicut si aliquis potest vinci, non dicimus potentẽ: sed si aliquis põt doceri vel adiuuari, dicimus eum potentẽ. Et hoc ideo quia posse pati aliquẽ defectũ q̃nq; attribuitur impotentiæ, & posse nõ pati idem, attribuitur potẽtiæ, ut infra dicetur. Alia tamẽ littera habet ☾ Aliq̃n autẽ non ſm oẽm passionem, sed vtiq; in contrariũ ☽ Quod quidẽ sic debet intelligi. Improprie enim dicitur pati, quicquid recipit aliquã perfectionẽ ab aliquo, sicut intelligere dicit̃ quoddã pati. Proprie autẽ pati dicit̃ quod recipit aliquid cũ sui transmutatione ab eo quod est ei naturale. Vnde & talis passio dicitur esse abiectio à substantia. Hoc autem non potest fieri nisi per aliquod cõtrarium. Vnde quando aliquid patitur ſm quod est cõtrariũ suæ naturæ vel cõditioni, ꝓpte pati dicitur. Scdm quod etiam ægritudines passiones dicuntur. Quando vero aliqs recipit id quod est ei conueniens ſm suã naturã, magis dicitur perfici q̃ pati. Tertium modum ponit ibi.

Præterea facultas benefaciẽdi, aut per volũtatem electionemue potentia dicit̃. Interdum enim eos q̃ ambulauerint aut dixerint solum, sed non bene, aut non vt voluerint: nõ posse dicere, aut ambulare putamus ac dicimus. Idẽ euenire vsu videtur & in ipsa potentia patiendi.

Amplius alia bene hoc perficiendi aut secundum præuoluntatem, id est electionem. Nã quandoq; solum progredientes aut dicentes, non bene vero, aut non vt maluerunt: non dicimus posse dicere, aut vadere. Similiter autem & in pati.

Dicit ꝙ alia potestas dicitur quæ est principiũ faciendi aliquid non quocunq; modo, sed bene, aut ſm ☾ præuolũtatem ☽ .i. secundũ ꝙ homo disponit. Quãdo enim aliqui progrediuntur vel loquunt̃, sed non bene, aut non secundũ quod volunt, dicunt̃ non posse loqui aut progredi. Et ☾ similiter est in pati. ☽ Dicitur em̃ aliqd posse pati illud, qđ bene põt pati. Sicut dicuntur aliqua ligna combustibilia, quia de facili cõburuntur, & incõbustibilia quæ non pũt de facili comburi. Quartum modum ponit ibi.

Insuper omnes habitus per quos ea quæ ipsos habent expertia sunt passionis omnino, aut non mutabilia, aut non facile ad deterius sunt mutabilia, potẽtiæ nimirum dicunt̃. Etenim frangunt̃ quædam, & conterunt̃ aut flectuntur, omninoq; corrũpuntur: nõ ideo qa possunt, sed qa non possunt, in aliquoue deficiũt. Expertia vero nõnulla talis sunt passionis, aut vix talia parũq; patiuntur, ob potentiam sane & quia possunt, modoq; aliquo sunt dispositа.

Amplius quicũq; habitus secundũ quos impassibilia omnino & immutabilia, aut nõ facile in peius mobilia potestates dicuntur. Franguntur autem & conteruntur, curuantur & omnino corrumpuntur, non per potentiam, sed per non potentiam & alicuius defectionem. Impassibilia vero talium quæ vix & paulatim patiuntur propter potentiam, & posse aliquo modo habere.

Dicit ꝙ eriã potestates dicunt̃ omnes habitus siue formæ vel dispositiones quibus aliqua dicuntur vel reddunt̃ omnino impassibilia vel immobilia, aut nõ de facili mobilia in peius. Quod enim in peius mutentur, sicut ꝙ frangantur vel curuẽtur vel conterant̃ vel qualitercũq; corrũpãtur, nõ inest corporibus per aliquã potentiã, sed magis per impotẽtiã & defectum alicuius principij, quod corrũpenti resistere non potest. Nunquã enim corrũpitur aliqd nisi propter victoriã corrũpentis supra ipsum. Quod qdẽ contingit ex debilitate ꝓprię virtutis. Illis vero quæ non possunt tales defectus pati, aut ☾ vix aut paulatim, ☽ id est tarde vel modicũ patiuntur, accidit eis ꝓpter potentiã, & in eo ꝙ habent ☾ aliquo modo posse ☽ .i. cum quadã perfectione, vt non superentur à cõtrarijs. Et per hunc modũ dicitur in ꝓdicamẽtis, ꝙ durum vel sanatiuũ significat potentiã naturalẽ non patiẽdi à corrũpentibus. Molle autem & ægrotatiuum impotentiam. Deinde cum dicit.

Cum autem potẽtia tot modis dicatur, possibile

quoq;

quoq; ac potens, vno quidem modo dicet, id quod motus, aut mutatiõis principium habet. Etenim id a quo ſtatus quieſue proficiſci põt, poſsibile quippiam eſt in alio, vt aliud quippiam eſt.

Alia littera. Potens. parte. 5.

Dicta vero poteſtate totiẽs, & poſsibile dicetur: vno quidem modo quod habet motus principium aut mutationis. Etenim ſtatuum poſsibile quoddã in diuerſo, inquantũ eſt diuerſum. Alio vero modo ſi quidem ab eo aliud poteſtatem habet talem.

Poſſibile ſtertor modis ſumit.

Ponit modos poſsibilis correſpõdentes põdictis modis poteſtatis, primo autẽ modo poteſtatis rñdent duo modi poſsibilis. Sedm poteſtatẽ enim actiuã aliquid dicitur potens agere dupliciter. Vno mõ quia ipſe per ſeipm agit immediate. Alio modo quia agit mediãte altero cui potentiã ſuam cõicat, ſicut Rex agit per Ballium. Dicit ergo q cũ potentia tot modis dicaẽ, poſsibile etiã & potẽs pluribus modis dicatur. Vno quidẽ modo quod habet principium actiuum mutationis in ſeipſo & ſicut ſtatuum vel ſiſtitiuum ⁊.i. id quod facit aliud ſtare, dicitur eſſe potens ad ſiſtendum aliquid aliud diuerſum ab eo. Alio vero modo qñ ipſe non immediate operatur, ſed aliud habet ab eo talem poteſtatem vt poſsit immediate agere.

K

Alio vero modo, ſi quippiam aliud ipſius talẽ potentiam habeat. Alio rurſus modo, ſi potentiam habeat vt ad quoduis ſiue ad deterius ſiue ad melius moueaẽ atq; mutetur. Nam id quod corrumpitur, & corrumpi poſsibile eſſe videt: vel nõ corruptionem ſubibit, ſi impoſsibile erat corrũpi. Nunc vero diſpoſitionẽ aliquã talis paſsionis, & cãm atq; principiũ habet. Tale igitur eſſe videt interdũ ꝓpterea quod aliquid habet, interdũ ex eo qa aliquo caret.

L

Quod ſi priuatio aliquo modo ſit habitus, vniuerſa poſsibilia ꝓpterea quod habẽt, nimirum aliqd erũt. Sin vero non ſit, æquiuoce poſsibilia erunt. Quare poſsibile quippiã eſt, partim ex eo quia habitum aliquẽ atq; principiũ habet, partim ex eo qa priuationem habet huiuſce, ſi fit vt priuatio habeatur.

parte. 6.

Alio ſi habet permutari in quolibet ſm poteſtatem ſiue in peius, ſiue in melius. Etenim corruptibile, eſſe videt poſsibile corrũpi aut vtiq; non corrũpi, ſi erat impoſsibile. Nunc autem quandã diſpoſitionem habet, & cãm talis paſsionis & principium. Aliquãdo quidem igitur per habere aliquid videt, aliquando per priuari, tale eſſe. Sed ſi priuatio eſt habitus aliquo modo in habendo, omnia vtiq; erũt

M

aliquid. Ens vero dictum æquiuoce. Quare in habẽdo priuationem aliquã & principium, eſt poſsibile: & habendo huiuſmodi priuationem, ſi cõtingit habere priuationem.

Secundo ponit ſm modum rñdentem ſcõdo modo potentiæ. i. potẽtiæ paſsiuæ dicens, q alio modo à prædicto dicit poſsibile ſiue potẽs quod põt mutari in aliquid, qcquid ſit illud. ſ. ſiue poſsit mutari in peius ſiue in melius. Et ſm hoc, aliquid dicitur corruptibile, quia ⁊ põt corrũpi, ⁊ quod eſt in peius mutari, vel nõ corruptibile, qa põt non corrũpi, ſi ſit impoſsibile illud ipm corrũpi. Oportet aũt illud quod eſt poſsibile ad aliquid patiendũ, habere in ſe quandã diſpoſitionẽ, quę ſit cauſa & principiũ talis paſsionis. Et illud principiũ vocatur potentia paſsiua. Principiũ autẽ paſsionis poteſt ineſſe alicui paſsibili dupliciter. Vno modo per hoc q habet aliquid, ſicut homo eſt poſsibilis pati infirmitatẽ propter abundantiã alicuius inordinati humoris in ipſo. Alio vero modo eſt aliquid potens pati per hoc quod priuat aliquo qđ poſſet repugnare paſsioni, ſicut ſi homo dicatur potens infirmari propter ſubtractionem fortitudinis & virtutis naturalis. Et hæc duo oportet eſſe in quolibet potente pati. Nunquã enim aliqd pateretur niſi eſſet in eo ſubiectũ quod eſſet receptiuũ diſpoſitionis vel formæ quæ per paſsionẽ inducitur, & niſi eſſet debilitas virtutis in patiente ad reſiſtendum actioni agentis. Hi enim duo modi principiũ patiendi poſſunt reduci in vnum, quia poteſt priuatio ſignificari vt habitus. Et ſic ſequeẽ q priuari ſit habere priuationẽ. Et ita vterq; modus erit in aliquid habendo. Quod autẽ priuatio poſsit ſignificari, vt habitus, & vt aliquid habitũ, ex hoc contingit, q ens æquiuoce dicitur. Et ſm vnum modũ & priuatio & negatio dicit ens, vt habitũ eſt in principio quarti. Et ſic ſequeẽ q etiã negatio & priuatio poſſunt ſignificari, vt habitus. Et ideo poſſumus vniuerſaliter dicere q aliqd poſsibile ſit pati ꝓpter hoc, q habet in ſe quendã habitũ & quoddã principiũ paſsionis, cum etiam priuari ſit habere aliquid, ſi contingat priuationem habere.

Priuatio põt ſignificari vt habitus. Lect. 1.

O

Alio ꝓterea dicit modo, qa non habet potentiam vel principiũ in alio vt eſt, aliud corrumpi poteſt.

Alio in nõ habendo ipſius poteſtatem aut principium in alio, inquantum eſt aliud corruptiuum.

Parte. 7.

Tertium modum ponit hic, & reſpõdet quarto modo potentiæ ſm q potentia dicebaẽ ineſſe alicui, quod nõ poteſt corrũpi vel in peius mutari. Dicit ergo q alio modo dicit poſsibile vel potens, inquantũ nõ habet poteſtatem vel principiũ aliquod ad hoc q corrũpatur. Et hoc dico ab alio inquantũ eſt aliud, quia ſm hoc aliqd dicit potens & virtuoſum, qđ ab exteriori vinci nõ põt vt corrũpaẽ.

Inſuper hæc omnia poſsibilia dicunt, aut quia ſolum poſſiunt, aut quia bene poſſiunt huiuſce potẽtiæ quos explicauimus modos. Nam & in hiſce quę carent anima, potẽtia talis ineſt, velut in inſtrumẽtis. Lyrã enim aliã inquiunt ſonum emittere poſſe, aliã non poſſe ſi ſolum non ſit ſonora.

P

Amplius autẽ ea omnia aut ex ſolo accidere fieri, aut nõ fieri, aut bene. Nam in inanimatis eſt talis poteſtas vt in organis. Aliam enim dicunt poſſe ſonare lyram, aliam non, ſi eſt non bene ſonans.

parte. 8.

Quartum modũ ponit qui rñdet tertio modo potẽtiæ, ſm quẽ dicebatur potentia ad bene agendũ vel patiendũ. Dicit ergo ſm prædictos modos qui pertinent ad agendũ vel patiendũ, põt dici aliqd potens vel ex eo ſolũ q aliqd accidit fieri vel nõ fieri, vel ex eo q accidit etiã bene fieri. Sicut etiam dicitur potens agere, quia põt bene & faciliter agere, vel quia poteſt agere ſimpliciter. Et ſimiliter potẽs pati & corrumpi, quia de facili hoc pati poteſt. Et iſte modus poteſtatis etiã inuenit in rebus inanimatis ⁊ vt in organis ⁊.i. in lyra & muſicis inſtrumentis. Dicitur enim q aliqua lyra poteſt ſonare, quia bene ſonat: alia non poteſt ſonare, quia non bene ſonat. Deinde cum dicit.

Q

Impotentia autẽ eſt potentiæ priuatio ſublatio ve quędã principii talis, quale iam diximus, aut omnino, aut ab eo quod aptitudinem habet vt habeat, aut & quando iam eſt aptum habere. Non enim ſimiliter impoſsibile dixerint eſſe puerum generare, & virum, atq; eunuchum.

parte. 9.

Impotentia autẽ eſt priuatio potẽtię & talis principii ſublatio quędam, qualis dicta eſt, aut omnino, aut in apto nato, aut quãdo aptũ natum eſt iam habere. Non enim ſimiliter dicuntur impoſsibile generare puerum, & virum, & eunuchum.

Habere ꝓncipiũ paſsiũ cõtingit dupliciter.

Oſtendit

A

Potẽs agere vel pati dupliciter, 1. 9. de. 11. impotẽtia opp. Parte. 10. duo regrit priuatio.

Oſtendit quot modis dicit impotẽtia, & circa hoc duo facit. Primo diſtinguit hoc nomẽ impotẽtia. Scõdo hoc nomen impoſsibile, ibi: ⁊ Impoſsibilia vero. ⁊ Circa primum duo facit. Primo enim oñdit cõem rationem huius nominis impotẽtia. Scõdo oſtendit quot modis dicaẽ, ibi: ⁊ Amplius autẽ ⁊ Dicit ergo primo, q impotẽtia eſt priuatio potẽtiæ. Ad rõnem autẽ priuationis duo requiruntẽ, quoꝝ primum eſt remotio habitus oppoſiti. Id autẽ quod opponit impotẽtię eſt potẽtia. Vnde cũ potentia ſit quoddam principiũ, impotentia erit ſublatio quæ dã talis principij, qualis dicta eſt eſſe potentia. Sedm quod requiritur, & q priuatio ꝓprie dicta ſit circa determinatũ ſubiectũ & determinatum tempus. Improprie autẽ ſumitur abſque determinatione ſubiecti, & tẽporis. Non enim cæcum ꝓprie dicit, niſi quod eſt aptum natum habere viſum, & qñ eſt natũ habere viſum. Impotẽtia autẽ ſic dicta dicit remotionẽ potẽtiæ ⁊ aut omnino ⁊.i. vniuerſaliter, vt ſonis remotio potentiæ impotentia dicaẽ, ſiue ſit aptum natũ habere, ſiue non: aut dicitur remotio in eo quod eſt aptũ natum habere qñcunq;, aut ſolum tunc qñ aptum natũ eſt habere. Non enim ſimiliter accipitur impotentia, cum dicimus puerũ nõ poſſe generare, & cum virũ & eunuchũ ſimul. Puer enim dicit impotẽs generare, quia ſubiectũ eſt aptũ ad generandũ, non tñ pro illo tpe. Vir autẽ eunuchus dicitur impotens ad generandũ, quia pro illo tpe eſſet quidem aptus, non tamen poteſt, quia caret principiis actiuis generationis. Vnde hic magis ſaluatur ratio priuationis. Mulus autem vel lapis dicitur impotens ad generandum, quia non poteſt, nec etiam habet aptitudinem in ſubiecto exiſtentem. Deinde cum dicit.

B

Præterea in vtraq; potentia eſt impotentia nimirum oppoſita, tam ei potentiæ quæ motiua duntaxat eſt, q ei quæ bene eſt motiua.

C

Parisgo. 8. ſic littera incipit.

Amplius autẽ ſm potentiã vtraq; eſt impotentia oppoſita ei quę ſolũ mobili, & ei quæ bene mobili.

Tot ſunt modi ipo. dicit quot potentię.

Dat intelligere impotẽtiæ modos per oppoſitũ ad modos potẽtiæ. Sicut enim potẽtia eſt duplex. ſ. actiua & paſsiua: & iterum vtraq;, aut ad agendum & patiendũ ſimpliciter, aut ad bene agendum & patiendũ, ita ſm vtraq; potentiã eſt ipotentia oppoſita. Et ⁊ ſolũ mobili & bene mobili ⁊.i. potentiæ actiuæ quę eſt ad mouendum ſimpliciter, vel bene mouendũ: & potentiæ paſsiuæ quę eſt ad moueri ſimpliciter, vel bene moueri. Deinde cum dicit.

D

Impoſsibilia etiã partim hac impotentia, partim alio modo dicũtur, veluti poſsibile ac impoſsibile. Impoſsibile quidem contrariũ cuius neceſſario verum eſt, velut impoſsibile eſt diametrum cõmenſurabilem eſſe: propterea quod falſum eſt iſtiuſmodi, vt contrariũ eius non ſolum ſit verum, ſed etiã neceſſario verũ, diametrum inquam cõmenſurabilem eſſe. Cõmenſurabile ergo non ſolum eſt falſum, ſed etiam neceſſario falſum.

parte. 11.

Impoſsibilia vero hæc quidem ſecundũ impotentiam eam dicunt. Alia alio modo, vt poſsibile & impoſsibile. Impoſsibile quidẽ cuius contrarium de neceſſitate eſt verũ, vt diametrum cõmenſurabilem eſſe, impoſsibile: quia falſum tale, cuius contrarium non ſolum verum, ſed & neceſſe, non cõmenſurabile eſſe. Ergo cõmenſurabile non ſolum falſum, ſed ex neceſſitate falſum.

Impoſsibi. q ſolũ.

Oſtẽdit quot modis dicit impoſsibile, & circa hoc duo facit. Primo diſtinguit modos impoſsibilis. Scõdo reducit illos modos ad vnum, ibi: ⁊ Quæ vero ſecundũ. ⁊ Circa primum tria facit. Primo dicit q uno mõ dicuntur aliqua impoſsibilia ſm q habent impotentiã prædictã quæ opponitur potentiæ. Et hmõi modus in quatuor diuiditur, ſicut & impotẽtia, tõ cũ dicit ⁊ Alio modo. ⁊ Ponit aliũ modũ quo dicunt aliqua impoſsibilia, nõ ꝓpter priuationem alicuius potẽtiæ, ſed ꝓpter repugnantiã terminorũ in ꝓpoſitionibus. Cũ enim poſſe dicaẽ in ordine ad eſſe, ſicut ens dicit non ſolũ quod eſt in rerum natura, ſed ſm cõpoſitionẽ ꝓpoſitionis, prout eſt in ea verũ vel falſum, ita poſſibile & impoſsibile dicit non ſolum ꝓpter potentiã vel impotentiã rei: ſed ꝓpter veritatẽ & falſitatem cõpoſitionis vel diuiſionis in ꝓpoſitionibus. Vnde impoſsibile dicitur cuius cõtrarium eſt verum de neceſsitate, vt diametrũ quadrati eſſe cõmenſurabilẽ eius lateri, eſt impoſsibile, quia hoc tale eſt falſum, cuius cõtrarium non ſolum eſt verum, ſed etiã neceſſarium, quod quidẽ eſt non cõmenſurabile eſſe. Et ꝓpter hoc eſſe cõmenſurabile eſt falſum de neceſsitate, & hoc eſt impoſsibile. Tertio ibi.

parte. 12. E

Impoſsibile dupleꝛ & primũ ſtriplex.

Impoſsibile logicũ.

Poſsibile autem eſt quod eſt contrariũ huic, cum non neceſſarium eſt cõtrariũ falſum eſſe: veluti, poſsibile eſt hoiem ſedere. Nõ enim neceſſario falſum eſt hoiem non ſedere. Poſsibile igit vno quidẽ mõ, ſicuti diximus, id ſignificat quod non eſt neceſſario falſum: alio vero modo, quod verũ eſt, dicere eſſe: alio rurſus modo, quod verum iam eſſe poteſt.

R

parte. 12.

Contrarium vero huic poſsibile, quando nõ neceſſe eſt cõtrariũ falſum eſſe. Vt ſedere hominem poſsibile, non enim ex neceſsitate nõ ſedere falſum. Ergo poſsibile & vno modo ſic dictũ eſt, quod non ex neceſsitate falſum ſignificat. Alio modo verũ eſſe, alio contingens verum iam.

Poſsibile logicũ tripliciter dicitur.

Manifeſtat quid ſit poſsibile oppoſitũ impoſsibili ſecundo mõ dicto. Impoſsibile cm opponit poſsibili ſcõdo modo dicto, ſicut dictũ eſt. Dicit ergo q poſsibile cõtrarium huic ſcõdo impoſsibili, eſt cui cõtrariũ de neceſsitate eſt falſum, ſicut ſedere hoiem eſt poſsibile, quia non ſedere quod eſt eius oppoſitum, non eſt de neceſsitate falſum. Ex quo patet q ille modus poſsibilis in tres modos diuidit. Dicit enim vno mõ poſsibile quod falſum eſt, ſed non ex neceſsitate: ſicut hoiem ſedere dum nõ ſedet, quia eius oppoſitũ non eſt verum ex neceſsitate. Alio modo dicit impoſsibile quod eſt verum, ſed non de neceſsitate, quia eius oppoſitũ non eſt falſum de neceſsitate, ſic Socratem ſedere dum ſedet. Tertio modo dicitur poſsibile, qa licet non ſit verũ, tñ cõtingit in ꝓximo verũ eſſe. Deinde cũ dicit.

G

Potentia autẽ ea quæ in geometria dicitur, per translationem potentia dicitur. Hæc igitur poſsibilia non per potentiam dicuntur.

parte. 13.

Secundum metaphoram autem quæ in geometria dicitur potentia. Hæc quidem igitur poſsibilia non ſecundum potentiam.

H

Potẽtia in mathematicis quę et qualis.

Oſtendit qũo potẽtia ſumatur metaphorice, & dicit q in geometria dicitur potentia ſm metaphoram. Potentia enim lineę in geometria dicitur quadratum lineæ per hãc ſimilitudinẽ, qa ſicut ex eo q eſt in potentia, fit illud quod eſt in actu, ita ex ductu alicuius lineæ in ſeipſam, reſultat quadratũ ipſius. Sicut ſi diceremus q ternarius poteſt in nouẽnarium, quia nouennarius conſurgit ex ductu ternarij in ſeipſum. Nam ter tria ſunt nouẽ. Sicut autem impoſsibile ſecundo modo acceptum non dicitur ſm aliquã impotentiã, ita & modi poſsibilis vltimo poſiti, non dicunt ſm aliquam potentiam, ſed ſm ſimilitudinem, vel ſcm modum veri & falſi. Deinde cum dicit.

Hinc hãt põt potentiã optimã eſſe chimeticam.

Ea vero quæ per potentiã dici ſolent, omnia ad potentiã vnam primam dicunt. Hæc autem eſt mutationis principiũ in alio, aut in aliud quippiã eſt.

Cætera

Universidad de Deusto
Biblioteca

I Cætera enim posſibilia dicunt, partim quia aliquid aliud talem ipſorum potentiã habet, partim qa nihil potentiã habet ipſoꝝ, partim quia ſic habet. Similiter & impoſsibilia ipſa. Quare ꝓpria diffinitio potentiæ primæ hæc erit, principium inquã mutandi in alio, aut vt aliud quippiam eſt.

parte. 14. Quæ vero ſm potentia omnia dicunt ad primã vnã, & ea eſt princip. um mutationis in alio inquantum aliud. Alia nãq; dicuntur poſsibilia, hæc quidẽ eorum in habendo aliquid aliud talem potentiam, illa vero in non habendo, alia in ſic habendo. Similiter autem & impoſsibilia. Quare propria diffinitio primæ potentiæ erit, principium permutationis in alio inquantum aliud.

Diffinitio potẽtię ꝓpria.

K Reducit oẽs modos poſsibilis & impoſsibilis ad unum primũ, & dicit ꝙ poſsibilia quæ dicuntur ſm potentiam, oĩa dicuntur per reſpectum ad vnã primã potentiam, quę eſt prima potẽtia actiua de qua ſupra dictũ eſt, ꝙ eſt principium mutationis in alio inquãtũ eſt aliud. Nam oĩa alia poſsibilia dicũtur per reſpectum ad iſtã potentiã. Aliquid enim dicitur poſsibile per hoc ꝙ aliquid aliud habet potẽtiam actiuã in ipſum, ſm ꝙ dicit poſsibile ſm potentiam paſsiuã. Quædam vero dicuntur poſsibilia in non habendo aliquid aliud talẽ potentiã in ipſa, ſicut quæ dicunt potentiã, quia nõ poſſunt corrumpi ab exterioribus agentibus. Quædã vero potentia ⁊ in ſic habendo ꝫ .i. in hoc ꝙ habent potentiã, vt bene, aut faciliter agant vel patiantur. Et ſicut oĩa poſsibilia quæ dicunt ſm aliquã potentiã reducunt ad vnã primã potentiã, ita oĩa impoſsibilia ꝙ dicuntur ſm aliquã impotentiã, reducunt ad unam primam impotentiã, quæ eſt oppoſita primæ potẽtiæ. Patet igitur ꝙ propria diffinitio potẽtiæ primo modo dictæ, eſt principium permutationis in alio inquantum eſt aliud, quod eſt ratio potentiæ actiuæ. Lectio. xv.

Diffinitio potentię actiuę. L

Quantũ id dicitur quod diuiſibile eſt in ea quæ inſunt, quorum vtrũq; vel vnumquodq; vnũ quid, & hoc aliquid aptum eſt eſſe,

Text. p. 18. parte. 1. QVantum vero dicitur quod eſt diuiſibile in ea quæ inſunt, quorum vtrunq; aut ſingulum, vnũ aliquid, & hoc aliquid, aptum natum eſt eſſe.

QVONIAM ens non ſolum diuiditur in potẽtiam & actum, ſed etiã in decẽ prædicamenta, poſtquã Philoſophus diſtinxit hoc nomen potẽtia: hic incipit diſtinguere nomina quæ ſignificant prædicamenta, & primo nomen quãtitatis. Scdo nomẽ qualitatis, ibi: ⁊ Quale autẽ. ꝫ Tertio diſtinguit modos ad aliqd, ibi: ⁊ Ad aliqd dicunt. ꝫ

Lect. ſeq. Lect. 17. M Alia vero ꝓdicamẽta prætermittit, quia ſunt determinata ad aliquod genus rerum naturalium, vt patet præcipue de agere & pati, & de vbi & qñ. Circa primum tria facit. Primo ponit rõnem quãtitatis dicẽs, ꝙ quantũ dicitur quod eſt diuiſibile in ea quę inſunt. Quod quidẽ dicitur ad differentiã diuiſionis mixtoꝝ. Nam corpus mixtum reſoluitur in elementa, quæ nõ ſunt actu in mixto, ſed virtute tantũ. Vnde nõ eſt ibi tm diuiſio quãtitatis, ſed oportet ꝙ adſit aliqua alteratio per quã mixtum reſoluitur in elemẽta. Et iterum addit ꝙ vtrũq; aut ſingulum eſt natum eſſe ⁊ vnũ aliquid, ꝫ hoc eſt aliquid demonſtratum. Et hoc dicit ad remouendum diuiſionẽ in partes eſſentiales, quæ ſunt materia & forma. Nam neutrum eorum aptum natũ eſt eſſe vnum aliquid per ſe. Secundo ibi.

Diffinitio ẽtis quanti ſeu quãti, tatis.

Qꝛd mag nitudo. Qꝛid multitudo. Multitudo igitur quantũ eſt quoddã, ſi numerabilis ſit. Magnitudo etiã quantũ eſt quoddã, ſi menſurabilis ſit. Dicitur autẽ multitudo quidẽ, id quod in non cõtinua: magnitudo vero, id qđ in continua diuidi põt. Atqui magnitudinis ea quidem quę vna ex parte cõtinua eſt, lõgitudo eſt: ea vero ꝙ duabus ex partibus, latitudo: at ea ꝙ tribus ex partibus cõtinua eſt, altitudo nimirũ eſt. Hoꝝ igit multitudo, qdem finita numerus eſt, longitudo vero linea, latitudo autem ſuperficies, & altitudo eſt corpus.

N

Multitudo ergo quãtũ aliqd, ſi fuerit numerabilis. Magnitudo, ſi fuerit menſurabilis. Dicitur autẽ multitudo quidẽ, quod eſt diuiſibile ptãte in nõ cõtinua. Magnitudo autẽ, quod in cõtinua. Mẽſura vero, alia in vnũ cõtinuũ, lõgitudine: alia in duo, latitudine: alia in tria, profunditate. Horũ autẽ, pluralitas quidẽ finita, numerus: ſed longitudo, linea: latitudo, ſuperficies: & profundum, corpus.

Ponit ſpẽs quãtitatis, inter quas primæ ſunt duæ. ſ. multitudo ſiue pluralitas, & magnitudo ſiue menſura. Vtrũq; autẽ eorum habet rõnem quanti, inquantũ multitudo numerabilis eſt, & magnitudo eſt menſurabilis. Menſuratio enim proprie pertinet ad quantitatẽ. Diffinitur autẽ multitudo ſic. Multitudo eſt, quod eſt diuiſibile ſm potẽtiam in partes non continuas. Magnitudo autẽ qđ. eſt diuiſibile in partes cõtinuas. Quod quidẽ contingit tripliciter, & ſm hoc ſunt tres ſpecies magnitudinis. Nam ſi ſit diuiſibile ſm vnam tantum dimenſionẽ in partes cõtinuas, erit lõgitudo. Si autẽ in duas, latitudo. Si autem in tres, ꝓfunditas. Vlterius autem qñ pluralitas vel multitudo eſt finita, dicitur numerus. Longitudo autẽ finita, dicitur linea. Latitudo finita, corpus. Si eñ eſſet multitudo infinita non eſſet numerus, quia quod infinitum eſt, numerari nõ põt. Similiter ſi eſſet longitudo infinita, non eſſet linea. Linea enim eſt longitudo menſurabilis. Et ꝓpter hoc in ratione lineæ ponitur ꝙ eius extremitates ſunt duo puncta. Simile eſt de ſuperficie & corpore. Tertio ibi.

Præterea quædam per ſe, quædam per accidens quanta dicuntur. Linea nanq; quantum eſt quoddã per ſe, muſicum vero per accidens.

parte. 5.

Amplius autem alia dicuntur ſm ſe quanta, alia ſecundũ accidens: vt linea quantum aliquid ſecundum ſe, muſicum vero ſecundum accidens.

Scdã diuiſio quãtitatis.

Diſtinguit modos quãtitatis, & circa hoc tria facit. Primo diſtinguit quãtũ in id qđ eſt quantũ per ſe, ſicut linea: & in id qđ eſt quãtũ per accidẽs, ſicut muſicũ. Scdo ibi.

Eoꝝ inſuꝑ quæ ꝓ ſe quãta ſunt, alia ꝓ ſubſtantiã ſunt, quo pacto linea quãtũ qd eſt: in rõne eñ ꝙ dicit qd eſt, quantũ qd ineſt. Alia affectus atq; habitus talis ſubſtãtiæ ſunt, vt multũ ac paucũ, & ꝓductũ ac breue, & latũ atq; anguſtum, & altum ac humile, & graue ac leue, & iſtiuſmodi cætera. Sunt autẽ & magnum & paruũ, & maius & minus, etiamſi per ſe & inter ſeſe dicant, & ipſius quãti per ſe affectus. Hæc tamen nomina & ad alia transferuntur.

parte. 4.

Eorum vero quæ ſunt ſecundum ſe alia ſm ſubſtantiam ſunt, vt linea quantũ quid. Nam in ratione quidem dicente, quantum quid exiſtit. Alia paſsiones & habitus talis ſunt ſubſtantiæ, vt multum & paucum, & productum & breue, & latum & ſtrictum, & profundum & humile, & graue & leue, & alia talia. Sunt autem magnum & paruum, & maius & minus, & ſecundum ſe & ad inuicem dicta, quanti paſsiones ſecundum ſe. Transferuntur etiam & ad alia ea nomina.

Diſtinguit

A Quãtum ꝓ ſe dupl.

Diſtinguit quantũ per ſe, qđ quidẽ duplex eſt. Quędam enim ſignificant ꝓ modũ ſubſtãtiæ & ſubiecti, ſicut linea vel ſuperficies vel numerus. Quodlibet enim iſtoꝝ ſubſtãtialiter eſt quantũ, qa in diffinitione cuiuslibet, ponit quãtitas. Nã linea eſt quãtitas cõtinua ſm longitudinẽ, diuiſibilis, finita: & ſimiliter eſt de aliis. Quædã vero per ſe ptinẽt ad genus quãtitatis, & ſignificant per modum habitus vel paſsionis talis ſubſtantiæ. ſ. lineæ quæ eſt ſubſtantialis quãtitas, vel aliarum ſimiliũ quãtitatũ, ſicut multũ & paucum, ſignificant vt paſsiones numeri: & productũ & breue, vt paſsiones lineæ: & latũ & ſtrictum, vt paſsiones ſuperficiei: & ꝓfundum & humile ſiue altũ, vt paſsiones corporis: & ſimiliter graue & leue, ſm opinionẽ illoꝝ qui dicebãt multitudinẽ ſuperficierũ vel atomoꝝ eſſe cãm grauitatis in corporibus: paucitatẽ vero eorũdem, cãm leuitatis. Sed ſm veritatẽ graue & leue nõ pertinent ad quantitatem, ſed ad qualitatẽ, vt infra ponet. Et ſimiliter eſt de aliis talibus. Quædã etiã ſunt quæ cõtinet cuiuslibet quãtitatis cõtinuæ paſsiones ſunt, ſicut magnum & paruũ, maius & minus, ſiue hæc dicant ⁊ ſm ſe ꝫ .i. abſolute, ſiue dicãtur ⁊ adinuicẽ ꝫ ſicut aliquid dicitẽ magnum & paruũ reſpectiue, ſicut in ꝓdicamentis habet. Iſta autem nota quæ ſignificant paſsiones quãtitatis per ſe, tranſferuntur etiã ad alia ꝙ ad quantitates. Dicitur enim albedo magna & parua, & alia huiuſmodi. Sciendum aũt eſt ꝙ quãtitas inter alia accidentia propinquior eſt ſubſtantiæ. Vnde quidam quantitates eſſe ſubſtantias putant. ſ. lineam & numerum & ſuperficiẽ & corpus. Nam ſola quantitas habet diuiſionem in partes proprias poſt ſubſtantiã. Albedo enim non poteſt diuidi, & per conſequens nec intelligitur indiuidua ri, niſi per ſubiectum. Et inde eſt quòd in ſola quantitatis genere aliqua ſignificantur vt ſubiecta, alia vt paſsiones. Tertio ibi.

B Lect. ſeq.

C

Eorũ aũt quę per accidens quãta dicũtur, alia ſic dicuntur vt diximus. Nã quia quantũ eſt quiddam id cui muſicum ineſt ac albũ, ideo ipſa quãta dicuntur. Alia vt motus ac tempus. Etenim hęc quanta qdam cõtinuaq; dicũtur, qa illa diuiſibilia ſunt, quorum ſunt iſta affectus. Atq; nõ dico id quod mouet, ſed id ſuꝑ qđ efficitur motus. Quia enim quãtũ eſt illud, ideo motus etiam quantus eſt. Tempus etiam ideo quantum eſt, quia motus eſt quantus.

P

Secundũ accidens vero dictarũ quantitatum aliæ ſic dicunt ſicut dictũ eſt, qa muſicũ quantũ eſt, & album per eſſe quantũ aliqd cui inſunt. Alia vt motus & tps. Etenim hæc quanta qđã dicuntur & cõtinua, quia illa ſunt diuiſibilia, quorũ ſunt hæ paſsiones. Dico autẽ non quod mouetur, ſed quo motum eſt. Nam per eſſe quãtum illud, & motus eſt quantus. Tempus vero per ipſum, ſcilicet motum.

Parte. 5.

D Quãtum ꝓ motũ & ꝓ tẽpore.

Diſtinguit modos quãtitatis per accidẽs, & ponit duos modos quãtitatis per accidens, quoꝝ vnus eſt ſm ꝙ aliqua dicunt quãta per accidens, ex hoc ſolo ꝙ ſunt accidentia alicuius quãti, ſicut album & muſicum per hoc ꝙ ſunt accidentia alicuius ſubiecti quod eſt quantum. Alio mõ dicunt aliqua quãta per accidens, nõ rõne ſubiecti in quo ſunt, ſed ex eo ꝙ diuiduntur ſm quantitatẽ ad diuiſionem alicuius quãtitatis, ſicut motus & tps, quæ dicuntur quædam quãta & cõtinua, propterea ꝙ ea quoꝝ ſunt, ſunt diuiſibilia, & ipſa diuiduntur ad diuiſionẽ eorum. Tempus enim eſt diuiſibile & continuũ ꝓpter motum, motus autẽ ꝓpter magnitudinẽ, non quidem ꝓpter magnitudinẽ eius quod mouet, ſed ꝓpter magnitudinẽ eius in quo aliqd mouetur. Ex eo enim ꝙ illa magnitudo eſt quãta, et motus eſt quãtus. Et ꝓpter hoc ꝙ motus eſt quãtus, ſequitur tps eſſe quãtum. Vnde hæc nõ ſolum per accidens quãtitates dicipoſſunt, ſed magis per poſterius inquãtum quãtitatis diuiſionẽ ab aliquo priori ſortiunt. Sciendum eſt autẽ ꝙ Philoſophus in ꝓdicamentis poſuit tps quãtitatẽ per ſe, cũ hic ponat ipm quantitatẽ per accidens, quia ibi diſtinxit ſpẽs quantitatis ſm diuerſas rationes menſuræ. Alia enim rõnẽ menſuræ habet tempus quod eſt mẽſura extrinſeca, & magnitudo quę eſt menſura intrinſeca. Et ideo ponitur ibi vt alia ſpecies quãtitatis. Hic autem cõſiderat ſpecies quãtitatis quantũ ad ipm eſſe quantitatis. Et ideo illa quæ non habent eſſe quãtitatis niſi ex alio, non ponit hic ſpecies quãtitatis ſed quantitates per accidens, vt motum & tempus. Motus autẽ nõ habet aliam rationem menſuræ ꝙ tempus & magnitudo. Et ideo nec hic nec ibi ponitur quantitatis ſpecies. Locus autem ponitur in ſpecies quantitatis, non hic, quia habet aliam rationem menſuræ, ſed nõ aliud eſſe quantitatis. Lectio. xvj.

E Tollit ꝓdictio quę apparet in dictis Ariſt. hic & in ꝓdicamẽtis.

Quale nãq; vno dicitur modo ipſa ſubſtantiæ differentia. Quale nãq; animal eſt homo, & ẽle equus, & qualis itẽ figura eſt circulus, ſi interrogabimur: bipes accommodate, quadrupes, carensangulis, reſpõdebimus. Quo patet ſubſtantiæ differentiã, qualitatem eſſe quandam, vt diximus.

F

Text. p. 19. parte. 1. QVale, vno quidẽ modo dicit differẽtia ſubſtãtiæ, vt quale quid homo? quia aĩal bipes, equus quadrupes: & circulus qualis: quia quædã figura, qa agonion, id eſt ſine angulis, quaſi differẽtia ſm ſubſtantiã qualitate exiſtẽte. Vno qdẽ itaq; modo hæc dicitur qualitas differẽtia ſubſtãtię.

Modi qualitatis quatuor. Infra p. 5.

HIC DISTINGVIT modos qualitatis, & circa hoc duo facit. Primo ponit quatuor modos qualitatis. Scdo reducit eos ad duos, ibi: ⁊ Fere vero ſecundũ duos modos. ꝫ Dicit ergo primo, ꝙ vnus modus qualitatis eſt ſm ꝙ qualitas dicit ⁊ differẽtia ſubſtãtiæ ꝫ .i. differẽtia per quã aliquid ab alĩtro ſubſtãtialiter differt: q̃ intrat in diffinitionẽ ſubſtãtiæ. Et ꝓpter hoc dicit ꝙ differẽtia ꝓdicat in quale qđ. Vt ſi q̃rat, quale aĩal eſt hõ reſpondemus ꝙ bipes: & quale aĩal equus rñdemus ꝙ quadrupes: & qualis figura eſt circulus rñdemus ꝙ agonion, id eſt ſine angulis, ac ſi ipſa differentia ſubſtãtiæ qualitas ſit. Vno igitur modo ipſa differentia ſubſtãtiæ qualitas dicitur.

G

Hunc autem modum qualitatis Ariſt. in prædicamẽtis prætermiſit, quia non continetur ſub ꝓdicamento qualitatis de quo ibi agebat. Hic autem agit de ſignificationibus huius nominis qualitas. Secundo ponit ibi.

Alio modo vt immobilia ipſa & mathematica, quo pacto numeri quales quidem eſſe videntur: veluti ipſi compoſiti, & nõ ii qui ſunt ſolum ad vnum, ſed ii quoꝝ eſt imitatio planum ipſum ac ſolidum. Atq; hi ſunt illi, qui totiẽs quanti, aut quotiẽs quanti totiens ſunt, & omnino id quod prçter quantum ſubſtantiæ numeri ineſt. Subſtantia nanque cuiuſq; eſt ipſum ſemel, veluti ſubſtantia ipſorum ſex eſt, non ſi bis tria, aut ter duo, ſed ſi ſemel dicant. Sex enim, ſemel ſunt ſex.

H

Alio vero modo vt immobilia & mathematica, ſicut numeri quales quidem ſunt, quemadmodum compoſiti, & non ſolum ad vnum entes, ſed quorũ imitatio ſuperficies & ſolidũ. Hi vero ſunt quotiẽs quanti, aut quotiens quot quanti, & totaliter quod prçter quantitatẽ exiſtit ſubſtantia. Nã ſubſtãtia cuiuslibet, quod ſemel. Vt ipſoꝝ ſex, non bis tres ſunt, ſed ſemel. Sex enim, ſemel ſex.

parte. 4. Alia litera melior, ſecundũ quãtitatem.

Dicit ꝙ alius modus qualitatis vel qualis eſt ſcdm ꝙ immobilia & mathematica dicũtur qualia. Mathematica,

enim absit rahunt à motu, vt in sexto huius dicetur. Mathematica enim sunt numeri & magnitudines, & in vtrisque vtimur noīe qualis. Dicimus enim superficies esse quales inquantū sunt quadratæ vel trīāgulares. Et simīr numeri dicunt quales inquantū sunt cōpositi. Dicuntur autē numeri cōpositi, qui cōicant in aliquo numero mensurante eos, sicut senarius numerus & nouēnarius mensurant ternario, & nō solum ad vnitatē cōparationem habent sicut ad mēsuram cōem. Numeri autē incōpositi vel primi in sua ꝓportione dicunt, quos non mensurat alius numerus cōis, nisi sola vnitas. Dicuntur etiam numeri quales ad similitudinem superficiei ☾ & solidi, ☽ .i. corporis. Scdm quidē imitationē superficiei, inquātum numerus ducit in numerum vel eundem vel alium, vt cum dicitur bis tria, vel ter tria. Et hoc est quod dicit ☾ quotiēs quāti. ☽ Nā desīgnāt quasi vna dimēsio in hoc qđ dicit ☾ tria ☽ quasi uero secūda dimēsio, hoc qđ dicit ☾ bis tria ☽ vel etiā ☾ ter tria. ☽ Ad imitationē vero solidi qū est duplex ductus, vel eiusdē numeri in seipsum, vel diuersoꝝ numeroꝝ in vnum, vt cum dicit ter tria ter, vel bis tria bis, vel bis tria quater. Et hoc est quod dicit ☾ Quotiēs quot quāti. ☽ Sic enim considerant in numero quasi tres dimensiones ad modū solidi. In hac autem numeroꝝ ordinatione aliquid cōsideratur per modū substātiæ, sicut hoc quod dico tria, vel quicūq; numerus qui in alīū ducit. Aliquid vero per modum quātitatis, sicut ipse ductus vnius numeri in alterū, vel in seipm, vt cū dico bis tria, binarius significat per modū quātitatis mēsurantis, ternarius vero per modū substātię. Id ergo ꝙ exiit in substātia numeri ꝓter ipsam quātitatē, quę est numeri substātia, dicit qualitas eius, vt hoc quod significat per hoc quod dicit bis vel ter. Alia litera habet ☾ scm quantitatē ☽ & tunc substātia numeri dicit ipse numerus simplr ꝓlatus, vt quod dico tria. Quātitas aūt scm quā attendit eius qualitas, dicit ipsū multiplicatio numeri in numerū. Et huic cōcordat litera sequens q̄ dicit ꝙ substantia cuiuslibet numeri est id quod semel dicit. Sicut substātia senarij est qđ dicit semel sex, nō quod dicit bis tria, vel ter duo, sed hoc pertinet ad eius qualitatē. Dicere enim numerū esse superficialē vel solidū siue quadratū, siue cubitum significat eū esse qualē. Hic autē modus qualitatis est quarta species in p̄dicamentis posita. Tertio ponit ibi.

Præterea oēs substantiarū earum quę mouentur affectus, vt caliditas, frigiditas, albedo, nigredo, grauitas, leuitas, & quę sunt similis generis: quibus alterari dicuntur corpora quæ mutantur.

parte.3. Amplius quęcunq; psiones sunt earū quæ mouentur substantiarū, vt calor & frigiditas, albedo & nigredo, grauitas & leuitas, & quæcunq; talia scdm quæ dicuntur mutari corpora permutantium.

M Dicit ꝙ etiam qualitates dicuntur passiones substātiarum mobilium, scm quas corpora per alterationē mutantur, vt calidum, frigidū, & huiusmodi. Et hic modus pertinet ad tertiam speciem qualitatis in prædicamentis posi tam. Quartum ponit ibi.

Insuper virtus ac vitiū, & oino bonum ac malū.

parte.4. Amplius secundum virtutem & vitium, & omino bonum & malum.

Dicit ꝙ qualitas siue quale dicit quarto mō scm ꝙ aliquid disponit per virtutē & vitium, vel qualiter cunq; per bonū & malum, sicut per scientiā & ignorantiā, sanitatem & ægritudinē, & hmōi. Et hæc est prima species qualitatis in p̄dicamentis posita. Prætermittit autem inter hos modos secundam qualitatis speciē, quia magis cōprehenditur sub potentia, cum nō significetur nisi vt principium passioni resistens, sed propter modum denominandi ponitur in prædicamentis inter species qualitatis. Secundum autem modum essendi magis cōtinetur sub potentia, sicut & supra posuit. Deinde cum dicit.

Quale igitur modis fere dici duobus pōt, & horum vno prcipuo maxime. Nā prima quidē qualitas, substantiæ est differētia. Huius autē pars est q̄dā, & ea quę est in numeris qualitas. Est enim substātiarum differentia quædā. Verū eorū quæ aut non mouentur, aut non vt mouētur. Alia vero sunt affectus eorum quæ mouentur ea ratione qua motum subeunt, & ipsorū motuum differentiæ. Virtus autē & vitiū quædam est affectiuum pars. Differētias enim motus operationisue significant, qbus operant aut patiunt bene vel praue ea q̄ sunt in motu. Id enim quod hoc pacto moueri vel operari pōt, est bonū. Id autē quod hoc pacto atq; cōtrario modo, prauū. Maxime vero bonum ac malum qualitatem in animalibus ipsis significant, & horum maxime in hisce quæ habent electionem.

Alia litera & hoc est principalissime. Fere vero scm duos modos dicitur quale, & horū quodā maxime scm priorem. Nam prima qualitas, substantiæ differentia. Eius vero quædā & q̄ in numeris qualitas pars. Nā differentia quædā substantiarū est, sed aut non motorū, aut non inquantū mota. Hæ autē, passiones motorū inquantū sunt mota, & motuū differentiæ. Virtus autē & vitium passionum pars q̄dam est. Differētias enim ostendūt motus & actus, scm quos faciunt vel patiunt bene, aut praue, quæ sunt in motu. Possibile nāq; sic moueri aut agere, bonū: qđ vero nō sic sed cōtrarie, prauū. Maxime vero bonū & malū significant quale in animatis, & horum maxime in habentibus proæresim, id est electionem, vel propositum.

Reducit quatuor positos modos ad duos dicēs, ꝙ quale dicit aliquid fere scm duos modos, inquantū alij duo de quatuor reducuntur ad alios duos. Horum autē vnus principalissimus est primus modus, scm quē differentia substātiæ dicitur qualitas, quia per eum aliquid significat informatū & qualificatum. Et ad hunc modū reducit qualitas, quę est in numeris & in mathematicis alijs sicut q̄dā pars. Hmōi enim qualitates sunt quasi quædā differentię substātiales mathematicoꝝ. Nā ipsa significant per modū substātiæ potius q̄ alia accidentia, vt in capitulo de quātitate dictū est. Sunt autē hmōi qualitates differentiæ substantiarū aut non motarū, aut nō inquantū sunt motæ. Et hoc dicit vt oñdat quantū ad ꝓpositum nō differre, vtrū mathematica sint quędā substantiæ per se existentes scm esse, vt dicebat Plato à motu separatæ, siue sint in substantijs mobilibus scm esse, sed separatæ scm rationē. Primo enim modo essent qualitates non motoꝝ. Scdo autē motoꝝ, sed nō inquantū sunt mota. Scds modus principalis est, ut passiones motoꝝ inquātum mota, & etiā differentiæ motuū dicant qualitates. Quæ quidē dicuntur differētiæ motuum, quia alterationes differunt scm hmōi qualitates, sicut calefieri & infrigidari scm calidum & frigidū. Et ad hunc modum reducit ille modus scm quē vitiū & virtus dicit qualitas. Hic enim modus est quasi quędā pars illius. Virtus eñ & vitiū oñdunt quasdā differētias motus & actus scm bene & male. Nā virtus est per quā se aliqs habet bene ad agendū & patiendum. Vitiū autē scm ꝙ male. Et simile est de alijs habitibus siue intellectualibus vt scientia, siue corporalibus vt sanitas. Sed tamē bene & male maxime pertinet ad qualitatē in rebus animatis, & ꝓcipue in habētibus ☾ proæresim ☽ .i. electionem. Et hoc ideo ꝙa bonum habet rōnem finis. Ea vero quę agunt per electionem, agunt propter

Bene agere & male sunt ultimę actiones totorum.

propter finē. Agerē autē ꝓpter finē maxime cōperit rebus alatis. Res enim inalatæ agunt vel mouētur ꝓpter finē, non tanquā cognoscentes finē, neq; tanquā se agentes ad finem, sed portius ab alio diriguntur, qui eis naturalē inclinationē dedit, sicut sagitta dirigitur in finē à sagittante. Res autem irrationales alatæ cognoscunt quidē finē & appetunt ipm appetitu alali, & mouet seipsa localiter ad finem tanquam iudicium habētes de fine, sed appetitus finis, & eorum quę sunt ꝓpter finē, determinatur eis ex naturali inclinatione. Propter quod sunt magis acta q̄ agentia. Vnde nec in eis est iudicium liberum. Rōnalia vero in quibus solū est electio, cognoscunt finem & proportionem eorum quę sunt in finē ipsum. Et ideo sicut seipsa mouent ad finē, ita etiam ad appetendum finem, vel ea quæ sunt propter finem, ex quo est in eis electio libera. Lectio.xvij.

Ad aliquid alia dicuntur, vt duplum ad dimidiū, & triplū ad tertiam partē, & omnino multiplex ad submultiplex, & excedens ad id quod excedit. Alia vt combustiuū ad combustibile, & diuisiuum ad diuisibile, atq; omnino actiuum ad ipsum passiuum. Alia vt mensurabile ad mensuram, & scibile ad scientiam, & sensibile ad sensum.

Tex.65.10 parte.1.

AD aliquid dicunt alia per se, vt duplū ad dimidiū, & triplum ad tertiā partē, & totaliter multiplicatum ad multiplicati partē, & cōtinens ad contentum. Alia vt calefactiuum ad calefactibile, & sectiuum ad secabile, & omne actiuū ad passiuum. Alia vt mensurabile ad mensuram, & scibile ad scientiam, & sensibile ad sensum.

HIC DETERMINAT Philosophus de ad aliquid, & circa hoc duo facit. Primo ponit modos eorū quæ sunt ad aliquid scm se. Scdo eoꝝ q̄ sunt ad aliquid rōne alterius, ibi: ☾ Illa uero quia sua genera. ☽ Circa primū duo facit. Primo enumerat modos eoꝝ, quæ scm se ad aliquid dicuntur. Scdo ꝓsequit de eis, ibi: ☾ Dicuntur autem prima. ☽ Ponit ergo tres modos eorū quæ ad aliquid dicuntur, quorū primus est scm numerum & quātitatē, sicut duplum ad dimidiū, & triplum ad tertiā partē, & ☾ multiplicatū ☽ .i. multiplex ad partē ☾ multiplicati ☽ .i. ad submultiplex, ☾ & continens ad cōtentum. ☽ Accipitur autē cōtinens pro eo quod excedit scm quantitatē. Omne enim excedens scm quantitatē, continet in se illud quod excedit. Est enim hoc & adhuc amplius, sicut quinque cōtinent in se quatuor, & tricubitum cōtinet in se bicubitum. Scds modus est, ut aliqua dicunt ad aliquid scm actionem & passionē, vel potentiam actiuā & passiuam, sicut calefactiuū ad calefactibile, quod pertinet ad actiones naturales, & sectiuum ad sectibile, quod pertinet ad actiones artificiales, & vniuersaliter oē actiuum ad passiuū. Tertius modus est, scm ꝙ mēsurabile dicit ad mensurā. Accipitur autē hic mensura & mensurabile, non scm quantitatē. Hoc enim ad primum modū pertinet in quo utrunq; ad vtrūq; dicitur. Nā duplum dicitur ad dimidiū, & dimidiū ad duplum. Sed scm mēsurationē esse & veritatis. Veritas enim scientiæ mēsuratur à scibili. Ex eo enim ꝙ res est vel non est, oratio scita, vera vel falsa est, & non econuerso. Et similiter est de sensibili & sensu. Et propter hoc non mutuo dicuntur mensura ad mensurabile & econuerso, sicut in alijs modis, sed solum mēsurabile ad mensurā. Et similiter etiā imago dicitur ad id cuius est imago, tanquā mensurabile ad mensuram. Veritas enim imaginis mensuratur ex re cuius est imago. Ratio autē istorum modorum hæc est. Cū enim relatio quæ est in rebus consistat in ordine quodam vnius rei ad aliā, oportet tot modis hmōi relationes esse, quot modis contingit vnā rem ad aliam ordinari. Ordinatur autē vna res ad aliā, vel scm esse, prout esse vnius rei depēdet ab alia, & sic est tertius modus. Vel scm virtutem actiuā & passiuā, scm ꝙ vna res ab alia recipit, vel alteri confert aliquid, & sic est secundus modus. Vel scm qđ quantitas vnius rei potest mensurari per aliā, & sic est primus modus. Qualitas autem rei inquantum hmōi, nō respicit nisi subiectū in quo est. Vnde secundum ipsam vna res non ordinatur ad aliam, nisi secundum ꝙ qualitas accipit rationem potentiæ passiuæ vel actiuę, prout est principium actionis vel passionis. Vel ratione quantitatis vel alicuius ad quantitatem pertinentis, sicut dicitur aliquid albius alio: vel sicut dicitur simile, quod habet vnam aliquam qualitatem. Alia vero genera magis consequuntur relationem, quàm possint relationem causare. Nam quando consistit in aliquali relatione ad tempus. Vbi vero, ad locum. Positio autem ordinem partium importat. Habitus autem relationem habentis ad habitum. Deinde cum dicit.

Atq; prima quidē per numerū dicuntur, aut simpliciter, aut definite ad ipsos, aut ad vnum, veluti duplum quidem ad vnum, numerus est definitus. Multiplex autē per numerum quidem ad vnum est, non definitum tn, vt hunc aut hūc. Sexquialterum autē ad subsexquialterū per numerum est ad numerum definitū. At id quod partes cōplectitur ad id quod sub ipso est pars, per indefinitū perinde atq; ad vnū est ipm, vti diximus multiplex. Excedens autē ad id quod exceditur, indefinitū oino est numero. Numerus enim cōmensurabilis est, hęc autē per nō cōmensurabilē numerū dicuntur. Excedens enim ad id qđ exceditur, tm quidem est & vltra: at hoc est indefinitum vt constat. Est enim vtrūuis vel æquale, vel non æquale. Hæc igitur omnia ad aliquid, vti diximus, per numerum dicuntur, numeriq; affectus.

Parte.2.

Dicunt autē prima quidē scm numerū, aut simpliciter, aut determinate ad eos, aut ad vnū vt duplum ad dimidium, vt numerus determinatus. Multiplex vero, scm numerū ad vnū, sed non determinatum: vt hunc aut hūc. Sed hemiolum ad subhemiolum, scm numerum ad numerum determinatum. Et sup particulare ad subparticulare scdm indeterminatos, vt multiplex ad numerū. Cōtinens autē ad contentum oino indeterminatum scm numerū. Numerus enim cōmensurabilis. Secundū non cōmensurabilem autem numerum dicunt. Continens enim ad cōtentū tantum quid est, & amplius, sed hoc indeterminatum. Quodcūq; enim euenit, aut æquale est, aut non æquale. Hæc igitur ad aliquid omnia scdm numerum dicuntur, & numeri passiones.

Infra pte.4. Infr. pte.5 Infr. pte.3

PROSEQVITVR tres modos enumeratos, & primo prosequitur primum. Secundo ꝓsequitur secundum, ibi: ☾ Actiua vero & passiua. ☽ Tertio tertiū, ibi: ☾ Ergo scdm numerum. ☽ Circa primum duo facit. Primo ponit relationes quæ consequuntur numerum absolute. Scdo ponit relationes quæ cōsequuntur vnitatem absolute, ibi: ☾ Et amplius equale. ☽ Dicit ergo, ꝙ primus modus relationum qui est scm numerū distinguitur hoc modo, quia vel est scdm comparationē numeri ad numerū, vel numeri ad vnum. Et scdm comparationem ad vtrūq; dupliciter, quia vel est scm cōparationem numeri indeterminate ad numerum, aut ad unum determinate. Et hoc est quod dicit, ꝙ prima quæ dicitur ad aliquid scm numerū, aut dicunt ☾ simplr ☽ .i. vniuersaliter vel indeterminate, aut determinate. Et vtrolibet modos ☾ ad eos ☽ .i. numeros. Aut ad vnum ☽ .i. ad vnitatem. Sciendum est autem ꝙ

Universidad de Deusto

Omnis mensuratio quæ est in quātitatibus cōtinuis, aliquo modo deriuatur à numero. Et ideo relationes quę sunt ſm quantitatē continuā, etiam attribuuntur numero. Sciendum est etiam ꝙ proportio numeralis diuiditur primo in duas, ſ. æqualitatis, & inæqualitatis. Inæqualitatis autem sunt duæ ipſæ, ſ. excedens, & excessum, & magis, & minus. Inæquale autē excedens in quinq; ſpecies diuiditur. Nume rus enim maior qnq; reſpectu minoris est multiplex, quādo. ſ. aliquotiēs continet ipſum, sicut sex continet duo ter. Et ſi quidē contineat ipſum bis, dicitur duplum, sicut duo ad vnū, vel quatuor ad duo. Si ter, triplū. Si quater, quadruplum. Et sic inde. Quādoq; vero numerus maior cōtinet totum numerum minorē ſemel, & inſuper vnam aliquā partem eius. Et tūc dicitur ſuperparticularis. Et ſiquidem cōtineat totum & medium, vocatur ſexqualterum, sicut tria ad duo. Si autem tertiā, ſexquitertius, sicut quatuor ad tria. Si quartā, ſexquiquartus, sicut quinq; ad quatuor. Et sic inde. Quādoq; numerus maior continet minorē totum ſemel, & inſuper nō ſolum vnā partē, ſed plures partes. Et sic dicitur ſuperpartiens. Et ſi quidem contineat duas partes, dicitur ſuperbipartiens, sicut quinq; se habent ad tria. Si vero tres, dicitur ſupertripartiēs, sicut ſeptē se habent ad quatuor. Si autē quatuor, sic est ſuperquadripartiens, & sic se habet nouē ad quinq;. Et sic inde. Qnq; vero numerus maior cōtinet totum minorē pluries, & inſuper aliquā partē eius, & tunc dicit, Multiplex ſuperparticularis. Et ſi quidē cōtineat ipſum bis & mediā partē eius, dicitur duplū ſexqualterū, sicut quinq; ad duo. Si autē ter & mediā partē eius, vocabitur triplum ſexqualterū, sicut se habēt ſeptem ad duo. Si autē quater & dimidiā partem eius, dicitur quadruplum ſexqualterum, sicut nouem ad duo. Possent etiā ex parte ſuperparticularis hmōi proportionis ſpecies sumi, vt dicatur duplex ſexquitertius, quādo maior numerus habet minorē bis & tertiā partem eius, sicut se habent ſeptē ad tria: vel duplex ſexquiquartus, sicut nouem ad quatuor, & sic de alijs. Quandoq; etiā numerus maior habet minorē totum pluries, & etiā plures partes eius, & tunc dicitur. Multiplex ſuperpartiens. Et ſimiliter ꝓportio poteſt diuidi ſecundum ſpecies multiplicitatis, & ſm ſpecies ſuperpartientis, ſi dicatur duplum ſuperbipartiens, qū habet maior numerus totum minorē bis & duas partes eius, sicut octo ad tria. Vel etiam triplum ſuperbipartiens, sicut vndecim ad tres. Vel etiam duplum ſupertripartiens, sicut vndecim ad quatuor. Habet em̄ totum bis, & tres partes eius. Et totidem ſpecies sunt ex parte inæqualitatis eius qui exceditur. Nam numerus minor dicitur ſubmultiplex, ſubparticularis, ſubpartiens, ſubmultiplex ſubparticularis, ſubmultiplex ſubpartiens, & sic de alijs. Sciendum autē ꝙ prima ſpecies ꝓportionis. ſ. multiplicitas conſiſtit in cōparatione vnius numeri ad vnitatē. Quælibet enim eius ſpecies inuenitur primo in aliquo numero reſpectu unitatis. Duplū enim primo inuenitur in binario reſpectu unitatis. Et ſiſt ꝓportio tripli in ternario reſpectu vnitatis, & sic de alijs. Primi autē termini in quibus inuenitur aliqua ꝓportio, dant ſpeciē ipſi proportioni. Vnde in quibuſcunq; alijs terminis cōſequēter inueniatur, inuenitur in eis ſm rōnem primoꝝ terminorū. Sicut ꝓportio dupla primo inuenit inter duo & unum. Vnde ex hoc ꝓportio recipit rōnem & nomen. Dicitur enim ꝓportio dupla, ꝓportio duoꝝ ad vnum. Et propter hoc ſi etiā vnus numerus reſpectu alterius numeri ſit duplus, tamen hoc est ſm ꝙ minor numerus accipit rōnem vnius, & maior rōne duorū. Sex enim se habet in dupla ꝓportione ad tria, inquantū tria se habent ad ſex, vt vnum ad duo. Et ſimile est in tripla proportione, & in omnibus alijs ſpeciebus multiplicitatis. Et ideo dicit, ꝙ iſta relatio dupli, eſt per hoc ꝙ numerus determinatus, ſcilicet duo, refertur ad vnum ꝫ. i. ad vnitatem. Sed hoc ꝓ dico multiplex importat relationē numeri ad vnitatē, ſed non alicuius determinati numeri, ſed numeri in vniuerſali. Si enim determinatus numerus accipiatur vt binarius vel ternarius, eſſet vna ſpecies multiplicitatis, vt dupla vel tripla. Sicut autē duplum se habet ad duo, & triplum ad tria quæ ſunt numeri determinati, ita multiplex ad multiplicitatē, quia ſignificat numerum indeterminatū. Aliæ autē ꝓportiones non possunt attendi ſm numerum ad vnitatē. ſ. neq; proportio ſuperparticularis, neq; ſuperpartiens, neq; multiplex ſuperparticularis, neq; multiplex ſuperpartiēs. Omnes enim hæ proportionum ſpecies attenduntur ſm ꝙ maior numerus continet minorem ſemel vel aliquotiēs, & inſuper vnam vel plures partes eius. Vnitas autē partem habere non poteſt. Et ideo nulla harum ꝓportionum poteſt attendi ſm cōparationē numeri ad vnitatē, ſed ſm comparationē numeri ad numerum. Et ſic eſt duplex, vel ſm numerū determinatum, vel ſecundum numerū indeterminatum. Si autē ſm numerum determinatum, ſic ꝫ eſt hemiolum ꝫ. ſ. ſexqualterum, aut ꝫ ſubhemiolum ꝫ. ſ. ſuperſexqualterum. Proportio enim ſexqualtera primo cōſiſtit in his terminis, ſ. ternario, & binario, & ſub rōne eoꝝ in omnibus alijs inuenit. Vnde ꝙ dicitur hemiolum vel ſexqualterum importat relationē determinati numeri ad determinatum numerum. ſ. trium ad duo. Quod vero dicitur ſuperparticulare, refertur ad ſubparticulare, nō ſm determinatos numeros, ſicut etiā multiplex refertur ad vnum, ſed ſm numerū indeterminatum. Primæ enim ſpecies inæqualitatis ſuperius numeratæ accipiuntur ſm indeterminatos numeros, vt multiplex, ſuperparticulare, ſuperpartiens &c. Species vero iſtorum accipiuntur ſm numeros determinatos, vt duplum, triplum, ſexqualterum, ſexquitertium, & ſic de alijs. Contingit enim aliquas quātitates continuas habere proportionē adinuicem, ſed non ſm aliquē numerum, nec determinatum, nec indeterminatum. Omnū enim quātitatū continuarū est aliqua ꝓportio, non tū est ꝓportio numeralis. Quorūlibet enim duoꝝ numeroꝝ est vna mēſura cōis. ſ. vnitas, quæ aliquotiēs ſumpta, quēlibet numerum reddit. Non autē quarūlibet quātitatum cōtinuarum inuenitur eſſe vna menſura cōis, ſed ſunt quædā quātitates cōtinuæ incōmenſurabiles. Sicut diameter quadrati eſt incōmenſurabilis lateri. Et hoc ideo, quia non eſt proportio eius ad latus, ſicut proportio numeri ad numerum, vel numeri ad vnum. Cum ergo dicitur in quantitatibus ꝙ hæc eſt maior illa, vel ſe habet ad illā vt cōtinens ad contentū, non ſolum hęc ratio non attendit ſm aliquam determinatam ſpeciē numeri, ſed nec etiam ꝙ ſit ſm numerum, quia oīs numerus eſt alteri cōmenſurabilis. Omnes enim numeri habent vnā cōem menſuram. ſ. vnitatē. Sed cōtinens & cōtentum non dicuntur ſm aliquā cōmenſurationē numeralem. Continens enim ad cōtentum dicitur, quod eſt tm̄, & adhuc amplius. Et hoc eſt indeterminatum, vtrum ſit cōmenſurabile, vel non cōmenſurabile. Quantitas enim qualiſcunq; accipiat, vel eſt æqualis vel mæqualis. Vnde ſi non eſt æqualis, ſequitur ꝙ ſit inæqualis & continens; etiam ſi non ſit cōmenſurabilis. Patet igitur quòd omnia prędicta dicuntur ad aliquid ſm numerum, & ſecundum paſsiones numerorum, quę sunt cōmenſuratio, proportio, & huiuſmodi. Deinde cum dicit.

Et inſuper æquale, ſimile, atq; idem alio modo. Ratione enim ipſius vnius, vniuerſa dicuntur. Eadē enim, sunt ea, quorum eſt ſubſtātia vna. Similia sunt ea, quorum eſt qualitas vna. Aequalia item sunt ea, quorum eſt quātitas vna. At ipſum vnum principiū eſſe numeri menſuramq; conſtat. Quare hęc vniuerſa ad aliquid per numerum quidem dicuntur, non tamen modo eodem.

Et amplius ęquale, & ſimile, & idem ſecundū aliū modum. Hæc enim ſecundū vnum dicūtur omnia. Eadem nanq;, quorum vna eſt ſubſtātia. Similia vero quorū qualitas eſt vna. Aequalia vero quorum quantitas eſt vna. Vnitas vero eſt numeri principiū & metrum, id eſt menſura. Quare ea omnia dicūtur ad aliquid, ſecundum numerum quidem, nō tamen eodem modo.

Ponit relatiua quæ accipiuntur ſm vnitatem, & nō per cōparationem numeri ad vnum vel ad numerum, & dicit ꝙ alio mō à prędictis dicūtur relatiue, ęquale, ſimile, & idē. Hæc enim dicūtur ſm vnitatē. Nā eadem ſunt, quoꝝ ſubſtantia eſt vna. Similia, quoꝝ qualitas eſt vna. Aequalia, quoꝝ quātitas eſt vna. Cū autē vnū ſit principiū numeri & mēſura, patet etiā ꝙ hęc dicuntur ad aliqd ꝫ ſm numerum ꝫ. ſ. ſm aliquid ad genus numeri pertinēs, non eodem modo tū hæc vltima cū primis. Nā primæ relationes erāt ſm numerum ad numerum, vel ſm numerum ad vnum, hoc autem ſm vnum abſolute. Deinde cum dicit.

Actiua vero atq; paſsiua per potentiam actiuam atq; paſsiuam operationesq; potentiarum dicūtur, vt combuſtiuum ad combuſtibile, quia poſſunt. Et rurſus comburens dicitur ad id quod comburitur, & diuidens ad id quod diuiditur, vt operantur. Eorum autem quæ per numerū dicuntur operationes non sunt, niſi eo mō qui in aliis dictus eſt. Sed operationes per motum illis nō cōpetunt. Ea præterea quæ dicūtur ad aliquid per potentiā, tempore etiā iam dicuntur, vt id quod fecit, ad id quod eſt factū: & id quod eſt facturum, ad id quod eſt faciendum. Sic enim pater, filii dicit pater. Illud enim fecit, hoc quippiam paſſum eſt. Præterea sunt quæ per potentiæ priuationem dicuntur, vt impoſsibile: & quę ſimili modo dicuntur, vt inuiſibile.

Actiua vero & paſsiua ſm potentiam actiuam & paſsiuam sunt, & actiones potentiarū, vt calefactiuū ad calefactibile, quia poteſt: & iterum calefaciens ad calefactum, & ſecans ad ſectum, tanquā agentia. Eorum vero quæ ſunt ſecundum numerum, non sunt actiones, niſi quemadmodum in aliis dictū eſt. Quæ autem ſm motum actiones non exiſtunt. Iſtorū autem quæ ſm potentiam, & ſm tempus iam dicunt ad aliquid, vt faciens ad quod fit, & facturum ad faciendum. Sic enim pater, filii dicitur pater. Hoc quidem enim fecit, illud autē paſſum quid eſt. Amplius quædam ſm priuationem potentię, vt impoſsibile: & quæcunq; ſic dicuntur, vt inuiſibile.

Proſequitur de ſecūdo modo relationū quæ ſunt in actiuis & paſsiuis, & dicit ꝙ hmōi relatiua ſunt relatiua dupli citer. Vno modo ſm potentiā actiuam & paſsiuā, & ſcdo modo ſm actus harum potentiarum, qui ſunt agere & pati, ſicut calefactiuum dicitur ad calefactibile ſm potentiā actiuam & paſsiuam. Nam calefactiuum eſt, quod pōt calefacere. Calefactibile vero, quod pōt calefieri. Calefaciēs autē ad calefactum, & ſecans ad id quod ſecatur, dicuntur relatiue ſm actus prædictarum potentiarū. Et differt iſte modus relationū à præmiſsis. Quæ enim sunt ſm numerum, non sunt aliquę actiones niſi ſm ſimilitudinem, sicut multiplicare, diuidere, & huiuſmodi, vt etiā in alijs dictū eſt. ſ. in. ij. phyſi. Vbi oſtendit ꝙ mathematica abſtrahunt à motu, & ideo in eis eſſe non poſſunt hmōi actiones quæ ſm motum sunt. Sciendum etiā eſt ꝙ eorum relatiuorum quæ dicuntur ſm potentiā actiuā & paſsiuā, attenditur diuerſitas ſm diuerſa tēpora. Quædā enim hoīa dicuntur relatiue ſm tps præteritū, ſicut quod fecit ad illud quod factum eſt, vt pater ad filium, quia ille genuerit, ille genitus eſt, quæ differunt ſm feciſſe, & paſsum eſſe. Quædam vero ſm tps futurum, ſicut facturus, refertur ad faciendum. Et ad hoc genus relationū reducuntur illæ relationes, quæ dicuntur ſecundum priuationem potentiæ, vt impoſsibile & inuiſibile. Dicitur enim aliquid impoſsibile huic vel illi, & ſimiliter inuiſibile. Deinde cum dicit.

Ea igitur quæ ad aliquid per numerum dicuntur atq; potentiam, omnia hoc ipſo ſunt ad aliquid, ꝙ vnumquodq; ipſum quod eſt cuiuſpiā dicitur eſſe: ſed non hoc ipſo quod ad illud, aliud dicitur. At mēſurabile, & ſcibile, & intelligibile ad aliquid ex eo dicuntur, quia ad quodq; ipſorū aliud dicitur. Intelligibile nanq; intellectum ipſius eſſe ſignificat. At intellectus non eſt ad id cuius eſt intellectus. Id enim bis dictum erit. Similiter & viſus cuiuſpiā eſt viſus, non cuius eſt viſus, quāquā vere hoc dici poteſt, ſed ad colorē, aut aliud quippiam tale. Illo vero modo bis idem dicetur eſſe in quā viſum eius cuius eſt viſus. Ea igitur quæ per ſe ad aliquid dicuntur, partim hoc modo dicuntur.

Ergo ſm numerum & potentiā dicta ad aliquid, oſa sint ad aliquid, eo ꝙ ipſum quod eſt alterius dicitur id quidē, ſed non eo ꝙ aliud ad aliud. Menſurabile uero, & ſcibile, & intellectuale, eo ꝙ aliud dicitur ad ipſum ad aliquid dicunt, ſed non eo ꝙ illa ad aliud. Nā intellectuale ſignificat qđ ipſius eſt intellectus. Nō eſt aūt ad hoc cuius eſt intellectus. Bis enim idem diceret. Et ſimiliter alicuius viſus eſt viſus, & nō cuius eſt viſus, (quāuis fit, verū hoc dicere) ſed ad colorē, aut ad aliquid tale. Illo vero modo bis diceretur, quia eſt viſus cuius eſt viſus. Ergo ſecundum ſe dicta ad aliquid, ſic dicuntur.

Proſequitur de tertio mō relationum, & dicit ꝙ in hoc differt iſte tertius modus à præmiſsis, ꝙ in ꝓmiſsis unumquodq; dicit relatiue, ex hoc ꝙ ipſum ad aliud refertur, non ex eo ꝙ aliud referatur ad ipſum. Duplum enim refertur ad dimidium, & ecōuerſo: & ſimiliter pater ad filiū, & econuerſo. Sed hoc tertio mō aliquid dicitur relatiue, ex eo ſolū ꝙ aliqd refert ad ipſum, ſicut patet ꝙ ſenſibile & ſcibile vel intelligibile dicunt relatiue, ꝙa alia referunt ad illa. Scibile enim dicitur aliquid, ꝓpter hoc ꝙ habetur ſciēcia de ipſo. Et ſiſt ſenſibile dicitur aliquid quod pōt ſentiri. Vnde nō dicit relatiue ꝓpter aliquid ꝙ ſit ex eoꝝ parte, ꝙ ſit qualitas, vel quātitas, vel actio, vel paſsio, ſicut in ꝓmiſsis relationibus accidebat, ſed ſolum ꝓpter actiones aliorū, quæ tū in ipſa nō terminātur. Si enim videre eſſet actio videntis perueniens ad rem viſam, ſicut calefactio peruenit ad calefactibile, ſicut calefactibile refertur ad calefaciens, ita viſibile referret ad videntem. Sed videre & intelligere & huiuſmodi actiones, vt in nono huius dicetur, manent in agentibus & non tranſeunt in res paſſas, vnde viſibile & ſcibile non patitur aliquid, ex hoc quod intelligitur vel videtur. Et propter hoc non ipſamet referuntur ad alia, ſed alia ad ipſa. Et ſimile eſt in omnibus alijs, in quibus relatiue aliquid dicitur propter relationem alterius ad ipſum, ſicut dextrum & ſiniſtrum in columna. Cum enim dextrum & ſiniſtrum deſignent principia motuum in rebus animatis, columnæ & alicui inanimato attribui non poſsunt, niſi ſecundum quod animata aliquo modo se habēt ad ipſam, ſicut columna dicitur dextra, quia homo eſt ei ſiniſter. Et ſimile eſt de imagine reſpectu exemplaris, & denario quo fit pretium emptionis. In omnibus autem his tota ratio referendi in duobus extremis, pendet ex altero. Et ideo omnia huiuſmodi quodammodo se habent,

Universidad de Deusto
Biblioteca

I vt mensurabile, & mensura. Nam ab eo quælibet res mensuratur à quo ipsa dependet. Sciendum est autem q̄ quātus scientia ſm nomen videatur referri ad scientē & ad scibile, dicitur enim scientia scientis, & scientia scibilis, & intellectus ad intelligentē & intelligibile, tū intellectus ſm q̄ ad aliquid dicit, nō ad hoc cuius est sicut subiecti dicitur. Sequeretur enim q̄ idem relatiuū bis diceretur, constat.n. q̄m intellectus dicitur ad intelligibile, sicut ad obiectū. Si autē diceretur ad intelligentē, bis diceretur ad aliquid. Et cum esse relatiue sit ad aliud quodāmodo se habere, sequeretur q̄ idem haberet duplex esse. Et similiter de usu patet q̄ nō dicitur ad videntē, sed ad obiectum quod est color ℄ vel aliquid aliud tale. ℣ Quod dicit propter ea quę videnē in nocte non per ꝓprium colorē, vt habetur in ſcdo de anima. Quātus & hoc recte posset dici. ſ. q̄ visus sit videntis. Refertur autē visus ad videntē, non inquantum est visus, sed inquantū est accidens vel potētia videntis. Relatio enim respicit aliquid extra, nō autē subiectum, nisi inquātum est accidens. Et sic patet q̄ isti sunt modi quibus aliqua dicuntur ſm se ad aliquid. Deinde cum dicit. Lectio.1.

K

Partim si genera ipsoꝝ talia sint. Medicina enim est ad aliquid, propterea q̄ scientia q̄ quidem ipsius est genus, ad aliquid esse videtur. Et insuper ea quibus ad aliquid dicunē, ea quæ ipsa habent vt æqualitas ad aliquid est, quia æquale ad aliquid est. Et similitudo etiā, quia simile ad aliquid. At enim sunt quæ per accidens dicuntur ad aliquid, vt homo ad aliquid dicitur, propterea q̄ accidit ipsi esse duplū: hoc autē est ad aliquid, & album simili modo, si eidem accidat duplum ac album esse.

Illa vero quia sua genera sunt talia, vt medicina ad aliquid, quia suū genus scientia videtur ad aliqd esse. Amplius quæcunq; ſm habētia dicuntur ad aliquid, vt æqualitas, quia æquale: & similitudo, quia simile. Alia vero ſm accidens, vt homo ad aliquid, quia ei accidit duplum esse: & hoc est ad aliquid, vt album, quia ei accidit album & duplum. Patte.6.

L

Ponit tres modos, quibus aliqua dicuntur ad aliquid, non ſm se, sed ſm aliud. Quoꝝ primus est, quando aliqua dicuntur ad aliquid propter hoc, q̄ sua genera sunt ad aliquid: sicut medicina dicitur ad aliquid, quia scientia est ad aliquid. Dicitur enim q̄ medicina est scientia sani & ægri. Et isto modo refertur scientia per hoc quod est accidens. Secundus modus est, quando aliqua abstracta dicuntur ad aliquid, quia concreta habentia illa abstracta, ad aliud dicunē, sicut æqualitas & similitudo dicuntur ad aliquid, quia simile & æquale ad aliqd sunt. Aequalitas autem & similitudo ſm nomen nō dicunē ad aliquid. Tertius modus est, quando subiectum dicitur ad aliquid, tōne accidentis, sicut homo vel album dicitur ad aliquid, quia vtriq; accidit duplum esse. Et hoc modo caput dicitur ad aliquid, eo q̄ est pars. Lectio.xviij.

M

Perfectū dicitur id cuius nulla pars extra accipi potest, vt tēpus id cuiuscūq; perfectum dicitur esse, extra quod nullū accipi tempus potest, quod sit huiusce temporis pars. Et id quod est affectu, virtute, atq; bene se habet, nō habens ad genus exuperationem: vt medicus perfectus quispiam dicitur, modulatorq; perfectus, cum nihil ipsis in specie suæ virtutis deest. Hoc pacto etiam per translationem & in malis dicere consueuimus calumniatorem perfectum, furemq; perfectum: quādo quidem & bonos etiam ipsos dicimus, vt furem bonum calumniatoremq; bonum. Atqui ipsa virtus perfectio quædam est. Vnumquodq; enim tunc est perfectum, substantiaq; omnis tunc est perfecta, cum in specie propriæ virtutis nulla pars eius magnitudinis, quæ secundū naturam comperit, deest. II

Tex.cō.12 parte.1.

PErfectum vero dicitur, vnū quidē extra quod non est accipere, ullam quidem, particulam: vt tempus perfectum singulorum, extra quod non est accipere tēpus aliquod, quod sit huius temporis pars. Et quæ sunt ſm virtutē & eius quod bene, non habentia hyperbolē ad genus: vt perfectus medicus, & perfectus fistulator, quando secundum speciem propriæ virtutis in nullo deficiunt. Sic autem transferentes ad mala dicimus ſycophantam perfectum, & latronem perfectum: quoniam & bonos dicimus eos, vt latronē bonum, ſycophantam bonum. Est enim virtus perfectio quædā. Quodlibet enim perfectum, & substantia omnis tunc perfecta, quando secundum speciem propriæ virtutis in nulla deficit parte secundum naturam mensuræ. Cōmūnis tōtem.

O

POSTQVAM Philosophus distinxit noīa q̄ significāt causas, & subiectū, & partes subiectoꝝ huius scientię, hic incipit distinguere noīa q̄ significāt ea quę se habēt p modū passiōis, & diuidit in duas partes. In prima distinguit noīa ea quæ pertinent ad perfectionē entis. In ſcda distinguit noīa quæ ptinēt ad entis defectū, ibi: ℄ Falsum dicitur vno mō. ℣ Circa primum duo facit. Primo distinguit noīa significātia ea quæ pertinēt ad perfectionē entis. Secdo pertinentia ad totalitatē. Perfectum enim & totū aut sunt idē aut fere idē significāt, vt dicitur in .iij. physic. ſcda ibi. ℄ Exaliquo esse dicit. ℣ Circa primū duo facit. Prio distinguit hoc nomē ꝓfectū. Secdo distinguit quædā noīa q̄ significāt quasdā ꝓfectiones ꝓfecti, ibi: ℄ Terminus dicit. ℣ Circa primum duo facit. Primo ponit modos quibus aliqua dicunē perfecta ſm se. Secdo modos quibus aliqua dicunē ꝓfecta per respectū ad alia, ibi: ℄ Alia vero. ℣ Circa primū duo facit. Primo ponit modos quibus aliqd ſm se dicit ꝓfectū. Secdo oīndit quō ſm hos modos aliqua diuersimode ꝓfecta dicunē, ibi: ℄ ſm se dicta qdē igit. ℣ Dicit ergo primo, q̄ ꝓfectū uno mō dicit, extra qđ nō est accipere aliquā eius particulā, sicut hō dicit ꝓfectus qñ nulla deest ei pars. Et dicit tps ꝓfectū, qñ nō est accipe extra aliqd qđ sit tpis pars: sicut dicit dies, ꝓfectus qñ nulla pars diei deest. Alio mō dicit aliqd perfectū ſm virtutē, & sic dicit aliqd ꝓfectū qđ nō habet ℄ hyperbolē ℣ .i. superexcellētiā vel superabūdantiā ad hoc q̄ aliqd bene fiat ſm genus illud. Et sīc nec defectū, hoc em dicimus bene se hēre, vt dicit in .ij. ethi. q̄ nihil habet nec plus nec minus q̄ debet habere. Et sic dicit perfectus medicus, & ꝓfectus fistulator, qñ nō deficit ei aliqd qđ pertineat ad spēm ꝓprię uirtutis, ſm quā dicitur q̄ hic est bonus medicus, & ille bonus fistulator. Virtus enim cuiuslibet est q̄ bonū facit habentē, & opus eius bonū reddit. Scdm aurē hūc modum vtimur trāslatiue noīe ꝓfecti etiā in malis, dicimus enim perfectū ℄ sycophantā ℣ .i. calūniatorē, & perfectū latronem, qñ in nullo deficit ab eo qđ competit eis inquātū sunt tales. Nec est mirū si in istis q̄ magis sonant defectū vtimur noīe pfectionis, ga ēt cū sint mala, vtimur in eis noīe bonitatis per quandā similitudinē. Dicimus enim bonū furē, & bonum calūniatorē, ga sic se habēt in suis operationibus, licet malis, sicut boni in bonis. Et q̄ aliqd dicatur perfectū per cōparationē ad virtutē, ꝓpriā, ꝓuenit ga virtus est quędā perfectio rei. Vnūquodq; em tūc est perfectū, qñ nulla pars magnitudinis naturalis q̄ cōpetit ei ſm spēm ꝓpriæ virtutis, deficit ei. Sicut autē q̄libet res naturalis habet determinatā mēsurā naturalis magnitudinis ſm quātitatē cōtinuā, ut dicit in .ij. de aia, ita ēt q̄libet res habet determinatā quātitatē Tex.cō.12 Perfectum dicitur ꝓpriē in malis fm metaphoram. Infra lc.1 Tex. cō. Lect.xix. P Infra hic Lect.xx. Infra p. Perfectum tūm magnitudis dī dicitur. Nō omne vltimū est ꝓpriē ꝑfectū. Lect.i. Q Perfectum dicitur ꝓpriē in malis fm metaphoram. Tex.cō.

A suæ virtutis naturalis. Equus enim habet quātitatē dimensiuā determinatā ſm naturā cū aliqua latitudine. Est.n. aliqua quātitas vltra quā nullus equus, ptendit in magnitudine. Et similiter est aliqua quātitas quā nō transcendit in paruitate. Ita etiā ex vtraq; parte determinat aliquibus terminis quātitas virtutis equi. Nā aliqua est uirtus equi, qua maiori in nullo equo inuenitur. Et similiter est aliqua tam parua, qua nulla est minor. Sicuti igit primus modus perfectē accipiebat ex hoc q̄ nihil rei deerat de quantitate dimensiua sibi naturaliter determinata, ita hic secundus modus accipitur ex hoc q̄ nihil deest alicui de quātitate uirtutis sibi debitæ ſm naturam. Vterq; autem modus perfectionis attenditur ſm meriorem perfectionem.

Præterea in quibus studiosus inest finis, ea perfecta dicuntur. Ex eo nāq; quia finem habent, perfecta sunt & dicuntur. Quare cum finis extremū sit quiddam, & ad praua etiam trāsferentes, perfecte perisse quippiam dicimus, perfecteq; corruptum esse, cum nihil prorsus corruptionis deficit atque mali, sed in ipso extremo est constitutum. Quapropter & obitus finis dicitur per translationem, quia vtraq; sunt extrema. Finis vero & id gratia cuius cætera fiunt, extremum est. Finis qđ. B

Amplius cuius est finis studiosus, ea dicūtur perfecta. Etenim secundum habere finē perfecta. Quare quoniam finis vltimorum aliquis est, & ad praua trāsferentes dicimus perfecte perdi, & perfecte corrumpi, quando nihil deest corruptioni in malo, si in vltimo est. Quapropter mors secundū metaphoram dicitur finis, quia ambo vltima. Finis autem & cuius causa vltimum. Parte.1.

C

Tertium modū ponit per respectū ad exterius dicēs, q̄ illa dicunē tertio mō ꝓfecta ℄ qbus inest finis ℣ .i. qđā cōsecuta sunt suū finē. Si tū ille finis fuerit ℄ studiosus ℣ .i. bonus, sicut hō qñ iam cōsequit beatitudinem. Qui aūt consequitur finem suum in malis, magis dicit deficiens q̄ perfectus, quia malū est priuatio perfectionis debitę. In quo patet q̄ mali qñ suā perficiunt voluntatē, non sunt feliciores, sed miseriores. Quia vero omnis finis est quoddā ultimū, ideo per quādā similitudinē transferimus nomē perfectū, ad ea q̄ ꝓueniunt ad vltimū, licet illud sit malū. Sicut dicit aliqd perfecte perdi vel corrūpi, qñ nihil deest de corruptione vel perditione rei. Et per hanc metaphorā, mors dicitur finis, quia est vltimū. Sed finis nō solū habet q̄ sit vltimum, sed etiā q̄ sit cuius causa sit aliquid. Quod nō contingit morti vel corruptioni. Deinde cum dicit. Nō omne vltimū est ꝓpriē ꝑfectū. Lect.i.

D

Ea igitur quę per se perfecta dicuntur, tot modis dicuntur. Alia ꝓpterea quod in bene esse habendo nil ipsis deficit, neque exuperationem habent, neq; quicquam est extra. Alia omnino ex eo quia in vnoquoque genere exuperationem non habent, neque quicquam est extra. Parte.3.

Secundum se dicta quidem igitur perfecta totiēs dicuntur. Alia quidem, quia secudum bene in nullo deficiunt, nec hyperbolem, id est excessum habent, nec extra aliquid accipiunt. Alia omnino ſm q̄ non habent hyperbolem, id est excessum in vnoquoque genere, nec aliquid est extra.

Ostendit quō aliqua diuersimode se habeāt ad p̄dictos modos perfectionis, & dicit q̄ quędā dicūtur ſm se perfecta, & hoc dupliciter. Alia qdē vniuersaliter perfecta, ga nihil oīno deficit eis absolute, nec aliquā habēt ℄ hyperbolem ℣ .i. excedentiā, qa à nullo uidelicet penitus in bonitate excedunē, nec aliquid extra accipiunt, quia nec indigent exteriori bōitate. Et hęc est cōditio primi principiī. ſ. Dei, in quo est pfectissima bonitas, cui nihil deest de omnibus perfectionibus in singulis generibus inuētis. Alia dicūtur perfecta in aliquo genere, ex eo q̄ quātū ad illud genus pertinet, nec ℄ habent hyperbolē ℣ .i. excedentiā, quasi aliquid eis deficiat cor̄ q̄ illi generi debent, nec aliqd cor̄ quæ ad pfectionē illius generis ptinēt est extra ea, quasi eo careāt, sicut hō dicit pfectus, qñ iā adeptus est beatitudinē. Et sicut ſi hęc distinctio quātū ad scdm modū perfectionis supra posuīt, ita pōt fieri quātū ad primū, vt tāgit in principio cæli & mundi. Nam quodlibet corpus particulare est quātitas perfecta ſm suū genus, qa habet tres dimēsiones, qbus nō sunt plures. Sed mundus dicit pfectus uniuersalr, quia oīno nihil extra ipsum est. Deinde cum dicit. Tex.cō.3.

E

Cætera vero iam per hæc ipsa, perfecta dicuntur, quia aut tale quid faciūt, aut habent, aut talibus accōmodantur, aut aliquo alio modo dicuntur ad ea quæ perfecta primo dicuntur. F

Alia vero iā ſm ipsa, aut in faciendo aliquid tale, aut habendo, aut cognoscendo tali, aut in aliqualiter dici ad primo dicta perfecta. parte.4.

Ponit modum ſm quē aliqua dicuntur perfecta per respectū ad aliud, & dicit, q̄ alia dicunē pfecta ℄ ſm ipsa ℣ .i. per cōparationē ad perfecta quæ sunt ſm se perfecta. Vel ex eo q̄ faciunt aliquid perfectū aliquo prioꝝ modorum, sicut medicina est perfecta, quæ facit sanitatem perfectā. Aut ex eo q̄ habent aliquid perfectū, sicut homo dicitur perfectus, qui habet perfectam scientiā. Aut repræsentando tale perfectum, sicut illa quæ habent similitudinem ad perfecta, vt imago dicitur perfecta, quæ repręsentat hominem perfectē. Aut qualitercunq; aliter referant ad ea q̄ dicuntur per se perfecta primis modis. Lectio.xix. Modi quo aliq dicuntur ꝓfecta per aliud.

Extremum id dicitur quod est vniuscuiusq; vltimum, & vltra quod primi nihil accipi potest, & citra quod primi omnia collocantur. G

TErminus dicitur quod est cuiushbet vltimū, & extra quod nihil est accipere primi, & infra quod omnia primi. Ter. cō. 12 Patte. 5.

HIC prosequit de noībus quæ significant conditiones perfecti. Perfectum autē, vt ex præmissis patet, est terminatum & absolutum, non dependens ab alio, & nō priuatum, sed habēs ea quæ sibi ſm suū genus competūt. Et ideo primo ponit hoc nomē terminus. Secdo hoc quod dicitur, per se, ibi: ℄ Et scdm qđ dicit. ℣ Tertio hoc nomen habitus, ibi: ℄ Habitus vero dicit. ℣ Circa primū tria facit. Primo ponit tōnē termini dicēs, q̄ terminus dicit qđ est vltimū cuiuslibet rei ita q̄ nihil de prio terminato est extra ipsum terminum, & omnia quæ sunt eius, continentur intra ipsum. Dicit autē ℄ primi ℣ quia cōtingit q̄ id quod est vltimū primi, esse principium secundi, sicut nūc quod est ultimum præteriti, est principium futuri. Perfectum quid. Infra p.4. Lect. seq. Patte.1. Terminus quid. H

Et id qđ est magnitudinis, aut magnitudinē hāntis, forma, & vniuscuiusq; finis. Tale autē est id, ad qđ p motū itur, actionēq;, & non id ex quo fit pfectio. Interdū ät ābo, & id ex quo, & id ad qđ pfectio fieri solet. Et id gra cuius cętera fiūt. Et cuiusq; substātia, & qdditas itē cuiusq;. Cognitionis.n. hæc extremum. Quod si est cognitiōis, est eē & ipsius rei extremū. Et quæcunq; fuerit species magnitudinis, aut habentis magnitudinem & finis cuiusq;. Tale vero ad quod motus & actus, & non a quo. Et qñq; ambo, & à quo & in quod. Et cuius causa. Et substantia cuiuslibet, & quid erat cuiq;. Cognitionis enim hic terminus. Sed si cognitionis & rei. parte.2.

1 Secundo ponit quatuor modos, q̃bus dicitur terminus, quoꝝ primus est ſm q̃ in qualibet ſpecie magnitudinis, finis magnitudinis vel habentis magnitudinẽ, dicitur terminus, ſicut punctus dicitur terminus lineę, & ſuperficies corporis, vel etiã lapidis habentis quantitatẽ. Sedꝰ modus est ſimilis primo, ſm q̃ vnum extremum motus vel actionis, dicit terminus, hoc. ſ. ad quod est motus, & non à q̃ꝺ, ſicut terminus generationis est esse, nõ autẽ nõ esse, quãuis q̃ncq; ambo extrema motus, dicanẽ terminus largo modo. ſ. à quo, & in quod prout dicimus q̃ omnis motus est inter duos terminos. Tertius modus dicit terminus, cuius cã fit aliquid: hoc enim est vltimum intẽtionis, ſicut terminus ſcꝺo modo dictus est vltimum motus vel operationis. Quartus modus est ſm q̃ ſubſtantia rei q̃ę est essentia & diffinitio ſignificãs q̃ quid est res, dicit terminus. Est enim terminus cognitiõis. Incipit enim cognitio rei ab aliquibus ſignis exteriorib⁹, quibus peruenitur ad cognoſcendam rei diffinitionẽ. Quo cum peruentũ fuerit, habetur perfecta cognitio de re. Vel dicitur terminus cognitionis diffinitio, quia infra ipſam continẽt ea per quæ ſcitur res. Si autem vna differentia vel addatur vel ſubtrahatur, iam nõ erit eadem diffinitio. Si autem est terminus cognitionis, oporter q̃ ſit rei terminus, q̃ cognitio fit per aſſimulationem cognoſcentis ad rem cognitam.

Terminus. Primus dicitur ſenſor modi. Secundus. Tertius. Quartus. K

Quare patet tot modis ipſum extremũ dici, quot modis ipſum principiũ dicitur, & inſuper pluribus. Principium enim extremũ est quoꝺꝺam, at non omne extremum principium est, vt patet.

parte. 3. Quare palã quia quotiẽs principia dicunt, totiẽs terminus, & aduc amplius. Principiũ enim terminus quidẽ est, ſed terminus nõ omnis principium.

L Concludit cõparationẽ termini ad principium dicẽs, q̃ quotiẽs dicitur principium, totiẽs dicitur terminus, & adhuc amplius: quia oẽ principium est terminus, ſed non terminus oĩs, est principium. Id enim ad quod motus est, terminus est, & nullo mõ principiũ est. Illud vero à quo est motus est principiũ & terminus, vt ex prædictis patet.

Et ipſum quod pluribus dicitur modis. Atq; vno modo dicit forma ſubſtantiaq; cuiuſq;, veluti quo bonus est bonus, id ipſum est bonũ. Alio modo id in quo primo aptũ est quippiã fieri: vt color in ſuperficie. Id igitur quod primo dicitur quo, forma est ipſa: ſecundo vero, id qꝺ est vt materia cuiuſq;, ſubiectumq; cuiuſq; primũ. Omnino autẽ ipm quo atq; cauſa paribus modis dicũtur. Id enim quo quiſpiã acceſsit, id eſſe dicitur gratia cuius venit. Et item id quo vitioſam quiſpiam rationem aut ratiocinationem extruxit, id est quod ratiocinationis est, aut vitioſæ cauſa rationis. Præterea ipſum quo positionẽ ſignificat, veluti quo ſtetit aut quo pergit. Hæc eĩ omnia poſitionem locumue ſignificant.

M Et ſm quod, dicit multipliciter. Vno quidẽ mõ ſpẽs & ſubſtãtia cuiuſq; rei, vt ſm q̃ bonũ, per ſe bonũ. parte. 4. Tex. cõ. 23 Alio vero in quo primũ aptum natũ est fieri, vt color in ſuperficie. Primo quidã ergo dictũ ſm q̃, ſpecies est. Scꝺo autẽ, vt materia cuiuſq;, & ſubiectum cuiuſq; primũ. Omnino vero ipſum ſm q̃, pariter & cã exiſtit. Nam ſm q̃ venit, aut cuius cauſa venit dicitur, & ſm q̃ paralogizatũ est, aut ſyllogizatum est, aut qua cauſa ſyllogiſmi ſunt, aut paralogiſmi. Amplius ſm q̃, ſm poſitionem dicitur, vt ſecundũ q̃ ſtetit, aut ſecundum q̃ vadit. Ea nãq; omnino poſitionem ſignificant & locum.

Hic determinat de per ſe, & circa hoc tria facit. Primo determinat de hoc quod dicit ſm q̃, quod est cõius quãm ſm ſe. Scꝺo concludit modos eius, quod dicit ſm ſe, ibi: ¶ Quare ſm ſe. ⊢ Tertio, qꝫ utrũq; dictoꝝ modoꝝ ſm alĩ quẽ modum ſignificat diſpoſitionẽ, determinat denomine diſpoſitionis, ibi: ¶ diſpoſitio. ⊢ Circa primũ ponit quatuor modos eius quod dicit ſm q̃, quoꝝ primus est, ¶ ſpecies, ⊢ .i. forma, & ¶ ſubſtantia rei ⊢ .i. essentia, est id ſm quod aliquid eſſe dicit, ſicut ſm Platonicos, ¶ per ſe bonum ⊢ .i. idea boni est illud ſm quod aliquid bonũ dicitur. Scꝺus modus est, prout ſubiectũ in quo primo aliquid natũ est fieri dicitur ſm q̃, ſicut color primo fit in ſuperficie, & ideo dicit q̃ corpus est coloratum ſm ſuperficiem. Hic autẽ modus differt a prædicto, quia prædictus pertinet ad formã, & hic pertinet ad materiam. Tertius modus est, prout vniuerſaliter quælibet cauſa dicitur ſm q̃. Vnde totiẽs dicitur ſm q̃, quotiẽs & cauſa. Idem enim est quærere ſm q̃ venit, & cuius cauſa venit: ſimiliter ſm q̃ paralogizatur, aut ſyllogizatum est, & qua cauſa facti ſunt ſyllogiſmi. Quartus modus est, prout ſm q̃ ſignificat poſitionẽ & locum, ſicut dicit, iſte ¶ ſtetit ſm hũc, ⊢ id est iuxta hunc: & ille ¶ vadit ſm hunc ⊢ .i. iuxta hunc, quæ omnia ſignificant poſitionẽ & locũ. Et hoc manifeſtius in græco idiomate apparet. Deinde cum dicit.

N Parte 3. Lect. 6. Parte. 1. Modi quinti mot. ſm q̃. Primus. Secundus. Tertius. O Quartus.

Quare neceſſe est & ipſm per ſe multipliciter dici. Vnum est enim per ſe quidditas vniuſcuiuſq;, vt Callias & quidditas ipſius Calliæ. Aliud id omne quod ineſt in rõne, veluti Callias per ſe animal est. In rõne enim ipſius animal ineſt. Callias enim aĩal quoddã est. Præterea ſi in ſeipſo primo aut in aliqua ſui parte ſuſceperit, quo pacto ſuperficies est per ſe alba, & homo viuens per ſe. Anima nãq; pars quædã est hominis, in qua prima est ipſum viuere. Præterea id cuius non est alia cauſa vlla. Hominis enim ſunt cauſæ multæ, animal bipes, attamen ipſe homo per ſe homo est. Inſuper ea quę ſoli inſunt, & vt est ſolũ, quo circa per ſe est id quod est ſeparatum.

P Quare ſm ſe, dici multipliciter est neceſſe. Vnum enim ſm ſe quodquidere eſſe vnicuiq;, vt Callias & quodquidere eſſe Calliam. Alia vero quæcunq; in eo qꝺ quid est exiſtũt, vt animal Callias ſecundũ ſe. Nam in ratione ineſt animal. Animal enim quoddã est Callias. Amplius autem ſi in ipſo oſtenſum est primo, aut in eius aliquo, vt ſuperficies alba ſm ſe, & viuum ſm ſe homo. Anima nanq; pars est quædã hominis, in qua prima est ipſum viuere. Amplius cuius non est alia cauſa. Hominis enim multæ ſunt cauſæ, animal bipes. Attamẽ ſm ſe, homo est homo.

Parte. 3. Q Amplius quæcunq; ſoli inſunt, & inquantũ ſoli, eo q̃ ſeparatum, ſecundum ſe.

Quartus modꝰ ſignificat poſitionẽ. Primus. Concludit ex p̃dictis quatuor modos dicẽdi per ſe vel ſm ſe, quoꝝ primus est, qñ diffinitio ſignificans qd est eſſe vnicuiuſq; dicit ei ineſſe ſm ſe, ſicut Callias ¶ & quodquidere eſſe Callię ⊢ .i. & essentia rei, ita ſe habẽt q̃ vnũ ineſt ſm ſe alteri. Non autẽ ſolum tota diffinitio dicitur de diffinito ſm ſe, ſed aliquo modo ẽt quæcũq; inſunt in diffinitione dicẽte quid est, prædicanẽ de diffinito ſm ſe, ſicut Callias est animal ſm ſe. Animal enim ineſt in ratione Calliæ. Nam Callias est quoddam animal, & poneret in eius diffinitione, ſi ſingularia diffinitionẽ habere poſſent. Et hi duo modi ſub vno cõprehenduntur. Nam eadem ratione, diffinitio & pars diffinitionis per ſe de vnoquoq; prædicanẽ. Est enim hic primus modus per ſe qui ponit in libro poſteriorꝝ, & reſpõdet primo modo eius quod dicitur ſm qd, ſuperius poſito. Scꝺus modus est, qñ aliqd oſtenditur eſſe in

Secundus.

A eſſe in aliquo, ſicut in prio ſubiecto, cũ ſit ei per ſe. Quod quidem cõtingit dupliciter, quia vel primum ſubiectum accidẽtis est ipſum totum ſubiectum de quo p̃dicatur. Sicut ſuperficies dicitur colorata vel alba ſm ſeipſam. Primum enim ſubiectum coloris est ſuperficies, & ideo corpus dr̃ coloratum rõne ſuperficiei. Vel etiam aliqua pars eius, ſicut homo dicit viuens ſm ſe, quia aliqua pars eius est primum ſubiectum vitæ. ſ. anima. Et hic est ſecundus modus dicẽdi per ſe in poſteriorib⁹ poſitus, qñ. ſ. ſubiectũ ponitur in diffinitione p̃dicati. Subiectum enim primum, & p̃prium, ponitur in diffinitione accidentis p̃prij. Tertius modus est prout ſm ſe eſſe dr̃, illud cuius nõ est aliqua alia cauſa, ſicut oẽs p̃poſitiones immediatæ, quæ. ſ. per aliquod medium nõ probãtur. Nam medium in demõſtrationibus p̃p quid est cauſa q̃ p̃dicatum inſit ſubiecto. Vnde licet homo habeat multas cauſas, ſicut aĩal & bipes quę ſunt cauſæ formales eius, tũ huius p̃poſitionis, homo est hõ, cũ ſit immediata, nihil est cauſa. Et p̃pter hoc homo est homo ſm ſe. Et ad hũc modum reducitur quartus modus dicendi per ſe in poſteriorib⁹ poſitus, qñ effectus prædicat de cauſa, vt cum dr̃ interfectus interiit p̃pter interfectionẽ, vel infrigidatum ſtriguit vel refriguit p̃pter refrigerium.

Tertius. B Quartus. Quartus modus eſt, put illa dr̃ ſm ſe ineſſe alicui quæ ei ſoli inquãtum ſoli inſunt. Qđ dicit ad dr̃iam priorũ modorũ, in quibus nõ dicebatur ſm ſe ineſſe ex eo qđ est ſoli ineſſe. Quamuis etiam ibi aliquid ſoli ineſſet, vt diffinitio diffinito. Hic autem ſm ſe dicitur ratione ſolitudinis. Nã hoc quod dico ſm ſe, ſignificat aliquid ſeparatum ſicut dicitur homo ſm ſe eſſe, qñ ſolus est. Et ad hũc reducitur tertius modus in poſteriorib⁹ poſitus, & quartus modus dicendi ſm q̃, qui põnem importabat. Lec. xx.

Diſpoſitio ordo dicitur eius eſſe, quod partes habet, aut loco, aut potentia, aut forma. Poſitionem enim quãdam eſſe oportet, vt & nomen etiã ipſum diſpoſitio inquam, declarat.

C Tex. cõ. 24 Parte. 1.

DIſpoſitio dicitur habẽtis partes ordo, aut ſm locum, aut ſm potentiam, aut ſm ſpeciem. Poſitionem enim oportet quandam eſſe, ſicut & ipſum hoc nomen diſpoſitio oſtendit.

Diſpõ dr̃ multis mo. D Tertius.

QVIA vno modo ſm q̃ poſitionẽ ſignificat, ideo cõſequenter Phs proſequitur de nomine diſpoſitionis: & ponit rõnem cõem huius nois diſpõ, dicens, Q. diſpoſitio nihil eſt aliud q̃ ordo partium in habente partes. Ponit aũt modos quibus dicit diſpoſitio, qui ſunt tres. Quorum primus est ſm ordinem partiũ in loco. Et ſic diſpoſitio, ſiue ſitus eſt quoddã p̃dicamentum. Secundus modus est, prout ordo partium attẽditur ſm potẽtiam ſiue virtutem. Et ſic diſpoſitio ponitur in prima ſpecie qualitatis. Dicit enim aliquid hoc modo eſſe diſpoſitum, vt puta ſm ſanitatem vel ęgritudinem, ex eo q̃ partes eius habent ordinem in virtute actiua vel paſſiua. Tertius modus est, prout ordo partium attẽditur ſm ſpẽm & figuram totius, & ſic diſpoſitio ſiue ſitus ponitur dr̃a in genere quãtitatis. Dicit q̃ quãtitas alia est hũs poſitionem, ut linea, ſuperficies, corpus & locus. Alia nõ hũs, vt numerus & tempus. Oſtendit etiam q̃ hoc nomẽ diſpoſitio, ordinem ſignificet. Significat enim poſitionem ſicut ipſa nominis impoſitio demonſtrat. De rõne autem poſitionis est ordo.

HIC Determinat de quodā toto. s. de genere, & prio ostendit quot modis dr genus. Secūdo quot modis dr aliqua diuersa. ibi ☾ Diuersa vero genere. ☽ Dicit ergo prio, ꝙ genus dr quatuor modis. Primo generatio cōtinua aliquoꝝ hūtium eandē spēm. Sicut dr, dum erit ☾ genus hominū ☽. i. dū durabit generatio cōtinua hoīum. Iste est primus modus positus in Porphyrio. s. multitudo hūtium relationē adinuicē & ad vnū principiū. Secdo modo dr genus illud à quo ☾ prio mouēte ad eē ☽. i. à generāte ꝓcedūt aliqua, sicut dr Hellines genere, qa descendūt à quodam Helline noie: & aliqui dr Iones genere, quia descendunt à quodā Ione, sicut à primo generante. Magis aūt denominant aliqui à prē q est generās, q̄ à mre quæ dat materiam in generatione: & tī aliq denominant genere à mre sicut à quadam fœmina noīa Pleia, dr aliq̄ pleiades. Et iste est secundus modus generis in Porphyrio positus. Tertio modo dicitur genus, sicut superficies est genus figurarū superficialium, ☾ & solidum ☽. i. corpus dicitur esse genus figurarum solidarum. i. corporearum. Genus aūt hoc non est q̄d significat assentiam speciei, sicut animal est genus hominis, sed quod est ꝑprium subiectum, specie differētium accidentium. Superficies enim est subm omnium figuraꝝ superficialium. Et habet similitudinem cū genere, quia ꝑ priū subm ponit in diffōne accidentis, sicut genus in diffinitione speciei. Vnde subiectū ꝑpriū de accidente prædicatur ad similitudinem generis. Vnaquæq; ☾ enim figurarum hæc quidem ☽. i. superficialis est talis superficies. ☾ Hoc autē, ☽. i. figura solida, est tale solidum, ac si figura sit differentia qualificans superficiem vel solidum. Superficies enim se habet ad figuras superficiales, & solidū ad solidas, sicut genus quod subiicitur contrarijs. Nam differentia ꝓdicatur in eo q̄d quale. Et ꝓp hoc, sicut cum dr aīal rationale significatur tale animal, ita cum dicitur superficies quadrata significatur talis superficies. Quarto modo genus dicitur ꝙ primo ponitur in diffinitione, & prædicatur in eo quod quid, & dr̄iæ sunt eius qualitates. Sicut in diffinitione hominis primo ponit aīal, & bipes siue rōnale, quod est quædam subalis qualitas hominis. Patet ergo ꝙ tot modis dr genus. Vno modo ſm generationem continuam in eadem ſpecie, quod pertinet ad primum modū. Alio modo ſm primum mouens, quod pertinet ad secundum. Alio modo sicut materia, quod ptinet ad tertium & quartū modū. Hoc enim modo se habet genus ad differentiā, sicut subm ad qualitatem. Et ideo patet ꝙ genus ꝓdicabile & genus subm, quasi sub vno modo cōprehenduntur, & vtrunq; se habet ꝑ modum materiæ. Licet enim genus ꝓdicabile nō sit materia, sumit tī à materia, sicut dria à forma. Dr enim aliqd animal ex eo ꝙ habet naturā sensitiuam. Rationale vero ex eo ꝙ habet rationalem naturā, q̄ se habet ad sensitiuam sicut forma ad materiam.

Diuersa vero genere ea dicuntur, quorum subiectum primum diuersum est, & neq; alterum in alterum, neq; in idem vtrūq; resoluitur, vt forma & materia diuersa genere sunt. Et ea q̄ per figurā prędicationis eius q̄d est, diuersa dicuntur. Eoꝝ enim quæ sunt, alia quid est significāt, alia quale qd, alia aliud, vt antea est diuisum. Neq; enim hæc, aut in sese vicissim, aut in vnum quid resoluuntur.

Diuersa vo genere dr, quoꝝ diuersum primum est subiectum, & nō resoluitur alteꝝ in alterum, nec ambo i idē: vt spēs & materia diuersum genere. Et q̄cunq; ſm diuersam figuram categorię entis dr. Alia nanq; qd significant entium. Alia quale quid. Alia aliud, vt diuisum est prius. Nec enī ea resoluuntur nec in inuicem, nec in vnum aliquod.

Hic ostendit quot modis dicuntur aliqua diuersa genere, & ponit duos modos respondētes vltimis duobus modis generis. Primi enim duo modi non multum pertinent ad philosophicam considerationem. Primo igitur modo dicuntur aliqua genere diuersa, quia eorum primum subiectum est diuersum. Sicut primum subiectum colorum est superficies, primū autem subiectum saporum est humor. Vnde quantum ad genus subiectū, sapor & color sunt diuersa genere. Oportet āt ꝙ duo diuersa subiecta, talia sint, quorum vnum non resoluatur in alterū. Solidū enim quodammodo resoluitur in superficies. Vnde figuræ solidi, & figuræ superficiales nō sunt diuersorum generum. Et iterum oportet quòd ambo non resoluantur in aliquod idē. Sicut species & materia sunt diuersa genere, si ſm suam essentiam considerentur, ꝙ nihil est commune vtriq;. Et similiter corpora cœlestia & inferiora sunt diuersa genere, inquantum non habent materiam communem. Alio modo dicuntur diuersa genere quæ dicuntur ☾ ſm diuersam figuram categoriæ ☽. i. ꝓdicationis entis. Alia nanq; ſutia significant

significant quid est, alia quale, alia alīs modis, sicut diuisum est prius, vbi tractauit de ente. Iste enim categoriæ nec resoluuntur inuicem, quia vna non cōtinetur sub alia. Nec resoluuntur in vnum aliquid, quia non est vnum aliquod genus commune ad omnia prædicamenta. Patet autem ex dictis ꝙ aliqua continentur sub vno ꝓdicamento, & sunt vnum genere hoc modo secundo, quę tñ sunt diuersa genere primo modo. Sicut corpora cœlestia, & elementaria, & colores, & sapores. Primus autem modus diuersitatis ſm genus consideratur magis à naturali, & etiā à philosopho, quia est magis realis. Secundus autē modus consideratur à logico, quia est rationis.

Falsum vno modo dicitur, vt res falsa. Atq; huius aliud ex eo quia non componitur, aut fieri non potest, vt componatur, quemadmodum dicitur diametrum esse commensurabilem costę, aut te sedere. Horum enim alterum semper, alterum interdum est falsum. Sic enim hęc nō entia sunt. Aliud ex eo quia est quidem, est tamen aptum, aut nō tale esse quale est, aut id esse quod haud est videri ac apparere, vt pictura ac somnia. Hęc enim aliquid quidem sunt. At nō ea quoꝝ imaginationem efficiūt. Res igitur hoc pacto falsę dicuntur, aut quia non sunt ipsæ, aut quia imaginatio quę ab ipsis emergit, entis non est.

Ye. cō. 14 parte. 3.

Falsum dicit vno modo vt res falsa, & huius hoc quidem per non componi, aut per impossibile esse componi. Sicut dicitur diametrum esse commensurabilem, aut te sedere. Horum enim falsum hoc quidem semper, illud vero quandoq;. Sic enim non entia hęc. Alia vero quę sunt quidem entia, & apta nata sunt videri, aut non qualia sunt, aut quæ non sunt, vt ſchiagraphia. i. vmbrarū conscriptio, & somnia. Ea nanq; sunt aliquid quidem, sed non quorum faciunt phantasiam. Res ergo falsę dicuntur, aut qa non sunt, aut quia ab eis phantasia non entis est.

Falsum dr̄ vnum.

Hic distinguit nomina quæ significant defectum entis vel ens incompletum, & primo hoc nomen falsum. Secundo hoc nomen accidens. Circa primum tria facit. Primo ostēdit quomodo dicatur falsum in rebus. Secundo q̄oin diffinitionibus, ibi ☾ Ratio vero falsa. ☽ Tertio quomodo sit falsum in hoībus, ibi ☾ Sed & homo falsus. ☽ Dicit ergo primo ꝙ falsum dicitur vno modo in rebus, per hoc ꝙ oratio significans rem non cōgrue componitur. Quod quidem contingit dupliciter. Vno modo per hoc quòd aliquid componitur quod non debet componi, sicut est in falsis contingentibus. Alio modo per hoc quòd est impossibile componi, sicut est in falsis impossibilibus. Si enim dicamus diametrum esse commensurabilem quadrati lateri, & ē falsum impossibile, quia impossibile est cōmensurabile componi diametro. Si autē dicatur te sedere, te stante, est falsum contingens, quia prædicatum non inest subiecto, licet non sit impossibile inesse. Vnde unum istorum. s. impossibile, est falsum semper: sed aliud. s. contingens, non est falsum semper. Sic igitur falsa dicuntur quæ omnino sunt non entia. Nam oratio tunc esse falsa dicitur, quando non est id quod oratione significatur. Secundo modo dicitur falsum in rebus ex eo ꝙ aliqua quidem sunt entia in se, sed tamen sunt apta nata videri, aut qualia non sunt, aut quæ non sunt, sicut ☾ schiagraphia ☽. i. vmbrosa descriptio. Vmbræ enim quandoq; videntur res quarū sunt vmbræ, sicut vmbra hominis videtur homo. Et eadem ratio est de somnijs quæ videntur res veræ, tamen non sunt nisi rerum similitudines. Et similiter dicitur aurum falsum, q̄t habet similitudinem auri veri. Differt autem hic modus à primo, quia in primo dicebatur aliquid falsum, ex eo ꝙ nō erat. Hic autem dicuntur aliqua falsa quę quidem in se sunt aliquid, sed non sunt illa ☾ quorum faciunt phantasiam ☽. i. quorum habent apparentiam. Patet ergo ꝙ res dicūtur, falsæ, aut quia non sunt, aut quia ab eis est apparentia eius quod non est. Deinde cum dicit.

Ratio vero falsa est, ea quę est eorum quę nō sunt ea ratione qua falsa est. Quapropter omnis ratio cuiusuis vera, falsa est si ꝓter illud alii attribuatur. Circuli nanq; ratio falsa nimirum est, si de triangulo diceretur. Vniuscuiusq; autem ratio, tum vna est, ea qua quidditas explicatur: tum plures: quippe cū idē sit aliqua ex parte ipsum, & ipsum atq; affectum, veluti Socra. & Socra. musicus aut albus. Falsa autē ratio nullius est ratio absolute. Quapropter Antisthenes stulte putabat, nihil dici censens, nisi propria ratione vnū denuo. Ex quibus efficiebatur neminem cōtradicere posse, fere etiam neq; dicere falsum. Fit autem vt quodq; dicatur non solum propria, sed diuersi quoq; ratione, & penitus falso, & aliqua etiam ex parte vere: quemadmodum octo dupla, dualitatis rōne dr̄, quędam igitur hoc modo falsa dr̄.

Ratio vero falsa est q̄ non entiū inquantum falsa. Vñ ois rō falsa, alterius q̄ cuius est vera: vt quę circuli, falsa trigoni. Cuiuslibet autem ratio, est quidem quasi vna quę est eius quod quiderat esse: est & quasi multę, quoniam idem aliqualiter ipsum & ipsum passum, vt Socra. & Socra. musicus. Sed falsa ratio, nullius est simpliciter ratio. Quapropter Antisthenes opinatus est fatue, nihil dignatus dici nisi propria ratione semper vnum de vno. Ex quibus accidit non esse contradicere. Fere autem nec mentiri. Est autem vnumquodq; dicere nō solum sua ratione, sed & ea quę alterius. Falso quidem & omnino. Est autem & vere, sicut octo dupla, dualitatis ratione. Hęc igitur ita dicuntur falsa.

Parte. 4.

Rō falsa dupliciter.

Ostēdit quomodo est falsum in diffinitionibus, & dicit ꝙ ☾ ratio, ☽ id est diffinitio inquantum est falsa, est nō entium. Dicit autem inquantum est falsa, quia diffinitio dicitur falsa dupliciter. Aut ſm se, & sic non est diffinitio alicuius, sed est penitus non entis. Aut est diffinitio vera in se, sed falsa est prout attribuitur alteri quàm proprio diffinito. Et sic dicitur falsa inquantum non est eius. Vnde patet ꝙ omnis diffinitio quæ est vera diffinitio alicuius rei, est falsa diffinitio alterius, vt diffinitio quæ est vera de circulo, est falsa de triangulo. Diffinitio autem cuiuslibet rei significās quod quid est, quodā modo est vna tantū vnius, & quodam modo sunt multæ vnius. Aliquo enim modo ipsum subiectum per se sumptum, & ☾ ipsum passum ☽. i. cum passione sumptum, est idem, sicut Socra. & Socra. musicus. Aliquo modo non. Est enim idem per accidens, sed non per se. Patet autē ꝙ eorum sunt diffinitiones diuersæ. Alia enī est diffinitio Socra. & Socra. musici, & tñ ambæ sunt quodāmodo eiusdem. Sed illa diffinitio quæ est falsa ſm se, non potest esse diffinitio alicuius rei. Diffinitio autē falsa ſm se vel simpliciter, dicitur ex eo ꝙ vna pars diffinitionis non potest stare cum altera: sicut si diceret animatum. Patet autem ex hoc ꝙ stulta fuit opinio Antisthenis. Volebat enim ꝙ quia uoces sunt signa rerum, ꝙ sicut res non habet aliam essentiam nisi ꝓpriam, ita in ꝓpositione nihil posset prædicari de aliquo, nisi ꝓpria eius diffinitio, vt simpliciter vel semper de vno subiecto dicatur vnum prædicatum. Et ex hoc sequitur quòd non sit contradictio, quia si de homine prædicatur animal, quod est in eius ratione, non poterit de ipso prædicari non animal, & ita non poterit formari negatiua ꝓpositio. Et ex hac po-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sitione etiam sequitur ꝙ non cõtingit aliquẽ mentiri, quia ppria diffinitio rei veræ prædicaẽ de re. Vñ si de nullo posset prædicari nisi propria diffinitio, nulla propositio erit falsa. Est autem eius opinio falsa, quia contingit prædicari de vnoquoq; non solum suam diffinitionem, sed etiam alterius. Quod quando fit, vniuersaliter & omnino, est falsa ꝓdicatio. Aliquo tñ modo potest esse vera prædicatio, sicut octo dicuntur dupla, inquantum habent rationẽ duplitatis, quia ratio dupli est, vt se habeat sicut duo ad vnũ. Octo autem inquãtum sunt duplum, sunt quodam modo duo, quia diuiduntur in duo æqualia. Hæc ergo dr falsa modo prædicto. Deinde cum dicit.

Homo autem falsus dicit, qui facilis electioneue propensior est ad tales rõnes, non ob aliud quicq; sed ob idipsum dicendas. Et qui talium rationum in aliis est effector, quemadmodum & res falsas dicere cõsueuimus, q̃ falsam imaginationem efficiunt.

K Patte. 5

Sed & homo falsus, quia talium rationum electiuus, non ꝓpter aliud aliquid, nisi ꝓpter idipsum. Et in aliis talium factor rationum, sicut res dicimus esse falsas quęcunq; falsam faciunt phantasiam.

Hõ falsus duob⁹ modis dicit. Primus

Ostendit quõ falsum dicatur de homine, & circa hoc duo facit. Primo ponit duos modos quibus, homo dicitur falsus, quorũ primus est ꝙ homo dicitur falsus qui est promptus vel gaudens in hmõi rationibus. s. falsis, & qui est electiuus talium rationum non propter aliquod aliud, sed ꝓpter se. Vnicuiq; enim hũi habitũ sit delectabilis, & in promptu operatio quæ est ꝑm habitum illum. Et sic habens habitum, operatur ꝑm habitum illum, non propter aliquod extrinsecum. Sicut luxuriosus fornicatur propter delectationẽ coitus. Si autem fornicetur propter aliquid aliud, puta ut furetur, magis est fur, q̃ luxuriosus. Similiter & qui eligit falsum dicere, propter lucrum, magis est auarus q̃ falsus. Secundus modus est prout homo dicitur falsus, qui facit alijs falsas rationes, quasi cõsimili modo sicut supra dicebamus res esse falsas quæ faciunt falsam phantasiam. Patet autem ex præmissis ꝙ falsum pertinet ad non ens, ex quo homo dicitur falsus per respectum ad rationes falsas: & ratio dicitur falsa, inquantum est non entis.

L Secũdus.

Secundo ibi.

Quapropter ea oratio quæ fit in Platonis hippia decipit, eundem hominem falsum esse dicens ac verum. Eum enim accipit falsum, qui mentiri potest. Is autem est ille, qui scit & qui est prudens.

parte. 6.

Quare in hippia oratio refutatur, quæ eadem vera & falsa, Potentem enim mentiri accipit falsum, hic autem sciens & prudens.

Excludit duas opi. ẽ hoĩ⁹ falso. M

Excludit ex præmissis duas falsas opiniones, de quarum prima concludit ex prædictis dicens, ꝙ ex quo falsus homo est electiuus & factiuus falsarum opinionum, rationabiliter refutatur & reprobatur in hippia, qui est liber quidam Platonis, oratio quędam, quæ dicebat eandem rationem esse veram & falsam. Hæc enim opinio accipiebat illum hoiem esse falsum qui potest mentiri, & sic cum idem homo possit mẽtiri & verũ dicere, idẽ homo esset verus et falsus. Similiter eadẽ oratio esset vera & falsa, quia eadem oõ vera & falsa ꝑõt esse, vt hęc, Socra. sedet, eo sedente est vera, non sedente, est falsa. Constat aũt ꝙ hic inconuenienter accipit, quia etiam homo sciens & prudens potest mentiri, non tamen est falsus, quia nõ est factiuus vel electiuus falsarum rationum vel opinionum, ex qua ratione dicitur homo falsus, vt dictum est.

Præterea meliorem eum esse dicit, qui sua sponte res prauas facit. Hoc autem per inductionem accipit falso. Qui nãq; sua spõte claudicat, is & stabilior est eo qui id facit inuitus, claudicare dicens imitari claudicãtem. Nam si quispiam est claudus sua sponte, deterior est eo fortasse, qui non sua sponte claudus est, quemadmodum idipsum etiam & ad ipsos mores accommodatur.

N

Amplius volentem turpia meliorem, & hoc falsum accipit per inductionem. Nam voluntate claudicans non voluntarie dignior, claudicantem imitari dicimus. Quoniam sic claudus voluntarie, indignior forsan sicut in more & hoc.

Patte. 7

Secundam falsam opinionem excludit. Dicebat hęc opinio ꝙ homo qui facit turpia & praua volens, melior est eo qui facit nolens, quod est falsum. Nam quilibet vitiosus ex hoc diffinitur ꝙ est promptus vel electiuus malorum. Et tamen hoc falsum vult accipere per quãdam inductionem ex simili. Ille enim qui claudicat voluntarie, melior & dignior est eo qui claudicat non voluntarie. Et ita dicit ꝙ praua agere imitaẽ hoc ꝙ est claudicare, vt. s. sit eadem ratio de vtroque. Et hoc quodammodo verum est. Nam claudicans voluntarie, deterior est quantum ad morem, licet sit perfectior quantum ad virtutem gressiuam. Et similiter qui agit praua voluntarie deterior est quantum ad morem, licet forte non sit deterior quantũ ad aliquam aliã potẽtiam. Sicut ille qui dicit falsum voluntarie, licet sit peior ꝑm morem, est tamẽ intelligentior eo qui credit se verum dicere, cum falsum dicat non voluntarie.

O

Accidens dr id quod inest quidem cuipiam, atq; vere dici de illo pot, nõ tamẽ aut necessario aut plerunq;: veluti si quispiam scrobem ob plantam effodiens thesaurum inuenit. Hoc igitur accidit ei qui scrobem effodiebat, thesaurum inquam inuenisse. Neq; enim hoc ex hoc, aut post hoc necessario euenire solet, neq; plerunq; fit: vt si quispiam plantet, thesaurũ offendat atq; inueniat. Fuerit etiã & quispiam musicus albus, sed cum non necessario id fiat, neq; plerũq;, accidens ipsum dicimus esse. Quare cũ aliqua insint & aliquibus, atq; horum nonnulla, & aliqua in parte: atq; qñq; quicquid inest qdem, at nõ ꝓpterea quod hoc erat, aut nũc, aut hoc loco: id oẽ accidens erit. Neq; igitur vlla determinata, sed quęuis causa est accidentis. Hæc autem est indefinita. Accidit enim cuipiam in Eginam venisse, si non est ob idipsum profectus vt illuc veniret, sed a tempestate expulsus, aut a prędonibus captus. Ortum est igitur ipsum accidens, atq; est, sed nõ vt ipsum, sed vt aliud ortum est. Tempestas enim causa fuit, vt eum ad locum veniret, ad quem non nauigabat. Hic autẽ erat Egina. Dicitur etiam accidens alio modo quicquid per se cuiq; cõpetit, non tamen est in eius substantia. Quo pacto triangulo cõpetit angulos æquales duobus rectis habere. Atq; hæc quidem perpetua eẽ possunt, illorum autem nullum perpetuum esse potest. Huius aũt rõ aliis in locis est explicata,

P

Te. 6. 1ª parte. 6.

Accidens est quod inest alicui, & est verum dicere, non tamẽ ex necessitate, nec ꝑm magis: vt si quis fodiens plantę fossam thesaurum inueniat. Hoc quidem accidẽs fodienti foueam inuenire thesaurum. Nec enim ex necessitate hoc ex hoc, aut post hoc, nec vt ꝑm magis si quis plãtat inueniet thesaurum. Et quis vtiq; musicus est albus, sed qñ neq; ex necessitate

A ceſſitate, nec vt ꝑm magis hoc ſit, accidens eſſe dicimus. Sed quoniam ineſt aliquid alicui, & horũ quędam & alicubi, & quandoq;, quodcunq; extiterit qdem, ſed non quia nunc, aut hoc, accidens erit. Nec eſt aliqua cauſa determinata accidentis, ſed contingens, vel quia forte. Hoc autem indeterminatũ. Accidit enim alicui Eginam venire, ſed ſi non propter hoc aduenit, vt illuc veniatiſed ab hyeme expulſus, aut a latrõibus captus, euenit quidem: & eſt accidẽs. At non inquantum ipſum, ſed inquantum alterum. Hyems enim eſt cauſa non quo nauigabat veninedi, & hoc erat Egina. Dicitur & aliter accidẽs, & quęcunq; in vnoquoq; ꝑm ſe non in ſubſtantia entia. Veluti in triangulo duos rectos habere. Et eadem quidem contingit ſempiterna eſſe. Illorum vero nullũ.

B Huius autem ratio in aliis.

Accidens dr̃ dr̃

Hic vltimo diſtinguit nomen accidẽtis, & ponit duos modos, quibus dicitur hoc nomen accidens, quorum primus eſt ꝙ accidens dicitur id qđ ineſt alicui, et ꝙ cõtingit vere affirmare, non tñ ex neceſſitate, nec ☍ ꝑm magis ☽ .i. vt in pluribus, ſed vt in paucioribus. Sicut ſi aliqs fodiens aliquam foſſam ad plantandum aliquã plantam, inueniat theſaurum. Hoc ergo quod eſt fodientem foſſam inuenire theſaurum, eſt quoddam accidens. Neq; enim vnũ eſt cauſa alterius ex neceſſitate, vt hoc ſit ex hoc neceſſario. Neq; etiam de neceſſitate ſe comitantur, vt hoc ſit poſt hoc, ſicut dies conſequitur noctem, cuius vnum non ſit cauſa alterius. Neq; etiã ꝑm magis hoc cõtingit, ſiue vt in plurib⁹ hoc contingit, vt ille qui plantat inueniat theſaurum. Et ſimili modo muſicus dicitur eſſe albus, ſed tamen hoc nõ eſt ex neceſſitate, nec ſit vt in pluribus, ideo dicimus hoc per accidens. Differt autem hoc exemplum à primo. Nam in primo exemplo ſumebatur accidens quantum ad fieri, in ſecundo vero quantum ad eſſe. Quia ergo ſicut aliquid ineſt alicui ſubiecto determinate, ita & aliquid conſideratur ☍ eẽ alicubi ☽ .i. in aliquo loco determinato, & ☍ quãdoq;, ☽ id eſt in aliquo tempore determinato, in omnibus contingit ineſſe per accidens, ſi non inſit ꝑm ꝙ hmõi. Sicut ſi album dicitur de muſico, hoc eſt per accidens, quia non ineſt muſico inquantum hmõi. Et ſimiliter ſi ſit abũdãtia pluuię in æſtate, hoc eſt ꝓ accidens, quia non accidit in æſtate, inquantum eſt æſtas. Et ſimiliter ſi graue ſit ſurſum, hoc eſt per accidens. Non enim eſt in tali loco ꝑm ꝙ talis locus eſt, ſed per aliquam cauſam extraneam. Et ſciẽdum ꝙ accidentis hoc modo dicti non eſt aliqua cauſa determinata, ☍ ſed contingens ☽ .i. qualiſcunq; cõtingat, vel ☍ quia forte, ☽ id eſt cauſa fortuita quæ eſt cauſa indeterminata. Sicut accidit alicui quòd ☍ veniat Eginam, ☽ id eſt ad illam villam, ſi non propter hoc aduenit ☍ vt illuc veniat, ☽ id eſt ſi non propter hoc incepit moueri vt ad hunc terminum peruenireſed ab aliqua extranea cauſa illuc adductus eſt, ſicut quia impulſus eſt ab hyeme concitante tempeſtatem in mari, aut etiam captus eſt à latronibus, & illuc perductus præter intentionem. Vnde patet ꝙ hoc eſt per accidens, & cauſari poteſt ex diuerſis cauſis. Sed tamen ꝙ iſte nauigans ad hunc locum peruenit non eſt ☍ inquantum ipſum, ☽ id eſt inquãtum erat nauigans, cum intenderet ad alium locum nauigare, ſed hoc contingit ☍ inquantum alterum ☽ .i. ꝑm aliquam aliam cauſam extraneam. Hyems enim eſt cauſa veniendi ☍ quo non nauigabat ☽ .i. ad Eginam, aut latrones, aut aliquid aliud huiuſmodi. Secundo modo dicitur accidens, quod ineſt alicui ꝑm ſe, & tamẽ non eſt de ſubiecta eius. Et hic eſt ſecundus modus dicendi per ſe, vt ſupra dictum eſt. Nam primus erat prout ꝑm ſe dicitur de aliquo quod in eius diffinitione ponitur, vt animal de homine, quod nullo modo

C

D

E

eſt accidens. Sed triangulo ineſt per ſe duos rectos habere, & non eſt de ſubſtantia eius. Vnde eſt accidens. Differt autem hic modus à primo, quia accidentia hoc ſecundo modo cõtingit eſſe ſempiterna. Semper enim triãgulus habet tres angulos æquales duobus rectis. Accidentiũ vero ꝑm primum modum, nullum cõtingit eſſe ſempiternum, quia ſunt ſemper vt in paucioribus. Et huius ratio habetur in alijs ſicut infra in. 6. huius, & in. 2. phy. Accidens ergo ꝑm primũ modũ opponit̃ ad ꝑm ſe. Accidens uero ſecũdo modo oppitur ad ſubſtãtialiter. Et hæc de quinto. Lec. 1.

B

Lectio. 1. Tex. cõ. 48

ARISTOTELIS STRAGYritæ Tex. libri ſexti Metaphyſicę.

EOrum quę ſunt principia hac in facultate, cauſęue quęrũtur, atq; vt patet ea ſane ratione quantia ſunt. Eſt enim quippiam ſanitatis bonęq; valitudinis cauſa, & mathematicorũ ſunt itidem principia, & elementa, & cauſæ. Atq; omnino ſcientia omnis intellectiua, aut aliquomodo particeps intellectus circa principia cauſasue, aut exactiores, aut ſimpliciores verſatur.

F

Tex. cõ. 1 Patte. 1

PRincipia & cauſę quæruntur entium, palam autem qa inquantum entia. Eſt enim aliqua cauſa ſanitatis & conuale ſcentiæ. Sunt autem & mathematicorum principia & elementa & cauſæ, & totaliter omnis ſcientia intellectualis participans aliquid intellectus circa cauſas & principia eſt, aut certiora, aut ſimpliciora.

G

POſtquam Philoſophus I quarto huius oſtẽdit, ꝙ hæc ſcientia conſiderat de ente & de vno, & de his quæ conſequuntur ad ens inquantum hmõi, & ꝙ omnia iſta dicuntur multipliciter, & in quinto huius eorũ multiplicitatem diſtinxit, hic incipit de ente determinare, & de alijs q̃ cõſequuntur ad ens. Diuidit aũt ps iſta in duas. In prima oñdit per quẽ modũ hæc ſcia debet determinare de ente. In ſecũda incipit de ente determinare .ſ. in principio ſeptimi, ibi ☍ Ens dr̃ multipliciter. ☽ Prima ps diuidit̃ in duas. In prima oñdit modũ tractãdi de entibus, qui cõpetit huic ſciæ ꝓ dr̃iam ad alias ſcias. In ſecundo remouet à cõſideratione huius ſcię ens aliqbus modis dictũ, ꝑm quos modos ens nõ intendit̃ principaliter in hac ſcientia, ibi ☍ Sed qñ ens ſimpliciter. ☽ Prima aũt pars diuidit̃ in duas. In prima parte oñdit differentiam huius ſcientiæ ad alias per hoc ꝙ conſiderat principia entis inquantum eſt ens. Secundo quantum ad modum tractãdi de hmõi principijs, ibi ☍ Qm̃ vero phyſica. ☽ Circa primum duo facit. Primo oſtẽdit quõ hæc ſcia conuenit cum alijs in cõſideratiõe principioꝝ dicẽs, ꝙ ex quo ens eſt ſubm in hmõi ſcientia, vt in quarto oſtenſum eſt, & quælibet ſcientia debet inquirere principia et cauſas ſui ſubiecti q̃ ſunt eius inquantũ hmõi, oportet ꝙ in iſta ſcia inquirantur principia & cauſæ entiũ, inquantũ ſunt entia. Ita enim eſt & in alijs ſcientijs. Nam ſanitatis & cõualeſcentiæ eſt aliqua cã quã quærit medicus. Et ſimiliter etiam mathematicorum ſunt principia & elemẽta & cauſæ, vt figuræ & numeri & aliarum hmõi q̃ perquirit mathematicus. Et vniuerſaliter oĩs ſcia intellectualis qualitercunq; participet intellectũ, ſiue ſit ſolum circa intelligibilia, ſicut ſcięntia diuina: ſiue ſit circa ea quæ ſunt aliquo modo imaginabilia vel ſenſibilia in particulari, in vniuerſali autem intelligibilia, prout de his eſt ſcientia, ſicut in mathematica & in naturali. Siue etiã ex vniuerſalibus principijs ad particularia ꝓcedant in

Infra lect. ſeq.

H

Inf. pt. 3.

Lectio. 1.

quibus est operatio, sicut in scientijs practicis: semp oportet ꝙ talis scia sit circa cās & principia. Quæ qdem principia aut sunt certiora quo ad nos, sicut in naturalibus, qa sunt ꝑ pinquiora sensibilibus: aut simpliciora & priora ſm naturā, sicut est in mathematicis. Cognitiones aūt q̄ sunt sensitiuæ rū, nō sunt per principia & causas, sed per hoc ꝙ ipm sensibile obijcitur sensui. Discurrere enim à causis in causata vel econtrario, non est sensus, sed solū intellectus. Vel certiora principia dicit ea quæ sunt magis nota & exquisita. Simplicia autem ea quæ magis superficialr exquiruntur: sicut est in scientijs moralibus, quorum principia sum munē ex his quæ sunt vt in pluribus. Secundo ibi.

Verum hç oēs vnum quid genusq; quippiam excepTum sumentes, de hoc sane, sed non de ente simpliciter, neq; vt est ens considerationes suas efficiunt. Neq; vllam de ipso quidē rōnem oīno faciunt. Sed ex hoc partim dilucido per sensum facto, partim vt suppōne sumpto ea deinceps hoc pacto quę ꝑ se cōpetūt ei generi, circa quod ipse versant, aut exactiꝰ, aut molliꝰ sane demonstrant. Idcirco patet tali ex inductione, substantiq; atq; ipsius quid ē, demonstrationē nō esse, sed quendā declarationis aliū esse modum. Simili modo neq; si sit, an nō sit genus idcirca qđ versant, dicere quicq; videnť, ꝓpterea qđ eiusdē est mentis quid est, & si est quippiam declarare.

parte. 2.

Sed & omnes illæ circa vnum quid & genus aliquod circunscriptę de hoc tractant, sed non de ente simpliciter, nec inquantum est ens. Nec de ipso qđ quidest vllam faciunt mentionem. Sed ex hoc aliæ quidem sensu facientes ipsum manifestum, aliç per suppositionem accipientes quodquidest, sic ſm se q̄ insunt generi circa quod sunt, demonstrant, aut magis necessarie, aut infirmius. Quapropter palam qa non est demonstratio substātiæ nec eius quodqdest, ex tali inductione, sed alius modus est ostensionis. Similiter aūt nec si est, aut non est, genus circa quod versantur nihil dicunt ꝓp eiusdem esse scientię ipsum quodquidest manifestum facere, & hoc si est.

Ostendit dīam aliaꝝ sciaꝝ ad istā quantū ad considerationē principioꝝ & cārū dicēs, ꝙ oēs istę sciæ ꝑticulares, de quibus nunc facta est mētio, sunt circa vnum aliqđ particulare genus entis, sicut circa numerum, vel magnitudinem, aut aliquid hmōi. Et tractat vnaquæq; circunscripta de ☾ suo genere subiecto, ☽ id est ita de isto genere ꝙ non de alio, sicut scientia quę tractat de numero, non tractat de magnitudine. Nulla enim earum determinat ☾ de ente ſm pliciter ☽ .i. de ente in cōmuni, nec etiam de aliquo particulari ente inquantum est ens. Sicut arithmetica non determinat de numero inquantum est ens, sed inquantum est numerus. De quolibet enim ente inquantum est ens proprium est metaphysici considerare. Et quia eiusdem est cōsiderare de ente inquantum est ens ☾ & de eo quodquidest ☽ .i. de quidditate rei, quia vnumquod ꝙ habet esse per suā qdditatem, ideo etiam aliæ scientiæ particulares ☾ nullā mētionem ☽ .i. determinationem faciunt, de eo ☾ quodquidest ☽ .i. de quidditate rei, & de diffinitione quę ipsam significat. Sed ☾ ex hoc ☽ .i. ex ipso quodqdest ad alia ꝓcedūt, vtentes eo quasi demonstrato principio ad alia probāda. Ipsum aūt quodquidest sui subiecti aliæ scientiæ faciunt esse manifestum ꝑ sensum, sicut scia quę est de animalibus, accipit quid est aīal per id quod ☾ apparet sensui ☽ .i. per sensum & motum, qbus aīalia ab aīali discernitur. Aliæ vero scientiæ accipiunt quodquidest sui subiecti ꝑ suppositionē ab alię alia scia, sicut geometria accipit qđ est magnitudo à phō primo. Et sic ex ipso quodquidest noto per sensum vel per suppositionem, demonstrant scientiæ proprias passiones quæ ſm se insunt generi subiecto circa qđ sunt. Nam diffinitio est medium in demōstratione ꝓpter quid. Modus aūt demonstrationis est diuersus, quia quędā demonstrant magis necessarie, sicut mathematicæ scientię. Quædā ☾ vero infirmius ☽ .i. non de necessitate, sicut sciæ naturales, in quibus multæ demonstrationes sumuntur ex his quæ non semper insunt sed frequenter. Alia translatio habet loco suppositionis, cōditionem. Et est idem sensus. Nam quod supponitur, quasi ex cōditione accipitur. Et qa principium demōstrationis est diffinitio, palā est ex tali inductione, ꝙ demōstratione ☾ non est de suba rei ☽ .i. de essentia eius, nec de diffinitiōe quæ ſignat quid est res, sed est aliquis alius modus quo diffinitiones ostenduntur. s. diuisione, & alijs modis qui ponuntur in .2. posteriorum. Et sicut nulla scientia particularis determinat quodquidest, ita etiam nulla earū dicit de genere subiecto circa quod versatur est, aut non est. Et hoc rōnabiliter accidit, quia eiusdē scientiæ est determinare quæstionem an est, & manifestare quid est. Oportet enim quodquidest, accipere vt mediū ad ostendendum an est. Et vtraq; est consideratio philosophi qui considerat ens inquantum ens. Et iō q̄libet scientia particularis supponit de subito suo, quia est, & qđ est, vt dīr in primo posteriorum. Et hoc est signum ꝙ nulla scientia particularis determinat de ente simpliciter, nec de aliquo ente inquantum est ens. Deinde cum dicit.

Cum aūt & naturalis scia circa genus ꝙpiā eius quod est verset, circa nanq; subam versari talem vī, in qua principium ipsum motionis ineſt, atq; quietis: patet neq; actiuam neq; effectricem ipsam scientiam esse. Nam efficiendarum quidem rerum principium, siue sit mens, siue ars, siue potentia quædā, in ipso est vt patet in efficiente. Agendarum aūt rerum in ipso agente ipsa inquā electio. Res enim est eadem q̄ sub actionem electionemq; cadit. Quare si mens oīs, aut actiua est, aut effectiua, aut contemplatiua, naturalis profecto facultas contemplatiua quædam sciętia est, sed circa ens tale cōtemplatiua, quod motu cieri pōt, & circa substantiā eam plerunq; quę ad rōnem accommodatur inseparabilem.

Quoniam vero physica scia est circa genus quoddam entis, nā circa talē est suba in qua est principiū motus & qetis in ea, palam quia nec actiua nec factiua est. Factiuarū enim in faciēte principium, aut intellectus, aut ars, aut potentia quędam. Actiuarum vero in agente prohęresis .i. electio. Idem enim agibile, & eligibile. Quare si omnis sciētia, aut actiua, aut factiua, aut theorica: physica theorica quędā est. Sed theorica circa talē ens, quod est posibile moueri: & circa substantiam, quę est ſm rationem, vt ſm magis non separabile solum.

Ostendit differentiam huius scientiæ ad alias, quantum ad modum considerandi principia entis inquantū est ens. Et quia ab antiquis scientia naturalis credebatur esse prima scientia, & quæ cōsideraret ens inquantū est ens, ideo ab ea quasi à manifestiori incipiens, primo ostendit differentiam scientiæ naturalis à scientijs practicis. Secūdo differentiam eius à scientijs speculatiuis, in quo ostēditur modus proprius considerationis huius scientiæ, ibi ☾ Oportet autem quod quid erat esse. ☽ Dicit ergo primo ꝙ scientia naturalis non est circa ens simplr, sed circa quoddā genus entis. s. circa substantiam naturalem, quæ habet in se principium motus & quietis. Et ex hoc apparet ꝙ neq; est actiua neq; factiua. Differunt enim agere & facere. Nam agere est ſm operationem manentem in ipso agente sicut est eligere, intelligere, & hmōi. Vnde scientiæ actiuæ, dīr scientiæ morales. Facere aūt est ſm operationem quę trāsit exterius ad materiæ transmutationē, sicut secare, vrere, & hmōi. Vñ scientię factiuæ, dīr artes mechanicæ. Quod aūt scia naturalis non sit factiua, patet qđa principiū scientiarum factiuarū est in faciente, nō in facto qđ est artificiatū, sed principiū motus rerū naturaliū est in ipsis rebus naturalibus. Hoc aūt principiū rerū artificialium qđ est in faciente, est prio intellectus qui primo artē adinuenit, & secundo ars quę est habitus intellectus, & tertio aliqua potētia exequēs sicut potētia motiua, ꝙ quā artifex exequit conceptionē artis. Vñ patet ꝙ scia naturalis nō est factiua. Et ꝑ eandē rōnem patet ꝙ nō est actiua. Nā principiū actiuarum sciaꝝ est in agēte, nō in ipsis actionibus siue moribꝰ. Hoc autē principiū ☾ est ꝓhęresis ☽ .i. electio. Idem .n. est agibile & eligibile. Sic ergo patet ꝙ naturalis scia non sit actiua neq; factiua. Sīgit oīs scia est aut actiua, aut factiua, aut theorica, sequitur ꝙ naturalis scientia, theorica sit. Ita tñ ☾ est theorica ☽ .i. speculativa circa determinatū genus entis, qđ. s. est posse moueri. Ens enim mobile subiectū naturalis phīæ. Et est solū circa ☾ talē subam ☽ .i. quidditatē & essentiā rei, q̄ ſm rōnem nō est separabilis à materia, vt in pluribus. Et hoc dicit ꝓp intellectum qui aliquo modo cadit sub cōsideratiōe naturalis philosophię, & ītā suba eius est separabilis. Et sic patet ꝙ naturalis scientia est circa determinatū subiectū, qđ est ens mobile, & habet determinatū modū diffiniēdi. s. cū materia. Deinde cum dicit.

Non lateat autem oportet quomodo quidditas, atq; ratio sese habet in naturalibus rebus. Nā absq; hoc talium rerum quęrere rationē, perinde est, atq; si nihil prorsus agatur. Diffiniēdarum enim rerum & quarum ipsum qd est assignamus, aliç vti simum, aliæ vti concauum esse videnť. Hęc aūt differunt, ꝓpterea ꝙ simum siquidem cum materia est cōprehēsum: est .n. simum ꝓcauus nasus, at cōcauitas sine sensibili materia est. Quod si naturales res oēs perinde atq; simum dīr: vt nasus, oculus, facies, os, caro, omnino aīal. Folium, radix, cortex, oīno planta: nullius enim ipsoꝝ rō motionis est expers, sed materiā sem per hēt: patet quonā pacto naturalibꝰ in rebus ipm qđ est q̄rere diffinireq; oportet: & quāobrē ad naturalem phm ꝑtinet de aliq̄ anima ꝓtemplari, q̄ nō sine materia est. Naturalē igitur facultatem contemplatricem esse, ex hisce quę dicimus innotescit.

Oportet aūt quodquiderateſe, & rōnem qūo est, nō latere: quia sine hoc quęrere, nihil est facere. Diffinientium autem & ipsorum quodquidest, hoc qui dem ita fit vt simum, illa vero vt concauum. Differunt autem ea, quia simum conceptum est cum materia: est enim simus nasus concauus, concauitas vero sine materia sensibili. Sed omnia physica similr simo dicuntur: vt nasus, oculus, facies, caro, os, totaliter animal. Foliū, radix, cortex, totaliter planta. Nullius enim sine motu ratio eorum, sed semp hēt materiā. Palā qūo oportet in physicis ipsum qdest, q̄rere, diffinire. Ideoq; & de aia aliqua speculari est physici, q̄cunq; non sine materia est. Ergo quia physica theorica, manifestum est ex his.

Hic ostendit differentiā naturalis sciæ ad alias speculatiuas quantū ad modū diffiniendi, & circa hoc duo facit. Primo ostendit differentiā ꝓdictā. Secundo cōcludit numerū scientiaꝝ theoricaꝝ, ibi ☾ Quare. ☽ Circa primū tria facit. Primo ostendit modum ꝓprium diffiniendi naturalis philosophiæ, dicens, ꝙ ad cognoscendū dīam scientiaꝝ speculatiuaꝝ adinuicē, oportet nō latere q̄ditatē rei, & ☾ rōnem ☽ .i. diffōnem significantem ipsam, qūo est assignāda in vnaquaq; scia. Quærere enim dīam prædictam ☾ sine hoc ☽ .i. sine cognitiōe modi diffiniēdi, nihil facere est. Cū enī diffinitio sit medium demōstrationis, & ꝙ cōsequens principium sciendi, oportet ꝙ ad diuersum modū diffiniō di, sequatur diuersitas in scientijs speculatiuis. Sciendū est aūt ꝙ eoꝝ quæ diffiniuntur, q̄dam diffiniunť sicut diffinitē simum, q̄dam sicut diffinitur concauum. Et hęc duo differūt, quia diffinitio simi est accepta cum materia sensibili. Simum enim nihil aliud est q̄ nasus curuus vel concauus. Sed cōcauitas diffinitur sine materia sensibili. Nō enim potest in diffōne concaui vel curui aliq̄d corpus sensibile, vt ignis, aut aqua, aut aliquod corpus hmōi. Dicitur enim cōcauum cuius mediū exit ab extremis. Omnia aūt naturalia similī modo diffiniunť sicut simum, vt patet in partibus aīalis tā dissimilibus, vt sunt nasus, oculus et facies, q̄ similibus vt sunt caro & os, & etiam in toto aīali. Et similiter in partibus plantarum q̄ sunt folium, radix & cortex, & similiter in tota planta. Nullius enim p̄dictorum diffinitio pōt assignari sine motu, sed quodlibet eoꝝ habet materiā sensibilem in sui diffinitione, & per cōsequens motum. Nā cuilibet materiæ sensibili cōpetit motus proprius. In diffinitione enim carnis & ossis, oportet ꝙ ponatur calidum et frigidum aliquo modo cōtēperatum, & similiter in alijs. Et ex hoc palam est quis est modus inquirendi quidditatē reꝝ naturalium, & diffiniendi in scientia naturali, quia. s. cum materia sensibili. Et ꝓpter hoc etiam de anima quædam speculatur naturalis, quæ cunq;. s. non diffinitur sine materia sensibili. Dicitur enim in .2. de anima, ꝙ anima est actus primus corporis physici organici potentia vitā habentis. Anima autē ſm ꝙ nō est actus talis corporis non pertinet ad considerationem naturalis, si qua anima pōt à corpore separari. Manifestum est ergo ex ꝑdictis ꝙ physica est quædam scientia theorica, & ꝙ habet determinatum modum diffinitendi. Secundo ibi.

At ipsam mathematicam ꝓtemplatiuā scientiam esse constat. Sed si est immobilium separabiliumue, nunc obscurum esse videť. Tamē esse aliqua mathematica, quę qdem vt mobilia atq; vt separabilia contemplatur scientia mathematica, patet.

Sed est mathematica theorica. Sed si immobiliū & separabilium adhuc non manifestum. Quia tamē mathematica inquantum sunt immobilia, & inquantum separabilia speculatur, palam.

Ostendit modum ꝓprium mathematicę dicēs, ꝙ ēt mathematica est q̄dam scientia theorica. Constat enī ꝙ neq; est actiua neq; factiua, cum mathematica cōsideret ea quę sunt sine motu sine quo actio & factio esse nō possunt. Sed vtrum illa de quibus considerat mathematica scientia sint mobilia & separabilia à materia ſm suum esse, adhuc non est manifestum. Quidam enim posuerunt magnitudines & alia mathematica esse separata & media inter species & sensibilia. s. Platonici, vt in primo & tertio libro habitum est, cuius quæstionis veritas nondum est ab eo perfecte determinata. Determinabitur autem infra. Sed tamen hoc est manifestum, ꝙ scientia mathematica speculatur quædam inquantum sunt immobilia, & inquantum sunt separata à materia sensibili, licet ſm esse non sint immobilia vel separabilia. Ratio enim eorum est sine materia sensibili, sicut ratio cōcaui vel curui. In hoc ergo differt mathematica à physica, quia physica cōsiderat ea quorum diffinitiones sunt cum materia sensibili. Et ideo considerat non separata, inquantum sunt non separata. Mathematica vero cōsiderat ea quorum diffinitiones sunt sine materia sensibili. Et ideo & si sunt non separata ea quę considerat, tamen cōsiderat ea inquantū sunt separata. Tertio ibi.

Universidad de Deusto Biblioteca

I Quod si quippiam sit in rōne rerum immobile sempiternum ac separabile, patet ad ꝯtemplatricem quidem scientiam illius cognitionem spectare: non tñ ad naturalem. Quippe cū naturalis facultas circa mobilia quędam versetur. Neq; ad mathematicam, sed ad aliam his vtrisq; priorem. Naturalis enim circa inseparabilia quidem, sed non immobilia versat. Mathematicę vero nōnullę circa immobilia quidē, at nō fortasse separabilia, sed vt in materia sunt versantur. At prima circa separabilia ac immobilia sane versatur. Vniuersales autem causas, sempiternas ēe, necesse est. Maxime autem istas. Sunt enim causę diuinorum hisce quę sunt manifesta.

parte.6. Si vero est immobile aliquid & sempiternum & separabile, palam quia est theoricę id nosse, non tamen phycæ.
K Nam de mobilibus quibusdā est phyca. Sed nec mathematicæ, sed prioris ambarum. Phyca nanq; circa inseparabilia forsan quidem, sed non immobilia. Mathematicę autem quędam circa immobilia, sed & inseparabilia forsan, verum quasi in materia. Prima vero circa separabilia & immobilia. Necesse vero cōes quidem causas sempiternas, & maxime has. Hę nanq; causę manifestis sensibilium sunt.

Modus diffiniendi metaphysici. Ostendit modū ꝓprii sciæ huius dicēs, q̄ si est aliquid immobile ſm eē, & p cōsequens sempiternū & separabile à materia ſm eē, palam est q̄ eius cōsideratio est theoricæ sciæ, nō actiuæ vel factiuæ, quaꝝ cōsideratio est circa aliquos motus. Et tñ cōsideratio talis entis nō est phyca. Nā phyca cōsiderat de qbusdā entibus. s. de mobilibus. Et siṙr cōsideratio hmōi nō est mathe. qa mathe. nō cōsiderat separabilia ſm eē, sed ſm rōnē, vt dictū ē.
L Sed oportet q̄ cōsideratio huius entis sit alterius sciæ prioris ambabus p̄dictis. s. phyca & mathe. Phyca enim est circa inseparabilia & mobilia. Et mathe. quædam circa immobilia, quæ tñ non sunt separata à materia ſm esse, sed solum ſm rationē, ſm vero esse sunt in materia sensibili. Dicit autem forsan, quia hæc veritas nondū est determinata. Dicit aūt quasdā
Mathematica duplex. mathematicas esse circa imobilia sicut geometriam & arithmeticā, qa q̄dam mathe. applicant ad motū sicut astrologia. Sed prima scīa est circa separabilia ſm esse, & q̄ sunt oīno immobilia. Necesse vero est cōes causas esse sempiternas. Primas enim causas entium generatiuoꝝ oportet esse ingenitas, ne generatio in infinitū ꝓcedat, & maxime has quæ sunt oīno imobiles & imateriales. Hę nāq; cāę imateriales & immobiles sunt causæ sensibilibus manifestis nobis, quia sunt maxime entia, & per cōsequēs causæ alioꝝ,
Tex.cō.4 M vt in. 2. lib. ostensum est. Et p hoc patet q̄ scīa q̄ hmōi entia ꝯtractat, prima est inter oēs, & considerat cōes causas oīum entiū. Vnde sunt causæ entiū ſm qd̄ sunt entia q̄ inquirunt in prima phīa, vt in primo ꝓposuit.
Lect. 2. Sensit Aristo. Deum cœli aīam non solum cām motus. Ex hoc autē apparet manifeste falsitas opīonis illoꝝ qui posuerūt Ari. sensisse q̄ Deus non sit causa substātiæ cœli, sed solū motus eius. Aduertendū est autem q̄ licet ad considerationē primæ phīæ pertineant ea q̄ sunt separata ſm esse & rationem à materia & motu, non tñ solum ea, sed etiam de sensibilibus inquantū sunt entia Phs perscrutatur. Nisi forte dicamus vt Aui. dicit, q̄ hmōi cōia de quibus hæc scientia perscrutatur dr̄ separata ſm esse, non quia semper sit sine matera, sed quia non de necessitate habent esse in materia, sicut mathematica. Deinde cum dicit.

Quapropter philosophię tres erunt contemplatrices, Mathematica, naturalis, theologia.

Parte.7. Quare tres erunt philosophię theoricę. Mathematica, Physica, & Theologia.

N Cōcludit numeꝝ scientiaꝝ theoricaꝝ, & circa hoc tria facit, primo concludit ex p̄missis q̄ tres sunt partes philosophiæ theoricæ, scilicet mathematica, phyca, & theologia, quæ est philosophia prima. (Tres sunt partes phīę theoricę.)

Non est enim obscurum si vspiam ipsum diuinū est, in tali esse natura.

parte.8. Non enim immanifestum si alicubi diuinum existit, in tali existit natura.

Secūdo assignat duas rōnes quare hæc scīa dicatur theologia. Quarum prima est quia ⟨manifestum est q̄ si alicubi⟩ id est in aliquo genere rerum existit aliquod diuinum, q̄ existit in tali natura. s. entis imobilis & à materia separati, de quo considerat ista scientia. (Cur metaphysica theologia nominatur.)

O Atq; pręstabilissimam facultatē maximeq; honorabilem, circa id qd̄ est pręstabilissimum maximeq; honorabile genus versari oportet. Cōtēplatrices igitur sciæ cęteris facultatib⁹ sunt expetibiliores, vt patet. Hęc aūt expetibilior cōtemplatricibus est.

parte.9. Et honorabilissimam scientiarum oportet circa honorabilissimum genus esse, ergo theoricæ aliis scientiis desiderabiliores sunt.

Secundā rōnē ponit, quæ talis est. Honorabilissima scīa est circa honorabilissimum genus entium, in quo cōtinentur res diuinæ. Ergo cum hæc scientia sit honorabilissima inter omnes, quia est honorabilior theoricis, vt prius ostēsum est, q̄ qdē sunt honorabiliores practicis, vt in primo lib. habitum est, manifestum est q̄ ista scietia est circa res diuinas. Et ideo dr̄ theologia quasi sermo de diuinis.

P Dubitauerit aūt quispiam vtrum vl'is sit ipsa prima phīa, aut circa genus qppiā vnāq; naturā versetur. Neq; .n. in ipsis mathematicis scietiis idē ē modus. Sed geometria qdem atq; astrologia, circa naturam quandā versant, illa vero est vl'is, oium sane cōis.

Te.cō.5. parte.10. Dubitabit aūt aliquis vtrū prima phīa sit vniuersalis, aut circa aliquod genus, aut naturam vnā. Nō enim idem modus nec in mathematicis, qa geometria & astrologia circa aliquam naturam sunt, illa vero vniuersaliter omnium est communis.

Tertio mouet quandam qōnem circa p̄determinata, & primo mouet eam dicens, q̄ aliquis potest dubitare vtrū prima philosophia sit vniuersalis quasi cōsiderās ens vl'r, aut eius cōsideratio sit circa aliquod genus determinatum & naturam vnam. Et hoc non videtur. Nō enim est vnus modus huius scientiæ & mathematicarum, quia geometria & astrologia quæ sunt mathe. sunt circa aliquam naturam determinatam. Sed philosophia prima est vniuersaliter cōis oīum. Et tñ ecōuerso vr̄ q̄ sit alicuius determinatæ naturæ, ꝓp hoc q̄ ē sepabiliū & imobiliū, vt dcm̄ est. Q (Dubitatio an metaphysica sit vniuersalis.)

Si igitur nulla sit alia substantia pręter eas q̄ natura ꝯstant, naturalis sane facultas prima sciarum erit. Sin vero suba sit in rōne rerum quædam imobilis, hęc erit ꝑfecto prior, phiaq; pria & vl'is hoc pacto. Et qa est prima, atq; de eo quod est, vt ens est, & qd nam sit, & ea quę ipsi cōpetunt vt ens est: & ad hanc profecto scientiam pertinet contemplari.

Te.cō.6. parte.11. Si igitur nō est aliq̄ diuersa suba pręter natura cōsistentes, phyca erit prima scia. Sed si est aliqua suba imobilis, ea prior, & phia prima, & vl'is sic. Et quia prima, & de ente inquātū est ens, eius vtiq; est speculari, & quodquidest, & quę insunt inquantū ens.

Secundo

A Secundo soluit dicens, q̄ si non est aliqua alia substantia præter eas, quæ consistunt ſm naturam de quibus est phyca, phyca erit prima scientia. Sed si est aliqua substantia immobilis, ista erit prior substantia naturali, & per cōsequens phīa considerans hmōi substantiam, erit phīa prima. Et quia est prima, ideo erit vniuersalis. Et erit eius speculari de ente inquantum est ens, & de eo quodquidest, & de his quæ sunt entis inquantum est ens. Eadem enim est scientia primi entis, & entis cōmunis, ut in principio quarti habitum est. Lectio. ij.

Verum enim cū id qd̄ est, qd̄ simpl'r dr̄, multis dici soleat modis. Nam & id quod est per accidens, & id quod est verum, ens dicitur, cui non ens opponit vti falsum. Præterea prædicamenti figuræ. Aliud enim est quid, aliud quale, aliud quātum, aliud vbi, aliud quando, & siquid est istiusmodi. Insuper præter hæc omnia id quod est potentia atq; actu.

B Parte.1. Sed quoniam ens simpliciter dictum dicit multipliciter, quorum vnum quidem accidens, & aliud quasi verum, & non ens quasi falsum. Præter hæc aūt sunt figuræ categorię, vt qd, quale, quantum, vbi, quando, & si quid aliud sigñat hoc modo. Amplius pręter ea omnia, quod ē potestate & actu.

HIC ostendit de quibus entibus principal'r hæc scīa tractare intēdit, & circa hoc tria facit. Primo repetit modos quibus aliqd dr̄ ens. Secundo determinat naturā entis ſm duos modos de qbus principal'r nō intēdit. ibi ⟨Qm̄ itaq; multipl'r dr̄ ens.⟩ Tertio ōndit q̄ de his modis entis principal'r nō intendit. ibi ⟨Qm̄ aūt cōplexio.⟩ Dicit ergo primo q̄ ens simpl'r, id est vl'r dictū, dr̄ multipl'r, vt in quinto est habitū. Vno modo dr̄ aliquid ens ſm accidens. Alio modo dr̄ ens, idem qd̄ verum ꝓpositionis, & nō ens, idem quod falsum. Tertio modo dr̄ ens quod cōtinet sub se figuras p̄dicamentoꝝ, vt quid, quale, quātum &c. Quarto modo præter prædictos omnes quod diuiditur per potentiam & actum. Deinde cum dicit. (parte seq. infra le.4. Parte.4. Ens distinguitur, vt & in 5. ca. de ente.) C

Cum igitur id quod est multis modis dicat, primo de eo quod est per accidēs, id dicamus oportet, nullam ꝯtemplationem circa ipsum versari. Cuius illud indicium esse videtur. Nulli nanq; sciētiæ prorsus est curæ, neq; actiuę, neq; effectrici, neq; ꝯtemplatrici de ipso quicq̄ cōsiderare. Neq; enim hisce qui domum extruit, ea quę simul accidunt extruendæ domui conficit. Quippe cum infinita sint. Quibusdā enim gratam, quibusdam molestam, quibusdam vtilem eam nihil ꝓhibet esse, atq; omnino a rebus omnibus esse diuersam, quoꝝ nullius est effectrix ędiū extruendarum facultas. Neq; geometrię professor, ea quæ hoc pacto figuris accidunt: neq; si triangulus ligneus, & triāgulus duobus rectis angulos habens ęquales, diuersi sint contemplatur. D

Manifeſtat quoddā quod dixerat. ſ. q̄ verum & falſum ſint in cōpoſitione & diuiſione. Quod quidem ꝓbat per modum cuiuſdam diuiſionis. Eorum enim quæ dicuntur voce, quædam ſunt in rebus extra aīam, quædam autem ſunt in anima tm̄. Album enim & nigrum ſunt extra animam, ſed rōnes horum ſunt in anima tantum. Poſſet autē, aliquis credere q̄ verum & falſum ſint etiā in rebus ſicut bonū & malum, ita q̄ verum ſit quoddā bonū, & falſum ſit quoddā malum. Hoc enim oporteret ſi verum & falſum eſſent in rebus. Verum enim quandā perfectionē naturę, ſignificat. Falſum vero defectum. Omnis autē perfectio in rebus exiſtens, ad ꝓfectionē, & bonitatē naturę ꝑtinet. Defectus vero & priuatio ad malitiā. Sed ipſe hoc negat dicēs, q̄ verū & falſum nō ſunt in rebus, ita q̄ verum rōnis, ſit quoddam bonū naturæ, & falſum ſit quoddā malum, ſed ☾ ſunt tm̄ in mēte ☽. i. in intellectu. Intellectus autem habet duas operationes, quarum vna vocatur indiuiſibilium intelligētia: per quā intellectus formar ſimplices cōceptiones rerū intelligendo quodquideſt vnuſcuiuſq; rei. Alia eius operatio eſt, per quam componit & diuidit. Verum autē & falſum, & ſi ſint in mente, non tamen ſunt circa illam operationē mentis qua intellectus format ſimplices conceptiones, & quodquideſt rerū. Et hoc eſt quod dicit, q̄ ☾ verum & falſum, circa ſimplicia, & quodquideſt, nec in mente eſt. ☽ Vnde relinquitur per locum à diuiſione, q̄ ex quo non eſt in rebus, nec eſt in mente circa ſimplicia, & quodquideſt, q̄ ſit circa cōpoſitionem & diuiſionē mentis, primo & principaliter, & ſecundario vocis, quæ ſignificat conceptionem mētis. Et vlterius concludit q̄ quæcunq; oportet ſpeculari circa ens & non ens ſic dictum. ſ. prout ens ſignificat verum, & nō ens falſum, ☾ poſterius ꝑſcrutandū eſt ☽. ſ. in fine. ix. & etiā in lib. de Anima, & in logicalibus. Tota enim logica videtur eſſe de ente & non ente ſic dicto. Sciendum eſt autem q̄ cū quælibet cognitio perficiatur per hoc q̄ ſimilitudo rei cognitæ eſt in cognoſcente, ſicut perfectio rei cognitæ conſiſtit in hoc q̄ habet talem formā per quā eſt res talis, ita perfectio cognitionis conſiſtit in hoc, q̄ habet ſimilitudinem formæ prædictæ. Ex hoc autē q̄ res cognita habet formā ſibi debitam, dicitur eſſe bona. Et ex hoc q̄ aliquem defectum habet, dicitur eſſe mala. Et eodē modo ex hoc q̄ cognoſcens habet ſimilitudinem rei cognitæ, dicitur habere veram cognitionē ex hoc vero q̄ deficit à tali ſimilitudine, dicit falſam cognitionē habere. Sicut ergo bonū & malum deſignāt perfectiones, quę ſunt in rebus, ita verum & falſum deſignant perfectiones cognitionum. Licet autem in cognitione ſenſitiua poſsit eſſe ſimilitudo rei cognitæ, non tamen ratione huius ſimilitudinis cognoſcere ad ſenſum pertinet, ſed ſolum ad intellectum. Et ideo licet ſenſus de ſenſibili poſsit eſſe verus, tamen ſenſus veritatem non cognoſcit, ſed ſolum intellectus. Et propter hoc hic dicit̄ q̄ verum & falſum ſunt in mēte. Intellectus autem habet apud ſe ſimilitudinem rei intellectę, ſm q̄ rationes incomplexoꝝ concipit. Non tamen ꝓpter hoc ipſam ſimilitudinem diiudicat, ſed ſolū cum cōponit vel diuidit. Cū enim intellectus cōcipit hoc quod eſt animal rationale mortale, apud ſe ſimilitudinem hominis habet, ſed propter hoc cognoſcit ſe hanc ſimilitudinē habere, quia iudicat hominem eſſe aīal rōnale & mortale. Et ideo in hac ſola ſecūda operatione intellectus eſt veritas & falſitas, ſm quā nō ſolum intellectus habet ſimilitudinē rei intellectę, ſed etiam ſuper ipſam ſimilitudinē reflectitur, cognoſcendo & diiudicando ipſam. Ex his igit̄ patet q̄ veritas nō eſt in rebus, ſed ſolū in mente, & etiā in cōpoſitione & diuiſione. Et ſi res dicatur aliqñ falſa, vel etiā diffinitio, hoc erit in ordine ad affirmationē & negationē. Dicitur enim res falſa, vt in fine quinti habitum eſt, aut quæ nō eſt omnino, ſicut diametrum cōmenſurabilē: aut quia eſt quidē, ſed eſt apta nata videri aliter q̄ ſit. Et ſimiliter diffinitio dicit falſa, aut q̄ nullius, vel quia aſsignat̄ alteri q̄ ei cuius eſt. In omnibus enim his modis patet q̄ falſum in rebus vel in diffinitionibus, dicitur rōne falſæ enuntiationis de ipſis. Et ſimiliter patet de vero. Nam res dicit̄ vera, quādo habet propriam formam quæ ei oſtenditur ineſſe. Et diffinitio vera, quæ vere cōpetit ei cui aſsignatur. Patet etiā q̄ nihil prohibet verum eſſe quoddam bonum, ſed̄m q̄ intellectus cognoſcens accipitur vt quædā res. Sicut enim quælibet alia res dicitur bona ſua perfectione, ita intellectus cognoſcēs, ſua veritate. Apparet etiam ex his quæ hic dicuntur q̄ uerum & falſum, quæ ſunt obiecta cognitionis, ſunt in mente. Bonum vero & malum, quæ ſunt obiecta appetitus, ſunt in rebus. Item q̄ ſicut cognitio perficitur per hoc q̄ res cognitæ ſunt in cognoſcente, ita appetitus quicunque perficitur per ordinem appetentis ad res appetibiles. Deinde cum dicit.

Cum autem complexio diuiſioq; non in rebus ſit ſed in mente, id autē quod hoc pacto eſt ens, diuerſum ſit ab hiſce quæ proprie entia ſunt: mens enim aut ſubſtantiam, aut qualitatem, aut quantitatem, aut quippiam aliud coniungit, aut ſeiungit: id quidem ens quod eſt vt accidens, & quod eſt vt verum, omittēdum eſt ſane. Nam cauſa illius quidem indefinita eſt. Huius autem affectus eſt quidam mentis: atque vtraque circa reliquum genus ipſius ſunt entis, & non quicquam extra naturam ipſius entis eſſe ſignificant. Quapropter hæc quidem omittamus. Ipſius autem quod eſt, vt ens eſt, cauſas principiaq; conſideremus oportet. Patet autem per ea quæ dicta ſunt eo in loco, quo quot modis dicitur vnumquodq; declarabamus, id quod eſt non vno modo, ſed pluribus modis dici.

Quoniam autem cōplexio & diuiſio eſt in mēte & non in rebus. Quod autē ita ens, alterū ens a priori: aut enim quia quid eſt, aut quia quale, aut quantū, aut ſi quid aliud copulat, aut diuidat mens. Quod quidē vt accidēs, & quod vt verum ens, prętermittendū. Cauſa enim huius quidem indefinita, illius

illius vero mentis aliqua paſsio: & vtraq; circa reliquum genus entis, & non extra oſtendunt entē aliquam naturā entis. Quapropter ea quidē ꝑtermittant̄. Perſcrutando vero ſunt ipſius entis cauſæ & principia, inquantum ens. Palam autem in quibus determinauimus de quotiēs vnumquodq; dicitur, quia multipliciter dicitur ens.

Excludit ens verū, & ens per accidēs à principali cōſideratione huius doctrinæ dicēs, q̄ cōpoſitio & diuiſio in q̄bus eſt verū & falſum, eſt in mente & non in rebus. Inuenitur ſiquidē & in rebus aliqua compoſitio, ſed talis cōpoſitio efficit vnam rē, quā intellectus recipit vt unū ſimplici cōceptione. Sed illa cōpoſitio vel diuiſio qua intellectus cōiungit vel diuidit ſua cōcepta, eſt tm̄ in intellectu, non in rebus. Cōſiſtit enim in quadā duoꝝ comparatione cōceptorum, ſiue illa duo ſint idem ſm rem, ſiue diuerſa. Vtit̄ enim intellectus q̄nq; vno, vt duobus cōpoſitionem formans: ſicut dicit̄, homo eſt homo. Ex quo patet q̄ talis cōpoſitio eſt ſolum in intellectu, nō in rebus. Et ideo illud qđ eſt ita ens ſicut verū in tali cōpoſitione cōſiſtens, eſt alterū ab his quæ ꝓprie ſunt entia, quæ ſunt res extra aīam, quarum vnaquę q̄ eſt ☾ aut quod quid eſt ☽. i. ſubſtātia, aut quale, aut quantū, aut aliquod aliud cōplexū, qđ mens copulat vel diuidit. Et ideo vtrūq; eſt prætermittēdum. ſ. & ens per accidens, & ens q̄ ſignificat verū, quia huius. ſ. entis per accidens cā eſt indeterminata. Et ideo non cadit ſub arte, vt oſtenſum eſt. Illius vero. ſ. entis veri cauſa eſt ☾ aliqua paſsio mentis ☽. i. operatio intellectus componentis & diuidentis. Et ideo pertinet ad ſcięntiam de intellectu. Et alia ratio eſt, quia ☾ vtrūq; ☽. ſ. ens verū, & ens per accidens ſunt circa aliquod genus entis, nō circa ens ſimpliciter per ſe qđ eſt in rebus, & nō oſtendūt aliquā aliam naturā entis exiſtēntem extra per ſe entia. Patet enim q̄ ens per accidens eſt ex concurſu accidentaliter entiū extra animam, quoꝝ vnūquodq; eſt per ſe. Sicut grāmaticum muſicum ſicet ſit per accidēs, tamen & grāmaticū & muſicū eſt per ſe ens, qa vtrūq; per ſe acceptū, habet cauſam determinatā. Et ſimiliter intellectus cōpoſitionē & diuiſionem facit circa res, quæ ſub prędicamētis continentur. Vnde ſi determinetur ſufficienter illud genus entis quod cōtinetur ſub prędicamento, manifeſtum erit & de ente per accidēs, & de ente vero. Et propter hoc hmōi entia prętermittunt̄. Sed perſcrutandæ ſunt cauſæ & principia ipſius entis per ſe dicti, inquātum eſt ens. De quo palam eſt ex his quę determinauimus in. v. lib. vbi dictū eſt, quotiēs vnūquodq; talium nominū dicitur, q̄ ens dicit̄ multipliciter, ſicut infra in principio ſeptimi ſequetur. Lectio. j.

ARISTOTELIS STRAGYritæ Tex. libri ſeptimi Metaphyſicæ.

ID quod eſt multipliciter dicit̄, vti prius in hiſce quę dicta ſunt de vnoquoq; quot modis dicat̄, diſtinximus. Partim enim quod eſt, & hoc aliquid: partim quale, aut quātū, aut cęteroꝝ quodq; q̄ hoc prędicant̄ pacto ſignificat. Cum aūt id quod eſt tot modis dicat̄, patet horū primum ens eſſe ipſum qd eſt, quod quidem ſubſtantiam ipſam ſignificat.

ENs dicit̄ multipliciter, ſicut diximus in his quæ de quotiēs. Significat enim hoc quid eſt, & hoc aliqd: illud vero quod quale, aut quantū, aut aliorum vnumquodq; ſic ꝑdicamentoꝝ. Totiens autem de ente dicto palā, quia horū primum ens eſt quodquid eſt quod ſignificat ſubſtantiam.

POſtquā Philoſophus remouit à principali cōſideratiōe huius ſcięntiæ ens per accidēs, & ens ſm q̄ ſignificat verum, hic incipit determinare de ente per ſe, quod eſt extra animā, de quo eſt principalis conſideratio huius ſcięntiæ. Diuiditur autem pars iſta in duas partes. Hęc enim ſcięntia & determinat de ente inquātum eſt ens, & de primis principijs entiū, vt in. vj. lib. eſt habitū. In prima ergo parte determinat de ente. In ſcda de primis principijs entis in. xij. lib. ibi: ☾ De ſubſtātia quidem &c. ☽ Quia vero ens & vnū ſe cōſequunt̄, & ſub eadem cōſideratione cadunt, vt in principio quarti eſt habitū, ideo prima pars diuiditur in partes duas. In prima determinat de ente. In ſecunda de vno & de his q̄ conſequūtur ad vnū in. x. lib. ibi: ☾ Vnum quia multis dicit̄. ☽ Ens autē per ſe, qđ eſt extra aīam, dupliciter diuiditur, vt in. v. lib. eſt habitū. Vno mō per decē prædicamēta, alio modo per potentiā & actū. Diuiditur ergo prima pars in duas. In prima determinat de ente ſecūdum q̄ diuiditur per decem prædicamenta. In ſecunda determinat de ente ſecundum q̄ diuiditur per potentiam & actum, in. ix. libro, ibi: ☾ Ergo de primo ente &c. ☽ Prima autem pars diuiditur in duas. In prima oſtendit q̄ ad determinandum de ente, prout in decem prædicamenta diuiditur, oportet determinate de ſola ſubſtantia. In ſecunda incipit de ſubſtātia determinare, ibi: ☾ Dicitur autē ſubſtātia & ſi nō multipliciter &c. ☽ Circa primū duo facit. Primo oſtendit q̄ de ſubſtantia eſt determinandū. Secūdo oſtendit quid de ea ſit tractandū, ibi: ☾ Videt̄ autē ſubſtātia. ☽ Circa primū duo facit. Primo oſtendit q̄ intendens tractare de ente, de ſola ſubſtātia debet tractare, per rōnem. Secūdo per cōſuetudinem aliorū, ibi: ☾ Et q̄ olim & nunc &c. ☽ Intēdit ergo in prima parte talem rationē ponere. Illud quod eſt primū inter entia quaſi ens ſimpliciter & non ſm quid, ſufficienter demonſtrat natura entis, ſed ſubſtātia eſt hmōi, ergo ſufficit ad cognoſcendū naturam entis determinare de ſubſtantia. Circa hoc autem duo facit. Primo oſtēdit, q̄ ſubſtātia ſit primum ens. Secundo oſtendit qūo dicatur primum, ibi: ☾ Multipliciter qdē igit̄ dicit̄ primū &c. ☽ Circa primū duo facit. Primo ꝓponit intētū q̄ ens dicit̄ multipliciter, vt dictū eſt in. v. li. in quo diuiſerat quotiēs dicunt̄ hmōi nomina, quia quoddā ens ſignificat ☾ quid eſt & hoc aliquid ☽. i. ſubſtantiā, vt per quid, intelligatur eſſentia ſubſtantiæ, per hoc aliqd ſuppoſitū, ad quæ duo omnes modi ſubſtātiæ reducūtur, vt in quinto eſt habitū. Illud vero ſignificat qualitatē vel quātitatē, aut aliquid aliorum prędicamētorum. Et cum ens tot modis dicatur, palā eſt q̄ inter omnia entia, primum eſt quodquideſt, id eſt ens quod ſignificat ſubſtantiam. Secundo ibi.

Nam cum dicimus quale quid eſt hoc̄ aut bonū dicimus, aut honeſtum: ſed non tricubitum, aut hominem. At cum quidnam eſt dicimus: nō albū tum, aut calidum, aut tricubitum, ſed hominem dicimus aut deum. Cætera autem ex eo dicuntur entia, quia eius quod hoc pacto eſt ens, quædam quantitates, quædam qualitates, quædam paſsiones ſunt, quædā aliud quippiam tale.

Nam q̄n dicimus quale qd hoc̄ aut bonum dicimus, aut malum: ſed nō tricubitum, aut hoiem. Q̄n vero qd eſt: nec albū, nec calidū, nec tricubitum: ſed hominē aut Deū. Alia vero dicūtur entia, eo q̄ taliter entis, hæc quidē qualitates eſſe, illa vero quātitates, alia paſsiones, alia aliud quid tale.

Probat ꝓpoſitum, & vtit̄ tali rōne. Quod eſt per ſe & ſimplr in vnoquoq; genere, eſt prius eo qđ eſt ꝑ aliud & ſm quid. Sed ſubſtātia eſt ens ſimpliciter & per ſeipſam, omnia

Lib. 12. Lect. 1.
Lib. 10. Lect. 1. Tex. cō. 13
Lectio. 7. Tex. 2. 17.
Lib. 9. Lectio. 1.
Infr. lc. ſeq.
Infra pt. 6. Parte. 5.
Tex. cō. 15 Lectio. 5. Infr. pte. 4
Metaphyſicus habet locū de ſubſtātia ptractate ꝓncipaliter.
Subſtantia eſt primū ens.

omnia autem alia genera à substãtia sunt entia ſm quid & per substantiã, ergo substãtia est prima inter alia entia. Mi norẽ autem dupliciter manifestat. Primo ex ipso modo lo quendi siue prædicãdi, dicens, q̃ ex hoc palam est q̃ substantia sit primum entium, quia quãdo dicimus de aliquo quale quid sit, dicimus ipsum esse, aut bonum aut malum. Hæc enim significãt qualitatẽ quæ aliud est à substantia, & quãtitate. Tricubitum autem significat quãtitatem, & homo ſignificat substãtiam. Et ideo quãdo dicimus quale est aliquid, nõ dicimus ipsum esse tricubitum neq; hominem. Sed quãdo dicimus quid est de aliquo, non dicimus ipsum esse album, nec calidum, quę significãt qualitatem: nec tricubitum, q̃ significat quãtitatem: sed hominem aut Deum, quæ significãt substãtiam. Ex quo patet q̃ illa quę significant substantiam, dicunt quid est aliquid absolute. Quæ autem prædicant qualitatem, non dicunt quid est aliud de quo prædicatur absolute, sed quale quid. Et ſimile est in quantitate, & aliis generibus. Et ex hoc patet q̃ ipsa substantia dicitur ens ratione ſuũpſius, quia absolute ſigni ficantia substantiam ſignificant quid est hoc. Alia vero dicuntur entia, non quia ipsa habeant ſecundum se aliquam quidditatem, quaſi ſcĩlm ſe entia, cum non ita dicant absolute quid, ſed eo q̃ ⁊ ſunt talis entis ⁊ .i. eo q̃ habent aliquam habitudinem ad substantiam quæ est per se ens, qa non ſignificant quidditatem, inquantum .ſ. quædam ſunt qualitates talis entis. ſ. substantiæ, & quędam quantitates, & aliæ paſsiones, vel aliquid aliud tale quod ſignificatur per alia genera. Secundo ibi.

Quapropter non iniuria quiſpiam dubitauerit, vtrum ambulare, & valere, atq; ſedere, cæterorũq; ſimiliũ vnumquodq; ſit ens an nõ ens. Nihil enim ipſorum, aut aptum est per ſe esſe, aut ſeparari a substantia poteſt: ſed ſi ſint entia, magis ambulans, & ſedens, & valens, ſunt entia. Hæc autem ideo magis entia esſe videntur, quia est quid definitum, quod est hiſipſis ſubiectũ. Atq; hoc est ſubſtantia ſingulareq; ipſum, quod quidem in tali prædicatione nimirum apparet. Bonũ enim & ſedens, cæteraq; iſtiuſmodi, non ſine hoc ſubiecto dicunt. Patet igitur ob hanc ipſam, & vnũquodq; illorũ esſe. Quibus efficitur, vt ſubſtantia ſit id quod primo est ens, & non quippiã ens, ſed ens (vt patuit) abſolute.

Vnde & vtiq; dubitabit aliquis, vtrum vadere & ſanare & ſedere vnumquodq; ipſorum ſit ens, aut non ens. Similiter aũt & in aliis talibus. Nihil enim ipſorum nec ſecundum ſe aptum natum, nec ſeparari poſsibile a ſubſtantia. Sed magis ſiquidem vadẽs entium est aliquid, & ſedens & ſanans. Hæc autẽ apparent magis entia, quia aliquid est ſubiectum ipſis determinatum. Hæc autem est ſubſtantia, & vnumquodq; quod quidem in categoria tali apparet. Bonum enim aut ſedens, nõ ſine hoc dicitur. Palam ergo quia ꝓpter eam & illorum ſingula ſunt. Quare primum ens, & non ens aliquid, ſed ens ſimpliciter ſubſtantia vtiq; erit.

Probat idem per quoddam ſignũ. Quia enim alia entia non ſunt entia niſi ſm q̃ referuntur ad ſubſtantiã, ideo poteſt esſe dubitatio de aliis entibus in abſtracto ſignificatis, quando non ſignificant cum aliqua habitudine ad ſubſtantiam, vtrum ſint entia vel non entia. ſ. vtrum videre ſanare & ſedere & vnumquodq; iſtorum in abſtracto ſignificatorum ſit ens, aut non ens. Et ſimiliter est in aliis talibus quæ in abſtracto ſignificantur, ſiue ſignificenẽ per modum actionis vt prædicta, ſiue non, vt albedo ſiue nigredo. Pro tanto autẽ videntur accidentia in abſtracto ſignificata eſſe non entia, quia nihil ipſorũ est aptum natum ſm ſe eſſe. Immo cuiuslibet eoꝝ esſe est alteri ineſſe. Et nõ est poſsibile aliquid eorum ſeparari à ſubſtãtia. Et ideo q̃ſi ſignificãtur in abſtracto quaſi ſint ſm ſe entia & à ſubſtãtia ſeparata, videtur q̃ ſint non entia. Licet modus ſignificandi vocum non cõſequatur immediate modũ eſſendi rerum, ſed mediãte modo intelligẽdi, quia intellectus ſunt ſimilitudines rerũ, voces autẽ intellectuũ, vt dicit in primo peri herminias. Licet autẽ modus eſſendi accidẽtiũ nõ ſit vt per ſe ſint, ſed ſolum vt inſint, intellectus tamen põt ea per ſe intelligere, cum ſit natus diuidere ea quæ ſm naturã coniuncta ſunt. Et ideo nomina abſtracta accidentiũ ſignificant entia quæ quidem inhærent, licet non ſignificent ea per modũ inhærentium. Eſſent autem ſignificata hmõi nomina non entia, ſi nõ ineſſent in re. Et quia iſta in abſtracto ſignificata videnẽ non entia, magis videnẽ entia nomina accidentiũ concreta. Magis autẽ videt ⁊ aliqd entiũ eſſe vadens & ſedens & ſanãs ⁊ quia determinatur eis aliqd ſubiectũ per ipſam nominis ſignificationẽ, inquantum ſignificantur in concretione ad ſubiectum. Hoc autẽ ſubiectum est ſubſtãtia. Et ideo vnũquodq; talium nominum quæ ſignificãt accidẽs in cõcreto ⁊ apparet in tali categoria ⁊ .i. videt importare prædicamentũ ſubſtãtiæ, nõ ita q̃ prædicamentũ ſubſtãtię ſit pars ſignificationis talium nominũ. Album enim, vt in prædicamẽtis dicit, ſolã qualitatẽ ſignificat. Sed inquantũ hmõi noꝝ ſignificant accidẽtia vt inhærentia ſubſtãtiæ. Bonũ autẽ ⁊ aut ſedẽs nõ dicit ſine hoc ⁊ .i. ſine ſubſtãtia. Significat enim accidẽs concretũ ſubſtãtię. Et qa accidẽtia nõ videnẽ entia, put ſm ſe ſignificanẽ, ſed ſolũ prout ſignificanẽ in cõcretione ad ſubſtantiã, palã est q̃ ſingulã aliorũ entium ſunt entia propter ſubſtantiã. Et ex hoc ulterius apparet q̃ ſubſtãtia est ⁊ primũ ens & ens ſimpliciter, & nõ ens ſm aliquid ⁊ .i. ſm quid, ſicut est in accidentibus. Eſſe enim albũ nõ est ſimpliciter eſſe, ſed ſm quid. Quod ex hoc patet, quia cum incipit esſe albus, nõ dicimus q̃ incipiat esſe ſimpliciter, ſed quia incipiat eſſe albus. Cũ enim Socra. incipit eſſe homo, dicitur ſimpliciter q̃ incipit eſſe. Vnde patet q̃ eſſe hominẽ ſignificat eſſe ſimpliciter. Eſſe autem album ſignificat eſſe ſecundum quid. Deinde cum dicit.

Multis igitur modis dicitur primũ. Omnium tamen est ipſa ſubſtãtia primũ, & ratione, & cognitione, & tẽpore. Nam cæterorum quidẽ quæ ꝓdicanť, nihil prorſus est ſeparabile: ipſa autem ſola ſeparabilis est. Ratione quoq; hoc eſſe primũ videt. In vniuſcuiuſq; enim rõne neceſſe est ſubſtantiæ rõnem ineſſe. Et ſcire tum vnũquodq; maxime arbitramur, cum quid ſit homo magis aut ignis, q̃ cũ quale, aut quãtum, aut vbi, cognoſcimus. Nam & horum ipſorum vnumquodq; tum ſcimus, cum quid nã ſit, aut quãtum, aut quale cognoſcimus.

Multipliciter quidẽ igitur dicitur quod primũ. Sed ſubſtãtia omnium primũ est ratione, & notitia, & tẽpore. Aliorũ enim categorematũ nullum est ſeparabile, hęc autẽ ſola. Et ratione hoc primum. Neceſſe est enim in vniuſcuiuſq; rõne ſubſtãtiæ rõnem eſſe. Et ſcire tunc ſingula maxime putamus, quando quid est homo cognoſcimus aut ignis, magis q̃ aut quale, aut quantum, aut vbi. Quoniam tunc horum eorundem ſingula ſcimus, quando quid est ipſum quale, aut quantum ſcimus.

Oſtendit qõ ſubſtantia dicat primũ, & dicit q̃ cũ hoc quod dico primũ dicat multis modis, vt in quo eſt habitum, tribus modis ſubſtãtia est prima inter oĩa entia. ſ. ſm cognitionem

cognitionẽ, & ſm diffinitionem, & ſm tẽs. Et q̃ ſit prima tẽpore aliis, ex hoc probat, q̃ nullũ aliorũ ꝓdicamentorum est ſeparabile à ſubſtantia. Sola autẽ ſubſtãtia est ſeparabilis ab aliis. Nullũ enim accidens inuenit ſine ſubſtantia, ſed aliqua ſubſtãtia inuenit ſine accidente. Et ſic patet q̃ non q̃cunq; est ſubſtãtia, est accidẽs, ſed ecõtrario. Et propter hoc ſubſtantia est prior tẽpe. Et q̃ etiã ſit prima ſm diffinitionẽ patet, quia in diffinitione cuiuslibet accidentium oportet ponere diffinitionem ſubſtantię. Sicut enim in diffinitione ſimi ponit naſus, ita in diffinitione cuiuslibet accidentis ponit proprium eius ſubiectum. Et ideo ſicut anima est prius diffinitione q̃ homo, quia diffinitio animalis ponitur in diffinitione hominis, eadem rõne ſubſtantia est prior diffinitione accidẽtibus. Quod etiã ſit prior ordine cognitionis patet. Illud enim est primum ſm cognitionẽ, quod est magis notum & magis manifeſtat rem. Res autẽ vnaquæq; magis noſcitur quando ſcitur eius ſubſtantia, q̃ quando ſcitur eius quãtitas aut qualitas. Tunc enim putamus nos maxime ſcire ſingula, quando noſcitur quid est homo aut ignis, magis quãm quando cognoſcimus quale est, aut quãtum, aut vbi, aut ſecundum aliquod aliud prædicamentum. Quare etiam de ipſis quæ ſunt in prędicamẽtis accidentium, tunc ſcimus ſingula, quãdo de vnoquoq; ſcimus quid est. Sicut quãdo ſcimus quid est ipſum quale, ſcimus qualitatem: & quando ſcimus quid est ipſum quãtum, ſcimus quãtitatem. Sicut enim alia prædicamenta nõ habent eſſe niſi per hoc q̃ inſunt ſubſtantiæ, ita non habẽt cognoſci niſi inquantum participant aliquid de modo cognitionis ſubſtantiæ, quæ est cognoſcere quid est. Deinde cum dicit.

Et id igiť quod olim, & nũc, & ſemp quęriť ſemperq; dubitat, qdnã ſit id quod est, hoc est ꝓfecto, q̃nam ipſa ſubſtãtia ſit. Hoc enim qdam vnũ eſſe dicunt, quidã plura q̃ vnũ & horum quidã finita, qdã infinita inquiunt eſſe. Quapropter & nos maxime primoq;, ac fere ſolũ de eo quod ita est ens, quidnã ſit conſideremus ac contemplemur oportet.

Et quod olim & nunc & ſemper quæſitum eſt & ſemper dubitatum quid ens, hoc est quæ ſubſtantia. Hoc enim quidã vnum eſſe dicunt, illi vero plura q̃ vnũ: & hi quidem finita, illi vero infinita. Quapropter nobis maxime, & primũ, & ſolum, vt eſt dicere de ſic ente, ſpeculandum eſt quid eſt.

Oſtendit idem. ſ. q̃ de ſubſtãtia ſola est agendũ ex conſuetudine aliorũ philoſophorum dicens, q̃ cum ſit quæſitũ & ſemper dubitatum apud philoſophos ⁊ olim ⁊ quãtum ad præteritum, ⁊ nunc ⁊ quãtum ad præſens, quid est ens: hoc nihil aliud est quærere & dubitare, q̃ quid est ſubſtãtia rerũ. ⁊ Hoc enim ens ⁊ .ſ. ſubſtantiã quidã dixerũt eſſe vnũ vel immobile, ſicut Parmenides & Melliſſus, vel mobile ſicut antiq naturales ponẽtes unũ tm materiale principiũ rerum. Solã autẽ materiã putabant ens eſſe ſubſtantiã. Et ſic patet q̃ cum ponerent vnum ens ꝓpter vnũ materiale principium, per vnum ens intelligebant vnam ſubſtantiam. Quidã vero poſuerunt plura entia, q̃ vnum: qui. ſ. poſuerũt plura principia materialia, & per cõſequẽs plures rerum ſubſtãtias. Quoꝝ quidã poſuerunt ea finita, vt Emped. quatuor elemẽta: quidã vero infinita, vt Anax, infinitas partes cõſimiles, & Democritus infinita indiuiſibilia corpora. Et ideo ſi alĳ philoſophi tractantes de entibus attendebant ad ſolas ſubſtantias, & nobis etiam ſpeculandum ⁊ eſt de ſic ente ⁊ .i. de ſubſtantia quid ipſa ſit. Et hoc inquã maxime, quia de hac principaliter intendimus. Et primo quia per eam alia cognoſcuntur ⁊ & ſolum, vt eſt dicere ⁊ quia de ſubſtãtia ſola determinando de omnibus alĳs notitiam facit. Et ita quodam modo ſolũ de ſubſtantia determinat, & quodam modo non ſolum. Hoc autem ſignificat cum dicit, vt eſt dicere, vel vt ita dicatur, quod conſueuimus dicere de his quę non vſquequaq; ſunt vera. Deinde cum dicit.

Subſtantia autẽ manifeſtiſsime quidem corporibus videť competere. Quãobrem animalia, plãtas, parteſq; ipſoꝝ ſubſtantias dicimus eſſe: & itẽ corpora naturalia, vt ignẽ, aquã, & terrã, & taliũ ſingula, & quæ ſunt horũ partes: quæq; ex his vt partibus, aut quibuſdã, aut omnibus conſtat. Cælum inſup ac partes ipſius, ſtellã, ſolem, & lunã. At vtrũ hæ tantũmodo, an & aliæ ſubſtantiæ ſint: an horum quidem nil rõnem ſubſtantiæ ſubeat, aliæ vero ſint ſubſtantiæ quædam, conſideremus oportet.

Videtur autẽ ſubſtantia inexiſtere manifeſtiſsime quidẽ corporibus. Vnde animalia, & plantas, & eorum partes ſubſtantias eſſe dicimus: & naturalia corpora, vt ignem, aquã, & terram, & talium ſingula, & quæcunq;, aut partes eoꝝ, aut ex his ſunt, aut partibus, aut omnibus, vt cælum & partes eius, vt aſtra, & luna, & ſol. Vtrum vero hæ ſolæ ſubſtantiæ ſunt, aut & aliæ, aut horum quidem nullum, alteræ autem quædam, perſcrutandum.

Oſtendit qd determinandũ ſit de ſubſtãtia, & circa hoc duo facit. Primo ponit opiniones aliorum de ſubſtantia. Scĩdo dicit quid de earũ veritate est inquirendũ, ibi: ⁊ De his ergo &c. ⁊ Circa primũ duo facit. Primo ꝓponit qd ſit manifeſtum circa ſubſtantias dicens, q̃ eſſe ſubſtantiã manifeſtiſsime ineſt corporibus. Vnde animalia & plãtas & partes eoꝝ dicimus eſſe ſubſtantias, & etiã alia naturalia corpora vt ignem terrã & aquã ⁊ & talium ſingula, ⁊ id est talia elementaria corpora, ſicut aerẽ & vaporem ſm opinionem Heraclĭti, & alia media ſm opinionem aliorũ. Et etiã omnes partes elementorum, & etiã corpora q̃ ſunt cõpoſita ex elementis, vel ex aliquibus partibus elementorum, ſicut particula corpora mixta ⁊ aut ex omnibus elementis, ⁊ .i. totis, ſicut tota ipſa ſphæra actiuorũ & paſsiuorũ. Et ſicut ⁊ etiã cælum ⁊ quod est quoddã corpus naturale ꝑter elemẽta dicimus eſſe ſubſtantiã, & partes eius, vt aſtra, & luna, & ſol. Sed vtrum hæ ſenſibiles ſubſtãtiæ ſint ſolum ſubſtãtiæ ſm q̃ ponebãt antiqui naturales, vel etiam ſint aliquæ aliæ ſubſtantiæ ab iſtis, ſicut ponebant Platonici, vel etiã iſtæ non ſunt ſubſtãtię, ſed ſolũ ſint aliæ ſubſtantiæ ab iſtis, perſcrutandum eſt. Secundo ibi.

Atqui corporis fines, vt ſuperficies, linea, punctũ, ac vnitas ſubſtantiæ & magis q̃ corpus ſolidumq; quibuſdã eſſe videť. Præterea quidã præter ſenſibilia nihil tale eſſe exiſtimãt, quidã plura & magis entia ſempiterna: veluti Plato formas ipſas & res mathematicas, duas ſubſtantias eſſe, tertiam vero corporum ſubſtantiã ſenſibilium eſſe cẽſuit. Leucippus autem & plures ſubſtantias ab vno ipſo incipiens, & principia cuiuſq; ſubſtãtiæ eſſe dixit. Aliud quidem numerorum, aliud autem magnitudinũ, deinde animæ, atq; hoc pacto extendere ſubſtantias accumulareq; videtur. Quidã inſuper formas quidẽ & numeros eandẽ inquiunt naturam habere, cętera vero lineas, planaq;, primã vſq; ad cæli ſubſtantiã reſq; ſenſibiles ſecundas aſſerunt ſubſtantias eſſe.

Videntur quibuſdam corporis termini, vt ſuperficies, & linea, & punctus, & vnitas eſſe ſubſtantiæ magis quã corpus & ſolidum. Amplius præter ſenſibilia hi quidem non opinantur aliquid eſſe talium, illi vero plura & magis entia ſempiterna: vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

L Plato ſpecies ipſas & mathematica, duas ſubſtantias. Tertiam vero ſenſibilium corporum ſubſtantiam. Sed Leucippus plures ſubſtantias ab vno inchoans, & principia cuiuslibet ſubſtantiæ, aliud quidem numerorum, aliud autem magnitudinem, deinde animæ, & hoc modo protedit ſubſtantias. Quidã vero ſpecies & numeros eandem habere dicũt naturam, alia vero habita, lineas & ſuperficiem vſq; ad primã cæli ſubſtantiam & ſenſibilia.

Recitat opiniones philoſophorũ de ſubſtantijs nõ manifeſtis dicens, ꝙ quibuſdã videt ꝙ termini corporis ſint rerũ ſubſtantię, vt. ſ. ſuperficies & linea & punctus & vnitas ſint magis ſubſtãtiæ q̃ corpus & ſolidum. Et hæc opinio diuiditur, quia quidã nihil talium terminorum opinabant eſſe ſeparata à ſenſibilibus, ſcilicet pythagorici. Alij
K vero ponebãt quædam entia ſempiterna à ſenſibilibus ſeparata, q̃ ſunt plura & magis entia q̃ ſenſibilia: magis inquã entia, quia iſta ſunt incorruptibilia & immobilia: hęc autem corruptibilia & mobilia. Plura vero, quia ſenſibilia ſunt vnius ordinis tm̃, ſeparata vero duoꝝ. Sicut ☾ Plato poſuit duas ſubſtantias ſeparatas ☽ .i. duos ordines ſubſtantiarum. ſ. ſpẽs vel ideas & mathematica. Et tertium ordinem poſuit ſubſtantias corpoꝝ ſenſibilium. Sed Leucippus qui ſucceſſor fuit Platonis, & ex ſorore nepos, poſuit plures ordines ſubſtãtiarũ, & in vnoquoq; etiam inchoauit ab vno, quod ponebat eſſe principium in quolibet ordine ſubſtantiarũ. Sed aliud quidẽ vnũ ponebat eſſe principium numerorum, quos ponebat eſſe primas ſubſtãtias poſt ſpecies: aliud autem magnitudinẽ, quas ponebat eſſe ſecundas ſubſtantias. Et demum ponebat ſubſtantiam animæ. Et hoc modo protendebat ordinem ſubſtantiarum vſque ad corruptibilia corpora. Sed quidam differebant
L à Platone & Leucippo, quia non diſtinguebant inter ſpecies & primum ordinem mathematicorum qui eſt numerorum. Dicebãt enim ſpecies & numeros habere eandem naturam, & omnia ☾ alia eſſe habita ☽ .i. cõſequenter ſe habentia ad numeros. ſ. lineas & ſuperficies vſq; ad primam cæli ſubſtantiam, & alia ſenſibilia quæ ſunt in vltimo ordine. Deinde cum dicit.

Sed de hiſce quid recte dicitur, quid non recte, & quę ſubſtantiæ ſunt, & vtrum ſunt quędam p̃ter ſenſibiles, an non ſint, & eæ qũo ſunt, & vtrũ ſit quædã ſeparata ſubſtãtia, & cur ſit, & quo pacto ſit, an nulla ſit præter ipſas ſenſui ſubiectas ſubſtantias, conſiderandum deinceps eſt. Antea quidnam ſit ipſa ſubſtantia deſignandum.

Tex. cõ. 6. parte. 8. M De his igitur quid dicit bene & quid nõ bene, & quæ ſunt ſubſtãtiæ, & vtrũ ſint aliquæ p̃ter ſenſibiles, aut nõ ſunt, & iſtæ qũo ſunt, & vtrum eſt aliqua ſeparabilis ſubſtantia, & quare, & quomodo: aut nulla p̃ter ſenſibiles perſcrutandum, cum deſcripſerimus primo ſubſtantiam quid eſt.

Oſtendit qd circa prædicta dicendum ſit dicens, ꝙ dicendum eſt qd de prædictis, dicit bene aut non bene, & q̃ ſunt ſubſtantię, & vtrum, p̃dicta mathematica & ſpẽs ſint aliquid p̃ter res ſenſibiles, aut non. Et illæ ſubſtãtiæ ſi ſint p̃ter ſenſibiles, quẽ modum eſſendi habeant. Et ſi iſtæ non ſunt præter ſenſibiles ſubſtãtias, vtrum ſit aliqua alia ſubſtãtia ſeparabilis, & quare & quomodo, aut nulla eſt ſubſtantia præter ſenſibiles. Hoc enim determinabit in. xij. huius & infra. Sed tamẽ anteq̃ hæc determinentur, oportet primo ponere & deſcribere quid ſit ſubſtãtia in iſtis ſenſibilibus, in quibus ſubſtãtia manifeſta inuenitur. Quod q̃dem facit in hoc. vij. & in. viij. ſequenti. Lectio. ij.

N Subſtantia itaq; ſi non pluribus, quatuor autem modis maxime dici ſolet. Etenim quidditas, & vniuerſale, ac genus, ſubſtantia cuiuſq; eſſe videt: & q̃rtum horum, ſubiectũ. Subiectũ autem id eſt quo de cætera dicuntur, ipſo rationẽ prædicati non ſubeũte. Quare de hoc antea determinemus oportet. Maxime nãq; ſubiectũ primum ſubſtantia eſſe videtur. Text. cõ. 7. parte. 1.

DIcitur autem ſubſtantia, & ſi nõ multiplicius, de q̃tuor maxime. Etenim q̃quideritateſſe, & vniuerſale, & genus videtur ſubſtãtia cuiuſq; eſſe. Et quartum horum, ſubiectum. Subiectum vero eſt de quo alia dicuntur, & illud ipſum non adhuc de alio. Propter quod primum de hoc determinandum eſt. Maxime nanq; videtur eſſe ſubſtantia ſubiectum primum. Subiectũ, quid. O

POSTQVAM oſtendit ꝙ principalis intẽtio huius ſcientiæ eſt cõſiderare de ſubſtantia, hic incipit de ſubſtantia determinare, & diuidit hæc pars in duas. In prima oſtendit modum & ordinem tractandi de ſubſtãtia. In ſecunda proſequitur tractatum ſubſtantiæ, ibi: ☾ Et primo dicemus quædam de eo. ☽ Modum autẽ & ordinem tractandi de ſubſtãtia oſtendit diuidendo ſubſtantias in ſuas partes, & docẽdo de qua partiũ eius primo & principaliter eſt determinandũ, & quę partium ipſius prætermittendæ ſunt, & quæ prius vel poſterius cõſiderandæ. Vnde diuiditur prima pars in partes tres ſecũm diuiſiones, & ſubdiuiſiones quas ponit de ſubſtantia. Secũda incipit, ibi: ☾ Tale vero modo quodam. ☽ Tertia vero incipit, ibi: ☾ Conſtentur aũt &c. ☽ Dicit ergo primo, ꝙ ſubſtãtia ad minus dicitur quatuor modis, ſi nõ dicat ☾ multiplicitus, ☽ .i. pluribus modis. Sũt enim plures modi quibus aliqui ſubſtantiam nominant, vt patet de dicentibus terminos corporis eſſe ſubſtantias, qut modus hic prætermittitur. Quorum quidem modorum, primus eſt ſecundum ꝙ ☾ quodquideritateſſe ☽ .i. quidditas vel eſſentia ſiue natura rei dicit eius ſubſtantia. Secundus modus eſt prout ☾ vniuerſale ☽ dicitur ſubſtantia eſſe, ſcũm opinionẽ ponentium ideas ſpẽs, quæ ſunt vniuerſalia de ſingularibus p̃dicata, & ſunt hoꝝ particularium ſubſtãtiæ. Tertius modus eſt ſecundũ ꝙ ☾ primũ genus videt eſſe ſubſtãtia vniuſcuiuſq;. ☽ Et per hunc modũ vnum & ens ponebãt ſubſtantias eſſe omniũ rerum, tanquã prima omniũ genera. Quartus modus eſt ☾ ſm ꝙ ſubiectũ ☽ .i. ſubſtãtia particularis dicit eſſe ſubſtantia. Dicit autẽ ſubiectũ de quo alia dicunt, vel ſicut ſuperiora de inferioribus, vt genera & ſpẽs & differẽtiæ, vel ſicut accidens p̃dicat de ſubiecto, vt accidentia cõia & ꝓpria, ſicut de Socra. prędicat homo, aĩal, rõnale, riſibile, & albũ. Ipſum autẽ ſubiectum non p̃dicat de alio. Quod eſt intelligendũ per ſe. Per accidens enim nihil phibet Socra. de hoc albo prędicari, vel de animali, vel de homine: quia id cui ineſt album aut animal aut homo Socrat. eſt. De ipſo autẽ prædicatur per ſe, vt cum dicitur Socr. eſt Socrates. Patet autẽ ꝙ ſubiectũ hic dicitur, quod in p̃dicamentis notatur ſubſtãtia prima ex hoc, ꝙ eadem diffinitio dat de ſubiecto hic, & ibi de ſubſtantia prima. Vnde concludit ꝙ determinandũ eſt ☾ de hoc, ☽ id eſt de ſubiecto vel de ſubſtãtia prima, qa tale ſubiectũ maxime videt ſubſtãtia eſſe. Vnde in prædicamentis dicitur ꝙ talis ſubſtantia eſt quæ proprie, & principaliter, & maxime dicitur. Huiuſmodi enim ſm ſe omnibus alijs ſubſtant. ſ. ſpẽbus & generibus & accidẽtibus. Subſtãtiæ vero ſecundæ .i. genera & ſpẽs ſubſtant ſolis accidentibus. Et hoc etiã non habent niſi rõne primarũ. Homo enim eſt albus inquantũ hic hõ eſt albus. Vnde patet ꝙ fere eadẽ eſt diuiſio ſubſtantię hic poſita, cũ illa quæ ponit in p̃dicamentis. Nam per ſubiectum intelligit hic ſubſtãtia prima. Quod aũt dixit genus & vniuerſale, Parte. ſeq. Infl. lect. 3. Diuiſio ſubſtãtię materialis formalis, & compoſiti eſt ana. loga. Partes ſubſtantię. Subſtantia dicit ſimul modos. Primo duos. P Secundus. Tertius. Quartus. Parte. 3. D Hinc apparet diuiſionis huius eſſe cauſam accidens. Text. cõ. 8. Q

A & vniuerſale, quod videtur ad ſpecies pertinere, cõtinetur ſub ſubſtantijs ſecundis. Hoc autem quod quideritateſſe hic ponitur, ſed ibi prætermittitur, quia non cadit in prædicamentorum ordine niſi ſicut principium. Neq; enim eſt genus neq; ſpecies neq; individuum, ſed horum omnium forma le principium. Deinde cum dicit.

Tale autẽ modo quodam ipſa materia dicit, alio vero mõ forma, tertiũ autem id qđ ex hiſce conſtat. Atq; materiã quidẽ dico æs, formã autẽ talem, figuram. Id vero quod ex hiſce conſtat, ſtatuam: ipſum inquam totum quod ex vtriſq; componitur. parte. 2.

Tale vero modo quodã materia dicit, & alio mõ forma, tertio modo quod ex his. Dico autem materia quidem æs, formam autẽ figuram ſpeciei, quod autem ex his ſtatuam totam. B

Subdiuidit quartum modum præmiſſę diuiſionis, hoc, ſcilicet quod dixerat ſubiectum, & circa hoc tria facit. Primo nãq; ponit diuiſionem. Secundo cõparat partes diuiſionis adinuicẽ, ibi: ☾ Quare ſi ſpecies &c. ☽ Tertio oſtẽdit quomodo de iſtis partibus diuiſionis ſit agẽdum, ibi: ☾ Attamen ea quæ nunc ex ambobus &c. ☽ Dicit ergo primo, ꝙ ſubiectum quod eſt prima ſubſtãtia particularis in tria diuiditur. ſ. in materiã, & formam, & compoſitũ ex eis. Quę quidẽ diuiſio nõ eſt generis in ſpecies, ſed alicuius analogice prædicati, quod de eis quæ ſub eo continentur per prius & poſterius prędicat. Tam enim compoſitũ q̃ materia & forma particularis ſubſtãtia dicitur, ſed non eodem ordine. Et ideo poſterius inquiret quid horum per prius ſit ſubſtãtia. Exẽplificat autẽ hic membra in artificialibus, in qbus æs eſt vt materia, figura vt ☾ forma ſpei ☽ i. dans ſpeciẽ, ſtatua compoſitum ex his. Quæ quidem exemplificatio non eſt accipienda ſm veritatem, ſed ſecundum ſimilitudinem proportionis. Figura enim & aliæ formæ artificiales nõ ſunt ſubſtantiæ, ſed accidentia quædã. Sed quia hoc modo ſe habet figura ad æs in artificialibus, ſicut forma ſubſtantialis ad materiam in naturalibus, pro tanto vtitur hoc exemplo, vt demonſtret ignotũ per manifeſtum. Deinde cum dicit. C Diuiſio ſubſtãtię materialis formalis, & compoſiti eſt analoga. Ariſtot. Metaphy. Partes ſubſtantię. Forma eſt magis materia & compoſitum.

Quare ſi forma prior ſit, & magis ens q̃ materies, & id profecto quod ex vtriſq; cõſtat prius per rationem eandem erit. Nũc igitur dictum eſt quaſi figura quidnam ſit ipſa ſubſtãtia, vbi diximus id eſſe quod non de ſubiecto dicit, ſed quo de cætera prædicantur. Nõ ſolum autem hoc pacto dicere de ipſa oportet, quippe cum non ſit ſatis, nam & hoc ipſo obſcurum eſt.

Quare ſi ſpecies materia eſt prior & magis ens, & ipſo quod ex vtriſq; prior erit ꝓpter eandẽ rõnem. Nunc quidẽ igitur typo, id eſt figuraliter dictum eſt quid ſit ſubſtãtia, quia ꝙ nõ de ſubiecto, ſed de quo alia. Oportet autem non ſolum ita. Non enim ſufficiens. Ipſum enim hoc manifeſtum.

Cõparat partes diuiſionis præmiſſæ adinuicem, & circa hoc tria facit. Primo oſtẽdit ꝙ forma ſit magis ſubſtantia q̃ cõpoſitum. Secũo oſtẽdit ꝙ materia ſit maxime ſubſtantia, qđ erat opinio quorundã, ibi: ☾ Et adhuc materia ſubſtãtia ſit. ☽ Tertio oſtendit ꝙ tã forma q̃ cõpoſitũ eſt magis ſubſtãtia q̃ materia, ibi: ☾ Sed impoſsibile &c. ☽ Dicit ergo prio ☾ ꝙ ſpẽs ☽ .i. forma prior eſt materia. Materia. n. eſt ens in potẽtia, & ſpẽs eſt actus eius. Actus autẽ naturaliter prior eſt potẽtia. Et ſimpliciter loquẽdo prior tpe, qa non mouet potẽtia ad actũ niſi per ens actu. Licet in vno & eodẽ quod q̃q; eſt in potẽtia q̃ſi in actu, potẽtia tempore præcedat actũ. Vnde patet ꝙ forma eſt prior q̃ materia, & eſt magis ens q̃ ipſa, quia ꝓpter qđ vnũquodq; illud magis. Materia autẽ nõ fit ens actu niſi per formam. Vnde oportet ꝙ forma ſit magis ens q̃ materia. Et ex hoc vlterius ſequitur ꝙ eadẽ ratione forma ſit prior cõpoſito ex vtriſq;, inquantũ eſt in compoſito aliquid de materia. Et ita participat aliquid de eo quod eſt poſterius ſecũm naturã. ſ. de materia. Et iterũ patet ꝙ materia & forma ſunt principia cõpoſiti. Principia autem alicuius ſunt eo priora. Et ita ſi forma eſt prior materia erit prior cõpoſito. Et quia poſſet alicui videri, ꝙ ex quo Philoſophus ponit oẽs modos quibus dicitur ſubſtãtia, ꝙ hoc ſufficeret ad ſciendum quid eſt ſubſtantia, ideo ſubiungit dicẽs, ꝙ nunc dictum eſt quid ſit ſubſtantia ☾ ſolum typo ☽ .i. dictum eſt ſolũ in vniuerſali ꝙ ſubſtãtia eſt illud quod nõ dicitur de ſubiecto, ſed de quo dicuntur alia. Sed oportet non ſolum ita cognoſcere ſubſtantiam & alias res, ſcilicet per diffinitionem vniuerſalem & logicam. Hoc enim non eſt ſufficiens ad cognoſcẽdum naturam rei, quia hoc ipſum quod aſſignatur pro diffinitione tali, eſt manifeſtum. Non enim huiuſmodi diffinitione tanguntur principia rei, ex quibus cognitio rei depẽdet, ſed tanguntur aliqua cõſis conditio rei per quam talis notificatio datur. Deinde cum dicit. D E F G

Et inſuper materia ſubſtantia ſit. Si enim ipſa nõ ſit ſubſtantia, quę nã ſit alia nos præterit atq; fugit. Cæteris nãq; ſublatis, nihil præter ipſam permanere videtur. Etenim cętera quidem ſunt corporum paſſiones, affectiones potentiæ. Longitudo vero, latitudo, atq; profunditas quãtitates quædã ſunt, ſed non ſubſtantiæ. Quantitas enim non ſubſtãtia, ſed magis cui inſunt hæc ipſa primum, illud eſt ſubſtantia. At verõ ablata lõgitudine, latitudine, & profunditate, nihil videmus remanẽs niſi ſi quid eſt determinatum ab his. Quare materiam neceſſe eſt videri ſolã ſubſtantiam ſic intendentibus. Text. cõ. 8. parte. 4.

Oſtendit ꝙ materia maxime ſit ſubſtantia, & circa hoc duo facit. Primo ponit rationem antiquorum per quam ponebant materiam maxime & ſolum eſſe ſubſtantiam. Secundo notificat quid ſit materia, ibi: ☾ Dico autẽ materiam quæ ſm ſe. ☽ Dicit ergo primo, ꝙ nõ ſolũ forma eſt ſubſtãtia, & cõpoſitum, ſed & materia ſit ſubſtantia ſecũm rationem prædictam. Si enim ipſa materia nõ ſit ſubſtantia, fugit à nobis quæ ſit alia ſubſtantia præter materiam. Quia ſi remoueãtur à rebus ſenſibilibus in quibus manifeſte eſt ſubſtantia, alia quæ planum eſt non eſſe ſubſtantiam nihil remanet, vt videtur niſi materia. In iſtis enim corporibus ſenſibilibus quæ omnes conſtitentur eſſe ſubſtantias, quædam ſunt ſicut corporum paſſiones, vt calidum, frigidum, & huiuſmodi, de quibus manifeſtum eſt, ꝙ nõ ſunt ſubſtantiæ. Sunt etiã in eis ☾ quædã factiones ☽ i. generationes & corruptiones & motus, de quibus etiam planum eſt ꝙ non ſunt ſubſtãtiæ. Sunt etiã in eis potentiæ quæ ſunt principia prædictarũ factionum & motuũ. ſ. potentiæ quæ ſunt in rebus ad agẽdum & patiendũ. Has etiã patet non eſſe ſubſtantias, ſed magis ponuntur ſub genere parte. ſeq. H

Universidad de Deusto
Biblioteca

qualitatis. Et post omnia ista inueniunt in corporibus sen
sibilibus dimensiones. Longitudo, latitudo, & profundi
tas quæ sunt quātitates quædam, & non substantiæ. Quā
titas enim manifestū est ꝙ non est substantia. Sed illud cui
prædictæ dimensiones insunt ut primū subiectum, earum
est substātia. Sed remotis istis dimensionibus nihil vide
tur remanere nisi subiectum earum, quod est determinatū
& distinctū per hmōi dimensiones. Hæc autē est materia.
Quantitas enim dimēsiua videtur ineſſe materiæ imme
diate, cum materia nō diuidatur ad recipiendum diuersas
formas in diuersis suis partibus nisi per huiusmodi quā
titatē. Et ideo per huiusmodi considerationem videtur ne
cessarium esse non solā ꝙ materia sit substantia, sed ꝙ ipsa
sola sit substantia. Decepit autem antiquos philosophos
hanc rōnem inducentes, ignorātia formę substantialis. Nō
enim adhuc tantū profecerant, vt intellectus eorum se ele
uaret ad aliquid, quod est supra sensibilia. Et ideo illas for
mas tantum considerauerunt, quæ sunt sensibilia propria
vel cōmunia. Hmōi autē manifestum est esse accidentia, vt al
bum & nigrū, magnum & paruū, & hmōi. Forma autem
substantialis nō est sensibilis nisi per accidens. Et ideo ad
eius cognitionē non peruenerunt, vt scirent ipsam à mate
ria distinguere. Sed totum subiectum, quod nos ponimus
ex materia & forma cōponi, ipsi dicebant esse primā mate
riam, vt aerem, aut aquā, aut aliquid hmōi. Formas autē
dicebant esse, quæ nos dicimus accidentia, vt quantitates
& qualitates, quorum subiectum proprium non est mate
ria prima, sed substantia composita quæ est substantia in
actu. Omne enim accidens, ex hoc est, ꝙ substantiæ inest,
vt habitum est. Deinde cum dicit.

Debilitas intellectus decepit antiquos credentes materiam esse rerum substantiam. K

Materiā autem eam dico, quæ neq; quid per se
ipsam, neq; quātum, neq; aliud quicquā eorum di
citur, quibus id quod est definitur. Est enim qd, quo
de vniuersa hæc prædicantur, cuius rō a cuiusq; ra
tione prædicamenti diuersa est. Nam cætera quidē
de substantia, hęc autem de materia ꝑdicant. Quare
ipsum vltimū, neq; quid, neq; aliud quicquā per se
esse videt. At neq; etiam negationes. Etenim hæ per
accidens competent. Ex his igitur consideratis fit, vt
materia substantia fit.

L

Patte. 5. Dico autem materiam quæ scēm se, nec quid, nec
quantitas, nec aliud aliquid eorum dicitur, quibus
est ens determinatum. Est enim quoddam, de quo
prædicatur horum quodlibet, cui est esse alterū &
categoriarum vnicuiq;. Alia nāq; de substantia præ
dicantur, hæc vero de materia. Quare quod est vlti
mum sm se, neq; quid, neq; quantitas, neq; aliud ali
quid est. Neq; vtiq; negationes. Etenim erūt hæ se
cundum accidens. Ex his ergo speculantibus accidit
substantiam esse materiam.

M

Quia ratio prædicta ostendens solam materiā esse sub
stantiā, videt processisse ex ignorantia materię, ut dictum
Tex. p. 79. est, ideo cōsequenter dicit quid sit materia sm rei veritatē,
prout declaratū est in primo physi. Materia enim in se nō
pōt sufficienter cognosci nisi per motū, & eius inuestiga
tio præcipue videt ad naturalem pertinere. Vnde & Philo
sopus accipit hic de materia quæ in physicis sunt inuesti
Materia quid. gata dicēs: Dico autē materiā esse ꝯ quæ sm se, ꝑ. i. sm sui
essentiam cōsiderata, nullatenus est ꝯ neq; quid, ꝑ. i. neque
substantia, ꝯ neq; qualitas, neq; aliquid aliorum generum
quibus ens diuiditur vel determinat. ꝑ Et hoc præcipue
apparet motu. Oportet enim subiectū mutationis & mo
tus alterū esse, per se loquēdo, ab vtroq; terminorum motus,
Tex. cō. 64 & 8. phy. 8. Tex. cō. 3. vt pbatum est primo physi. Vnde cum materia sit primū
subiectū substans nō solū motibus, qui sunt sm qualitatē
& quantitatē & alia accidentia, sed etiā mutationibus quæ
sunt sm substantiā, oportet ꝙ materia sit alia sm suā essen
tiā ab oībus formis substantialibus & earū priuationibus,
quæ sunt termini generationis & corruptiōis, & non solū
ꝙ sit aliud à quātitate, & qualitate et alijs accidētibus. At
tamen diuersitatem materiæ ab oībus formis non probat
Philosophus per viam motus, quę quidē probatio est per
tē naturalis philosophiæ, sed per viam ꝑdicationis quæ
est ꝓpria logicæ, quā in quarto huius dicit affinē esse huic
scientiæ. Dicit ergo ꝙ oportet aliquid esse de quo oīa præ
dicta prædicētur, ita tū ꝙ sit diuersum esse illi subiecto de
quo prædicantur, & vnicuiq; eorum quæ de ꝯ ipso prędi
cantur ꝑ. i. diuersa quidditas & essentia. Sciendum autē
est ꝙ id quod hic dicit, non potest intelligi de vniuoca pdi
catione sm ꝙ genera prædicanē de spēbus, in quarū dif
finitionibus ponunē: quia non est aliud per essentiam aial
& homo. Sed oportet hoc intelligi de denominatiua prędi
catione, sicut cum album prędicat de hoīe. Alia enim qd
ditas est albi & hoīs. Vnde subiungit ꝙ alia genera prędi
canē hoc modo de substātia, s. denominatiue, substātia ve
ro ꝑdicatur de materia denoīatiue. Non est ergo intelligen
dum ꝙ substātia actu existens (de qua hic loqmur) de ma
teria ꝑdicetur prędicatione vniuoca, siue quæ est per essen
tiam. Iam enim supra dixerat ꝙ materia nō est quid, neq;
aliquid alio. Sed intelligendum est de denominatiua pdi
catione, per quē modū accidentia de substantia ꝑdicantur.
Sicut enim hæc est vera, homo est albus: non autem hæc,
homo est albedo, vel humanitas est albedo: ita hęc est ve
ra, hoc materia tū est homo, nō autem hæc materia est hō,
vel materia est humanitas. Ipsa ergo cōcretiua siue deno
minatiua ꝑdicatio ostendit, ꝙ sicut substātia est aliud per
essentiā ab accidētibus, ita per essentiā aliud est materia à
formis substantialibus. Quare sequē ꝙ illud quod est vl
timum subiectum per se loquēdo, ꝯ neq; est qd ꝑ. i. substā
tia, neq; quātitas, neq; aliqd aliud quod sit in aliquo gene
re entis. Neq; ipsæ negationes possunt per se prædicari de
materia. Sicut enim formæ sunt prꝑter essentiā materię, &
ita quodāmodo se habēt ad ipsam per accidens, ita & nega
tiones formarum ꝙ sunt ipsæ priuationes, sm accidens in
sunt materiæ. Si enim per se ineſſent materiæ, nunquā for
mæ in materia possent recipi saluata materia. Hoc autē di
cit Philosophus ad remouendū opinionē Platonis, qui nō
distinguebat inter priuationem & materiā, vt in. j. Physi.
habetur. Cōcludit etiam similiter ꝙ cōsiderantibus sm ꝑ
dictas rationes accidit solam materiam esse substantiā, vt
prius inducta ratio concludebat. Deinde cum dicit.

N

Diuersitē materię ab oībus formis substantialibus probat philosophus ꝑ viā motus. Tex. cō. 3.

O

Duplici rōne de sola substantia dicitur de forma dicitur principaliter proſequendum est.

P

Decedit ꝓpria opinio Platonis, qui dicebat materiā esse substantiam.

Effitit Platonis ꝙ materia sit substantia.

At esse non potest. Etenim separabile atq; hoc ali
quid, substantiæ maxime videntur competere, qua
propter forma & id quod ex vtrisq; constat, substā
tia magis ꝙ materia videbitur esse.

Parte. 6. Q

Sed impossibile. Etenim separabile & hoc aliqd,
ineſſe videntur maxime substantiæ, quapropter spe
cies & quod ex ambobus, substantia videbitur esse
magis ꝙ materia.

D

Primo de diuisione substantiæ determinat.

Ostendit cōtrarium huius cōclusionis dicēs, ꝙ impossi
bile est solam materiā esse substantiā, vel ipsam ēt esse ma
xime substantiā. Duo enim sunt ꝙ maxime ꝓpria videtur
esse substātię, quorū vnū est ꝙ sit separabilis. Accidens enī
nō separatē à substātia, sed substātia pōt separari ab accide
te. Aliud est ꝙ substātia est hoc aliqd demōstratum. Alia
enim genera nō significant hoc aliqd. Hæc autē duo. s. esse
separabile & esse hoc aliquid, non cōueniunt materiæ. Ma
teria enim non potest per se existere sine forma per quā est
ens actu, cum de se sit in potentia tantum. Ipsa etiā non est
hoc aliquid nisi per formam per quam fit actu. Vnde esse
hoc aliquid maxime cōpetit cōpositio. Et ideo patet ꝙ
species ꝑ. i. forma, & ꝯ cōpositū ex ambobus ꝑ. i. ex mate
ria & forma, magis vt esse substātia ꝙ materia, qa cōpositum &

A tum & est separabile, & est hoc aliquid. Forma autē & si non sit separabilis, & hoc aliquid, tamen per ipsam cōpo
situm fit ens actu, vt sic possit esse separabile, & hoc ali
quid. Deinde cum dicit.

Ea igitur substantia quæ ex vtrisq; ex materia in
quam, formaq; constat, omittenda. Est enim poste
rior atq; clara. Manifesta etiam quodāmodo & ipsa
materies est. De tertia vero cōsiderare oportet. Hęc
Tex. cō. 9. parte. 2. enim est maxime dubia.

B Attamen eam quæ nunc ex ambobus substantiā,
dico autem eam quæ ex materia & forma, dimittē
dum. Posterior enim est & aperta. Manifesta autem
aliqualiter & materia. De tertia autem perscrutan
dum. Hæc nanq; maxime dubitabilis.

Ostendit quomodo sit ꝓcedendum circa partes huius
diuisionis substantiæ, quam prosecutus est, prout, scilicet
diuiditur in materiam & in formam & compositum: &
dicit ꝙ licet tam species ꝙ compositum sit magis substan
tia ꝙ materia, tamen ad præsens dimittenda est substantia
quæ ꝯ ex ambobus cōpositā ꝑ. i. ex materia & forma. Et
hoc ꝓpter duas rationes. Vna ratio est, quia ipsa est poste
rior sm naturam utraq;. s. ꝙ materia & ꝙ forma, sicut cō
positum est posterius simplicius ex quibus componitur.
Concludit conclusionem principaliter intentam, & circa hoc duo facit. Primo inducit conclusionem intentam. Secundo remouet quandam dubitationem, ibi ¢ Ex quo vero vt materia fit. ⊦ Dicit ergo primo, q̄ ex quo omne quod generatur, generatur ex materia, & iterum generatur à suo simili, impossibile est aliquid esse factum, nisi aliqd præexistat, sicut dicitur cõmuniter. Communis enim philosophorũ naturalium sententia erat, q̄ ex nihilo nihil fit. Palam est autem, q̄ id quod præexistit, oportet q̄ sit pars rei generatæ. Cõstat enim q̄ materia quæ præexistit est pars generati. Quod ex hoc ꝓbari põt, quia materia est in generato, & ipsa fit generatum dum in actum educitur. Nec solum pars quæ est materia præexistit, sed sicut ex dictis patet, etiam præexistit pars quæ est in ratione. s. forma. Hæc enim duo scilicet materia & forma sunt partes generati. Vtroq; enim modo possumus assignare quid sint circuli ęrei vel circuli multi, ſm aliam literam. s. particulares & distincti, & dicentes materiam quæ est æs, & ¢ dicentes speciem, ⊦ id est formam, quæ est talis figura. Et recte dicit multos circulos particulares. Nam circulus secundum speciem & formam est vnus tãtum. Multiplicatur autem & indiuiduatur per materiam. Et hæc. s. figura est genus, in quod primo collocatur circulus æreus. Et ita patet ex dictis quod circulus æreus in sua diffinitione habet materiam. Quod autem species geniti præexistat, supra ostensum est in naturalibus, & in artificialibus generationibus. Deinde cum dicit.

C

D

Atqui quędam cum orta sunt, non illud dicuntur ex quo vt ex materia fiũt, sed illiusmodi. Ceu statua, nõ lapis, sed lapidea dicitur. Homo autem sanus, nõ dicitur illud ex quo factus est sanus. Atque causa hęc esse videtur. Ex priuatione nanq; fiunt atq; subiecto, quod quidem materiam dicimus: velut & homo & ægrotans fit sanus. Magis tamen ex priuatione fieri dicitur, vt ex ęgrotante, magis q̄ ex homine, sanus. Quapropter sanus ęgrotans quidem nõ dicitur, homo autem dicitur homoq; sanus. Quorum autẽ priuatio manifesta non est & nomine caret, vt in ęre cuiusq; figurę, aut in lateribus lignisue domus, ea ex his fęce fieri, vt illic ex ægrotante videntur. Quapropter

E

F

vt illic non id ex quo fit dicitur, sic & hic statua non lignum, non ęs, nõ lapis, sed lignea deriuatiue, ęrea, lapidea: & domus itidem non lateres, sed lateritia dicitur. Nam si quispiam diligenter exacteq; inspexerit, non vtiq; simpliciter dixerit ex ligno statuam fieri, aut ex lateribus domum, propterea quod mutẽ id ex quo quippiam fit, sed non maneat sane oportet. Propter hoc igitur isto dicitur modo.

Ex quo vero, vt materia fit, quędam dicuntur qñ fiunt, non illud, sed illiusmodi. Vt statua non lapis, sed lapidea. Homo autem conualescens, non dicitur illud ex quo. Causa vero, quia fit ex priuatione & subiecto quod dicimus materiam: vt & homo, & laborans fit sanus. Magis tamen dicimus fieri ex priuatione, vt ex laborante sanus q̄ ex homine. Propter quod laborans quidem qui sanus non dicitur, sed homo, & homo sanus. Quorum vero priuatio non manifesta & innominabilis, vt in ęre figuræ cuiuslibet, aut in lateribus & lignis domus, ex his videtur fieri vt illic ex laborãte. Propter quod sicut nec ibi ex quo hoc, illud non dicitur: nec hic statua lignum, sed prædicatur lignea, nõ lignum, & ęrea nõ æs, lapidea, sed non lapis: vt domus lateritia, sed non lateres. Quoniam neque quod ex ligno fit statua, aut ex lateribus domus, si quis valde inspexerit, non vtiq; simpliciter dicet. Quia oportet permutationem fieri ex quo, sed non permanente. Propter hoc quidem igitur ita dicitur.

parte. 5.

Te. cõ. 16.

Remouet quandam dubitationem. Illud enim ex quo aliquid fit vt ex materia, quandoq; prædicatur non in abstracto, sed denominatiue. Quædam enim dicuntur non esse ¢ illud, ⊦ id est materia ¢ sed illiusmodi. ⊦ Sicut statua non dicitur lapis, sed lapidea. Sed homo conualescens ¢ non dicitur illud ex quo ⊦ .s. non recipit prædicationem eius ex quo fieri dicitur. Fit enim conualescens ex infirmo. Nec dicitur q̄ conualescens sit infirmus. Hmõi autem causa est, quia dupliciter dr aliquid fieri ex aliquo. s. ex priuatione, & ex subiecto quod dicit materia, sicut dr q̄ homo fit sanus, et q̄ laborans fit sanus. Dicitur aũt magis aliquid fieri ex priuatione q̄ ex subiecto, sicut magis dicitur aliqs fieri sanus ex laborãte, quàm ex homine. Sed hoc fieri hoc, magis dicimus in subiecto q̄ in priuatione. Magis enim dicimus proprie quòd homo fit sanus, quàm q̄ laborans. Et ideo ille qui est sanus, non dicitur laborans, sed magis dicitur homo, & econuerso homo dicitur sanus. Sic ergo id quod fit, prædicatur de subiecto, non autem de priuatione. Sed in quibusdam priuatio est non manifesta & innominata, sicut priuatio cuiuscunq; figurę in ęre, nõ habet nomen, nec etiam priuatio domus in lateribus et in lignis. Et ideo vtimur materia, pro materia & priuatione simul. Et propter hoc sicut illic dicimus quòd sanus fit ex laborante, ita hic dicimus q̄ statua sit ex ære, & domus ex lapidibus & lignis. Et propter hoc ẽt sicut ibi id ex quo fit aliquid, sicut ex priuatione nõ p̄dicat de subiecto, qa non dicimus q̄ sanus sit laborãs, ita nec hic dicimus q̄ statua sit lignum, sed prædicatur abstractũ in cõcreto, dicendo q̄ nõ ē lignũ, sed lignea, nec æs, se ærea, nec lapis, sed lapidea. Et similiter domus non est lateres, sed lateritia. Quia si qs diligenter inspiciat nec fit statua ex ligno, nec domus ex lateribus simpliciter loquẽdo, sed per aliquam permutationem. Fiunt enim ista ex istis sicut ex aliquo permutato, & non sicut ex permanente. Aes enim in figuratum non manet dum fit statua, nec lateres incõpositi, dum fit domus. Et propter hoc in prædictis ¢ ita dicitur, ⊦ id est talis sit prædicatio. Lectio. vij.

Dupl. fr all, quid fit ex aliquo.

G

H

Universidad de Deusto
Biblioteca

I Cum autem id quod fit ab aliquo generetur, hoc autem id esse dico vnde est principium generationis. Et ex aliquo, quod quidem non vt priuatio sumatur, sed vt materia. Iam enim determinatum est quo istud dicimus modo. Et aliquid etiam fit. Atq; hoc, aut sphæra est, aut circulus, aut quæ uis ceterorum id profecto vnde est principium generationis, vt neq; subiectum, ex inquam ipsum, sic neq; sphæram nisi p accidens facit ex eo sane, quia sphera ærea, sphæra est: sed illam facit, æream inquã sphæram. Nam hoc aliquid facere, est hoc aliquid facere ex eo quod est omnino subiectum. Dico autẽ ex rotundum facere non rotundum facere, aut sphæram, sed aliud quippiam, velut hanc in alio formam. Sin enim facit, ex quod alio facit. Hoc enim supponebat, veluti æream sphæram facit. Hoc autem ita facit, vt ex hoc quod quidem est ex, hoc faciat quod quidem est sphæra. Si igitur hoc ipsum faciat, identidem profecto faciet vti patet, & generationes ipsæ in infinitum proficiscẽtur. Patet ergo neq; speciem fieri, si hoc aut alio nomine eam formam quæ est in re sensibili nuncupare oporteat, neq; generationem ipsius esse, neq; hanc esse ẽt quidditatem. Hæc enim est id quod in alio, aut ab arte, aut a natura, aut a potentia fit.

parte. 1.

QVoniam vero ab aliquo fit quod fit. Hoc autem dico vnde principium generationis est. Et ex aliquo, fit autem nõ priuatio hoc, sed materia. Iam enim diffinitum est quando hoc dicimus. Et quod fit. Hoc autem sphæra, aut circulus, aut quodcunq; euenit aliorum. Quemadmodũ nec subiectum facit ex, sic nec sphæram nisi ſm accidens, quia ænea sphæra est, & illã facit. Nã hoc aliqd facere, ex totaliter subto hoc facere est. Dico ãt qa ex rotundũ facere, est nõ rotundũ, aut sphæram facere, sed alterũ aliqd, aut spẽm hanc in alio. Nã si facit, ex aliquo facit alio. Hoc enim subiiciebat, vt facere æreã sphæram. Hoc aũt ita, quia ex hoc quod est ex, hoc facit quod est sphæra. Si igitur & hoc facit ipsum, palã

Tex. cõ. 17

quia fiẽr faciet, & ibunt generationes in infinitũ. Palã ergo q nec spẽs fiat, nec quodcũq; oportet vocare in sensibili formam. Nec eius est generatio, nec quodquidere esse huic. Hoc enim est, quod in alio fit, aut ab arte, aut a natura, aut a potestate.

M PRÆMISIT superius Philosophus quædam de generationibus rerum, quasi necessaria ad suum ꝓpositum ostendendum. f. ad oñendum q causæ generationis rerũ non sunt ponendæ species separatæ. Ex quibus duo sunt ĩ manifestata per præmissa. f. q omnis generatio est ex aliqua materia, & vnumquodq; quod generatur, generatur à suo simili. Nunc aũt intẽdit oñdere ꝓpositum ex his quæ supra inuestigata sunt, & diuidit in partes tres. In prima ostẽdit quid sit illud quod generaẽ. In secunda ostendit q causa generationis nõ est species separata, ibi ¶ Vtrum igitur

Infra pt. 3 Inf. le. seq.

est quædam. ⊢ In tertia determinat quædam quæ possent esse dubia circa ꝓdeterminata, ibi ¶ Dubitabit autem aliquis. ⊢ Circa primũ duo facit. Primo oñdit q forma non generaẽ nisi p accidens. Secundo oñdit q cõpositum gene

Inf. le. seq. Lectio. 6. Tex. cõ. 22

ratur, ibi ¶ Aeream vero sphæram. ⊢ Dicit ergo primo q ea q̃ sunt oñia supra, uera sunt. Quorum vnũ est q oẽ qđ fit, fit ab aliquo, et hoc est agens vel generãs à quo est principium generatiõis. Et aliud est, q omne quod generatur, generatur ex aliquo, vt intelligatur id ex quo est generatio, non priuatio, sed materia. Dictum est enim superius q aliter fit aliquid ex materia, & aliter ex priuatiõe. Et tertium est q in omni generatione oportet esse aliquid quod fit. Et hoc est vel sphæra vel circulus, vel quodcunq; aliorum. Ex istis suppositis debet esse manifestum, quòd sicut agẽs generando non facit materiam vel subiectum generationis, quæ est æs, ita etiam ¶ nõ facit formam, ⊢ scilicet hoc ipsum quod est sphæra, nisi forte per accidens. Facit enim æream sphæram quod est compositum. Et quia ærea sphæra est sphæra, ideo per accidens facit sphæram. Quod autem agens non faciat materiam, per se est manifestum, eo q materia præexistit factioni. Vnde non oportuit eum probare q materia non fieret. Sed de formis poterat esse dubium, eo quòd forma nõ inuenitur nisi in termino actionis. Et ideo oportuit eum probare quòd forma non fieret nisi per accidens. Et hoc ideo est, quia formæ non proprie habent esse, sed magis sunt quibus aliqua habent esse. Vnde si fieri est via inesse, illa tantum per se fiunt, quæ per formas habent esse. Formæ autem incipiunt esse, eo modo quo sunt in illis factis, quæ per formas esse habẽt. Et quod forma non fiat, sic probat. Facere enim hoc aliquid, est facere hoc ex aliquo subiecto, quod est ¶ totaliter, ⊢ id est vniuersaliter in omni generatione. Facere enim hoc quod est æs rotundum, non est facere hoc ipsum ¶ quod est rotundum, ⊢ scilicet rotũditatem, aut hoc ipsum quod est facere ¶ sphærã, ⊢ scilicet formam sphæræ, sed est facere ¶ aliquid alterum, ⊢ scilicet speciem, non qualitercunq; ¶ sed in alio, ⊢ scilicet in materia, quod est facere cõpositum. Quod sic patet. Si enim agens facit aliquid, oportet q faciat ex aliquo alio sicut ex materia. Hoc ¶ enim superius subiiciebat ⊢. f. q omnis generatio ex materia fit, propter probationem superius inductam. Sicut agens dicitur facere sphærã æream. Et hoc ideo, quia facit hoc qđ est sphæra ærea, ex hoc qđ est æs. Si igitur etiã ipsam formã faciat, palam erit q faciet eam similiter. f. ex aliqua materia. Et ita sicut sphæra ærea erit compositum ex materia & forma, sic & forma sphæræ æreæ erit compositum ex materia & forma. Et redibit eadem qstio de forma formæ, et sic in ĩfinitũ. Et ita generationes procedẽt in infinitum, quia omne generatũ habet materiam & formam. Palam igitur est q non fit spẽs rei generatæ, ne aliquid aliud quodcunq; fiat, quod oporteat vocare formam in rebus sensibilibus, sicut ordo & compositio & figura quæ in aliquibus tenent locum formæ, maxime in artificialibus. Et quia generatio est eius quod fit, palam est quod nec generatio est formæ, sed compositi. Nec iterum quodquidere esse rei generatæ, generatur, nisi per accidens. Sed forma & quodquidere esse, ¶ est quod fit in alio, ⊢ id est in materiam, nõ per se. Et dico quod fit, vel ab arte, vel à natura ¶ vel potestate, ⊢ id est à quocunq; agẽte per violentiam. Dicit autem quodquidere esse non fieri, q̃uis sit idem rei factæ. Supra .n. oñsum est vnãquãq; rem esse idem cum suo quodquid erat esse. Sed ĩ quodquidere esse, est quod per se pertinet ad spẽm. Vnde ab eo excluduntur conditiones individuales, quæ per accũs sunt spẽi. Species autẽ & alia vniuersalia non generantur nisi per accidens, singularibus generatis.

Sciendum tamen q licet in litera dicatur q forma fit in materia, non ĩ proprie dicitur. Formã enim ꝓprie nõ fit, sed compositum. Sicut etiã dr forma esse in materia, licet forma nõ fit, sed cõpositum per formam. Ita etiam ꝓprius modus loquendi est, vt dicamus compositum generari ex materia in talem formam. Formæ enim ꝓprie non fiunt, sed educuntur de potentia materiæ, inquantum materia q̃ est in potentia ad formam, fit actu sub forma, quod est facere compositum. Deinde cum dicit.

Facit autem sphærã æream esse. Nam ex ære sphæram facit, in hoc enim hanc efficit formam. atq; hoc est ærea sphæra. Si vero ipsius esse sphæræ omnino

A sit generatio, quippiam est quopiam erit. Id enim quod fit, esse diuisibile oportebit, ac aliud hoc, aliud hoc esse, aliud inquam materiã, aliud formã. Quod si sphæra æqualis e medio sit figura, huius aliud id erit in quo id erit, quod efficiens facit in ipso. Aliud id quod erit in illo. Totum autem id erit quod est effectum, velut ærea sphæra. Patet igitur ex hisce quæ dicta sunt, id quidẽ non fieri, qđ vt forma, aut vt substantia dicitur. Concursum autem qui per hãc dr fieri. Et in oi re generata, materiam esse, atq; hoc qdẽ materiam, hoc autem formam esse.

Parte. 2

Aeream vero sphæram eẽ facit. Facit enim ex ære & sphæra. Nam in hoc hanc speciem facit, & est hoc sphæra ærea. Hoc autem sphæræ esse. Eius vero quod

B est sphæræ esse, omnino si est generatio, ex aliquo aliquid erit. Oportebit enim diuisibile esse semper qã fit, & esse hoc quidem hoc, & hoc hoc. Dico autem q hoc quidem materiam, illud vero speciem. Si igitur est sphæra ex medio figura æqualis, huius hoc qdem est in quo erit quod facit, hoc autem in illo, hoc autem omne quod factum est, vt ærea sphæra. Palam igitur ex dictis, quia quod quidẽ vt species, aut vt substantia dicitur, non fit. Synodus autem ſm hanc dicta, fit. Et q in omni generato materia inest, & est hoc quidem hoc, & hoc hoc,

Ostendit q composita fiant dicens, q generans facit esse sphæram æneam. Facit enim eam ex ære quod est materia, sicut ex principio generationis, & ex sphæra, quæ est formæ & generationis terminus. Facit enim ¶ Hanc speciem, ⊢ id est figuram sphæræ ¶ in hoc, ⊢ id est in hac materia, inquantum. f. transmutat hoc æs in sphæram. Et hoc est sphæra ærea. f. forma sphæræ in ære. ¶ Sed hoc ⊢. f. figura sphæræ ¶ est esse sphæræ ⊢. i. qđquid est sphæræ. ¶ Eius autem quod est esse sphæræ, ⊢ id est ipsius quodquidest formæ, non est omnino generatio, qa si esset eius generatio & oporteret q eẽt ex aliquo sicut ex materia. Omne enim quod fit oportet eẽ diuisibile, ita. f. q eius ¶ hoc sit hoc, ⊢ id est vna pars sit hoc, ¶ & hoc sit hoc, ⊢ id est alia pars sit hoc. Et hoc exponit. f. q vna pars eius sit materia, et alia pars eius sit species. Si igitur quid est sphæræ quantum ad ipsam formam est ¶ q sit figura æqualis ex medio, ⊢ id est quòd sit quædam figura solida à cuius medio ad extremitates omnes lineæ ductæ sint æquales, oportet ¶ q huius ⊢ scilicet sphæræ æneæ ¶ hoc quidem, ⊢ scilicet materia sit in quo erat id quod, ¶ facit generãs ⊢ scilicet forma, et hoc sit in illo scilicet forma, ¶ quæ ⊢. f. ẽ figura ex medio æqualis, ¶ & hoc scilicet omne, ⊢ id est totum quod, ¶ factum est ⊢. f. ænea sphæra. Palam igitur est ex dictis, q si omne quod fit oportet eẽ diuisibile, quòd id quod est vt species, aut quod est ¶ vt substãtia, ⊢ id est vt quodquiderat esse, non fit. Sed ¶ synodus ⊢. i. cõpositum quod dicitur & denominatur à tali forma, vel quidditate vel quodquidest, fit. Et iterum manifestum est q omni generato ineſt materia, & q cuiuslibet generati hoc ẽ hoc, ¶ & hoc est hoc ⊢. i. vna pars est materia, & alia forma. Deinde cum dicit.

Est ne igitur præter has, aliqua sphæra, aut præter lateritias domos, aliqua alia domus? An si sic esset nunq̃ hoc aliquid esset ortum? Sed hoc qdem tale si ꝓficat, definitumq; non est. Id aũt quod ꝓducit, ex hoc efficit atq; generat tale, quod cum fuerit ortum est hoc tale, totũq; hoc Callias est aut Socrates, pinde atq; hæc est ænea sphæra. Homo vero animal, vt ænea sphæra omnino. Patet ergo formas ipsas vt quidam dicere formas consueuere, si sint præter singularia quædam, non vtiles ad generationes, atq; ad producendas substantias esse neq; ob hæc, ipsas separatas in rẽne rerum substantias esse ponendas.

B

Vtrũ igit est ne quædã sphæra præter has, aut domus præter lateres, aut nunq̃ facta est? Si sic, non erat hoc aliquid. Sed quia domus tale significat. Hoc autem & terminatũ nõ est, sed facit & generat ex hoc, tale hoc. Et quando generatum est, est hoc tale. Hoc autem est omne hoc. Callias autem & Socrates est, quemadmodũ sphæra ænea hoc. Homo vero & animal quemadmodum sphæra ænea totaliter. Manifestum ergo quia speciem causa, sicut consueti sunt dicere quidã spẽs si sunt præter singularia, ad generationes & substantias nihil vtiles, neq; erunt vtiq; præter hoc substantiæ ſm se.

Tex. cõ. 18 parte. 3.

F

Ostendit q ex quo formæ non generantur sed compositа, q non oportet ponere species separatas esse causas generationis in istis inferioribus. Secũdum est aũt q Platonici ponebãt species esse causas generationis dupliciter. Vno modo per modum generantis. Et alio modo per modum exemplaris. Primo ergo ostendit q spẽs separatæ non sunt causæ, generationis per modũ generantis. Secundo q non per modum exemplaris, ibi ¶ In quibusdam vero palã. ⊢ Dicit ergo primo q considerandum est vtrum sit aliqua forma ¶ vlis pter hmõi singularia ⊢. f. q sit qdam sphæra à materia separata pter has sphæras q̃ sunt in materia. Aut ẽt sit aliqua domus vlis sine materia, pter lapides, ex quibus cõstituuntur istæ domus particulares. Mouet autem qõnem in artificialibus gp naturalia, quorum spẽs Plato separatas posuit à materia. Vt intelligatur esse q̃itum vtig; sit homo vlis præter carnes & ossa, ex quibus particulares homines constituuntur. Ad solutionem aũt huius qõnis, hic primo præmittit q si sit aliqua talia hoc modo facta, nullo modo erit hoc aliquid, sed significabit tantum quale quid, quod non est determinatum. Socrates enim significat hoc aliquid & determinatum. Homo vero significat quale quid, quia significat formam cõmunem & indeterminatam, quia significat absq; determinatione huius vel illius. Vñ si sit hõ pter Socratem & Platonẽ & alios hmõi, non ĩ erit hoc aliqd nec determinatum. Sed nos videmus q in generationibus, semper illud qđ facit & generat ¶ ex hoc, ⊢ id est ex tali materia, est ¶ tale hoc, ⊢ id est hoc determinatum, habens determinatam spẽm. Oportet enim si cut generatum est hoc aliquid, ita & generans esse hoc aliquid, cũ generans sit simile genito, vt supra probatum est.

Quo Platoni posuit ideas cãs generationis, parte seq.

Ideæ non sunt necessarię aut vtiles ad generationẽ sensibilũ.

G

Tex. cõ. 25

Et q genitum sit hoc aliquid, ex hoc patet, quia quod generatur est cõpositum ¶ sed hoc esse ⊢. f. compositum, qñ ¶ est hoc ⊢. i. determinatum, est vt Callias, aut Socrates, sicut cum dr hæc sphæra ænea. Sed homo & aĩal non significant, hanc materiam ex qua est generatio, sicut nec sphæra ænea vlr dicta. Si ergo cõpositum generatur, & non generatur nisi ex hac materia per quam est hoc aliquid, oportet q id quod generatur, fit hoc aliqd. Et cum generatum sit simile generanti oportet etiam q generãs sit hoc aliqd. Et ita non sit spẽs vlis siue materia. Manifestum est ergo ex dictis q si sunt aliquæ species pter singularia, nihil sunt vtiles ad generationes & substantias rerum, sicut consueti sunt quidam dicere ¶ specierũ causa ⊢. i. ad hoc q ponant spẽs. Hæc enim erat vna causa, quare Platonici species ponebant, vt essent causa generationis in rebus. Si igitur spẽs separatæ non possunt esse causa generationis', manifestum erit q non erunt species quædam substantiæ ſm se existentes. Sciendum est autem q omnes qui non consideraverunt hoc, quod Philosophus supra oñdit, q formæ nõ fiũt, passi sunt difficultatem circa factionem formarum. Propter hoc nanq; quidam coacti sunt dicere, omnes formas esse ex creatione. Nam ponebant formas fieri, & non po-

H

Formę mãles res corruptibiliũ, nec creant nec præsupponũt, sed de potentia mãę educuntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

terant ponere quòd fierent ex materia, cum materia non sit pars formæ. Vnde sequebatur q̃ fierent ex nihilo. Et per consequens q̃ crearentur. Econtrario autem quidam posuerunt propter hanc difficultatem, formas præexistere in materia actu, quod est ponere latitationem formarum, sicut posuit Anaxa. Sententia autem Aristotelis qui ponit formas non fieri sed compositum, vtcunq; excludit. Necq; enim oportet dicere q̃ formæ sint causatæ ab aliquo extrinseco agẽte, necq; q̃ fuerint semper actu in materia, sed in potentia tm̃. Et q̃ in generatione cõpositi sint eductæ de potentia in actum. Deinde cum dicit.

In quibusdam enim & luce clarius extat, id quod generat tale quidem esse, quale est id quod ab ipso producitur. Non tamen numero, sed specie idem ac vnum: vt in ipsis naturalibus constat. Homo nanq; hominem generat, & equus equum, nisi præter naturam quippiam fiat, vt sit cum equus generat mulum. Atq; hæc etiam similem subeũt legem. Id enim quod commune est equo ac asino, propinquissimũ inquam genus, nomine caret. Fortasse autem ambo sunt, veluti mulus. Quare patet non opus esse formã exemplar extruere. In his enim maxime formæ inquirentur atq; vtiles essent, quippe cum hæ maximę substantię sint. Sed id quod generat, sufficiens sane productionis est causa, & vt in materia sit ipsa forma. Tota autem iam talis in hisce carnibus, atq; ossibus forma Socrates est & Callias. Quæ quidem diuersa est ob materiã. Etenim diuersa. Eadem autem specie, quippe cũ ipsa forma indiuidua sit, vt patet.

In quibusdam vero, palam quia generans tale q̃dem est, quale generatum. Nec tamen idem nec vnũ numero, sed vnũ specie: vt in physicis. Homo nãq; hominem generat, nisi quid præter naturam fiat, vt equus mulum. Et hoc quoq; simile. Cõmune enim super equum & asinum non est nominatum ꝓximũ genus. Sunt aũt ambo forsan velut mulus. Quare palam quia non oportet quasi exemplum, speciem probare. Maxime enim in his exquirerentur. Nam substantię maximæ hæ. Sed sufficiens est generans facere, & speciei causam esse in materia. Omnis vero talis species in his carnibus & ossibus Callias & Socrates. Et diuersa quidẽ propter materiã. Diuersa nãq; Idẽ vero specie. Indiuidua enim species.

Ostendit q̃ species separatæ non possunt esse causa generationis per modum exemplaris dicens, q̃ licet in aliqbus sit dubium vtrum generans sit simile generato, tamen in q̃busdam palam est q̃ generans sit quoddam tale quale est generatum, non qdem idẽ numero, sed idẽ specie, vt patet in naturalibus. Homo enim generat hominem, similiter equus equum, & vnaquęq; res naturalis aliam similem in specie sibi, nisi accidat aliquid præter naturam: sicut est cum equus generat mulum. Et dicitur ista generatio præter naturam, quia est præter intentionem naturæ particularis. Virtus enim formatiua q̃ est in spermate maris, naturaliter est ordinata vt producat omnino simile ei à quo sperma est decisum. Sed de secundaria intentione est, quòd quando perfecta similitudo induci non potest, inducatur qualiscũq; potest similis. Et quia in generatione muli sperma equi non potest inducere speciem equi in materia, propter hoc quod non est proportionata ad suscipiendum speciem equi, inducit speciem propinquam. Vnde etiam in generatione muli est aliquo modo generans simile generato. Est enim aliquod proximum genus, quod non est nominatum commune equo & asino. Et sub illo genere continetur etiam mulus. Vnde ſm illud genus potest dici q̃ simile generet simile. Vt si verbi gratia dicamus quod illud proximum genus sit iumentum, potemus dicere q̃ licet equus non generet equum sed mulum, iumentum tamen generat iumẽtum. Patet igitur q̃ omnia generata cõsequuntur speciei similitudinem ex virtute generãtis. Quare palam est q̃ non oportet ponere aliquam speciem separatam, quasi exemplar rebus generatis, ex cuius imagine res generatæ speciei similitudinem cõsequantur: vt Platonici ponebant. Maxime enim hmõi exemplaria requirerẽtur in ꝓdict is substantijs naturalibus, q̃ sunt maxime subæ respectu artificialium. Sufficiens autem est in prædictis generans ad faciẽdum similitudinem speciei, & est sufficiens ¶ ponere causam speciei in materia ℣. i. q̃ illud quod facit hoc generatum consequi talem spẽm non sit spẽs extra materiam, sed spẽs in materia. ¶ Omnis aũt spẽs quæ est in materia ℣. s. in his carnibus & in his ossibus, est aliqd singulare, vt Callias & Socrates. Et ista etiam species causans similitudinem spẽi in generando, est diuersa à specie generati ſm numerum, ꝓpter diuersam materiam. Cuius diuersitas est principium diuersitatis indiuiduorum in eadem specie. Diuersa nãq; est materia, in qua est forma hominis generãtis & hominis generati. Sed vtraq; forma est idem ſm spẽm. Nam ipsa species est ¶ indiuidua, ℣ id est non diuersificatur in generãte & generato. Relinquitur ergo q̃ non oportet ponere aliquam spẽm ꝓter singularia, quæ sit causa spẽi in generatis, vt Platonici ponebãt. Lec. viij.

Dubitauerit autem non iniuria quispiam, cur quædam fiunt & arte, & atq; etiam casu, vt sanitas: quædam non fiunt, vt domus.

Dvbitabit autem aliquis quare alia fiunt arte & a casu, vt sanitas: alia non, vt domus.

POSTQVAM ostẽdit Philosophus q̃ species separatæ nõ sunt causa generationis in istis inferioribus, hic manifestat quædam quæ possent esse dubia circa prædeterminata. Et diuiditur in partes tres, secundum quòd tria dubia sunt quæ manifestare intendit. Secunda pars incipit ibi ¶ Palam vero ex dictis. ℣ Tertia ibi ¶ Non solum autem de substantia. ℣ Circa primum duo facit. Primo ponit dubitationem. Secundo soluit eam, ibi ¶ Causa vero &c. ℣ Oritur autem prima dubitatio ex eo quod supra dixerat, quòd quãdo principiũ sanitatis est species quæ est in anima, tunc sanitas fit ab arte. Quando vero sanitas non est ab hoc principio, sed à calefactione tantum, tunc fit sanitas à casu. Sicut cum accidit sanitas ex cõfricatione. Hoc autem non potest accidere in omnibus quæ fiunt ab arte. Domus enim nunquam fit ab aliquo principio, nisi à specie domus in anima. Et sic semper fit ab arte, & non à casu. Et ideo est dubitatio quare q̃dam sint q̃nq; quidẽ ab arte, quandoq; quidem à casu, vt sanitas: quædam vero nõ, sed fiunt tantum ab arte, & nunquam à casu, vt domus. Deinde cum dicit.

Atqui causa huius hæc esse videtur. Materia nãq; quę princeps est generationis, vt efficiat, & fiat aliquid eorum, quæ ab arte proficiscuntur, in qua pars est aliqua rei, alia talis est, & vt a seipsa moueatur, alia talis nõ est. Et huius alia hoc modo moueri potest, alia non potest. Complura nanq; moueri quidẽ a seipsis possunt, at nõ hoc pacto, velut saltare. Quia igitur sunt & quorum materia talis est, vt sic moueri non possit, nisi ab alio, quales sunt lapides, atque ignis, & quorum materia talis est, vt sic moueri possit. Ideo alia non erunt sine eo qui artem habet. Possunt autem ipsa, aut ab aliis non habentibus artem, aut ex parte moueri.

Causa

Causa vero est, quia horum quidem est materia incipiens generationis in facere & fieri aliquid eorũ quę ab arte, in qua existit aliqua rei pars. Hæc quidem talis est, qualis moueri ab ea, illa vero non. Et huius hæc quidem sic potens, hæc autem impotens. Multa nanque possunt ab ipsis moueri, sed nõ sic, puta saltare. Quorum igitur talis est materia, vt lapides, impossibile sic moueri nisi ab alio. Sic tamen & vtiq; ignis. Propter hoc hæc quidem non erunt sine habente artem, hæc autem erunt. Ab his enim mouebuntur non habentibus artem, aut ex parte.

Soluit quæstionem, & dicit causam prædictæ differentiæ in artificialibus hanc esse, quia materia à qua incipit generatio, ſm quam contingit facere & fieri aliquid eorum quæ sunt ab arte, talis est in qua existit aliqua ꝑs rei. Oportet nanq; in materia qualibet esse aptitudinem ad formã. Non enim quodlibet artificiatum potest fieri ex qualibet materia, sed ex determinata. Sicut serra non fit ex lana, sed ex ferro. Ipsa ergo aptitudo ad formam artificiati, quæ est in materia, iam est aliqua pars artificiati quæ est in materia, quia sine aptitudine artificiatum esse non potest. Sicut serra nõ potest esse sine duritie, per quam ferrum est ordinatum ad formam serrę. Sed hęc pars dupliciter inuenitur in materia. Quãdoq; quidem ita q̃ per eã materia potest moueri à seipsa per partem formæ in ea existentem. Quãdoq; vero non. Sicut in corpore humano quod est materia sanationis, inest virtus actiua per quam corpus potest sanare seipsum. In lapidibus autem & lignis nõ est aliqua virtus actiua, per quam possit moueri materia ad formam domus. Etsi quidem materia sic posset moueri per partem formæ, quam in se habet ad formam, hoc contingit dupliciter, quia quandoq; potest sic moueri per principium intrinsecum, quod est pars prædicta, sicut moueretur per artem, vt accidit in sanatione. Nam natura humani corporis eodem modo agit ad sanitatem, sicut & ars. Quandoq; vero non potest moueri materia per principium intrinsecum eodem modo sicut mouetur ab arte, licet aliquo modo per ipsum moueri possit. Multa enim sunt quæ possunt à seipsis moueri, sed non sic sicut mouentur ab arte, vt patet in saltatione. Homines enim non habentes artem saltandi possunt quidem mouere seipsos, sed non illo modo, sicut mouent se qui habent artem prædictam. Illa igitur artificialia quæ habent talem naturam, sicut lapides sunt materia domus, non possunt à seipsis moueri. Impossibile est enim moueri ea nisi ab alio. Et hoc non solum est in artificialibus, sed etiã in naturalibus. Sic enim & materia ignis non potest moueri ad formam ignis nisi ab alio. Et inde est quòd forma ignis nõ generatur nisi ab alio. Et propter hoc quædam artificialia nõ possunt fieri sine habente artẽ: quæ scilicet in sua materia vel non habent aliquod principium motiuum ad formam, vel nõ sic motiuum sicut ars mouet. Quæ vero ab aliquo extrinseco principio moueri possunt nõ habẽte artem, possunt esse & fieri etiam sine habente artem. Mouebuntur enim eorum materiæ ab his, q̃ nõ habent artem. Quod quidem ostendit dupliciter. Vno modo inquãtum possunt moueri ab aliquibus alijs extrinsecis principijs non habentibus artem, sicut arborem plantare potest etiam qui non habet artem plantandi. Alio modo quãdo ¶ materia mouetur ex parte, ℣ id est ab aliquo principio intrinseco, quod est aliqua pars formæ. Sicut cũ corpus humanum sanatur ab aliquo principio intrinseco, quod est aliqua pars formæ. Sciendum est autem q̃ occasione horum verborum quæ hic dicuntur, quidam posuit q̃ in omni generatione naturali est aliquod principiũ actiuum in materia, quod quidem est forma in potẽtia præexistens in materia, quæ est quædam inchoatio formę. Vnde hæc formæ pars dicitur. Quod quidem adstruere nituntur. Primo ex hoc q̃ hic dicitur. Videtur enim hic Aristo. dicere, quòd illa in quorum materia non est principium actiuum, fiunt tãtum ab arte. Oportet igitur q̃ in materia illorum quæ fiunt à natura, insit aliquod principium actiuum. Secundo ex hoc quòd omnis motus cuius principii non est in eo quod mouetur sed extra, est motus violẽtus, & non naturalis. Si igitur in his quæ generantur per naturam non esset aliquod principium generationis actiuum in materia, tunc eorum generationes non essent naturales, sed violentæ, aut non esset aliqua differentia inter generationem artificialem & naturalem. Et si obijciatur contra eos, quod tunc ea quæ generantur naturaliter, nõ indigẽt extrinseco generante, si eorum generatio est à principio intrinseco. Respondent quod sicut principium intrinsecum non est forma completa, sed quædam inchoatio formæ, ita etiã non est perfectum principium actiuum, vt per se posset agere ad generationem, sed habet aliquid de virtute actiua vt cooperetur exteriori agenti. Nisi enim aliquid conferret mobile exteriori agenti, esset motus violentus. Violentum enim est cuius principium est extra, nil conferente vim passo, vt in primo ethicorum dicitur. Hæc autem opinio videtur propinqua ponẽtibus latitationem formarum. Cum enim nihil agat nisi secundum q̃ est in actu, si partes vel inchoationes formarum quæ sunt in materia, habent aliquam virtutem actiuam, sequitur q̃ sint aliquo modo actu, quod est ponere latitationem formarum. Et praterea cum esse sit ante agere, non potest intelligi forma prius habere agere, quàm sit in actu. Et ideo dicendum est, quòd sicut sola viuentia inueniuntur se mouere ſm locum, alia vero mouentur à principio extrinseco, vel generante, vel remouente prohibens, vt dicitur octauo physico. ita secundum alios motus, sola viuentia inueniuntur mouere seipsa. Et hoc ideo quia inueniuntur habere diuersas partes, quarum vna potest esse mouens, & alia mota, quod oportet esse in omni mouente seipsum, vt probatur in octauo physi. Sic igitur inuenimus in generatione viuentium esse principium actiuum intrinsecum, quod est virtus formatiua in semine. Et sicut est potentia augmentatiua mouens in motu augmenti & decrementi, ita est & in motu alterationis quę est sanatio, principium mouens intra. Nam cum cor non sit susceptiuum infirmitatis, virtus naturalis quæ est in corde sano, totum corpus ad sanitatem alterat. De tali igitur materia habente in se principium actiuũ loquitur hic Philosophus, & non de rebus inanimatis. Quod ex hoc patet, quia materiam ignis comparat materiæ domus in hoc, quod vtraq; mouetur ad formam à principio extrinseco. Non tamen sequitur q̃ generatio inanimatorum corporum nõ sit naturalis. Nõ enim oportet ad motum naturalem q̃ semper principium motus, quod est in mobili, sit principium actiuum & formale, sed quandoq; est passiuum & materiale. Vnde & natura in secundo physico. distinguitur per materiam & formam. Et ab hoc principio dicitur naturalis generatio simplicium corporum, vt dicit Commentator in secũdo physicorum. Differentia tamen est inter materiam naturalium et artificialium, quia in materia rerum naturalium est aptitudo naturalis ad formam, & potest reduci in actum per agens naturale, non autem hoc contingit in materia artificialium. Deinde cum dicit.

Patet autem ex hisce quæ diximus, & vniuersa quodãmodo (si non per accidens fiant) ex eo quod est eiusdẽ nominis rationisq; fieri, vt res naturales. Aut aliq̃ ex parte tali, vt domus ex domo, aut a mẽte. Est enim ars ipsa forma, aut ex parte: aut ex habente aliquam partem.

Palam vero ex dictis, quia modo quodam omnia

Universidad de Deusto
Biblioteca

I fiunt ex vniuoco, quemadmodum naturalia: aut ex parte vniuoco, vt domus ex domo: aut ab intellectu. Ars enim species. Aut ex parte, aut ex habente aliquam partem, nisi ſm accidens fiat.

Hic accipe & ſpēs eſſe in intellectu & habitus eſſe ſpēs.

Manifeſtat ſecundū quod poterat eſſe dubium ex prædictis. Dixerat enī ſupius q̄ omne qđ generaī, generaī à ſimili, ſm ſpeciē. Hoc autem nō eodem modo ſe habet in omnibus, & ideo hic manifeſtare intēdit, qūo hoc diuerſimode in diuerſis inueniatur, & circa hoc duo facit. Primo diſtinguit diuerſos modos quibus generatum eſt ſimile generanti. Secundo manifeſtat eos. ibi ¶ Cauſa nanq; faciendi. ☞ Sciēdum eſt autem circa primum quòd omne quod generatur ab aliquo, aut generatur per ſe, aut generatur ab eo per accidens. Quod autem generatur ab aliquo per accidens, non generatur ab eo ſm q̄ hmōi. Vnde non oportet in generante eſſe ſimilitudinem generati. Sicut inuentio theſauri non habet ſimilitudinem aliquam in eo, qui fodiens ad plantandum inuenit theſaurum per accidens. Sed generans per ſe, generat tale ſm q̄ hmōi. Vnde oportet q̄ in generante per ſe, ſit aliqualiter ſimilitudo generati. Sed hoc contingit tripliciter. Vno modo quando forma generati p̄cedit in generante, ſm eundem modum eſſendi, & ſimili materia. Sicut cum ignis generat ignem, vel homo generat hominem. Et hæc eſt generatio totaliter vniuoca. Alio modo quando forma generati p̄cedit in generante, nō quidem ſm eundē modū eſſendi, nec in ſubſtantia eiuſdem rationis, ſicut forma domus præcedit in artifice, non ſm eſſe materiale, ſed ſm eſſe immateriale, quod habet in mente artificis, non in lapidibus & lignis. Et hæc generatio eſt partim ex vniuoco quātum ad formam, partim ex æquiuoco quantum ad eſſe formæ in ſubiecto. Tertio modo quādo ipſa tota forma generati non præcedit in generante, ſed aliqua pars eius, aut aliqua pars partis, ſicuti in medicina calida præcedit calor qui eſt pars ſanitatis, aut aliquid ducens ad partem ſanitatis. Et hæc generatio nullo modo eſt vniuoca. Et ideo dicit. ¶ Palam ex dictis eſt quòd aut fiunt omnia quodammodo ex toraliter vniuoco, ſicut naturalia, ☞ vt ignis ab igne, & homo ab homine. Aut ex eo quod eſt ¶ ex parte ☞ vniuocum, quantum ad formam, & ex parte æquiuocum, quantum ad eſſe formæ in ſubiecto, ſicut domus fit ex domo, quæ eſt ars in artifice, ¶ aut ab intellectu ☞ ſiue artis habitu. Ipſa enim ars ędificatiua eſt ſpecies domus. Aut tertio modo fiunt aliqua ex parte formæ præexiſtentis in generante, ſiue ex ipſo generante habente partem prædictam. Poteſt enim dici q̄ generatio ſit vel ex forma, ſiue parte formæ, vel ex habente formam, vel partem formæ. Sed ex habente quidem ſicut ex generāte, ex forma ſiue parte formæ, ſicut ex eo quo generans generat. Nam forma non generat nec agit, ſed habens formam per eam. Et hoc dico q̄ aliquid ſit ex alio ſimili ſm aliquem prædictorum modorum, niſi fiat ex eo per accidens. Tunc enim non oportet hmōi ſimilitudinē obſeruari, ſicut dictū eſt. Deinde cum dicit.

parte ſeq. An vnum quodq; eo dez modo generetur a ſimili.

K

Trib⁹ modis ptingit generans aſſimilari generato.

L

M

Cauſa enim faciendi pars eſt prima per ſe. Nam caliditas quæ eſt in motione, caliditatem in corpore facit. Hæc autem ſanitas eſt, aut pars ſanitatis, aut ipſam pars ſanitatis aliqua, aut ipſa ſanitas ſequitur. Quapropter, & facere dicit, quia illud ſanitatem facit, caliditas inquam ipſa, cui accidit atq; ſequitur valitudo. Quare vt in ratiocinationibus ſubſtātia principium omniū eſt, nā ex ipſo quid eſt, ratiocinationes proficiſcuntur, ſic ſunt hic generationes.

Patte. 4 Cauſa nanq; faciendi prima ſm ſe pars. Calor enī in motu, calorem in corpore facit. Is vero eſt aut ſanitas, aut pars, aut ſequitur eum pars aliqua ſanitatis, aut ſanitas ipſa. Propter quod dicitur facere, quia illud facit ſanitatem, cui conſequitur & accidit calor. Quare quemadmodum in ſyllogiſmis omnium principium eſt ſubſtantia, nam ex quodquid eſt, ſyllogiſmi ſunt, & hic generationes.

N Alia ſpes ſanitat. Tex. cō. 31 Hic accipe quodqđēt ſubiecto & ęuentibus in generatione. parte ſeq.

Manifeſtat modos prædictos, & primo in rebus artificialibus. Secundo in rebus naturalibus. ibi ¶ Similiter itaq; his. ☞ Dicit ergo primo quod ideo oportet quod ſit fieri ex aliqua parte, quia prima cauſa faciendi ſecundum ſe, eſt pars generati præexiſtentis in generante, quæ eſt vel ipſa forma generantis, vel pars formæ. Cum enim per motum calor generatur, in ipſo motu eſt quodammodo calor ſicut in virtute actiua. Nam ipſa virtus cauſandi calorem quæ eſt in motu, eſt aliquid de genere caloris. Et iſte calor in motu exiſtens virtute, facit calorem in corpore, nō q̄dē ģione vniuoca, ſed æquiuoca, quia calor in motu, & in corpore calido, non eſt vnius rationis. Is vero ſcilicet calor aut eſt ipſa ſanitas, aut aliqua pars ſanitatis, aut ſequitur eum aliqua pars ſanitatis, aut ſanitas ipſa. Per hęc quatuor quæ ponit, dat intelligere quatuor modos, quibus poteſt ſe habere forma generantis ad formam geniti. Quorum primus eſt quando forma generati totaliter eſt in generante, ſicut forma domus eſt in mente artificis, & ſicut forma ignis generati eſt in igne generante. Secundus modus eſt quando pars formæ generati eſt in generante, ſicut cum medicina calida ſanat calefaciendo. Nam calor, factus eſt in ſanato pars ſanitatis. Tertius modus eſt quando pars formæ eſt in generante, non actu, ſed virtute, ſicut quando motus calefaciendo ſanat. Calor enim eſt in motu virtute, & non actu. Quartus modus eſt quando ipſa tota forma eſt in generante virtute, ſed non actu, ſicut forma ſtuporis eſt in piſce ſtupefaciente manum. Et ſimiliter eſt in aliis quæ agunt à tota ſpecie. Primum ergo modum deſignat in hoc q̄ dicit ¶ aut ſanitas. ☞ Secundum in hoc q̄ dicit. ¶ Aut pars. ☞ Tertium in hoc quòd dicit. ¶ Aut ſequitur eum aliqua pars ſanitatis. ☞ Quartum in hoc quod dicit. ¶ Aut ſanitas ipſa. ☞ Et quia motus cauſat calorem ad quem ſequitur ſanitas, propter hoc etiam dicitur motus facere ſanitatem, quia id facit ſanitatem cui conſequitur vel accidit ſanitas. Vel melius. ¶ Qđ conſequitur & accidit ex motu ☞ ſcilicet calor, facit ſanitatem. Quare patet, quod ſicut in ſyllogiſmis omniū principium ¶ eſt ſubſtātia, ☞ id eſt quodquideſt rei. Nam ſyllogiſmi demonſtratiui ſunt ex quid eſt, cum in demonſtrationibus medium ſit diffinitio ¶ et hic ☞ ſcilicet in operatiuis generationes ſunt ex quodquideſt. In quo oſtenditur ſimilitudo intellectus ſpeculatiui & practici. Sicut enim intellectus ſpeculatiuus procedit ad demonſtrandum paſſiones de ſubiectis ex conſideratione eius quodquideſt, ita intellectus procedit ad operandum ex ſpecie artificij, quæ eſt eius quodquideſt, vt ſupra dictum eſt. Deinde cum dicit.

O

Quatuor modi ꝑt dit forma generatis in genera te.

P

Conuenientia intellec. Aus ſpeculatiui & practici.

Q

Simili modo res ſeſe habet & in hiſce quæ natura conſtant. Semen enim perinde atque artifex facit. Habet enim potentia ipſam formam, & id a quo eſt ſemen vniuocum eſt quodammodo, niſi ipſum ortum ſit læſum. Quocirca nō ex mulo naſcitur mulus. Non enim ita omnia ſunt flagitanda, vt ex homine naſcitur homo. Etenim ex viro mulier oritur. Atqui quorum materies, vt ibi, & a ſeipſa eo motu moueri poteſt, quo ſemen mouet, ea a cauſu fiūt. Quorum vero nō poteſt, ea nullo alio modo quam ex generationibus fieri poſſunt.

Similiter itaq; his, & quæ ſunt natura conſtituta, ſe habent. Nam ſperma facit ſicut quæ ab arte. Habet enim poteſtate ſpeciem, & a quo ſperma eſt, aliqualiter

parte. ſe-

A aliqualiter vniuocū. Nō.n. oīa oportet q̄rere vt ex hoic hō. Et.n. fœmina ex viro. Vnde mulus non ex mulo, ſed ſi in nō orbatio fuerit. Quęcunq; autem a caſu, ſicut ibi fit, quorūcunq; materia poteſt a ſeipſo moueri hoc motu, quo ſperma mouet. Quorūcūq; vero nō, ea impoſsibilia ſunt fieri aliter q̄ ex ipſis.

Manifeſtat quod dixerat de artificialibus, in rebus naturalibus dicens, q̄ ſimiliter ſe habēt ea quæ ſunt conſtituta ſm naturā, his quæ fiunt per artē. Sperma enim operaī ad generationē, ſicut contingit in his quæ fiunt per artē. Sicut enim artifex non eſt actu domus, nec habet formā quæ ſit domus actu, ſed poteſtate, ita ſperma non eſt animal actu, nec habet animā quæ eſt ſpēs animalis actu, ſed poteſtate. Eſt enim in ſemine virtus formatiua, quæ hoc modo com paraī ad materiā cōcepti, ſicut cōparatur forma domus in mēte artificis ad lapides et ligna, niſi q̄ forma artis eſt omnino extrinſeca à lapidibus & lignis, virtus autē ſpermatis eſt intrinſeca. Quāuis aūt generatio animalis ex ſpermate, nō ſit à ſpermate ſicut ab vniuoco, quia ſperma nō eſt animal, id tamen à quo eſt ſperma, eſt aliqualiter vniuocū ei quod ſit ex ſpermate. Nam ſperma ſit ab animali. Et in hoc eſt diſſimilitudo inter generationē naturalē, & generationem artificialē, quia non oportet q̄ forma domus in mēte artificis ſit à domo, licet qūq; hoc accidat, vt cum aliquis ad exemplar vnius domus facit aliā. Sed ſemp oportet q̄ ſperma ſit ab animali. Exponit autē qđ dixerat ¶ aliqualiter vniuocū, ☞ quia non oportet in omni generatione naturali eſſe omnimodā vniuocationē, ſicut cum dicit q̄ hō ſit ex hoie. ¶ Fit enim fœmina ex viro ☞ ſicut ex agente, ¶ & mulus nō ſit ex mulo, ☞ ſed ex equo vel aſino, in quo tñ eſt aliqua ſimilitudo, vt ſupra dixit. Et quod dixit q̄ à quo eſt ſperma, oportet eſſe aliqual' vniuocū, ſubiungit intelligendū eſt ¶ ſi non fuerit orbatio ☞ .i. ſi nō fuerit defectus naturalis virtutis in ſemine. Tunc enim generat aliquid quod nō eſt ſimile generāti, ſicut patet in mōſtruoſis partibus. Et ¶ ſicut in illis ☞ .i. in rebus artificialibus aliqua fiunt nō ſolū per artē, ſed à caſu, qñ materia poteſt moueri à ſeipſa eo motu quo mouetur ab arte. Qū vero nō poteſt hoc modo moueri, tunc nō poteſt id quod fit ab arte, ab alio fieri q̄ ab arte, ita & hic poſſunt aliqua fieri à caſu & ſine ſpermate, illa quoq; materia hoc modo pōt moueri à ſeipſa ¶ eo motu quo mouet ſperma ☞ .i. ad generationē animalis. Sicut patet in his quę generaī ex putrefactione, quæ qūo dicanī eſſe à caſu & qūo non, ſuperius expoſitum eſt. Illa autē quoq; materia nō pōt moueri à ſeipſa eo motu quo à ſpermate mouetur, impoſsibilia ſunt fieri aliter q̄ ex ipſis ſeminibus, ſicut patet de hoīe & equo & aliis animalibus perfectis. Patet autē ex his quæ hic dicunī, q̄ neq; oīa animalia poſſunt generari & ex ſemine & ſine ſemine, vt Autcēna ponit, neq; nulla generantur vtroq; modo, vt ponit Auerrois. Eſt autē aduertendum q̄ per ea quæ hic dicuntur, poſſunt ſolui dubitationes illorum qui ponebāt formas in iſtis generatis, non eſſe à generantibus naturalibus, ſed à formis quæ ſunt ſine materia. Hoc enim maxime uiſi ſunt ponere ꝓpter aīalia generata ex putrefactione, quoq; formæ nō vidēnt procedere ex aliquibus ſimilibus ſm ſpeciem. Vlterius autē in animalibus etiam quæ generantur ex ſemine, virtus actiua generationis, quæ eſt in ſemine, non eſt anima, vt ex hoc poſsit anima ſequi in aīali generato. Adhuc autem p̄cedunt, quia in inferioribus iſtis non inueniunī aliqua principia actiua ad generationē, niſi calidum & frigidū, quæ ſunt formę accidentales. Et ſic nō videī q̄ per ea poſsint produci formæ ſubſtantiales. Nec videī q̄ ratio Philoſophi quā ſupra poſuit contra ponētes exemplaria, teneat in omnibus, ut. ſ. ad ſimilitudinē ſpeciei in generatis, ſufficiāt formæ generantium. Sed omnes hę dubitationes ſoluuntur per literam Ariſtotelis, ſi diligēter inſpiciāt. Dicitur enim in litera q̄ virtus actiua quæ eſt in

Tex. cō. 28

C

Tex. cō. 23

Diſtera Aut. & Auer. hoem.

D

Ex dictis patet, quòd formæ ſubſtātiales eſſe a generāti bus, & nō ex formis ſe ꝓcedit.

Tex. cō. 28

ſpermate, & ſi non ſit anima in actu, eſt tamen aīa in virtute, ſicut forma domus in aīa, non eſt domus actu, ſed virtute. Vnde ſicut ex forma domus quæ eſt in mente, poteſt fieri forma domus in materia, ita ex virtute ſeminis, poteſt fieri anima cōpleta, præter intellectum qui eſt ab extrinſeco, vt dicit in. xvj. de animalibus. Et adhuc amplius ſquātum virtus quæ eſt in ſemine, eſt ab anima perfecta, cuius virtute agit. Media enim principia, agūt in virtute primorum. In his vero quæ generaī ex putrefactione, etiam eſt in materia aliquod principium ſimile virtuti actiuæ quæ eſt in ſpermate, ex quo cauſaī anima in talibus aīalibus. Et ſicuti virtus quæ eſt in ſpermate, eſt ab anima cōpleta animalis, & à virtute cælestis corporis, ita virtus quæ eſt in materia putrefacta generatiua animalis, eſt à ſolo corpore cælesti, in quo ſunt virtute omnes formæ generatę, ſicut in principio actiuo. Qualitates etiā actiuæ, licet ſint actiuæ, non tamen agunt ſolum in virtute propria, ſed in virtute formarū ſubſtantialium ad quæ ſe habent ſicut inſtrumēta, ſicut dicit in. ij. de anima, q̄ calor ignis eſt ſicut inſtrumentum animæ nutritiuæ. Deinde cum dicit.

E

Caplo tertio lib. ſcđ de gñatione aīaliū.

F

Accidentia nō in virtute ꝓpria ꝓcurrit aa ꝓductionē formę ſubſtantialis, ſed in virtute formarū ſubſtantialium. Tex. cō. 41

At vero iam dicta ratio, nō de ſubſtantia ſola formam non fieri declarat, ſed cōis eſt de omnibus ſimiliter primis: vt de qualitate, de quātitate, cæteriſq; prædicamētis. Nam vt ærea ſphæra fit, ſed nō ſphęra, nec æs, & in ære eodem modo ſi fit. (Semper em materiā añcedere formā oportet) ſic & in ipſo qd, & in quāto, & in quali fit, cęteriſq; ꝑdicamētis ſimili modo. Nō enim fit ipſum quale, ſed quale lignum. Neq; quantū, ſed quātū, aut animal, aut lignum.

Tex. 2. 32. Parte. 6.

Non ſolum autem de ſubſtātia oſtendit ratio nō fieri ſpeciem, ſed de omnibus ſimiliter primis cōmunis ratio, vt quantitate, & qualitate, & aliis categoriis. Fit enim velut ærea ſphæra, ſed nō ſphæra, nec æs, ſed in ære, ſi fit. Semper enim oportet præexiſtere materiam & ſpeciē, & in quid, & in qualitate, & in quantitate, & aliis ſimiliter categoriis. Non enim fit quale, ſed quale lignum: nec quantum, ſed quantum lignum, aut animal.

G

Manifeſtat tertium quod poterat ex dictis eſſe dubiū. Probauerat enim q̄ formæ non generantur, ſed compoſita. Poſſet autēaliquis dubitare vtrum hoc verum ſit ſolū in formis ſubſtantialibus, aut etiā in accidentalibus. Cui dubitationi hic ſatisfacere intēdit. Vnde duo facit. Primo oſtendit q̄ hoc eſt verum in vtriſq;, dicens q̄ ratio ſuperius poſita non ſolū oſtendit ¶ ſpeciem ☞ .i. formam non fieri ¶ de ſubſtantia ☞ .i. circa ꝑdicamentū ſubſtātiæ, ſed cōis eſt ſimiliter ¶ de omnibus primis ☞ .i. de ꝑdicamentis, ſicut de qualitate, & quātitate, & aliis ꝑdicamētis ¶ Fit enim vt ærea ſphæra ☞ .i. quod eſt compoſitum ſicut ærea ſphæra. ¶ Sed non ſit ſphæra ☞ .i. quod ſe habet per modū formæ. ¶ Nec æs ☞ .i. quod ſe habet per modū materiæ. Et ſi ſit ſphæra aliquo modo loquendi, non ſit per ſe, ſed in ære, quia ſemper oportet præexiſtere ad generationē, materiā & ſpeciem, vt ſupra eſt oſtenſum. Illud quoq; qđ eſt ¶ vt ærea ſphæra ☞ .ſ. compoſitum, ſit, ¶ & in quid ☞ hoc eſt in prędicamento ſubſtantiæ, & in qualitate, & quantitate, & ſimiliter in aliis ꝑdicamentis. Non enim fit ¶ quale, ☞ id eſt ipſa qualitas, ſed hoc totum quod eſt quale lignū. Nec fit ¶ quantum, ☞ id eſt ipſa quantitas, ſed lignū quantum, aut animal quantum.

Sicut ſubſtātialis ita & accidentalis forma ñ generaī, ſed cōpoſitum ꝓ ſ.

H

Tex. cō. 17

Verum hoc ex hiſce, proprium ſumi ſubſtantiæ poteſt. Semper enim aliam præcedere ſubſtantiam actu, quæ quidē facit neceſſe eſt, velut animal, ſi animal naſcitur. Quale autem aut quantum, nō neceſſe

eſt actu

Universidad de Deusto
Biblioteca

I Parte.7. est actu præcedere, nisi potentia solum.

Sed proprium substantiæ ex his accipere est, quia necesse præexistere semper alterā substantiā actu existentē, quę facit, vt aial, si fit animal. Quale vero & quantum, non necessarium, nisi potestate solum.

Differūt ge nerātio & subę & accidentia ꝙ ad ꝓncipia. Hic Mauritius obloquitur contra scūm Thomam. vide xiij. dist. Hinc accipe accidēs nō attingere formā substātialē productione vt ꝓncipale agens secundū vtrūq; formārū, vt supra.

Ostendit quid differat inter substantiam & accidentia, dicens ꝙ hoc oportet accipere vt proprium substātiæ per cōparationē ad accidentia, quia qñ substantia generatā, necesse est præexistere alterā substantiā quæ facit generationem. Sicut si animal generatur, oportet ꝙ præexistat animal generans in his quæ generantur ex semine. Sed in quali & quanto & in alijs accidentibus non oportet ꝙ præexistat quale, aut quātum actu, sed solum in potētia, quod est materiale principiū & subiectum motus. Principiū enim actiuū substantiæ non potest esse nisi substantia, sed principium actiuum accidentium potest esse non accidēs, scilicet substantia. Lectio. ix.

K

Cum autē omnis diffinitio ratio sit, & omnis rō partes habeat, atq; vt ad rē sese habet rō, sic & pars rationis sese habeat ad rei partē, dubitatur iam vtrū partium rationem in totius ratione ineſſe, an non ineſſe oporteat. In quibusdā enim ineſſe, in quibusdam non ineſſe videtur. Ratio nāq; circuli, partium rationem non habet: at syllabæ ratio, rationē habet elementorum: circulus tamē suas in partes, perinde atq; syllaba in elementa diuiditur,

Tex. cō. 33 parte. 1.

QVoniam vero diffinitio ratio est, & omnis ratio partes habet, vt autem ratio ad rem & pars rationis ad partem rei similiter se habet. Dubitatur iā, an oportet partium rōnem esse

L

in totius ratione, an nō. In quibusdam enim videnť esse, in quibusdam non. Nam circuli ratio nō habet eam quæ incisionum, & tamē diuiditur circulus in incisiones, vt syllaba in elementa.

POSTQVAM Philosophus ostendit quid est quodquideratesse, & quorū est, & qūo se habet ad ea quorum est, & ꝙ non oportet ponere quidditates rerum separatas propter generationem. Hic intendit ostēdere ex quibus cōstituitur quodquideratesse, & diuiditur in duas partes. In prima ostendit ex quibus quodquiderat constituť. In sēda ostendit qūo ex eis fiat vnum, ibi: ☾ Nunc autē dicamus primum. ☽ Prima autē pars diuiditur in duas. In prima mouet dubitationē. In sēda soluit eam, ibi: ☾ Aut multipliciter dicitť pars. ☽ Prima pars diuiditur in duas dubitationes, quas mouet ad idē ꝓtinētes, ibi: ☾ Amplius autē si priores sunt partes. ☽ Dicit ergo primo, ꝙ omnis ☾ diffinitio est quædā ratio ☽ .i. quędā cōpositio nominū per rōnē ordinata. Vnum enim nomen nō potest esse diffinitio, quia diffinitio oportet ꝙ distincte notificet principia rerū, quę cōcurrunt ad essentiā rei cōstituendā. Alias autē diffinitio nō sufficiēter manifestaret essentiā rei. Et ꝓpter hoc dicitť in .j. physi. ꝙ diffinitio diuidit ☾ diffinitū in singularia ☽ .i. exprimit distincte singula principia diffiniti. Hoc autē nō potest fieri nisi per plures dictiones. Vnde vna dictio nō pōt esse diffinitio, sed pōt esse mānifestatiua, eo mō quo nomen minus notū, manifestať per magis notum. Omnis autē ratio partes habet, ga est ǫdā oratio cōpositа, & nō simplex nomē. Et ideo videť ꝙ sicut se habet ratio rei ad rē, ita se habent partes rōnis ad partes rei. Et ꝓpter hoc dubitatur, vtrum oporteat rōnem partiū ponere in rōne totius, aut non. Et hæc dubitatio exinde cōfirmať, quia in quibusdā rōnibus totorum, videnť esse rōnes partium, & in quibusdā non. In diffinitione enim circuli non ponitť diffinitio ☾ incisionū circuli ☽ .i. partium ex circulo seperatarum, sicut semicirculi, & quartæ partis circuli.

M

Tex. cō. 5.

Dubium: An tō partium ponі debeat in rōne totiꝰ.

Sed diffinitio syllabæ cōtinet in se diffinitionē ☾ elemētorum ☽ .i. litterarū. Si enim diffinitť syllaba, oportet ꝙ dicať esse aliqua uox cōposita ex literis. Et sic in diffinitione syllabæ ponitur litera, & per consequens diffinitio eius, quia semper vti possumus diffinitione pro noīe. Et tñ circulus diuidiť in incisiones vt in partes, sicut syllaba ☾ in elemēta ☽ .i. in literas. Quod aūt hic dicitť, ꝙ sicut se habet diffinitio ad rē, ita se habet pars diffinitiōis ad partē rei, videť habere dubitationē. Diffinitio enim est idē rei. Vnde videť sequi ꝙ partes diffinitiōis sint idē partibus rei, quod patet esse falsum. Nā partes diffinitionis ꝑdicanť de diffinito, sicut de hoīe, aīal & rationale. Nulla autē pars integralis ꝑdicatur de toto. Sed dicēdū est ꝙ partes diffinitionis significant partes rei, inquātum à partibus rei sumuntur partes diffinitionis, nō ita ꝙ partes diffinitiōis sint partes rei. Nō enim animal est pars hominis, neq; rationale. Sed aīal sumitur ab vna parte, & rationale ab alia. Animal enim est quod habet naturā sensitiuā, rōnale uero quod habet rōnem in natura sensitiua. Deinde cum dicit.

Partes diffinitiōis significāt partes rei, quātum ad sensum.

O

Præterea si pars prior est toto, & recti anguli pars est acutus, & digitus animalis prior vtiq; recto acutus angulus, & homine digitus erit. Videntur tamē illa esse priora. Ratione enim ex illis sane dicuntur, & insuper sine ipsis esse videntur.

Parte. 1.

Amplius enim si priores sunt partes toto, & recti acutus est pars, & digitus hominis, prior erit acutus recto, & digitus homine. Videntur aūt illa esse priora. Secundum rationem nanq; dicuntur ex illis, &

P

ineſſe sine inuicem priora.

Scdm dubium. An ꝓs fit prior toto vel e contra.

Ponit scdam dubitationē quæ est de prioritate partiū. Oēs enim partes videntur esse priores toto, sicut simplex cōpositо. Acutus enim angulus est pars recti anguli. Diuiditur enim rectus angulus in duos vel plures angulos acutos. Et similiter digitus est pars hoīs. Vnde videtur ꝙ acutus angulus sit naturaliter prior recto, & digitus prior hoīe. Sed ecōtra videnť illa esse priora. s. rectus acuto, & hō digito. Et hoc dupliciter. Primo quidē ſm rationem. Per hunc enim modū illa dicunť esse priora, quæ in eoꝝ rationibus ponunť, & non ecōtrario. ☾ Acutus enim & digitus dicūtur esse ſm rōnem ☽ .i. diffinuntur ex illis. s. hoīe & recto, vt dictum est. Vnde videť ꝙ homo & rectus angulus sint priores digito & acuto angulo. Sēdo vero ꝓput dicunť esse aliqua priora ex eo ꝙ est esse sine inuicē. Quæ ēm possunt esse sine alijs, & nō ecōtrario, dicunť esse priora, vt in qnto est habitū, sicut vnū duobus. Homo aūt potest esse sine digito. Digitus autē nō potest esse sine homine, quia digitus abscisus non est digitus, vt infra dicetur. Vnde videtur ꝙ homo sit prior digito. Et eadem ratio est de recto & acuto. Deinde cum dicit.

Tex. cō. 16

Tex. cō. 15

Q

Aut pars multis dicitť modis. Atq; vno modo ea pars dicitur, quæ quātitate mēsurat. Verū hęc omittatur, sed hoc est cōsiderandū, ex quibus vt partibus substantia cōstat. Si igiť quoddā est materia, quoddam forma, quoddā ex hisce constans, & materia & forma, & id quod ex vtrisq; constat, substantia est. Partim & materia pars cuiusꝑā dicitur, partim nō dicitť, sed ea ex quibus ratio formæ cōstat: veluti caro pars quidē concauitatis non est, hæc est enim materies in qua fit. Simitatis autē quędam est pars. Aes etiam totius quidem statuæ pars est, eius autē quod vt forma dicitť statua, non est. Dicenda est enim ipsa

forma,

A forma, & formā quęq; res habet, sed materiale nunquā per se est dicendū. Quapropter circuli quidem ratio fruſtoꝝ rationē non habet, at syllabæ rationē habent elementorū. Elementa enim rationis partes sunt formæ, sed non materies. Fruſta autē circuli sic sunt partes, vt materies in qua circulus fit: propinquiora tamen sunt formæ, q̄ æs, cum rotunditas in ære fuerit orta. Atqui neq; elemēta omnia, aliqua ex parte in syllabæ inerunt ratione, vt hæc cerea, aut ea quæ sunt in ære. Iā enim & hæc partes sunt syllabæ, vt materia sensibilis. Sane etenim nō si linea cum in dimidia, aut homo cū in ossa neruos carnesq; corrūpitur. Propterea & ex his vt ex substantiæ partibus cōstat, sed vt ex materia tm̄. Atq; totius quidem illa sunt partes, formæ autē ac eius cuius est rō, nō sunt partes, idcireo neq; in ipsis rōnibus insunt. In quibusdam igiť rōnibus huiusmodi partiū rō inerit, quibusdam vero non ineſſe ipsam oportet, nisi sit ipsius ratio simul sumpti. Propter hoc enim nōnulla quidē ex hisce sunt, vt principiis in quæ corrumpuntur. Nonnulla autē non sunt. Quæ igitur simul sumpta forma sunt & materies, vt simum, aut æreus circulus, ea in hæc corrūpunť, & ipsorū pars est materia. Quæ vero non simul sunt cū materia, sed sine materia sumpta, vt rōnes ipsius formæ dūtaxat, ea non corrūpuntur, aut omnino, aut non saltē hoc pacto. Quare illorū quidem hæc principia sunt & partes, formæ autē ipsius, neq; principia sunt, neq; partes. Et ꝓpterea statua lutea in lutū, & sphæra in æs,

B

C & Callias in carnem ossaq; corrūpitur, & insuper circulus sua in fruſta. Est enim quippiā quod cū materia simul est sumptum. Aequiuoce nanq; dicitť circulus, qui simpliciter dicitť: & singuli, quia non est ꝓprium nomen singulorum.

E

F

Soluit ꝓpositas qōnes, & diuidit in tres partes. In prima ponit solutionē. In sēda exponit eam, ibi: ☾ Dictū est igitur nunc ipm̄. ☽ Tertio determinat quandā dubitationem quæ ex ꝓdicta solutione oriri potest, ibi: ☾ Dubitať autē merito. ☽ Ad euidentiā autē horum quę in hoc capitulo dicunť, sciendum est ꝙ circa diffinitiones rerū, & earum essentias, duplex est opinio. Quidā enim dicūt ꝙ tota essentia speciei est ipsa forma, sicut ꝙ tota essentia hoīs est anima. Et ꝓpter hoc dicunt ꝙ eadē ſm rem est forma totius, quæ significať noīe humanitatis, & forma partis quæ significatur nomine aīæ: sed differunt solum ſm rationē. Nā forma partis dicitur ſm ꝙ perficit materiā, & facit eā esse in actu. Forma autē totius, ſm ꝙ totū cōpositum per eam in specie collocať. Et ex hoc volūt ꝙ nullæ partes materiæ ponanť in diffinitione indicante speē, sed solū principia formalia speciei. Et hæc opinio videtur Auerrois & quorundā sequentiū eum. Sed videť esse cōtra intētionem Aristot. Dicit enim superius in .vj. ꝙ res naturales habent in sui diffinitione materiā sensibilē, & in hoc differūt à mathematicis. Non autē potest dici ꝙ substātiæ naturales diffiniantť per id, quod nō sit de essentia earū. Substātiæ enim non hñt diffinitionē ex additione, sed sola accidētia, vt supra est habitum. Vnde relinquitť ꝙ materia sensibilis sit pars essentiæ substantiarum naturalium, non solū quantum ad individua, sed etiā quantum ad speēs ipsas. Diffinitiones enim non danť de individuis, sed de speēbus. Vnde est alia opinio quā sequitť Auicēna, & ſm hanc formam totius, quæ est ipsa ꝗdditas speī differt à forma partis, sicut totū à parte. Nā quidditas speciei est cōpositа ex materia & forma, nō tñ ex hac forma, & ex hac materia individua. Ex his enim cōponitur individuū vt Socrat. & Callias. Et hæc est sūla Arist. in hoc capitulo, quā introducit ad excludendū opinionē Platonis de ideis. Dicebat enim speēs rerū naturalium esse per se existēres sine materia sensibili, quasi materia sensibilis nō esset aliquo modo pars speciei. Ostēdo ergo ꝙ materia sensibilis sit pars speciei in rebus naturalibus, ostēdit ꝙ impossibile est esse species rerū naturaliū sine materia sensibili, sicut hoīem sine carnibus & ossibus, & sic de alijs. Et hic erit tertius modus destruendi ideas. Nā primo destruxit per hoc ꝙ quodquideratesse nō est separatū ab eo cuius est. Sēdo per hoc ꝙ speēs separatæ à materia nō sunt causæ generationis, neq; per modū generātis, neq; per modū exēplaris. Nunc autē tertio improbat eam per hoc ꝙ materia sensibilis in cōi est rō speciei. Dicit ergo soluēdo ꝙ multipliciter dicitur pars sicut in qnto est habitū. Et vno modo dicitť pars quātitatiua, hoc. s. qđ mēsurat totū ſm quātitatē, sicut bicubitū est pars cubiti, & binarius senarij. Sed hic modus partiū prętermittať ad præsens. Nō enim intēdimus hic ingrere partes quātitatis,

sed

Lc. se. 3a.

Lc. 21. 3m.

Duplex opinio de essentijs.

G

Opi. Aver. ipugnatur qui tenuit tm̄ formā ptinere ad speciem.

Text. cō. 9.

Tex. 3. 17. & 18.

Opi. Auic.

Sententia Aristo.

H

Tex. cō. 30

Universidad de Deusto
Biblioteca

I sed intẽdimus inquirere de partibus diffinitionis,q̃ significant subſtantiã rei. Vnde perſcrutandum eſt de illis partibus ex quibus ſubſtantia rei cõponitur. Pars autẽ ſubſtantiæ eſt & materia,& forma,& ex quibus eſt aliqd cõpoſitum. Et quodlibet iſtorũ trium.ſ.materia & forma & cõpoſitum ex his,eſt ſubſtãtia,vt ſupra habitum eſt. Et ideo materia eſt quidẽ quodã modo pars alicuius, quodã modo nõ eſt,ſed ſolũ ꝗ illa ex quibus eſt ratio ſpeciei ⁊.i.formę. Intelligimus enim concauitatẽ quaſi formã, & naſum materiã,& ſimũ quaſi compoſitum. Et ſm hoc caro quæ eſt materia vel pars materiæ, nõ eſt pars cõcauitatis quæ eſt forma vel ſpẽs. Nã caro eſt materia in qua fit ſpecies. Sed tamen caro eſt aliqua pars ſimitatis,ſi tũ ſimitas intelligitur eſſe quoddã compoſitũ,& non ſolum forma. Et ſimiliter totius quidẽ ſtatuæ,quę eſt cõpoſita ex materia & forma pars eſt æs.Non autem eſt pars ſtatuæ ſm ꝙ ſtatua accipitur ſolũ pro ſpecie.i.pro forma. Et vt ſciãt quid eſt ſpecies,& quid eſt materia,dicendum eſt illud ad ſpeciem pertinere,quod cõuenit vnicuiq; inquantũ ſpeciem habet. Sicuti inquantũ habet ſpẽm ſtatuæ,cõuenit alicui ꝙ ſit figuratũ,vel aliquid aliud hmõi. Sed id quod eſt materiale ad ſpẽm, nunquã dicendum eſt ſm ſe de ſpecie. Sciendum tñ eſt ꝙ nulla materia nec cõis nec indiuiduata, ſcḕm ſe,ſe habet ad ſpẽm,qui ſumitur ꝓforma. Sed ſm ꝙ ſpecies ſumit̃ pro vniuerſali,ſicut hoiem dicimus eſſe ſpeciẽ, ſic materia cõis per ſe pertinet ad ſpẽm,non autẽ materia indiuidualis in qua natura ſpeciei accipit. Et ideo dicendũ eſt ꝙ diffinitio circuli nõ cõtinet in ſe ꝗ diffinitionẽ iciſionũ, ⁊ id eſt partiũ ex circulo inciſarũ,vel ſemicirculi vel quarte partis circuli. Sed diffinitio quæ eſt ſyllabæ cõprehendit in ſe diffinitionẽ quæ eſt ꝗ elementorum ⁊.i.literarum. Et huius ratio eſt,quia ꝗ elementa ⁊ .i.literæ ſunt partes ſyllabæ quãtum ad ſpẽm ſuam,& nõ ſm materiã. Ipſa enim forma ſyllabæ in hoc cõſiſtit, ꝙ ex literis cõponatur. Sed inciſiones circuli ſunt partes non circuli ſm ſpeciem acceptã,ſed huius circuli particularis,vel horũ circulorũ, ſicut materia in qua fit ſpecies circuli. Et hoc accipi põt ex regula ſuperius poſita. Hoc enim dixit ad ſpẽm pertinere,quod ſm ſe ineſt vnicuiq; ſpẽm habenti, ad materiã vero quod accidit ſpẽi. Per ſe autẽ ineſt ſyllabæ ꝙ ex literis cõponẽ. Quod autem circulus ſit actu diuiſus in ſemicirculos, hoc accidit circulo, nõ inquantũ eſt circulus, ſed inquantũ eſt hic circulus,cuius hęc linea diuiditur,quæ eſt pars eius vt materia. Vnde patet ꝙ ſemicirculus eſt pars circuli ſcḕm materiã indiuidualẽ. Vnde iſta materia quæ eſt hæc linea, eſt ꝓpinquior ſpeciei ꝙ̃ æs,quod eſt materia ſenſibilis,qñ rotunditas quæ eſt forma circuli, ſit in ære. Quia ſpẽs circuli nunquã eſt ꝓter lineã, eſt autẽ præter æs. Et ſicut partes circuli quæ ſunt ſm materiam indiuidualẽ non ponunt in eius diffinitione,ita etiã nec omnes literæ ponunt in diffinitione ſyllabæ, quæ.ſ.ſunt partes cũ materia, vt literæ deſcriptæ in cera,vel prolatę in aere. Hæc enim iã ſunt partes ſyllabæ ſicut materia ſenſibilis. Non em̃ oportet ꝙ oẽs partes in quas res aliqua reſoluta corrũpit̃,ſint partes ſubſtantiæ. Non enim ſi linea diuiſa in duo dimidia corrũpit̃, aut ſi homo reſolutus in oſſa & neruos & carnes corrũpitur,propter hoc ſequit̃ ꝙ linea ſit ex dimidijs,& homo ex carnibus & oſsibus, ita ꝙ iſta ſint partes ſubſtantiæ eius, ſed ſunt ex iſtis partibus ſicut ex materia. Vnde ſunt partes eius quod eſt ꝗ ſimul totum ⁊.i.compoſitum. ꝗ Sed ſpeciei, ⁊.i.formę ꝗ & cuius eſt ratio, ⁊ .i.eius quod diffinitur,non adhuc ſunt partes. Quapropter nullæ tales partes ponuntur in rõnibus cõuenienter. Sciendum tñ ꝙ ratio talium partium in quorundã diffinitionibus ponit̃.ſ.in diffinitionibus cõpoſitorũ quorum ſunt partes. In quorundã vero diffinitionibus nõ oportet poni.ſ.in diffinitione formarum,niſi ſint tales formæ, quæ ſint ſimul ſumptæ cum materia. Licet enim materia nõ ſit pars formæ, tñ materia ſine qua non poteſt cõcipi intellectu forma,oportet ꝙ natur in diffinitione formę,ſicut corpus organicum ponit̃ in diffinitione animæ. Sicut enim accidẽtia nõ habent eſſe perfectũ niſi ſm ꝙ ſunt in ſubiecto,ita nec formæ,niſi ſm ꝙ ſunt in proprijs materijs. Et ꝓpter hoc ſicuti accidentia diffiniuntur ex additione ſubiectoꝝ, ita & forma ex additione propriæ materiæ. Cum igitur in diffinitione formæ ponitur materia,eſt diffinitio ex additione,nõ autem cum ponit̃ in diffinitione cõpoſiti. Vel hoc quod dicit ꝗ ſi non fuerint ſimul ſumpta, ⁊ eſt exemplificatio eius quod dixerat ꝗ horum nõ oportet eſſe. ⁊ In illis enim partes materiæ nõ oportet in diffinitionibus poni, quæ.ſ.non ſumunt̃ ſimul cum materia,vel quæ non ſignificant aliquid cõpoſitũ ex materia & forma. Et hoc patet,quia ꝓpter hoc ꝙ in quorundã rationibus non ponitur materia,in quorũdam vero ponitur,cõtingit ꝙ quædã ſunt ꝗ ſicut ex principijs ex his in quæ corrũpitur, ⁊ .i.ex partibus in quas aliquid per corruptionẽ reſolnitur. Et hæc ſunt illa in quorũ diffinitionibus ponunt̃ materiæ. Quędã vero non ſunt ex ꝑdicis partibus materialibus ſicut ex principijs, ſicut illa in quorũ diffinitionibus nõ ponitur materia. Et quia in iſtorum diffinitionibus ponitur materia, quæ ſunt ſimul accepta cum materia,non autem in alijs, ꝗ ideo quæcũq; ſunt ſimul ſumpta ſpecies cũ materia ⁊ .i.quæcunq; ſignificãt aliquid cõpoſitũ ex materia & forma, vt ſimũ,aut æneus circulus,hmõi corrumpuntur in partes materiales,& pars iſtorũ eſt materia. Illa vero quæ nõ concipiuntur in intellectu cum materia,ſed ſunt oĩno ſine materia, ſicut illa quæ pertinent ſolum ad rõnẽ ſpeciei & formæ, illa vel nõ corrumpunt̃ oĩno, vel non corrũpuntur ꝗ taliter ⁊ .i.per reſolutionẽ in aliquas partes materiales. Quædã enim formæ ſunt quæ nullo mõ corrũpuntur, ſicut ſubſtantiæ intellectuales per ſe exiſtentes. Quædã vero formæ nõ per ſe exiſtentes,corrũpunt̃ per accidens,corrupto ſubiecto. Quare patet ꝙ hmõi ptes materiales ſunt principia & partes eorum ꝗ quæ ſunt ſiũ ipſis ⁊ .i. quæ ab eis dependent, ſicut dependet totũ ex partibus ex quibus cõponitur. Non autem ſunt partes nec principia ſpeciei. Et ꝓpter hoc cõpoſitum, vt ſtatua lutea,corrũpit̃ ꝗ reſoluta in materiam ⁊ .i. in lutũ,& ſphæra ænea,in æs,& Callias qui eſt homo particularis,in carnẽ & oſſa. Et ſimiliter circulus particularis cõſtans ex his lineis diuiſis,corrũpitur in inciſiones. Sicut enim Callias eſt aliquis hõ qui cõcipitur cum materia indiuiduali,ita circulus cuius ſunt partes iſtæ inciſiones, eſt aliquis circulus particularis qui concipitur cũ indiuiduali materia. Hoc tñ differũt,quia ſingulares hoies habent nomen proprium. Vnde nomen ſpẽi non æquiuocat̃ ad indiuidua,ſed nomen circuli æquiuoce dicitur de circulo ꝗ qui ſimpliciter ⁊ .i. vniuerſaliter dicit̃,& de ſingulis particularibus circulis. Et hoc iõ,qa ſingulis particularibus circulis nõ ſunt noĩa poſita, ſed noĩa poſita ſunt ſingulariũ hominũ. Attendendũ eſt autẽ ꝙ nomen ſpẽi non æquiuoce ꝑdicatur de indiuiduo,ſm ꝙ ꝑdicat de eo cõem naturam ſpẽi. Prædicaretur autẽ æquiuoce de eo,ſi predicaretur inquãtum ſignificaret hoc indiuidnum,put hmõi. Si em̃ dicam,Socrat.eſt homo,non æquiuocatur nomen hoĩs. Sed ſi hoc nomẽ homo,imponatur alicui ſingulari homini vt proprium nomen, æquiuoce ſignificabit ſpeciem, & hoc indiuiduum. Et ſimiliter de nomine circuli,quod æquoce ſignificat ſpeciem & hunc circulum.

Lectio.x.

Dictum eſt igitur & nũc ipſum. Attamen quibuſdã repetitis,dilucidius dicamus oportet. Quæ nãq; rõnis ſunt partes,& in quas ratio ipſa diuiditur, eæ ſane aut oĩs aut aliquæ ſunt priores. Nõ autẽ anguli recti ratio,in rõnem acuti, ſed acuti ratio in rectũ diuiditur. Qui nanq; acutum diffinit,vtitur recto. Acutus enim minor eſt recto. Similiter circulus, & ſemicirculus ſeſe habere videt. Semicirculus enim

circulo

A circulo diffinitur. Et digitus etiam toto. Digitus.n. talis eſt hois pars. Quare partium eæ quidẽ quæ vt materia ſunt,& in quas vt in materiã totum diuiditur,poſteriores ſunt ſane. Eæ vero quæ vt cõmunis ipſius eiuſq; ſubſtantiæ, quæ rationi accõmodatur ſunt partes,aut omnes ſunt,aut nõnullæ priores.

Text.2.35. parte.1.

DIctum eſt igitur & nunc ipſum verum, & cauſam amplius manifeſtius dicemus repetẽtes. Nam quęcunq; ſunt rõnis partes, & in quas diuidit ratio,hæ ſunt priores,aut omnes, aut quædã. Recti vero ratio nõ diuiditur in acuti rõnem, ſed quæ eſt acuti,in quæ eſt recti. Vtitur autem diffinitẽ acutũ, recto. Minor enim recto acutus. Similiter autem & circulus,& ſemicirculus ſe habent. Semicirculus em̃ diffinitur circulo. Et digitus toto. Talis enim hominis pars digitus. Quare quęcunq; ſunt partes vt materia,& in quæ diuiditur vt materiã, ſunt poſteriora. Quæcunq; vero vt rationis & ſubſtantiæ ſm rationem,priora,aut omnia,aut quædam.

B

Explanat ꝙ ſuperius poſita, ſolutio manifeſta,

QVIA ſolutio ſuperius poſita non erat vſquequaq; manifeſta,nondũ enim oſtenderat qũo partes ſunt priores & poſteriores, nec iterum diſtinxerat cõpoſitum vniuerſale à particulari,nec etiã ſpeciẽ à forma,ideo hic ſolutionẽ ſuperius poſitã explanat. Diuiditur autẽ in partes duas. In prima explanat ſolutionẽ ſuperius poſitam. In ſcḋa docet qualiter ſit ad qõnẽ applicanda,ibi: ꝗ Interrogationi vero obuiare. ⁊ Prima diuiditur in duas. Primo ſoluit qõnem quãtum ad hoc ꝙ ꝗſitum fuit de prioritate partium. Scḋo quãtũ ad hoc ꝙ quæſtum fuit vtrum partes diffiniti intrent diffinitionẽ,ibi: ꝗ Sed rõnis partes. ⁊ Prima diuiditur in duas. Prima oſtendit qũo partes ſunt priores toto. Scḋo manifeſtat per exemplũ, ibi: ꝗ Quoniã vero. ⁊ Dicit ergo primo, ꝙ id quod ſuperius eſt dictum in ſolutione ꝓpoſita,verum quidẽ eſt in ſe, tñ repetendum eſt vt amplius fiat manifeſtum,quãtum ad hoc quod dictũ eſt. Oportet em̃ ꝙ oẽs partes rõnis & in quas ratio diuiditur, ſint priores diffinito,vel omnes,vel quędã. Et hoc dicitur propter hoc ꝙ partes formæ qñq; non ſunt de neceſſitate ſpẽi,ſed de pfectione,ſicuti vſus & auditus quæ ſunt partes animæ ſenſibilis,non ſunt de integritate vel neceſſitate aĩalis. Poteſt enim eſſe animal ſine his ſenſibus. Sunt tamẽ de perfectione aĩalis, quia animal perfectum, hos etiã ſenſus habet. Et ſic vniuerſaliter eſt verum, ꝙ illæ partes quę ponũtur in diffinitione alicuius,ſunt vniuerſaliter priores eo. Sed acutus angulus,quãuis ſit pars recti, nõ tñ ponitur in diffinitione eius,ſed eõuerſo. Non enim ratio recti anguli reſoluitur in diffinitionẽ acuti,ſed econuerſo. Qui em̃ diffinit acutũ,vtitur recto diffinẽdo. Angulus enim acutus eſt angulus minor recto. Et ſimilr eſt de circulo & ſemicirculo qui diffinitur per circulũ. Eſt enim media pars circuli. Similiter eſt de digito & hoie qui ponitur in diffinitione digiti. Diffinitur enim digitus ꝙ eſt talis pars hominis. Dictum eſt enim ſupra ꝙ partes formæ ſunt partes rõnis,non autem partes materiæ. Si igitur ſolæ partes rõnis ſunt priores,non autẽ materiæ,ſequit̃ ꝙ quæcunq; ſint partes diffiniti,ſicut materia,in quã.ſ.reſoluitur diffinitũ, vt compoſitum in materialia principia ſunt poſteriora. ꝗ Quęcũq; vero ſunt partes rõnis & ſubſtãtię quæ eſt ſm rationem ⁊ .i.partes formæ ſcḕm quã ſumitur ratio rei, ſunt priora toto,aut omnia,aut quædam, ratione ſuperius dicta. Deinde cum dicit.

C

Cum autem animalium anima ſit forma ipſorum (id eſt enim ſubſtantia animantis: quod ſubſtãtia eſt ad rõnem accõmodata) & forma atq; quidditas corporis talis, Nã pars vniuſcuiuſq; ſi recte diffiniatur nõ ſine munere officioq; diffinietur, quod quidem ei non cõpetet abſq; ſenſu, huius ꝓfecto partes, aut oẽs,aut quædam ipſo toto priores ſunt animali, & in ſingulis ſimili modo. Corpus autẽ eiuſq; partes, hac poſteriores ſubſtãtia ſunt,& in has vt in materiã non ſubſtantia ſane,ſed totũ ipſum diuidit̃. Hæ igit̃ tum priores tum nõ priores ſunt ipſo toto. Cum ſeparantur enim nequeũt eſſe. Non enim qui quouis modo ſeſe habet,digitus eſt aĩalis, ſed qui mortuus eſt,noſe tantũ,non ratione digitus eſt. Nõnulę autem vna cũ ipſo pereunt toto, quæ quidem ꝓcipuæ partes ſunt, eaq; maxime, in qua ratio ipſa ſubſtantiaq; inſidet primo, ſi illa cor aut cerebrũ ſit. Nihil enim refert hoc,an illud rõnem ſubeat talẽ. Homo vero,& equus,& iſtiuſmodi cætera in ipſis ſunt ſingulis. Vniuerſalis autẽ non eſt ſubſtãtia, ſed quoddã totum ex hac ratione atq; hac materia eſt, vt vniuerſale. Singulare vero iã ipſe Socrates ex materia eſt extrema, & in cæteris ſimili modo. Eſt igitur & forma pars ipſius inquam quidditatis, perinde atque ipſius quoq; totius, quod quidem ex forma, atque ipſa materia conſtat.

D

E

F

Quoniã vero animaliũ anima eſt forma ipſorũ, (hæc enim ſubſtantia eſt animati, quæ ſm rationem ſubſtãtia eſt) & ſpecies,& quodquideratẽſie tali corpori vniuſcuiuſq;. Pars enim ſi diffiniatur bene,non ſine opere diffinietur, quod non exiſtet ſine ſenſu. Quare hmõi partes priores,aut omnes,aut quędam ſimul toto aiali. Et ſm vnũquodq; ita ſimiliter. Corpus vero & hmõi partes,poſteriores ſunt hac ſubſtãtia. Et quod diuiditur in hæc vt in materiã, nõ ſubſtãtia,ſed ſimul totum. Eo quidẽ igitur quod ſimul totum,priora hæc,eſt vt ſic, eſt autem vt non. Neq; enim poſſunt eſſe ſeparata. Neq; enim quocũq; modo ſe habẽs,digitus animalis,ſed æquiuocus q mortuus. Quædam vero ſimul,quæcunq; principalia,& in quo ratio & ſubſtantia. Puta ſi hoc cor, aut cerebrum. Nihil enim differt vtrũ tale. Homo autem & equus & quæ ita in ſingularibus,vniuerſaliter autẽ, non ſunt ſubſtantia,ſed ſimul totum quoddã ex materia hac, & hac ratione, & vniuerſaliter. Singulare vero ex vltima materia, Socrates iam eſt. Et in aliis ſimiliter. Pars igitur quidem eſt & ſpeciei. Speciem autem dico quodquideratẽſſe, & ſimul totius eius quod ex ſpecie & materia ipſa.

parte.1.

G

H

Hic accipe materiã vltimã eẽ id quo ꝓius ſingule eſt ſinguläre, ergo ꝓmu indiuiduationis ꝓncipium. Declarat qđ dixerat ꝙ exẽpla. Hic accipe poſſe aliq̃ per ſe inuẽ eẽ diffiniri in obliquo.

Exponit quod dixerat per exempla dicens, ꝙ anima animalium cum ſit ſubſtãtia animati ſm rõnem id eſt forma animati,à qua aĩatum habet priorã rõnem, ꝗ eſt ſubſtantia ⁊ .i.forma, & ſpẽs,& quodqderatẽſſe ꝗ tali corpori ⁊ .ſ.organico. Corpus enim organicũ nõ poteſt diffiniri niſi per animã. Et ſm hoc aĩa dicitur ꝙ quideratẽſſe tali corpori. Et ꝙ hoc ſit verũ,patet per hoc ꝙ ſi aliqs bene diffiniat cuiuſcũq; aĩalis partẽ,nõ poteſt eam bene diffiniri niſi per ꝓpriam operationẽ. Sicut ſi dicatur ꝙ oculus eſt pars aĩalis per quã videt. Ipſa autẽ operatio partium nõ exiſtit ſine ſenſu vel motu vel alijs operationibus partium animę. Et ſic oportet ꝙ diffniens aliquã partẽ corporis, vtatur aĩa. Et quia ita eſt, oportet ꝙ partes huius.ſ.animæ ſint priores,vel oẽs ſicut in perfectis aĩalibus, vel quędã ſicut in imperfectis aĩalibus ꝗ ſimul toto ⁊ .i.eo quod eſt cõpoſitũ ex aĩa & corpore. Et ſimiliter eſt ſm vnũquodq; aliud, qa ſemꝑ oportet ꝙ partes formales ſint priores quolibet cõpoſito.

Universidad de Deusto
Biblioteca

posito. Sed corpus & ptes corporis sunt posteriores ¶ hac substantia ☞ .i. forma quæ est anima, cum oporteat animā in eius diffinitione poni, vt iam dictū est. Et id quod diuiditur in partes corporis vt in materiā, nō est ¶ ipsa substātia, ☞ .i. forma, sed ¶ simul totum, ☞ .i. cōpositum. Patet igitur ꝙ partes corporis sunt priores ¶ simul toto ☞ .i. cōposito quodāmodo, & quodāmodo nō. Sūt quidē priores sicut simplex cōpositio, inquantum animal cōpositū ex eis cōstituitur. Sunt autē nō priores ſm modum quo dicitur esse prius id, quod potest esse sine alio. Nō enim partes corporis possunt esse separatæ ab aīali. Nō enim digitus quocunq; modo se habēs est digitus. Illæ enim qui est decisus vel mortuus nō dicit digitus nisi æquiuoce, sicut digitus sculptus uel depictus. Sed ſm hāc cōsiderationē hmōi partes sunt posteriores cōpositio animali, quia animal sine digito esse pōt. Sed quędā partes sunt, quæ licet nō sint priores toto animali hoc mō prioritatis, quia non possunt esse sine eo, sunt tū ſm hanc considerationē simul, qa sicut ipsę partes nō possunt esse sine integro animali, ita nec integrū animal sine eis. Hmōi autē sunt partes principales corporis, in quibus primo cōsistit ¶ forma ☞ .i. anima. s. cor, vel cerebrum. Nec ad ꝓpositum differt quicquid tale sit. Sciendum tū ꝙ hoc cōpositum quod est aīal vel homo, pōt dupliciter sumi, vel sicut vniuersale, uel sicut singulare. Sicut uniuersale quidem, sicut hō & animal. Sicut singulare, vt Socrat. & Callias. Et ideo dicit ꝙ homo & equus & ꝙ ita sunt in singularibus, sed vniuersaliter dicta sicut homo & equus ¶ non sunt substantia, ☞ .i. nō sunt solum forma, sed sunt simul totum quoddā cōpositū ex determinata materia & determinata forma, non quidē vt singulariter, sed vniuersaliter. Hō enim dicit aliquid cōpositum ex anima & corpore, non autē ex hac aīa & hoc corpore. Sed singulare dicit aliquid cōpositum ¶ ex vltima materia, ☞ .i. materia indiuiduali. Est enim Socrat. aliquid cōpositū ex hac anima, & hoc corpore. Et simīr est in aliis singularibus. Sic igitur patet ꝙ materia est pars speciei. Spēm autē hic intelligimus non formā tm̄, sed quodquideratesse. Et patet etiā ꝙ materia est pars eius totius, quod ¶ est ex spē & materia ☞ .i. singularis, qđ significat naturā spēi in hac materia determinata. Est. n. materia pars cōpositi. Cōpositum autē est tam vniuersale q̄ singulare. Deinde cum dicit.

Sed formæ partes, rōnis sunt solum partes: ratio vero est ipsum vniuersale. Esse nāq; circuli atq; circulus, & animę atq; anima, idem est. Ipsius vero iam totius huius, vt circuli huius, & singularium oīno, aut sensibilium, aut intelligibilium, (Atq; intelligibiles quidem, mathematicos ipsos dico: sensibiles autem æreos, ligneosue) non est diffinitio, sed mēte cognoscūtur vel sensu. Quod si ab actu recesserint, non sane patet si sint necne, sed vniuersali rōne semper dicuntur, ac cognoscuntur. Materia vero per se est ignota. Atq; materia, alia est sensibilis, alia intelligibilis. Sensibilis vt æs, lignum, & q̄ est materia mobilis. Intelligibilis, quæ in sensibilibus inest, non vt sensibilia sunt, vt ipsæ res mathematicæ. Quomodo igit̄ de toto ac parte res sese habet, & de priore posterioreue, satis iam explicauimus.

Sed rationis partes, quæ speciei solum sunt. Ratio vero ipsius vniuersalis. Circulo enim esse & circulus, & animæ esse & anima idem. Simul autē, puta circuli huius & singularium alicuius, aut sensibilis, aut intellectualis, (intellectuales autem dico, vt mathematicos: & sensibiles, vt æreos & ligneos) horum autē non est diffinitio, sed cum intelligētia aut sensu cognoscuntur, hoc est cum actu videntur. Abeuntes vero ex actu, non palam vtrum quidē sunt, aut non sunt, sed semper dicuntur & cognoscuntur vniuersalis ratione. Materia quidem ignota ſm se. Materia vero alia sensibilis, alia intellectualis. Sensibilis quidē vt æs & lignum, & quælibet mobilis materia. Intellectualis vero quæ in sensibilibus existit, non inquantum sensibilia, vt mathematica. Quo modo igitur habet de toto & parte, & priore & posteriore, dictum est.

Ostendit quæ partes debeant poni in diffinitione. Cum enim ostēsum sit quæ partes sunt speciei, & quæ partes indiuidui, quia materia cōiter sumpta est pars speciei, hęc autem materia determinata, est pars indiuidui, manifestū est ꝙ solum illæ partes sunt partes rōnis quæ sunt partes spēi, nō autē quæ sunt partes indiuidui. In diffinitione enim hominis ponit caro & os, sed non hæc caro & hoc os. Et hoc ideo quia rō diffinitiua non assignat nisi vniuersaliter. Cū enim quodquideratesse sit idem cum eo cuius est, vt supra ostensum est, illius tm̄ erit diffinitio quæ est ratio significās, quodquideratesse, quod est idē cum suo quodquideratesse. Hmōi autē sunt vniuersalia & nō singularia. Circulus em̄ & id quod est circulo esse, sunt idē. Et similiter anima, & id quod est animæ esse. Sed ipsoꝝ quæ sunt cōposita ex spē & materia idiuiduali, sicut circuli huius, aut alicuius aliorum singularium, horū non est diffinitio. Nec differt vtrum singularia sint sensibilia vel intelligibilia. Singularia quidem sensibilia sunt sicut circuli ærei & lignei. Intelligibilia singularia sunt sicut sunt circuli mathematici. Quod autem in mathematicis consideretur aliqua singularia, ex hoc patet, quia considerant ibi plura vnius speciei, sicut plures lineæ æquales, & plures figuræ similes. Dicunt autem intelligibilia hmōi singularia ſm ꝙ absq; sensu comprehenduntur per solā phantasiā, quæ q̄dā intellectus vocat ſm illud in tertio de Anima. ¶ Intellectus passiuus corruptibilis est. ☞ Ideo autē singularium circuloꝝ non est diffinitio, quia illa quoꝝ est diffinitio, cognoscuntur per suā diffinitionē. Sed singularia nō cognoscūtur nisi dum sunt sub sensu vel imaginatione, quæ hic intelligentia dicitur, quia res cōsiderat sine sensu sicut intellectus. Sed hmōi singulares circuli ¶ abeuntes ab actu, ☞ .i. recedentes ab actuali inspectione sensus, quātum ad sensibiles, aut imaginationis, quātum ad mathematicos, non est manifestū, vtrum sint, inquātum sunt singulares. Sed tamen semper dicuntur & cognoscunt̄ per rōnem vniuersalis. Cognoscūtur enim hi circuli sensibiles etiam q̄n non actu videntur, inquantū sunt circuli, non inquātum sunt hi circuli. Ratio autē huius est, quia materia quæ principium est indiuiduationis, est ſm se ignota, & non cognoscitur nisi per formā à qua sumitur ratio vniuersalis. Et ideo singularia nō cognoscunt̄ in sua absentia nisi per uniuersalia. Materia autē non solum est principiū indiuiduationis in singularibus sensibilibus, sed etiā in mathematicis. Materia enim alia est sensibilis, alia intelligibilis. Sensibilis quidē vt æs & lignum, vel ēt quælibet materia mobilis, vt ignis & aqua, & huiusmodi omnia. Et à tali materia indiuiduātur singularia sensibilia. Intelligibilis vero materia est, quę est in sensibilibus, non inquantū sunt sensibilia, sicut mathematica sunt. Sicut em̄ forma hōis est in tali materia, quæ est corpus organicū, ita forma circuli vel trianguli est in hac materia quæ est continuum, vel superficies, vel corpus. Cōcludit igitur ꝙ dictum est, qūo se habet de toto & parte, & de priori, & ¶ de posteriori ☞ .i. cuius pars sit pars, & quomodo sit prior, & quomodo posterior. Partes enim materiæ indiuiduæ sunt partes compositi singularis, non autē speciei, nec formæ. Partes autem materiæ vniuersalis, sunt partes speciei, sed nō formæ. Et quia vniuersale diffinitur & nō singulare, ideo partes materiæ indiuidualis non ponuntur in diffinitione,

nitione, sed solum partes materiæ cōis, simul cum forma vel partibus formæ. Deinde cum dicit.

Ad interrogationem autē cum quispiā interrogauerit, vtrū sit prius, rectus ne, & circulus, atq; animal: an partes ex quibus cōstat, & in quas quoq; diuiditur: non simpliciter respondendū. Nā si anima sit animal, aut animās, aut cuiusq;, vnūquodq;: & circulus circuli esse, & rectus itidē esse: atq; substātia recti aliqua pars, atq; aliquo toto posterius est dicēda: vt illa quæ est ipsius singularis, atq; aliquo recto. Et enim est rectus, & hisce q est æneus atq; materiæ particeps, & etiā qui ex lineis singularibus constat. At hisce qui est expers materiæ, posterior quidē rōnis, prior autē singularibus partibus est dicēdus. Simpliciter autē non est dicēdus. Sin vero aia sit diuersa, & non sit animal, hoc quoq; pacto, alię partes, priores, aliæ non priores dicendæ sunt, vti diximus.

Interrogationi vero obuiare est necesse, qñ quis interrogat, vtrū rectus, & circulus, & animal priora, aut in quas diuiduntur & ex quibus sunt partes, qa non simpliciter. Si quidem enim est anima aīal, aut animatū, aut vnūquodq; quę vniuiq; : & circulus, ꝙ circulo esse: & rectus, ꝙ recto esse: & substātia recti, quid quidem, & quo dicendum est posterius: puta his quæ in rōne, & quæ recto vniuersali. Etenim hic quidem est materia qui æneus rectus, & qui in lineis singularibus. Hic autē sine materia, his q̄ in rōne, posterior. Eis vero q̄ in singularibus partibus, prior. Simpliciter autē non dicendum. Si vero altera, & non est anima animal: & si hoc quidem dicendum, hoc autem non dicendum, sicut dictum est.

Adaptat solutionē propositam qōni prius motæ dicēs, ꝙ necesse est obuiare per prędictā solutionē interrogationi qñ quis interrogat, vtrū rectus angulus, & circulus, & animal sint priora partibus, aut ecōuerso partes in quas huiusmodi diuiduntur, & ex quibus cōponuntur, sunt priores. Dicendū ꝙ non est simpliciter respondendū. Est enim duplex opinio. Quidā enim dicunt ꝙ idē est tota species & forma, sicut aīa quod homo. Quidā autē ꝙ nō, quia homo est cōpositum ex anima & corpore. Et ſm vtrāq; opinionem est diuersimode rīndendum. Si enim idē est anima ꝙ animal vel animatum, aut similiter vnūquodq; est idem cum forma vniuscuiusq;, vt circulus idē cum forma circuli, & rectus angulus idē cum forma recti, dicendū est determinando quid sit posterius, & quo sit posterius, quia ſm hoc partes materiæ sunt posteriores his, quæ sunt in rōne, & sunt etiam posteriores ¶ aliquo recto ☞ .s. recto cōi, sed sunt priores recto singulari. Hic enim rectus qui est æneus, est cum materia sensibili. Et hic rectus qui est cū lineis singularibus, est cum materia intelligibili. Sed ille rectus qui est ¶ sine materia ☞ .s. cōis, erit posterior partibus formæ q̄ sunt in rōne, sed erit prior partibus materię, q̄ sunt partes singularū. Nec erit ſm hanc opinionē distinguere inter materiā cōem & indiuidualē. Sed tū simpliciter nō erit rīndendum, qa erit distinguendū inter ptes materiæ & partes formæ. Si autē alia opinio sit vera. s. ꝙ anima sit aliud q̄ aīal, sic erit dicendū, & non dicendum partes esse priores toto, sicut determinatū est prius. Secūm enim hanc opinionē docuit superius distinguere non solū inter materiā & formā, sed inter materiā cōem quæ est pars speciei, & inter materiā indiuidualem quæ est pars indiuidui. Lectio. xj.

Dubitatur etiā non iniuria, quæ nam sint ipsius formæ, & quæ non formæ, sed ipsius simul sumpti partes. Atq; si hoc non sit manifestū, fieri nō potest, vt quodq; diffiniat̄. Vniuersalis enim ipsius, & formę est diffinitio. Si igitur manifestū non sit quænā partium subeunt, & quæ non subeūt materiæ rationem, neq; ratio ipsius rei profecto patebit.

Dvbitatur autem merito quæ speciei sunt partes, & quæ non, sed simul sumpti. Hoc enim non manifesto existente, nō est diffinire vnūquodq;. Vniuersalis enim & speciei est diffinitio. Quę igitur sunt partium vt materia, & quæ non, si non fuerint manifestæ, nec ratio erit manifesta quæ rei.

IN ITSA parte determinat quādam dubitationem, quæ poterat oriri ex solutione ꝓmissæ qōnis. Distinxerat enim soluendo præmissam qōnem inter partes spēi, & partes indiuidui, quod est cōpositum ex specie & ex materia. Et ideo hic quærit quæ sint partes speciei, & quæ nō. Diuidit̄ ergo ista pars in partes tres. In prima determinat hanc dubitationē. In secunda ostēdit quid restat dicendū, ibi: ¶ Vtrū autem præter materiam. ☞ Tertio recapitulat ea quæ dicta sunt, ibi: ¶ Quid quidem igit̄ est quodquiderat. ☞ Circa primum tria facit. Primo mouet dubitationem. Secūo soluit, ibi: ¶ Quæcunq; quidem igitur &c. ☞ Tertio solutionē manifestando colligit, ibi: ¶ Palam autem &c. ☞ Dicit ergo primo ꝙ cum dictum sit ꝙ partes speciei ponunt̄ in diffinitionibus, non autē partes cōpositi ex specie & materia, merito dubitat̄ quæ sunt partes spēi, & quæ non sunt partes speciei ¶ sed simul sumpti ☞ .i. indiuidui, in quo simul sumit̄ natura speciei cum materia ipsa indiuiduante. Si enim hoc non sit manifestum, non poterimus aliquid recte diffinire, qa diffinitio nunquā est rei singularis, sed solum vniuersalis, vt supra dictum est. Et inter vniuersalia ꝓprie est species quæ cōstituit̄ ex genere & differentia, ex quibus omnis diffinitio cōstat. Genus enim nō diffinitur, nisi etiā sit species. Vnde patet ꝙ nisi sciatur quę pars sit sicut materia, & quæ nō est sicut materia, sed sicut ad spēm ipsam ptinens, non erit manifestum qualis debeat esse diffinitio rei assignanda, cū non assignet̄ nisi speciei, & oporteat in diffinitione speciei partes speciei ponere, & nō partes quæ sunt posteriores specie. Deinde cum dicit.

Quæ igitur in diuersis specie fiunt, vt circulus in ære, lapide, atque ligno, ea manifesta esse videntur. Neq; enim æs, neq; lapis, substantiæ quicquā est circuli, propterea quod separatur ab ipsis. Quæ vero non cernūtur seiungi, ea perinde sese habere vt illa, nihil prohibere videtur. Fit enim perinde atq; si circuli omnes ænei cernerentur. Non enim æs ob hoc magis formæ pars esset. Hæc tamen ipsa difficile est excipere mente. Hominis enim forma in carnibus, ossibus, talibusue partibus consistere semper videt̄. Sunt ne igitur hæc formæ rationisue partes? An nō sunt, sed materiæ? Verum quia nō & in aliis inest, idcirco separare non possumus.

Quæcunq; quidē igitur videtur facta in diuersis specie, vt circulus in ære, & lapide, & ligno: hæc quidem manifesta esse videntur, quia nihil circuli substantiæ æs, neq; lapis, propter separari ab ipsis. Quæ vero nō videnť separari, nihil prohibet similr̄ his se habere, vt si circuli oēs videant̄ ænei. Nihil. n. vtiq; minus erat æs speciei. Hoc autē auferre mēte est difficile, vt hoīs spēs semper in carnibus apparet, & ossibus, & talibus partibus. Vtrum igitur & sunt partes huius spēi & rōnis, aut nō, sed materiæ? Sed quia non & in aliis fiunt, non possumus separare.

Soluit

Universidad de Deusto
Biblioteca

I Solutio Platonicorũ quãtum ad sensibilia. parte.4. Parte.7. parte.3.

Soluit propositã dubitationem, & circa hæc tria facit. Primo ponit solutionem ſm opinionẽ Platonicorũ. Secũdo improbat eam, ibi: ◁ Accidit itaq; vnam. ▷ Tertio soluit ſm suam ſententiã, ibi: ◁ Quare oĩa reducere. ▷ Circa primum duo facit. Primo soluit propositã dubitationẽ quãtum ad sensibilia. Secũdo quãtũ ad mathematica, ibi: ◁ Quãautem. ▷ Primo ergo dicit q̃ in quibuſdam manifeſtum eſt, q̃ materia nõ ſit pars ſpeciei, ſicut in oĩbus illis q̃ manifeſte apparẽt fieri in materijs diuerſis ſm ſpẽm, ſicut circulus inuenit fieri in ære & in lapide & in ligno. Vnde manifeſtum eſt q̃ neq; æs, neq; lapis, neq; lignum, eſt aliquid de ſubſtãtia circuli, quaſi pars exiſtat huius ſpeciei quę eſt circulus. Eſt autẽ hoc manifeſtũ ꝓpter hoc quod circulus à quolibet iſtorũ ſeparatur. Nihil autẽ poteſt ſeparari ab eo quod eſt pars ſpeciei. Sed q̃dam ſunt quorũ ſpecies non inueniuntur fieri in diuerſis materijs ſecũm ſpeciẽ, ſed ſemper in eiſdem. Sicut ſpecies hoĩs, quantũ ad hoc q̃ viſibiliter apparet, nõ inuenitur niſi in carnibus & oſſibus. Nihil tñ phibet, vt ẽt iſta quę nõ videntur à ꝓpria materia ſeparata, ſimiliter ſe habeant ad ſuas materias ſicut illa q̃ eſſe pñt in diuerſis materijs, & ab vnaquaque earũ ſeparari. Si .n. ponerẽmus q̃ nõ viderẽt ſenſibiliter aliquę circuli niſi ex ære, nihilominus tũ ſic eſſet pars ſpeciei circuli æs. Et licet tunc nõ ſepararetur circulus actu ab ære, ſepararet tamẽ mente, quia ſpecies circuli poſſet intelligi ſine ære, ex quo æs nõ eſſet pars ſpeciei circuli, licet difficile ſit mẽte auferre & ſeparare abinuicẽ quę actu nõ ſeparanť. Nõ. n. eſt hoc niſi illorũ q̃ per intellectũ ſupra ſenſibilia eleuari poſſunt. Et ſimiliter ſi hominis ſpecies ſemper apparet in carnibus & oſſibus & talibus partibus, oportet quęrere, vtrum iſtę partes ſint ſpeciei humanæ ◁ & rationis, ▷ .i. diffinitionis hominis: aut non ſunt partes ſpeciei, ſed ſolum materia ſpeciei, ſicut æs circuli. Sed q̃a talis ſpẽs non fit in aljs partibus materialibus q̃ in iſtis, ideo de facili nõ poſſumus ſeparare hominẽ per intellectum à carnibus & oſſibus. Videtur enim eadem ratio eſſe hic & in circulo, ſi omnes circuli eſſent ænei. Deinde cum dicit.

L

Quoniam autẽ hoc quidẽ fieri poſſe videtur, obſcurum autẽ eſt quãdo fieri poteſt, dubitare quidã & in circulo, & triangulo iam videnť, atq; innuere non oportere lineis, atq; continuo diffiniri, ſed vniuerſa perinde hęc dici atq; hominis carnes, oſſaue dicuntur: & circuli etiam æs, & lapis. Atq; in numeros vniuerſa reducuntur. Et lineæ rationẽ duorũ rõnem inquiunt eſſe. Eoꝝ etiam qui dicunt ideas eſſe, qdã dualitatem inquiunt ipſam lineã eſſe, quidã ipſam lineæ formã. In quibuſdam enim idem eſſe aiunt formam, & id cuius eſt forma: vt dualitatem, formãq; dualitatis. In linea vero non ita eſſe.

M Tex. 7.58. Parte.3.

Quoniam autẽ hoc videtur contingere, immanifeſtum autẽ quando. Dubiant autem quidam in circulo & in trigono, quaſi non ſit cõpetens, lineis diffiniri & cõtinuo, ſed omnia hæc ſimiliter dici ac ſi ſint carnes & oſſa hominis: & æs, & lapis circuli: & referunt oĩs ad numeros, & lineę rõnem eã quæ duoꝝ eſſe dicũt. Et ideas dicẽtiũ, hi quidẽ ipſammet lineam dualitatẽ. Hi autem ſpeciem lineæ. Quidam ſpeciẽ eandem, & cuius ſpecies: vt dualitatem, & ſpeciem dualitatis: in linea vero non adhuc.

Solo ſecũm Platonicos quantũ ad mathematica,

Procedit vlterius, pſequendo opinionẽ prætactã quantum ad mathematica dicẽs, q̃ quia videť hoc cõtingere in aliquibus. ſ. q̃ materia non ſit pars ſpeciei, cuius ſpecies nõ inueniať niſi in illa materia, ſed non eſt manifeſtum, qũ & in quibus hoc cõtingat, vel nõ cõtingat, ideo aliqui circa hoc dubitant non ſolũ in naturalibus, ſed etiã in mathematicis, vt in circulo & triãgulo. Videť enim eis q̃ ſicut materia ſenſibilis nõ eſt pars ſpeciei in naturalibus, ita etiã q̃ materia intelligibilis nõ ſit pars ſpeciei in mathematicis. Materia autẽ figurarum mathematicarũ intelligibilis, eſt cõtinuũ, vt lineæ vel ſuperficies. Et ideo vult q̃ linea non ſit pars ſpeciei circuli vel trianguli, quaſi non ſit cõpetens q̃ triangulus & circulus diffiniantť per lineas & continuũ, cum nõ ſint partes ſpeciei, ſed omnia iſta ſimiliter dicanť ad circulum & triangulũ, ſicut carnes & oſſa ad hominẽ, & æs & lapides ad circulum. Remouendo autem à triãgulo & circulo continuũ qđ eſt linea nihil remanet niſi vnitas & numerus, quia triangulus eſt tres lineas habẽs, & circulus vnã. Et ideo quia lineas nõ dicũt eſſe partes ſpeciei, referũt omnes ſpecies ad numeros, dicentes q̃ numeri ſunt ſpẽs mathematicoꝝ omnium. Dicũt enim q̃ ratio duorũ eſt rõ lineæ rectę, ꝓpter hoc q̃ linea recta duobus punctis terminatur. Sed circa hoc inter platonicos ponẽtes ideas, eſt differentia quædã. Quidã enim non ponẽtes mathematica media inter ſpecies & ſenſibilia, dicẽtes ſpecies eſſe numeros, dicunt ipſam lineam eſſe dualitatem, quia non ponunt lineam mediam differentem à ſpecie lineæ. Quidam vero dicunt q̃ dualitas eſt ſpecies lineæ, & non linea. Linea enim eſt quoddam mathematicum medium inter ſpecies & ſenſibilia, & dualitas eſt ipſa ſpecies. Et ſecũm eos in quibuſdam non differunt ſpecies, & cuius eſt ſpecies, ſicut in numeris, quia ipſas ſpecies dicebãt eſſe numeros. Vnde idem dicebant eſſe dualitatem & ſpeciem dualitatis. Sed lineæ hoc non accidit ſm eos, quia linea iam dicit aliquid participans ſpeciem, cum multæ lineæ inueniantur eſſe in vna ſpecie, quod nõ eſſet ſi ipſamet linea eſſet ipſa ſpecies.

N

Platonici oĩs ſpẽs referũt ad numeros.

O Varia expoſitio Platonicorũ circa mathematica.

Deinde cum dicit.

Accidit igiť formam vnam multorum eſſe, quorum ſpecies diuerſa eſſe videtur: quod quidẽ & Pythagoricis accidebat.

P parte.4.

Accidit itaq; vnã multorũ eſſe ſpẽm, quorũ ſpẽs videtur eſſe altera. Quod & Pythagoricis accidit.

Improbat prædictam ſolutionẽ, & ponit tres rationes, quarum prima eſt. Si ſoli numeri ſint ſpecies, omnia iſta q̃ participant vno numero participãt vna ſpecie. Multa autem ſunt diuerſa ſpecie quæ participãt vno numero. Vnus enim & idem numerus eſt in triãgulo propter tres lineas, & in ſyllogiſmo ꝓpter tres terminos, & in corpore ꝓpter tres dimenſiones. Accidit igitur multorũ ſpecie diuerſorũ eſſe vnã ſpeciem. Quod non ſolum Platonicis, ſed etiã Pythagoricis accidit, qui etiam ponebant naturam omnium rerum eſſe numeros. Secundam ponit ibi.

Improbatio dicti

Et inſuper fieri poteſt, vt cæteris inde extruſis, vna omnium tantũm forma efficiatur.

Parte.5. Q

Et contingit omnium vnam facere per ſe ſpeciẽ, alia vero non ſpecies.

Quæ talis eſt. Si carnes & oſſa nõ ſunt partes ſpeciei humanę, nec lineæ ſpeciei triãguli, pari rõne nulla materia eſt pars ſpeciei. Sed ſm Platonicos in numero dualitas attribuitur materiæ, vnitas aũt ſpeciei, ergo ſola vnitas eſt ſpecies. Dualitas autẽ, & per conſequens oĩs alį numeri tangẽs materiã implicantes, non erunt ſpecies. Et ſic vna tñ erit ſpecies omnium rerum. Tertiam ponit ibi.

Et tamẽ hoc pacto omnia vnum erunt. Ea igitur quæ ad diffinitiones attinẽt, dubitationem habere, & quã ob cauſam, ſatis iam diximus.

Tex. 68. Parte.6.

Quãuis ſic vnũ oĩa erunt. Quod quidẽ igitur habent ad dubitationẽ quandã, quæ ſunt circa diffinitiones, & propter cauſam, dictum eſt.

Quæ talis eſt. Illa ſunt vnũ quoꝝ ſpẽs vna eſt. Si igitur omniũ ſpẽs eſt vna, ſequetur q̃ omnia ſint vnũ ſm ſpeciẽ, & non

A & non ſolum quæ videnť eſſe diuerſa. Poteſt tamẽ dici q̃ hoc tertium non eſt alia ratio à ſecũda. Sed eſt inconueniens quod ex ſecunda cõcluſione ſequitur ſecũdæ rationis. Poſita ergo ratione cui præmiſſa ſolutio innitebatur, & poſitis rationibus contra præmiſſam ſolutionem, cõcludit dictum eſſe q̃ illa quæ ſunt circa diffinitiones habẽt dubitationem, & qua de cauſa. Et ſic patet q̃ per omnia præmiſſa oſtendere voluit difficultatem præmiſſæ dubitationis.

Deinde cum dicit.

Quapropter & omnia hoc pacto reducere, atque materia auferre ſuperuacaneum eſſe videtur. Quædam eñ forſitan hoc in hoc ſunt, aut hæc ita ſeſe habentia. Atq; illa comparatio de animali, qua iunior Socrates dicere conſueuit, non recte ſeſe habet profecto. A veritate enim abducit, exiſtimareq; facit fieri poſſe, vt homo ſit ſine partibus, perinde atq; ſine ære circulus eſſe poteſt. Hoc autem non eſt ſimile. Animal enim fortaſſe ſenſibile quiddam eſt: & non fit vt ſine motu, atq; ob hoc ſine ſuis partibus, definito ſeſe habentibus modo, diffiniatur. Non enim quiuis manus pars hoĩs eſt, ſed ea quæ manus officium efficere poteſt. Quare pars eſt ſi animæ particeps ſit: non pars, ſi eiuſdem ſit expers.

B

Parte.7.

Quare omnia reducere ita, & auferre materiam ſuperfluũ eſt. Quædã enim forſan hoc in hoc ſunt, aut ſicut hæc habẽtia. Et parabola de aĩali quã conſueuit Socra. iunior dicere nõ bene ſe habet. Abducit enim a verirate, & facit ſuſpicari quaſi cõtingens ſit hominem eſſe ſine partibus, ſicut ſine ære circulum. Sed hoc non ſimile. Senſibile nanq; forſan aliquid animal, & ſine motu non eſt diffinire. Quare nec ſine partibus ſe habentibus qualitercunq;. Non enim omni modo hominis eſt pars manus, ſed potens opus perficere. Quare animata exiſtens pars, non animata vero non pars.

C

Soluit ꝑmiſſam qõnem ſm propriã ſententiã, & primo quantũ ad naturalia, ſecũdo quantum ad mathematica, ibi: ◁ Circa mathematica. ▷ Dicit ergo primo q̃ ex quo prędicta incõuenientia ſequitur remouẽtibus à ſpecie rei omnia quæ ſunt materialia, ſiue ſint ſenſibilia, ſiue nõ, patet ex dictis q̃ ſuperfluum eſt omnes ſpecies rerum reducere ad numeros vel vnitatem, & auferre totaliter materiam ſenſibilem & intelligibilem ſicut Platonici faciebant. Quia quædam ſpecies rerũ non ſunt formæ ſine materia, ſed ſunt ◁ hoc in hoc forſan ▷ .i. formæ in materia, ita q̃ id quod reſultat ex forma in materia exiſtente ſpecies eſt. Aut ſi nõ ſunt ſicut forma in materia, ſunt ſe habentia ſicut illa quæ habent formam in materia. Proprie enim formam in materia habent naturalia, quibus quodam modo aſſimilatur mathematica, etiam inquantum proportio figuræ circuli vel trianguli ad lineas, eſt ſicut proportio formæ hominis ad carnes & oſſa. Et ideo ſicut ſpecies hominis non eſt forma aliqua ſine carnibus & oſſibus, ita circuli vel trianguli non eſt aliqua forma ſine lineis. Et ideo parabola quam conſueuit dicere de animali Socrat. iuniorem, non ſe bene habet. Videtur autem ipſum Platonem Socratem iuniorem nominare, quia in omnibus libris ſuis introducit Socratẽ loquentẽ propter hoc, q̃ fuerat magiſter eius. Opinionem autem Platonis de materialitate naturalium ſpecierũ vocat parabolam, quia fabulis aſſimilatur quæ componunť ad aliquã ſententiam metaphorice inſinuandam. Propter quod in tertio ſuperius dixit, q̃ hæc opinio aſſimilať opinionibus fingentium deos eſſe, & q̃ formæ eorũ ſunt ſicut formæ humanę. Ideo autẽ ꝓdicta opinio nõ bene ſe habet, quia ducit extra veritatem, in eo quod facit opinari q̃ hoc modo cõtingat eſſe hoĩem ſine pũbus materialibus. ſ. ſine carnibus & oſſibus, ſicut contingit circulũ eſſe ſine ære, quod manifeſte nõ pertinet ad ſpẽs circuli. Sed hoc nõ eſt ſimile. Non enim ſimiliť ſe habet hõ ad carnes & oſſa, ſicut circulus ad æs, quia circulus nõ eſt aliquod ſenſibile ſecũm ſuã rõnem. Põt enim intelligi ſine materia ſenſibili. Vnde æs, qđ eſt materia ſenſibilis, non eſt pars ſpẽi circuli. Sed aĩal videť eſſe quoddã ſenſibile. Nõ enim põt diffiniri ſine motu. Animal enim diſcerniť à non aĩali ſenſu & motu, vt patet in .j. lib. de Anima. Et ideo nõ poteſt diffiniri animal ſine partibus corporalibus habentibus ſe aliquo mõ debito ad motum. Non enim manus eſt pars hoĩs quocũq; mõ ſe habens, ſed qñ eſt ſic diſpoſita q̃ poteſt perficere opus manus, quod nõ poteſt facere ſine anima, quę eſt principiũ motus. Quare oportet q̃ manus cuiuſcunq; ſit pars hominis, ſecũm quod eſt animata. Secundũ vero q̃ eſt inanimata, nõ eſt pars, ſicut manus mortua uel depicta. Vnde oportet q̃ partes tales quæ ſunt neceſſaria ad perficiẽdum operationem ſpeciei propriam, ſint partes ſpeciei, tam quæ ſunt ex parte formæ, quam quæ ſunt ex parte materiæ.

D

E

Nõ ſimiliť diffiniũtur mathematica & naturalia.

Tex. cõ. 17 Lib. 2. Tex cõ. 13

F

Deinde cum dicit.

Circa vero mathematica cur rationes nõ ſunt rationũ partes, vt ipſius ſemicirculi circuli? Nõ enim ſenſibiles ſunt. An nihil refert? Erit enim & non ſenſibilium quorundam ſane materies, eituſq; oĩs quod non eſt quidditas & per ſeipſum forma, ſed hoc aliquid. Non igitur vniuerſalis circuli, ſed ſingulariũ hi partes erũt, vt antea diximus. Eſt enim materies, alia ſenſibilis, alia intelligibilis.

parte.8.

Circa mathematica autẽ quare nõ ſunt partes rõnes rõnum, vt circuli hemicyclať Non enim ſunt ſenſibilia. Horũ autẽ nihil differt. Erit eñ materia quorundã & nõ ſenſibiliũ. Et oĩs quod non eſt quodqd erateſſe, & ſpẽs eadẽ ſm ſe, ſed hoc aliqd. Circuli qđ igiť nõ erit eius qui vniuerſalis, ſingularium vero erunt partes, ſicut dictũ eſt prius. Eſt enim materia hæc quidem ſenſibilis, hæc autem intellectualis.

G

Soluit qõnẽ quãtum ad mathematica. Videť enim poſt ſolutionẽ de naturalibus poſitã, adhuc relinqui ſub dubio de mathematicis. Dixerat enim q̃ cum animal ſit ſenſibile, non poteſt diffiniri ſine partibus ſenſibilibus, ſicut circulus poteſt diffiniri ſine ære, quod eſt ſenſibilis materia. Et ideo circa mathematica quęritur ◁ quare rationes, ▷ .i. diffinitiones partium, non ſunt partes rõnum totorũ, ſicut quare ◁ hemicycla, ▷ .i. ſemicirculi non ponuntur in diffinitione circuli. Non enim poteſt dici q̃ hæc. ſ. hemicycla ſint ſenſibilia, ſicut æs eſt ſenſibilis materia. Sed ſoluit q̃ hoc nihil differt quãtum ad ꝓpoſitũ, vtrũ. ſ. partes materiæ ſint ſenſibilia vel nõ ſenſibilia, quia etiã non ſenſibilium eſt aliqua materia intelligibilis. Et talis materia q̃. ſ. nõ eſt pars ſpẽi, eſt oĩs eius quod nõ eſt qđquiderateſſe & ſpẽs, eadẽ ſm ſe, ◁ ſed eſt hoc aliquid ▷ .i. particulare aliquod demonſtratũ, quaſi dicat. In oĩo quod non eſt ipſa ſua ſpẽs, ſed eſt aliquod indiuiduũ determinatũ in ſpẽ, oportet eſſe aliquas partes materiæ quæ non ſunt partes ſpeciei. Socrat. enim quia nõ eſt ipſa ſua humanitas, ſed eſt habens humanitatẽ, ideo habet in ſe partes materiales quæ nõ ſunt partes ſpẽi, ſed quæ ſunt partes huius materiæ indiuidualis quæ eſt indiuiduationis principium, vt has carnes, & hæc oſſa. Et ſimiliť in hoc circulo ſunt hæ lineę q̃ nõ ſunt partes ſpẽi. Vnde patet q̃ hmõi nõ ſunt partes circuli qui eſt vniuerſalis, ſed ſunt ptes ſingularium circulorũ, ſicut dictũ eſt prius. Et ꝓpter hoc ſemicirculi nõ ponunť in diffinitione circuli vlis, qa ſunt ptes ſingulariũ circulorũ, & nõ vlis. Et hoc eſt verũ tã in materia ſenſibili, q̃ i materia intelligibili.

Solutio ſitẽ ꝓpria q̃ ad mathematica.

H

Universidad de Deusto
Biblioteca

I Lectio.10.

Vtroq; enim modo inuenit materia, vt ex dictis patet. Si autē esset aliquē individuū quod esset ipsa sua spēs, sicut si Socra. esset ipsi sua humanitas, non essent in Socra. aliquæ partes q̄ nō essent partes humanitatis. Deinde cum dicit.

Patet autē & animā quidem substantiam primā, corpus autē materiam esse. Hominem vero aut animal id quod ex vtriſq; cōstat, ipm inquā vniuersale. At Socrates aut Coriscus si aīa sit, duplex est. Quidā enim vt animam dicent, quidam vt totum. Sin ſmpliciter hæc anima sit, atq; hoc corpus, vt vniuersale sese habet, sic & singulare sese habet.

parte.9.

Palam autem quod & anima quidem substantia prima, corpus autem materia, homo autem animal quod est ex vtriſq;, vt vniuersaliter. Socra. autem & Coriscus vt singulariter. Siquidē anima dupliciter dicitur, alii nanq; vt animam, alii vero vt totum. Si vero ſmpliciter anima hoc, & corpus hoc, vt quidem vniuersale, & singulare.

K

Declarat solutio per exempla.

Recolligit prædictā solutionē exemplificando eā in animali dicens, palā esse q̄ anima ¶ est substantia prima ┐.i. forma animalis, corpus autē materia, hō autē ¶ aut animal id qđ est ex vtriſq; ┐.ſ.in vniuersali, sed Socrat. & Coriscus qđ est ex vtriſq; in particulari. Quia ¶ aīa dicit dupliciter ┐.ſ.in vniuersali, & particulari, vt aīa, & hęc aīa. Ideo autē oportet qđ significat per modū totius, dict vniuersalr & singulariter, ea rōne quia aīa dicit dupliciter, ga hoc cōpetit ſm vtrāq; opinionē hoium de aīa. Sicut enim suprādictū est, alij dicunt hoīem & animal esse aīam, alij vero dicunt hoīem & aīal nō esse animā, ¶ sed totum ┐.ſ.compositum ex aīa & corpore. Patet ergo q̄ ſm illā opinionē q̄ dicit hoīem esse aīam, anima dicit vniuersaliter & singlr, vt aīa & hæc aīa: & hō etiā dicit vniuersalr & particulariter siue singulariter. ſ.hō & hic homo. Silr etiā ſm hāc opinionē, quæ dicit hoīem esse cōpositum ex aīa & corpore, sequit q̄ si ſmplicia dicūtur vniuersaliter & singularter, q̄ etiam cōpositum dicatur vniuersaliter & singularter. Sicut si anima est hoc, & corpus est hoc, quæ sunt ſmpliciter dicta tanquā partes compositi, q̄ etiam dicatur vniuersale & particulare siue singulare, non solum partes, sed etiam compositum. Deinde cum dicit.

aīa dupliciter & singlr corpus & cōpositū dicitur. Tex. cō.36

L

Vtrum autē præter materies & substantias tales aliqua q̄dā substantia sit, quęrereq; substantiā aliam quandā oporteat, vt numeros, aut aliquid tale, posterius consideremus oportet. Huiusce enim gratia de sensibilibus etiam substantiis enitimur definire. Nā facultatis naturalis secundæq; philosophiæ officiū est, aliquo modo ea cōtemplatio quæ circa substantias sensui subiectas versatur. Non enim de materia solum, sed de substantia etiā quæ ad rationem accommodatur, ac magis philosophum cognoscere naturalem oportet. De diffinitionibus etiam quonam pacto partes sunt, ea quæ in ratione sumuntur, & cur diffinitio vna sit ratio. Patet enim ipsam rem vnum esse, & rem partes habētem vnum quippiam esse, posterius considerandum esse videtur.

M

parte. 10.

Vtrum autē etiam præter materiā talium aliquæ substantiarum aliæ, & oportet quærere substantiam ipsorum alterā quandā, vt numeros, aut aliqđ tale, perscrutandū est posterius. Huius enim gratia & de substātiis sensibilibus tentamus diffinire. Quoniam mō quodā physicæ & scđæ philosophiæ opus, circa sensibiles substātias speculatio. Non enim solum de materia oportet scire physicum, sed & de ea quę ſm rōnem, & magis. In diffinitionibus vero qūo partes quæ in ratione, & quare vna ratio diffinitio. Palam enim qa res vna. Res vero quomodo vna partes habens, speculandum est posterius.

N Tex.cō.

Duo adhuc supersunt determinanda.

Ostendit quid de cætero remaneat determinandū circa substātias, & ponit q̄ duo remanēt determinanda, quorū primū est q̄ cum determinatum sit, q̄ substātia & quodqđ est rerū sensibiliū & materialium sunt ipsæ partes spēi, restat determinare vtrū ¶ taliū substātiarū ┐.ſ.materialiū & sensibiliū sit aliqua substantia p̄ter materiā, ita q̄ oporteat quęrere aliquā substantiā illoꝝ sensibilium alterā ab ea q̄ determinata est, sicut quidā dicunt numeros p̄ter materiā existentes ¶ aut aliquid tale, ┐.i.species vel ideas esse substātias hoiꝝ sensibilium. Et de hoc perscrutandū est posterius. Hæc enim perscrutatio est propria huic scięt̄iæ. In hac enim scięt̄ia tentamus determinare de substātiis sensibilibus ¶ huius gratia, ┐.i.ppter substantias immateriales, qa speculatio circa substantias sensibiles & materiales quodāmodo p̄tinet ad physicā, quę nō est prima philosophia, sed scđa, sicut in quarto habitū est. Prima. n. philosophia est de primis substātijs q̄ sunt substantię immateriales, de qbus speculaē non solū inquantū sunt substātiæ, sed inquantū substātię tales, inquantū. ſ. immateriales. De sensibilibus vero substātijs nō speculaē inquātū sunt tales substātię, sed inquantū sunt substātię: aut etiā entia, vel inquātum per eas manu ducimur in cognitionē substantiarū immaterialiū. Physicus vero ecōuerso determinat de substātijs materialibus nō inquantū sunt substātiæ, sed inquantū materiales & habētes in se principiū motus. Et quia posset aliqs credere q̄ scientia naturalis nō specularet circa totas substātias materiales & sensibiles, sed solū circa materias eoꝝ, ideo hoc remouet dicēs, q̄ physicum nō solū oportet cōsiderare de materia, sed etiā de ea parte ¶ quæ est ſm rationē ┐.ſ.de forma. Et magis etiā de forma q̄ de materia, quia forma est magis natura q̄ materia, vt ꝓbatū est in .ij. physi. Sed̄m vero qđ restat determinandū est, qūo ¶ partes quę sunt in rōne ┐.i.in diffinitione se habēt, vtrū. ſ. sint substantiæ existentes in actu. Et quare ēt diffinitio cū componē ex multis partibus, est vna ratio. Palam enim est q̄ oportet diffinitionē esse vnam tantum rationem, quia res est vna. Diffinitio vero significat quid est res. Sed per qđ aliqua res habens partes efficiatur vna, speculandum est posterius. Deinde cum dicit.

P

Tex.cō.17

C

Dictū est igitur vniuersaliter de quidditate quid nā sit, & quo pacto per se est, & cur quorundā ipsa ratio quidditatis habet rei quę diffinit partes, quorundā non habet. Et in substātiæ quidē rōne partes eas q̄ vt materia sunt, non inesse. Neq; em illius substantiæ, sed totius sunt partes. Atq; huius partim est rō, partim nō est. Cū materia nāq; nō est. Non em est definitū. Per primā autē substantiam est, ceu hoīs est ipsa rō aīæ. Substātia em est ea forma q̄ inest, ex qua & materia ipsa tota substantia dicit esse. Veluti cōcauitas. Ex hac enim nasoq; nasus simus, & simitas est. Bis enim in istis inerit nasus. In tota vero substātia, vt in naso simo, atq; Callia, & ipsa materia inest. Dictum est insuper quidditatē & vnūquodq; idem in quibusdam esse, vt in substantiis primis: ceu curuitatem & curuitatis esse, si ipsa sit prima. Atq; primam eā dico, q̄ non ex eo dicitur, quia aliud in alio inest, & in subiecto velut materia. Quæ vero sunt vt materia, aut vt simul cū materia sumpta, in hisce non esse idem. Neq; per accidens vnū, vt Socrates musicūq; Hæc enim eadem per accidens sunt.

Quid

R

Quid quidem igit̄ est quodquidērateſſe, & quomodo ipſum ſm se de omni, dictū est. Et quare horum quidem ratio quæ eius quodquideratesse, habet partes diffinitiui horum autem, non. Et quod in substantiæ quidem ratione quæ sic partes vt materia, non inerunt. Neq; enim sunt illius partes substātiæ, sed totius. Huius autem est aliqualiter ratio, & non est. Nam cum materia, non est. Indeterminatū enim est. Secundum autē primam substantiā, est: vt hominis quæ animæ ratio. Substantia nanq; est species, quæ inest, ex qua & materia, tota dicitur substantia. Vt concauitas. Nam ex hac & naso, simus nasus, & simitas est. Bis enim & bis inerit nasus. In tota vero substantia aut naso simo, aut Callia, inest & materia. Et quodquideratesse, & vnumquodq; in quibusdam idem, vt in primis substantiis: vt curuitas & curuitati esse, si prima est. Dico autem primam, quæ non dicitur per aliud in alio esse, vt in subiecto vel materia. Quæcunq; vero vt materia, aut concepta cum materia, non idem. Neque secundum accidens vnum, vt Socrates & musicum. Hæc enim eadem secundum accidens.

Tex.7.41.

B

Q

D

Recapitulat ea quæ sunt determinata dicens, q̄ est dictum quid est quodquideratesse, & quomodo id quod est quodquiderat esse, est quod prædicatur de omni, & quod ꝓdicatur ſm se. Et iterum dictum est quare quorundā ratio significans quodquideratesse, continet in se partes diffiniti, sicut diffinitio syllabæ continet literas: & ¶ quorūdam non, ┐ sicut diffinitio circuli non continet semicirculos. Dictum est etiam q̄ ¶ in rōne substantiæ ┐.i. formæ nō ponunt partes q̄ sunt partes substātiæ sicut in materia, quia tales non sunt ¶ partes substantiæ illius ┐.i. formæ, sed partes totius cōpositi. Cuius quidē compositi aliquo modo est diffinitio, aliquo modo non est. Quia si accipiatur ¶ cum materia ┐.i. individuali nō est eius diffinitio: ga singularia nō diffiniuntur, vt supra est habitū. Cuius ratio est, quia talis materia individualis est quid infinitū & indeterminatum. Materia enim nō finitur nisi per formam. Sed cōpositum acceptum ¶ ſm primam substātiam ┐.i. ſm formā, habet diffinitionē. Diffinitur enim cōpositum acceptū in specie non ſm individuum. Sicut autem individuum per materiā individuaē, ita unumquodq; ponitur in sua specie per formā. Non enim homo est homo, quia habet carnes & ossa, sed ex eo q̄ habet animā rationalem in carnibus & ossibus. Vnde oportet q̄ diffinitio speciei accipiat à forma, & q̄ illæ ꝑtes materiæ solū ponant in diffinitione speciei, in qbus primo & principaliter est forma. Sicut ratio hoīs est illa quę est animæ. Ex hoc enim hō est homo, q̄ habet talē animam. Et propter hoc si hō diffinit, oportet q̄ diffiniatur per animā, & q̄ nihilominus in eius diffinitione ponant partes corporis, in qbus primo est aīa, sicut cor aut cerebrū, vt supra dixit. Ipsa nanq; substantia cuius pars nō est materia ¶ est species ┐.i. forma quę inest materiæ, ex qua forma & materia ¶ dicitur tota substantia ┐.i. determinatur & diffinitur. Sicut cōcauitas est quędam forma. Ex ea enim & naso, dicitur nasus simus, & simitas. Et ſmiliter ex anima & corpore, dicit homo, & humanitas. Si enim nasus qui est sicut materia, esset pars curuitatis, tunc cum dicit nasus curuus, bis diceret nasus. Semel enim diceretur ꝓprio nomine, & semel prout includ ret in diffinitione curui. Si tamē poneret in eius diffinitione sicut pars essentiæ curuitatis, non quasi ex additione, vt supradictū est. Quāuis autē materia non sit in essentia formæ, est tn in tota substantia cōposita. Sicut curuitas est in naso simo, & etiā materia individualis est in Callia. Dictū

Tex.2.31.

Tex.2.35.

Tex.68.34

E

est etiā superius q̄ quodquideratesse vniuscuiusq;, est idē cū eo cuius est. Quod quidē est ſmpliciter verū in qbusdam, sicut ¶ in primis substātijs ┐.i. in immaterialibus. Sicut ipsa curuitas est idē cum eo quodqđerat curuitatis, si in curuitas est de primis substantijs. Quod quidē dicit, qa etiā curuitas videt esse forma in materia, licet nō in materia sensibili, sed intelligibili q̄ est ipm continuū. Vel ſm aliā literā ¶ quę prima est ┐ Est enim q̄dā curuitas prima sicut curuitas, q̄ est in spēbus ſm Platonicos, in qbus spē- Lectio.5
bus cōiter est verū q̄ quęlibet est idē cum suo quodquidest. Alia autē curuitas quæ est in rebus sensibilibus vel in mathematicis, nō est prima. Vnde non est idē quod suum quodquideratesse. Dicit autem exponendo, q̄ primā substantiam hic nominat nō substantiam particularem, sicut in prædicamētis, sed quæ nō dicitur per hoc q̄ aliud sit in alio ¶ sicut in subiecto & materia ┐.i. illæ res q̄ sunt formæ non in materia, sicut substantiæ separatæ. Quæcunq; vero sunt sicut materia, vel etiā sunt concepta cū materia, F
sicut cōposita quę habēt in sui rōne materiam, in istis non est idē quodquideratesse, & id cuius est. Nec etiā est vnum in his quæ dicunt ſm accidens, sicut Socrates & musicus sunt idē per accidēs. Attendendum est autē q̄ ab hac sententia quā posuerat. ſ. quodqđest, idem cum unoquoq; cuius est, duo. Hic excipit. ſ. illa quæ dicuntur per accidens, Lectio.5.
& substantias materiales, cum superius non exceperit nisi illa quæ dicunt per accidens. Oportet autē nō solū ista excludi, ſm etiā substantias materiales. Sicut enim suprādi- Tex.66.35
ctū est, quodquideratesse est id quod significat diffinitio, diffinitio autē non assignatur individuis, sed speciebus, & ideo materia individualis quæ est individuationis principium, est p̄ter id quod est quodquideratesse. Impossibile est autē in rerum natura esse spēm nisi in hoc individuo. Vnde oportet q̄ qualibet res naturæ si habeat materiam quæ est pars speciei, quæ est pertinēs ad quodquidest, q̄ ēt habeat materiā individualem, quæ non pertinet ad quodquidest. Vnde nulla res naturæ si materiā habeat, est ipm quodquidest, sed est habens illud. Sicut Socrat. non est humanitas, sed est humanitatem habens. Si autem esset possibile esse hominem cōpositum ex corpore & anima, qui non esset hic homo ex hoc corpore & ex hac animā cōpositus, nihilominus esset suum quodquideratesse, quamuis haberet materiam. Licet autem homo p̄ter singularia non sit in rerum natura, est tamen in ratione: quæ pertinet ad logicam considerationem. Et ideo superius vbi logice considerauit de quodquideratesse, non exclusit substantias materiales, quin in illis etiam esset idem quodquidest, cum eo cuius est. Homo enim cōmunis est idem cum suo quodquidest, logice loquendo. Nunc autem postquā tam descendit ad principia naturalia quæ sunt materia & forma, & ostendit quomodo diuersimode comparātur ad vniuersale & particulare quod subsistit in natura, excipit hic ab eo quod supra dixerat idem esse quòd quidest cum vnoquoque, substantias materiales in rerum natura existentes. Relinquitur autem quòd illæ substantiæ quæ sunt formæ tantum subsistentes, non habent aliquid per quod individuentur, quod sit extra rationem rei vel speciei significantem quodquidest. Et ideo in illis ſmpliciter verum est, quòd quælibet illarum est suum quodquideratesse. Lectio.xij.

In primis substātijs q̄dquidest, non est hoc cū eo cuius est in rebus materialibus, sec" in abstractis.

G

H

Nunc autem primum id dicamus oportet, quod in resolutiuis de diffinitione non diximus. Ea namque dubitatio quæ ibi non pertractata est, ad ea sane quæ nunc de substantia dicimus, accommodatur vehementerque conducit. Dico autem hanc dubitationem, propter quid res diffinienda, est vnum: cuius rationem, diffinitionem dicimus esse: vt hominis hoc, animal inquā bipes. Sit enim ipsius hæc

Universidad de Deusto
Biblioteca

I ratio. Propter quid igitur hoc, vnum est, sed nō plura, animal & bipes?

Tex. cō. 43 parte. 1.

NVnc autē dicamus primū, inquantum in analyticis de diffinitione non dictum est. In illis enim dubitatio dicta, prōpere rōnibus de substātia est. Dico aūt hanc dubitationē, ꝓpter quod qdē vnū est, cuius rōnem diffinitionē esse dicimus: vt hois, aīal bipes. Sit enim hæc ipsius ratio. Propter quod itaq; hoc vnum est, sed nō multa, animal & bipes?

Parte. seq. Parte. 5.

POSTQVAM ostendit Philosophus quæ partes in diffinitione ponuntur, hic inquirit quomodo diffinitio ex partibus existens, posit esse vna: & circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationē. Secundo obijcit ad vtrāq; partem, ibi: ☾ In hoc nanq; hō. ☽ Tertio soluit quæstionem, ibi: ☾ Oportet autem intendere &c. ☽ Dicit ergo ꝙ nunc primum debet dicere de diffinitione, id quod non est de ea dictum ☾ in analyticis, ☽ id est in libro posteriorū. Ibi enim mota est quædā dubitatio de diffinitione, & non soluta, quam oportet hic soluere ☾ quia est prōpere rōnibus de substātia ☽ .i. qa solutio huius quæstionis est præneccssaria ad ea quæ sunt de substātia determinānda, de qua est principalis intētio huius scientiæ. Est aūt ista dubitatio, quare illud cuius diffinitio est tō, ☾ est vnū ☽ .i. quodqd est. Diffinitio enim tō est significās quodqdest, sicut diffinitio hois est animal bipes. Ponat enim ꝙ hæc sit eius diffinitio. Quare igit hoc quod dicitur animal bipes est vnū, & non multa? Deinde cum dicit.

K In scdo posteriorum.

Quæstio vtr diffinitio sit quid vnum.

Homo enim & albū multa quidem sunt, cum alterum alteri non ineſt. Sed cum ineſt, atq; subiectum, id est homo, albedine est affectū, est vnū: tunc enim vnum fit, atq; est albus homo. Hic autem alterum, alterius non est particeps. Genus enim non particeps differentiarum esse videtur. Idem enim contrariorum simul particeps esset, quippe cum differentiæ sint contrariæ, quibus differt genus.

L

parte. 2.

In hoc nāq; hō & album multa quidem sunt, cum alterū nō insit alteri: vnū vero qñ ineſt, & patit aliquid subiectū, homo tunc enim vnū fit, & est albus homo. Hic autem nō participat alterum altero. Genus autē non videt participare differentias. Simul enim cōtrariis idem participaret. Nam differentiæ contrariæ sunt, quibus differt genus.

Arguit ad ptē negatiuā q̄stiōis. parte. 4. parte. 3.

M

Obijcit pro vtraq; parte, & primo ad ostendendū ꝙ ex eis non fiat vnum. Scdo ad contrariū, ibi: ☾ Oportet autē vnū. ☽ Circa primū duo facit. Primo ostēdit ꝙ ex genere & differētia non fit vnum. Scdo ꝙ nec ex pluribus differētijs, ibi: ☾ Si vero & participat. ☽ Dicit ergo primo, ꝙ in hoc quod est homo & album, ista duo sunt multa, qñ alterū eorū non ineſt alteri. Si enim albū non insit homini, tūc homo & albū nullo modo sunt vnū. Vnū vero sunt, qñ alterum eorū ineſt alteri, & subiectū quod est hō ☾ patitur alterum ☽ .i. suscipit hanc passionē quæ est albū. Tunc autē ex his duobus fit vnū per accidens, quod est albus hō. Ex his accipit ꝙ ex duobus quorū vnum non ineſt alteri, non fit vnū. Sed ☾ hic ☽ .s. cum dicit animal bipes, ☾ alterum eorū ☽ .s. animal non participat ☾ altero ☽ .s. bipede, sicut hō albus participat albo. Et hoc ideo, qa aīal est genus, bipes vero differentia. Genus vero nō videt participare differētijs. Sequeret enim ꝙ idē participaret simul cōtrarijs. Differētiæ enim sunt cōtrariæ ☾ quibus genus differt ☽ .i. per quas genus diuiditur. Et qua ratione participaret vna, participaret alia. Si aut est impossibile ꝙ idem participet contraria, impossibile erit ꝙ ex genere & differentia fiat vnum. Deinde cum dicit.

Quod si & est particeps, eadem erit ratio, si differentiæ plures sint, vt greſsibile bipes expers alarum. Cur enim hæc vnum sunt, sed non plura? Non enim propterea sunt vnum, quod insunt. Hoc enim pacto ex omnibus erit vnum.

N

Parte. 5.

Si vero & participat, eadem ratio si sunt differentiæ plures: vt greſsiuum, bipes, non alatum. Quare nāq; hoc vnum, sed non multa? Non enim quia insunt. Nāq; sic ex omnibus erit vnum.

Ostendit ꝙ ex pluribus differētijs non potest fieri vnū, dicens ꝙ si detur genus participare aliquo modo differentia, prout .s. animal nō accipitur in sua cōmunitate, sed cōtrahitur per differentiam ad speciem, & sic per cōsequens ex genere & differentia fieri vnū, tamen adhuc erit eadē rō ad ostendendū ꝙ diffinitio nō significat unū, si sunt plures differētiæ in diffinitione positæ. Sicut si ponantur in diffinitione hois istæ tres differentiæ, quarū prima sit greſsibile vel habens pedes, scda sit bipes, tertia vero non alatum. Non enim poterit dici quare ista sunt vnum & nō multa. Non enim est sufficiens ad hoc ratio, quia insunt vni, puta aīali quod est hō. Sic enim sequeret ꝙ omnia essent unum. Sequeret enim ꝙ oia accidētia quæ insunt alicui subiecto, essent vnum per se. Sic enim loquimur de vno & adinuicē & ad subiectum. Et cum ea quę accidunt vni subiecto accidant etiā alteri, sequeretur ꝙ illa duo subiecta etiā essent vnum, puta nix & cygnus quibus ineſt albedo. Et sic deducendo sequeretur ꝙ omnia essent vnum. Non ergo pōt dici ꝙ ex pluribus differētijs fiat vnū, etiā dato ꝙ ex genere & differentia fiat vnū. Et sic ex duabus partibus videt ꝙ diffinitio non significet vnum. Deinde cum dicit.

Arguit ex pluribus differētijs ꝙ nō fiat vnū

O

Sin autem, vnum oportet ea esse quæ in ipsa sunt diffinitione. Diffinitio nanq; ratio quędam est vna, substantiaue. Quare vniuscuiusq; ipsam rationē esse oportet. Etenim substantia vnum quid, atq; hoc aliquid significat, vti diximus.

P

parte. 4.

Oportet autem vnum esse quæcūq; in diffinitione. Diffinitio enim ratio quædam est vna, & substantia vna. Quare vnius alicuius oportet ipsam esse rationem. Etenim substātia vnum quidem, & hoc aliquid significat, vt diximus.

Arguit ꝙ parte alia inutilis.

Obijcit incontrarium ostendens ꝙ diffinitio significet vnum, dicens ꝙ oportet quæcunq; diffinitione ponuntur esse vnum. Et hoc ideo, quia diffinitio est vna ratio, & id quod significatur per ipsam, est substantia rei. Vnde oportet ꝙ diffinitio sit ratio significatiua vnius alicuius, quia substantia rei quam diffinitio significat, est vnum quid. Et etiam supra dictum est, ꝙ diffinitio significat hoc aliquid, vbi ostensum est ꝙ diffinitio est proprie substantiarum. Deinde cum dicit.

Lectio. 4.

Q

Atqui primum de diffinitionibus per diuisiones conficiendis, considerare oportet. Nihil enim aliud in diffinitione esse videtur, nisi id quod primo dicitur genus, & differentiæ ipsæ. Cætera vero genera sunt, primum inquam & differentię sumptæ cum illo. Veluti primū quidem genus est animal, hæret autem animal bipes, & post hoc rursus est animal bipes expers alarum. Similis erit ratio & si per plura dicatur. Omnino enim nihil interest per multa, an per pauca dicat. Quare neq; & si per pauca etiā duo dicatur, vbi alterum erit differentia, alterum genus. Veluti huius animal bipes, animal quidē est genus, alterū vero est differētia. Si igitur genus absolute nō est ꝑter ea quæ sunt, vt generis spēs: aut si est quidem,

A est quidē, est autē vt materies: (etenim vox quidem genus est & materia) differētię vero ipsas species elementaq; ex ipsa conficiunt, patet diffinitionē rationem eam esse, quæ ex differentiis constat.

Tex. cō. 43 Parte. 5.

Oportet autē intendere primū de his q̄ fm diuisiones diffinitionibus. Nihil enim aliud est in diffinitione, q̄ primū dictū genus & differētiæ. Alia vero genera sunt primū, & cum hoc cōprehensæ differentię: vt primū animal, habitū vero animal bipes, & iterum aīal bipes non alatū. Similiter autē & si per plura dicatur. Omnino vero nihil differt per plura, aut per pauca dici. Quare nec per pauca, aut per duo. Duorum ergo, hoc quidem differentia, illud vero genus. Vt eius quod animal bipes, animal quidem genus: differentia autem, alterum. Si ergo genus simpliciter non est præter eas quæ vt generis species, aut ii est quidem, vt materia est, (vox enim genus est & materia) differentiæ autē species & elementa ex hac faciūt, palam quia diffinitio est ex differentiis ratio.

B

Parte. seq. Ostēdit ꝙ ex genere & differētia fit vnum.

Soluit præmissam qōnem ostendens ꝙ diffinitio significet vnum, & circa hoc duo facit. Primo ostēdit quomodo ex genere & differētia fit vnum, ibi: ☾ At vero oportet diuidi. ☽ Dicit ergo primo, ꝙ ad inuestigandum vnitatē diffinitionem, oportet primum intendere de diffinitionibus quæ dantur scdm diuisionem generis in differentias. Istæ enim sunt diffinitiones veræ, in quibus nō est aliud q̄ primum genus & differentiæ. Dantur enim & quædam diffinitiones per aliqua accidentia, vel per aliquas ꝓprietates, vel etiā per aliquas cās extrinsecas, q̄ non significant substantiā rei. Et ideo hmōi diffinitiones nō sunt ad ꝓpositū, cum hic agat de diffinitionibus ad substātias rerū inuestigādas. Ideo aūt dico ꝙ in diffinitione est primū genus cū differētijs, quia & si aliqñ in diffinitionibus ponant aliqua genera intermedia inter genus primū quod est generalissimum, & spēs vltimas quę diffiniunt, tñ illa genera media nihil aliud sunt q̄ genus primum, & differentiæ cōprehēsę in intellectu generis medij ☾ cum hoc ☽ .i. cum genere primo. Sicut si in diffinitione hois ponat animal, quod est genus intermedium, patet ꝙ aīal nihil aliud est q̄ substātia q̄ est genus primū cum aliqbus differentijs. Est enim animal substātia animata sensibilis. Et simil si intelligamus primum genus esse animal ☾ habitum bipes, & iterum tertiū genus, animal bipes nō alatū. ☽ Et similiter si aliquod genus per plures differentias determinat. Semper enim posterius genus cōprehendit prius cū aliqua differētia. Et sic patet ꝙ oīs diffinitio resoluitur in primū genus & aliquas differētias. Omnino autē non differt, vtrum per plura aut per pauca diffiniat aliquod diffinitum. Quare non differt, vtrū per pauca vel per duo, ita ꝙ illorum duorū vnum sit genus & aliud differentia. Sicut eius quod est animal bipes, animal est genus & alterum .s. bipes est differentia. Ostendendū est ergo primo qūo ex istis duobus fiat vnū. Quod sic patet. Genus enim nō est ꝑter ea quæ sunt spēs generis. Non enim inuenit aīal, quod nō sit nec homo nec bos nec aliquid aliud hmōi. Aut si inueniat aliquid quod est genus præter species, sic acceptum vt est ꝑter species, non accipitur vt genus, sed vt materia. Contingit enim aliquod & esse genus aliquoꝝ, & materiam. Sicut vox est genus literarum, & est materia. Et ꝙ sit genus, patet per hoc ꝙ differentiæ additæ voci, faciunt species vocum literatarum. Et ꝙ etiā sit materia patet, quia ☾ ex hac ☽ .s. ex voce ☾ faciunt elementa ☽ .i. literas, sicut aliquid fit ex materia. Sciēdum est autē ꝙ licet idem fm nomen posit esse genus & materia, nō tamen idem eodē modo acceptū. Materia em est pars integralis rei, & ideo de re prædicari nō pōt. Non enim potest dici ꝙ homo sit caro & os. Genus autē prædicat de specie. Vnde oportet ꝙ significet aliquo modo totum. Sicut enim propter hoc ꝙ est innominata priuatio, aliqñ simplici nomine materiæ significatur materia cum priuatione, vt supra dictū est, ꝙ æs accipitur pro ære infigurato, cum dicimus ꝙ ex ære fit statua, ita etiam quando forma est innominata, simplici nomine materiæ, intelligit compositum ex materia & forma, non quidē determinata sed cōmuni, & sic accipitur vt genus. Sicut enim compositū ex materia & forma determinata est spēs, ita cōpositū ex materia & forma cōmuni est genus. Et hoc in pluribus patet. Corpus enim pōt accipi, & vt materia aīalis, & vt genus. Si enim intellectu corporis intelligat subst ātia cōpleta vltima forma, habēt in se tres dimēsiones, sic corpus est genus, & species eius erunt substantiæ perfectæ per has vltimas formas determinatas, sicut per formam auri vel argenti aut oliuæ aut hois. Si vero in intellectu corporis nō accipiatur nisi hoc, quod est habens tres dimēsiones cum aptitudine ad formam vltimā, sic corpus est materia. Et similiter est de voce. Si enim in intellectu vocis includat ipsa vocis formatio in cōmuni fm formā, quæ distinguitur in diuersas formas literarum & syllabarum, sic vox est genus. Si autem in intellectu vocis accipitur solum substantia soni, cui possibile est aduenire prædictā formationē, sic vox erit materia literarū. Ex quo etiā patet ꝙ vox fm quod est genus, non pōt esse sine speciebus. Non enim potest esse sonus formatus, quin aliquā determinatam formam habeat huius vel illius literæ. Sed si omnino careret forma literali prout est materia, sic inueniretur sine literis, sicut æs inuenitur absq; his quæ fiunt ex ære. Si ergo prædicta sunt vera, palam est ꝙ diffinitio est quædam ratio ex differentijs vnitatem habens, ita ꝙ tota essentia diffinitionis, in differentia quodā modo comprehēditur. Ex hoc enim animal quod est genus, non potest esse absq; speciebus, quia formæ specierum quæ sunt differentiæ, non sunt aliæ formæ à forma generis, sed sunt formæ generis cū determinatione. Sicut patet ꝙ animal est quod habet animā sensitiuam. Hō autē est quæ habet animā sensitiuam ☾ talem ☽ .s. cum ratione. Leo vero qui ☾ habet talem ☽ .s. cū abundātia audacię. Et sic de alijs. Vnde cum differētia addit generi, non addit quasi aliqua diuersa essentia à genere, sed quasi in genere implicite contenta, sicut determinatū cōtinetur in indeterminato, vt albū in coloraro. Per quod etiam soluitur ratio superius inducta, quia nihil prohibet idem genus in se cōtinere diuersas differentias, sicut indeterminatum cōtinet in se diuersa determinata. Et etiā propter hoc soluitur, quia non hoc modo aduenit differentia generi, vt diuersa essentia ab eo existens, sicut aduenit album homini. Deinde cum dicit.

C

Contingit aliquid esse genus & materiam alterius vero non sic.

D

Hic Ant. ꝙ ex genere & differētia fit vnū vt dicit. xv

Soluit rō prima scdā ꝑte negatiua.

E

F

G

H

At vero differentia etiam in differētiam diuidat oportet, ceu differentia est animalis, pedes habere. Rursus igitur animalis pedes habentis vt pedes habet, differentia percipiatur oportet. Quare non est dicendū habentis pedes, aliud particeps alarū, aliud expers esse, si dicere qspiā recte velit. At faciet hoc, si diuidere accōmodate non posit. Sed hoc pacto dicatur oportet, aliud sectos pedes, aliud non sectos habere. Hæc enim ad pedē, accōmodata est differentia. Quippe cum pedum sectio quædam sit (vt patet) differentia pedis. Atq; hoc pacto semper proficiscendum est, quousq; ad ea perueniatur quæ differentia carent. Ac tot species tunc pedis emergent, animaliaque pedes habentia, quot sunt ipsius differentiæ pedis.

At vero & oportet diuidi differētię differētiā, vt

parte. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

animalis differentia est pedalitas. Itē aialis hūtis pedes differentiā oportet scire, inquātū habēs pedes. Quare nō est dicendū habentis pedes aliud alatum, aliud nō alatū, si quidē bene dicit. Sed propter non posse facier hoc. Sed si aliud habēs scissos, aliud non scissos pedes. Hæ nāq; sunt differētię pedis. Nā scissio pedis, pedalitas q̄dam est. Et sic semper vult p̄cedere, donec vtiq; veniat ad non differētia. Tunc autem erunt tot species pedis, quot differentiæ, & pedes habentia animalia æqualia differentiis.

Ostendit q̄ nec etiam multitudo differentiarū impedit vnitatem diffinitionis, & circa hoc duo facit. Primo ostendit qualiter debeant sumi in diffinitione multæ differētiæ. Secūdo ostendit q̄ si differētiæ debito modo sumanē, nō impediet multitudo differentiarum vnitatem diffinitionis, ibi: ¶ Si itaq;. ⁊ Dicit ergo primo, q̄ in diffinitionibus in quibus sunt multæ differentiæ, oportet nō solum diuidi genus in differentiā, sed etiā diuidi differentiā primam in differentiā secūdam. Sicut animalis differentia est pedalitas, ſm quā animal dicitur habens pedes vel gressibile. Sed quia etiā hæc differentia multipliciter inuenitur, ttertiū oportet scire differentiā animalis habentis pedes, quæ sic differētia eius ¶ inquantum est habens pedes ⁊. ſ. per se & nō per accidens. Et ideo quia habenti pedes accidit habere alas, nō est dicendum diuidendo differentiam, q̄ habentis pedes, aliud est alatū, aliud non alatum, si homo bene velit dicere diuisionē differentiarum. Sed tamen q̄nq; aliquis diuidens differentias ¶ facit hoc ⁊ vt. ſ. diuidat per ea quæ sunt ſm accidens, ppter hoc q̄ non potest inuenire proprias & per se differētias. Aliq̄n enim necessitas cogit, vt vtamur loco per se differentiarū differentijs per accidens, inquantū sunt signa quædam differentiarum essentialium nobis ignotarum. Sed hoc modo est hæc differentia dividenda ¶ habēs pedes ⁊. Cuiusmodi animaliū, aliud est habēs pedes scissos, & aliud nō scissos. Istæ enim ¶ sunt differētiæ pedis ⁊ scilicet scissum & nō scissum. Et ideo habēs pedes scissos, per se diuidet hanc differentiā quæ est habens pedes. Scissio enim pedis est ¶ est quædā pedalitas ⁊. i. hęc differentia quæ est habere pedes scissos, est quoddam contentum sub hoc quod est habere pedes, & habent se adinuicē sicut determinatum & indeterminatum, sicut diximus de genere & differentia. Et ita semper p̄cedendum est in diuisione differentiarum, donec diuidens ¶ veniat ad non differentia ⁊. i. ad vltimas differentias, quæ non diuiduntur vlterius in alias differētias. Et tunc tot erūt species pedis, quot differentiæ, & species animaliū habentium pedes æquales differentijs. Quælibet enim indiuidualis differentia cōstituet vnā speciem specialissimam. Deinde cum dicit.

Quæ cū ita sint, patet vltimā differentiā, substantiam rei, diffinitionēq; esse, si non oporteat sæpe eadem in diffinitionibus dicere. Est enim superuacaneum sane, atq; idipsum accidere sane videtur. Cum enim dicit animal pedes habens, bipes nihil aliud dicit q̄ animal pedes habens, duos habens pedes. Et si hoc diuisione diuidat sua, persæpe idem dicet, & totiens porro quot sunt differentię ipsæ. Si igitur differentia differentiæ fiat, vna erit ipsa inquā vltima species ipsa, atq; substantia rei.

Si itaq; hæc sic se habent, palam qa finalis differentia rei substātia erit & diffinitio, si nō oportet multotiens eadē dicere in terminis. Superfluū enim accidit hoc dicentibus. Nam qñ dicit animal habens pedes, bipes: nihil aliud dixit q̄ animal pedes habēs, & duos pedes habens. Et si hoc diuidat propria diuisione, multotiens dicet & æqualiter differentiis. Si quidem igitur differentiæ differentia fiat, vna erit quæ finalis species & substantia.

Ostendit ex suppositis q̄ multitudo differentiarum nō impedit vnitatem diffinitionis, & circa hoc duo facit. Primo ostendit propositū. Secūdo inducit conclusionē intentā, ibi: ¶ Quare palam &c. ⁊ Circa primum duo facit. Primo ostendit quomodo ex multis differentiis fit vnum, si differētiæ per se sumantur. Secūdo q̄ hoc nō potest esse si sumantur per accidens, ibi: ¶ Si vero ſm accidens. ⁊ Dicit ergo primo, q̄ si sic se habent differentiæ acceptæ in diffinitione ¶ sicut dictum est ⁊. ſ. q̄ semper sumantur per se differentiæ & nō per accidens, palā est q̄ vltima differentia erit tota substantia rei, & tota diffinitio. Includit enim in se oēs præcedentes particulas. Quod enim in differentia includāē genus, ostensum est, ex hoc q̄ genus non est sine differentijs. Sed q̄ vltima includat omnes præcedētes, palam est ex hoc q̄ nisi hoc dicatur, sequitur q̄ oporteat ¶ in terminis ⁊. i. diffinitionibus multotiens eadem dicere. Et hoc erit superfluum & nugatorium. Hoc autem inconueniens ideo accidit, quia si aliquis dicat in diffiniendo animal ¶ habens pedes bipes ⁊ si bipes sit alta differentia ab habente pedes, non includens eam, nihil aliud dixit sic diffiniens q̄ animal habens pedes, duos pedes habens. Bipes enim nihil aliud est q̄ duos pedes habēs, in quo manifeste includit, pedes habēs. Vnde patet q̄ si vtraq; apponat differentia, est nugatio. Et iterum si hoc quod est bipes diuidat aliquis ¶ propria diuisione ⁊. i. per ea quæ sunt per se & nō per accidens, sequet vlterius multotiēs dici idē, & totiēs quot sumunt differentiæ. Vt si dicā q̄ animalis bipedis, aliud est habēs pedes scissos in quinq; digitos, aliud in quatuor: si quis vellet diffiniēs hominē, ponere omnes differentias intermedias, toties repeteret idem, quot differentias apponeret. Diceret enim q̄ homo est animal pedes habens, duos pedes habens, scissos in quinq; digitos. Et quia ista sunt inconuenientia, igitur manifestum est q̄ si in diffinitione accipiantur differētiæ, vna erit vltima. ſ. ¶ quę est species & substantia ⁊. i. quæ substantiā & speciem diffinitę comprehendet, & ab eius vnitate diffinitio erit vna. Deinde cum dicit.

Sin vero per accidens diuisio fuerit, veluti si pedes habētis aliud albū esse dixerit, aliud nigrum, tot differētiæ nimirū quot sunt diuisiones emergent.

Si vero secundū accidens: vt si diuidat, habentis pedes, aliud album, aliud nigrum, tot quot vtique sectiones fuerint.

Ostendit q̄ hoc non pōt dici si differentiæ per accidens sumanē, dicēs q̄ si aliqs in diuidēdo & diffinīēdo accipiat differentiā ſm accidens, sicut si diuidat q̄ habentiū pedes, aliud est albū, aliud est nigrū, tot erunt vltimæ differētiæ, quot factæ sunt diuisiones, quia vna earū alterā non includet. Et de differētijs sic sumptis, p̄cedebat rō superius inducta contra vnitatē diffinitionis. Hmōi enim differentię sic per accidens acceptæ nō essent vnum nisi subiecto, quod non sufficit ad vnitatē diffinitionis. Deinde cum dicit.

Quare patet diffinitionem eam esse rationē, quæ ex differentiis constat, atq; harum ex vltima, si diffinire volumus recte.

Quare palā q̄ diffinitio ratio est, quæ est ex differentijs: & harum ex finali secundum rectum.

Cōcludit ꝓpositū, & circa hoc duo facit. Primo ponit cōclusionē dicēs, q̄ palā est ex p̄dictis q̄ quāuis in diffinitione ponaē genus & differētia, tñ diffinitio est rō ex differētijs tm̄, qa genus nō est p̄ter differētias, vt supra dcm̄ est. Et quāuis ponanē multæ differentiæ in diffinitione, tñ tota diffinitio depēdet & constituitur ex vltima, qñ fit diuisio ¶ secundum

¶ scām rectū ⁊. i. à cōmuniori ad minus cōmune descendo scām per se differentias, & non accipiendo quasi à latere differentias per accidens. Secundo ibi.

Dilucidū autē fuerit, si quispiam ordinē huiusce modi diffinitionū peruerterit, veluti diffinitionem hois: animal bipes, pedes habēs dicēdo. Dicto nanq; bipede, pedes habens superuacaneū esse videtur. In substantia autē ordo nō est. Quomodo enim intelligere aliud posterius, aliud prius oportet. Sed de diffinitionibus per diuisionē conficiendis quales quædam sunt, tot primo sint dicta.

Palam autē erit si quis trālponat tales diffinitiones, vt eam q̄ est hois, dicens aial bipes, pedes habēs: superfluū est habens pedes, dicto bipede. Sed ordo non est in substantia. Quomodo nāq; oportet intelligere, hoc quidem posterius, illud vero prius. De diffinitionibus quidē igitur secundum diuisiones, tot dicantur primum, quales quædam sunt.

Manifestat cōclusionē inductā per quoddam signū dicens, ¶ Palam autē erit ⁊. ſ. q̄ tota diffinitio constituatur ex vltima differētia, ex hoc q̄ si qs trālponat partes talium diffinitionū, sequet incōueniens. Sicut si aliquis dicat diffinitionē hois esse animal bipes, habens pedes. Ex quo enim dictū est bipes, superfluum est apponere, pedes habēs. Sed si diceret primo pedes habens, adhuc restaret inquirendū, vtrum esset bipes, diuidendo pedes habēs. Ex hoc patet q̄ illæ differentiæ ſm q̄ sunt multæ habent inter se ordinem determinatum. Non autē hoc potest intelligi q̄ in substantia rei sit aliquis ordo. Non enim potest dici q̄ hoc substātiæ sit prius, & illud posterius, quia substantia est tota simul & non per successionē, nisi in quibusdam defectiuis, sicut sunt motus & tempus. Vnde patet q̄ multæ partes diffinitionis non significant multas partes essentiæ ex quibus essentia constituaē sicut ex diuersis, sed oēs significant vnū quod determinatur vltima differētia. Patet etiam ex hoc q̄ cuiuslibet speciei est vna tantū forma substātialis, sicut leonis vna est forma per quam est substātia, & corpus, & aiatum corpus, & aīal, & leo. Si enim essent plures formæ ſm oīa prædicta, non possent oēs vna differentia comprehendi, nec ex eis vnum constitueree. Cōcludit ergo finaliter recapitulando, q̄ nunc primo tot sint dicta de diffinitionibus quæ accipiuntē ſm diuisiones generis in differentias, & differētiæ in differentias, quales quædā sunt, qa videlicet sunt ex his quæ prædicant per se, & cōtinentes in se partes speciei, & etiam vnaquæq; est vnum. Hæc enim in præcedentibus de diffinitionibus sunt ostēsa. Dicit autem ¶ primum ⁊ quia in sequentibus de diffinitione & quodquidest, aliqua determinantur. Lectio. xiij.

Cum autē hæc consideratio de ipsa substantia sit, redeamus rursus oportet. Vt subiectum itaq;, & qditas, & quod ex hisce constat substantia dicit: sic & ipsum vniuersale substantia dici solet. Atq; de duobus iam diximus, de quidditate inquā, & de subiecto. Quod quidem subiici dupliciter asseruimus, aut hoc aliquid, quo pacto affectibus subiicitur animal: aut vt materies actui. Videtur autem quibusdam & vniuersale causa maxime atq; principium esse, qua propter & de hoc ipso pertractemus oportet.

QVoniam vero de substantia perscrutatio est, iterum redeamus. Dicitur autem sicut subiectum substantia esse, & quodquideratesse, & quod ex his, & vniuersale. De duobus quidem igitur dictum est. Etenim dictum q̄ quideratesse, & de subiecto. Quia dupliciter subiicitur aut hoc aliquid ens: vt animal passionibus, aut vt materia actui. Videtur autem vniuersale causa quibusdam esse maxime, & esse principium vniuersale. Vnde de hoc tractemus.

POSTQVAM determinauit Philosophus de substantia ſm q̄ substātia dicit quodq; est, hic determinat de substantia ſm q̄ vniuersale à quibusdā dicitur substantia, & circa hoc duo facit. Primo continuat se ad præcedentia. Secūdo prosequitur suam intentionem, ibi: ¶ Videtur autē impossibile. ⁊ Dicit ergo primo q̄ quia in ista scientia est principalis perscrutatio de substantia, oportet iterū redire ad diuisionem substantiæ, vt videatur quid est dictum, & quid restat dicendum. Dicitur autē substātia (vt ex p̄dictis patet) id quod est ¶ tanquā subiectū ⁊. ſ. materia, quæ se habet ad formā substantialem sicut subiectum, quod est substātia completa, ad formam accidentalem. Et alio modo dicit substantia quodq; deratesse, quod pertinet ad formam. Tertio modo dicit substātia ¶ quod ex his, ⁊ id est cōpositum ex materia & forma. Et quarto modo dicitur substantia à quibusdam vniuersale. Hæc autem diuisio substantiæ hic posita, in idem redit cum diuisione posita in principio huius septimi, licet videaē esse diuersa. Ibi enim ponit quatuor. ſ. subiectū, quodquideratesse, & vniuersale, & genus. Et subiectum diuisit in tria. ſ. in materiā & formam & cōpositum. Et quia tam manifestum est q̄ quodq; deratesse se tenet ex parte formæ, ponit quodquideratesse loco formę. Itē quia genus cōmune eadem ratione ponitur substantia qua & vniuersale, vt ostendetur, concludit vtrunq; sub vno modo. Et sic remanent tantū quatuor modi qui hic ponūtur. De duobus ergo istorum modorum dictum est. Dictum est enim de quodquideratesse, & iterum de subiecto, quod dicitur dupliciter. Vno modo sicut id quod est aliquid & ens actu, sicut animal subijcitur suis passionibus, & quæcunque substantia particularis suis accidentibus. Alio modo sicut materia prima ¶ subijcitur actui, ⁊ id est formæ substantiali. De his autem dictum est, vbi ostensum est quomodo partes materiæ pertineant ad speciem vel ad individuum. Sed quia non solum materia & quodquidest, videntur esse causæ, sed etiā vniuersale ¶ quibusdam ⁊ scilicet Platonicis videtur maxime esse causa & principium, ideo ¶ de hoc ⁊. ſ. vniuersali tractabimus in hoc eodem septimo. De substātijs autem compositis & similibus tractabitur in octauo, quarum ea quæ in hoc septimo tractantur sunt quasi principia. Deinde cum dicit.

Impossibile enim esse videē, quoduis vniuersalium substantiā esse. Primo nanq; substantia cuiusq; rei propria cuiusq; esse videtur, quæ quidem (vt patet) nulli alii ineſt. Vniuersale autem est cōmune. Id enim vniuersale dicitur, quod pluribus inesse est aptum. Cuius igitur substantia hoc ipsum erit. Aut enim omnium, aut nullius erit. At omnium esse nō potest, vnius vero si fuerit, & cætera sane hoc erūt. Quorum enim substantia est atq; quidditas vna, & ipsa etiam vnum esse videntur.

Videē enim impossibile esse, substātiā esse quodcūq; vniuersaliter dictoꝝ. Primū enim substātia quę vniuscuiusq;, propria vniuscuiusq;, quę nō ineſt alii, vniuersale vero cōe. Hoc enim dicit vniuersale, qđ pluribus inesse natum est. Cuius ergo substantia hoc erit? Aut enim omnium, aut nullius. Omnium enim non est possibile. Vnius autem si erit, & omnia hæc erunt. Quorū enim vna substantia est, & quodquideratesse vnum, & ipsa vnum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

I Incipit inquirere vtrũ vniuersalia sint substãtiæ, & diuiditur in duas partes. In prima ostendit ꝙ vniuersalia nõ sunt substantiæ, sicut quidã posuerũt. Secõ ostendit quãtum ad quid recte dixerunt hoc ponentes, & quantũ ad qd errauerunt, ibi: ¶ Sed species dicentes hic quidẽ dicunt recte. ⊦ Circa primũ duo facit. Primo ostẽdit in cõi ꝙ vniuersalia non sunt substãtiæ. Secõ spãliter de vno & ente, quæ maxime ponebant esse substantiæ rerum, ibi: ¶ Qm̃ vero vnũ dicitur. ⊦ Prima diuidit in duas. In prima ostẽdit ꝙ vniuersalia nõ sunt substãtiæ. In secta ꝙ non sunt separata, ibi: ¶ Manifestum autẽ ex his. ⊦ Circa primũ duo facit. Primo oñdit vniuersalia nõ esse substãtias ex ea parte qua vniuersalia prædicanẽ de multis. Secõ ex ea parte qua species ex vniuersalibus cõponunt, sicut ex partibus diffinitionis, ibi: ¶ Amplius autem & impossibile & incõuenies. ⊦ Dixerat enim superius in quinto ꝙ genus quodam modo est totũ, inquantũ prædicat de pluribus: & quodãmodo est pars, inquantũ ex genere & differentia constituit spẽs. Circa primũ duo facit. Primo enim ostendit ꝙ vniuersale nõ est substãtia, cum de pluribus p̃dicetur. Secõdo excludit quandã cauillosam responsionẽ, ibi: ¶ Sed an sic quidẽ non cõtingit. ⊦ Sciendum est autẽ ad euidentiam huius capituli ꝙ vniuersale dupliciter potest accipi. Vno modo pro ipsa natura cui intellectus attribuit intẽtionem vniuersalitatis, & sic vniuersalia, vt genera & species, substantias rerũ significant, & p̃dicantur in quid. Animal enim̃ significat substantiã eius de quo p̃dicatur, & homo similiter. Alio mõ potest accipi vniuersale inquantũ est vniuersale, & ꝑm ꝙ natura p̃dicta subest intentioni vniuersalitatis. i. ꝑm ꝙ considerat animal vel homo vt vnũ in multis. Et sic posuerunt Platonici animal & hoiem in sua vniuersalitate esse substãtias. Quod Aristo. in hoc capitulo intẽdit reprobare, ostendens ꝙ animal cõe vel homo cõis non est aliqua substãtia in rerũ natura. Sed hanc cõitatẽ habet formã animalis vel hominis ꝑm ꝙ est in intellectu, q̃ vnã formã accipit vt multis cõem, inquantũ abstrahit eam ab omnibus indiuidũatibus. Ponit ergo ad ꝓpositũ duas rationes circa quarum primã dicit, ꝙ videtur ex sequẽtibus rõnibus impossibile esse, quodcũ ꝙ eorũ quę vniuersaliter p̃dicantur esse substantiã, ꝑm. s. ꝙ in sua vniuersalitate accipitur. Quod primo ꝓbat ex hoc ꝙ substãtia uniuscuiusq; est ꝓpria ei, & nõ ineſt alij. Sed vniuersale est cõe multis. Hoc enim dicit̃ vniuersale quod natũ est multis ineſſe & de multis p̃dicari. Si ergo vniuersale est substãtia, oportet ꝙ sit alicuius substãtia. Cuius ergo substantia erit? Aut enim oportet ꝙ sit substantia oĩum quibus ineſt, aut vnius. Nõ est autẽ possibile ꝙ sit substantia omnium, quia vnũ non potest esse substãtia pluribus. Plura enim sunt quorũ substantiæ sunt plures & diuersæ. Sed si dicatur ꝙ sit substantia vnius eorũ qbus ineſt, sequet̃ ꝙ omnia alia qbus ineſt, sint illud vnũ quibus ponit̃ esse substãtia. Oportet enim ꝙ pari rõne, eorũ etiam sit substantia, cũ & eis similiter insit. Quorum autẽ substãtia est vna, & quodquideratesse vnũ, oportet & ipsa esse vnũ. Relinquitur ergo ꝙ ex quo vniuersale non põt esse substantia oĩum de quibus dicitur, nec vnius alicuius, ꝙ nullius sit substãtia. Sciendũ autem ꝙ ideo dicit ꝙ vniuersale est quod natũ est pluribus ineſſe, non autẽ quod pluribus ineſt, quia quædã vniuersalia sunt quę non cõtinent sub se nisi singulare, sicut sol & luna. Sed hoc nõ est quin ipsa natura speciei quantũ est de se sit nata esse in pluribus, sed est aliquid aliud prohibẽs, sicut ꝙ tota materia speciei cõprehenditur in vno indiuiduo, & ꝙ non est necessariũ multiplicari ꝑm numerum speciem, quæ in vno indiuiduo potest esse perpetua. Secundam rationem ponit ibi.

Deinde id substantia dicitur, quod de subiecto non dicitur. Vniuersale autem de aliquo subiecto dicitur semper.

N Amplius substãtia dicitur quæ non de subiecto, & vniuersale de subiecto aliquo dicitur semper.

Dicit ꝙ substantia dicit̃ quæ non est de subiecto, & dicitur vniuersale semp̃ de aliquo subiecto, ergo vniuersale nõ est substantia. Videtur autẽ ratio hæc non valere. Dictum est enim in p̃dicamentis ꝙ de ratione substantię est, ꝙ non sit in subiecto. Prædicari vero de subiecto non est contra rationẽ substantiæ. Vnde ponunt ibi secundæ substantiæ q̃ prædicant̃ de subiecto. Sed dicendum ꝙ ꝑm logicam cõsiderationẽ loquitur Philosophus in p̃dicamẽtis. Logicus autẽ considerat res ꝑm ꝙ sunt in rõne. Et ideo considerat substantias, ꝓut ꝑm acceptionẽ intellectus subsunt intentioni vniuersalitatis. Et ideo quantũ ad prædicationem quæ est actus rationis, dicit ꝙ prædicantur ¶ de subiecto ⊦ .i. de substantia subsistente extra animam. Sed Philosophus primus considerat de rebus ꝑm ꝙ sunt entia. Et ideo apud eius considerationẽ nõ differt esse in subiecto & de subiecto. Hic enim accipit dici de subiecto qđ est in se aliqua res, & ineſt alicui subiecto existẽti in actu. Et hoc impossibile est esse substantiam. Sic enim hẽret esse in subiecto. Quod est contra rationem substantiæ, quod etiã in prædicamentis est habitum. Deinde cum dicit.

O At hoc ne pacto non põt, vt quidditas in ipso autem ineſt, ceu animal ipsum in homine atque equo. Igitur patet ipsius rationẽ aliquam esse. Nihil autẽ refert, & si non omnium est ratio, quæ in substantia sunt. Non enim minus substantia cuiuspiã hoc erit, vt ipse homo hominis in quo ineſt. Quare idẽ cueniet rursus. Erit em̃ illius substantia, ceu animal ipm̃ eius speciei, in qua vt proprium ineſt.

P Sed an sic quidẽ non cõtingit, vt quodquideratesse in ipso autem existit, vt animal in homine & in equo. Ergo palam quia est quædã ipsius ratio. Differt autẽ nihil, nec si non oĩum ratio est eorũ, q̃ sunt in substãtia. Nihil n. minus substãtia erit hæc alicuius, vt homo hois in quo existit. Quare idẽ accidit. Iterũ enim erit substantia in illius substantia, vt animal in quo est species proprium existit.

Excludit quãdã cauillosam responsionẽ, qua posset aliq̃s obuiare primæ rõni, in qua dixerat ꝙ omnia sunt vnũ, quorũ substãtia & quodquideſt sunt vnũ. Posset enim aliquis dicere ꝙ vniuersale non est sicut substantia vt quodquideratesse, quodquidem sit ꝓprium vni. Et ideo ad hoc excludendũ Philosophus dicit. Sed an potest dici obuiando rationi primo inductæ, ꝙ non cõtingit vniuersale esse substantiã, sicut quodquideratesse est substantia, sed tantũ est substãtia in ipsis particularibus existẽs, sicut animal in hoie & equo. Nõ enim ita est natura animalis in hoie ꝙ sit ꝓpria ei, cum sit etiã equi. Quasi dicat, nõ potest sic respõderi. Sequitur enim si hoc quod est animal cõe, sit substantia, ꝙ huius substantiæ sit aliqua ratio. Nec differt ad propositum si non est ratio diffinitiua omnium ¶ quæ sunt in substantia ⊦ .i. quæ ponuntur in diffinitione, ne in infinitũ ꝓcedat in diffinitionibus, aut si oportet oẽs partes cuiuslibet diffinitionis iterũ diffiniri. Nihil enim minus illa substantia oportet ꝙ sit alicuius, licet nõ habeat diffinitionẽ, quã si haberet. Sicut si dicamus ꝙ licet hoc ipm̃ quod est homo cõis nõ habeat diffinitionẽ, tamen oportet ꝙ sit hominis substantia in quo existit ipsius. i. hominis cõmunis. Quare idem accidit quod & prius, quia oportebit ꝙ ista substantia cõmunis, licet non ponatur propria alicui inferiorum, tamen erit ꝓpria illius substantiæ cõmunis in qua prima existit. Sicut si animal cõmune sit quædam substãtia, animal per prius prædicabitur de illa cõmuni substantia, & significabit eius substantiã propriã, siue sit diffinibile, siue

A bile, sine non. Vnde non poterit ex quo hæc substantia est propria vni, de multis prædicari. Deinde cum dicit.

Præterea & impossibile atq; absurdum esse videbitur, ipsum hoc, & substantiam, si ex quibusdam cõstet, non ex substantiis neq; ex eo quod est hoc aliquid, sed ex quale, esse atq; constare. Erit enim profecto non substantia atq; quale, substantia & eo quod est hoc aliquid prius. Quod quidem fieri nequid. Neque enim ratione, neq; tempore, neque generatione, affectus priores substantia esse possunt. Erunt enim separabiles sane.

B Amplius autem & impossibile & inconueniens hoc esse substantiam, si est ex aliqbus, non ex substantiis esse, nec ex eo ꝙ hoc aliquid, sed ex quali. Prius enim erit non substantia & quale, substantia, & ipso hoc, quod est impossibile. Nec enim ratione, nec tẽpore, nec generatiõe, passiones possibile est priores esse substantia. Erunt enim separabiles.

Ostendit ꝙ vniuersale non est substantia, accipiendo rationes ex ea parte qua vniuersale est pars diffinitionis & essentiæ, & circa hoc duo facit. Primo ponit rõnes ad ꝓpositum. Secundo excludit quandam dubitationem, ibi ¶ Habet autẽ quod accidit dubitationem. ⊦ Circa primũ ponit quatuor rõnes quarum primam ponit dicens, ꝙ impossibile & incõuenientes est id quod est hoc aliquid & substantia, non esse ex substantijs, nec ex his quæ sunt hoc aliquid, sed ex his quæ signant quale, si tamen est ex aliquibus. Q̃ dicit ꝓpter substãtias simplices. Sequit̃ enim ꝙ cum ea ex quibus est aliquid sint priora, ꝙ prius sit id quod est non substantia sed quale, eo ꝙ est substãtia, & eo quod est hoc aliquid. Quod est impossibile, quia impossibile est passiones & qualitates & accidentia esse priores substãtia rõne, aut tempore aut generatione. Quod enim non sint priores rõne, supra ostensum est, ex eo ꝙ substãtia ponitur in diffinitione accidentiũ, & non ecõuerso. Item ꝙ non sint priores tpe ex hoc supra ꝓbatum est, ex quo ẽt hic ꝓbatur, qa sequeretur ꝙ passiones essent separabiles à substantijs, qđ est impossibile. Esse aũt prius generatiõe cõtinetur sub eo quod est prius tpe. Omne enim quod est prius generatione, est ẽt prius tpe, licet non econuerso. Ea enim quæ nõ habent ordinem ad generationem, alicuius, licet sint priora tẽpore, non tñ sunt priora generatione, sicuti equus non est prior generatione leone qui nunc est, licet sit prior tẽpore. Partes aũt ex quibus aliqd constituit̃, sunt priores generatione, & ꝙ cõsequens tpe, & q̃cq; etiam rõne, sicut supra ostensum est. Vnde impossibile est ꝙ ex non substãtijs cõponatur substantia. Vniuersalia aũt signant non substantiã & hoc aliquid, sed signant quale quid, vt in prædicamentis dr̃ de secundis substantijs. Ergo patet ꝙ ex vniuersalibus si sunt q̃dam res ꝑter singularia, non possunt cõponi singularia quæ sunt hoc aliquid. Sed videt̃ ꝙ hæc ratio inconuenienter ꝓcedat. Secundæ enim substãtiæ quæ sunt genera & spẽs in genere substantiæ, & si non significent hoc aliquid, sed quale, non tñ significãt hoc modo quale, sicut passiones quæ signant qualitatem accidentalem, sed significant qualitatem substantialem. Ipse autem procedit hic ac si significarẽt qualitatem accidentalem. Sed dicẽdum est ꝙ si vniuersalia sint res quædam sicut Platonici ponebãt, oportebit dicere ꝙ nõ solum qualitatem substãtialem, sed accidentalem significẽt. Omnis enim qualitas quæ est alia res ab eo cuius est qualitas, est accidentalis. Sicut albedo ẽ alia res à corpore cuius est qualitas, & est in eo cuius est qualitas sicut in subiecto, & ideo est accidens. Si ergo vniuersalia inquãtum vniuersalia sunt, sint res quædam, oportet ꝙ sint aliæ res à singularibus, quę non sunt vniuersalia. Et ideo si significant qualitatem eorum, oportet ꝙ insint eis sicut substantijs. Et per cõsequens ꝙ significẽt qualitatem accidẽtalem. Sed ponentibus ꝙ genera & spẽs nõ sunt aliquæ res vel naturæ aliæ à singularibus, sed ipsamet singularia, sicut ꝙ non est homo qui non sit hic homo, non sequitur ꝙ secundæ substãtiæ significent accidens vel passionem. Secundam rationem ponit ibi.

Præterea Socrati qui quidem est substãtia, substãtia inerit, vti patet. Quare duabus substantiis Socrates substantia erit. Omnino autem accidit si homo substantia sit, & ea quę hoc pacto dicuntur nihil eorum quę in rõnibus sunt substanttiam esse cuiusq;, neq; seorsum esse ab ipsis, neq; in alio esse. Veluti nõ eẽ animal quicq̃ prẽter animalia singula, neq; aliud quicq̃ eorũ quę in rõnibus insunt. Ex his igitur patet, nihil eorum quę vniuersaliter competũt substantiam esse, & nihil eorum quę communiter prædicant̃, hoc aliquid, sed quale significare.

Amplius Socrati inerit substantię substantia, quare duorum erit substantia. Totaliter vero accidit, si est substantia homo & quęcũq; ita dicunt̃, nihil eorũ quę in ratione, esse nullius substãtiã, neq; sine ipsis existere, nec in alio. Dico aũt non esse quoddam aĩal prẽter aliquа, nec aliud eorum quæ in rõnibus nullius. Ex his itaq; speculantibus, palam qa nihil vniuersaliter existentium est substantia, & quia nullum prædicatorũ significat hoc aliquid, sed tale.

Dicit ꝙ si vniuersalia sunt substãtię, sequitur ꝙ Socrati inerit substantiæ substa. Si enim omnia vlia sunt substãtiæ. Sicut homo est substa Socratis, ita animal erit substa hominis. Et ita istæ duæ substãtiæ vna quæ est homo, & alia quæ est animal, erunt in Socrate. Et hoc est qđ cõcludit ¶ quare duorum erit substa, ⊦ id est quare sequitur ꝙ hoc ꝙ dico animal sit substantia nõ solum hois, sed ẽt Socra. Et ita una substantia erit in duobus, cum tñ supra ostẽsum sit, ꝙ vna substantia nõ est nisi vnius. Et nõ solum in Socrate hoc accidit qđ dictum est, sed totaliter in oibus accidit, si homo & alia quæ sic dicuntur sicut spẽs, sint substantiæ, & nihil eorum quæ ponuntur in rõne specierum sit substãtia, neq; ꝙ possit esse sine illis in quorum diffinitione ponũtur, vel ꝙ sint in aliquo alio, aut ꝙ sit ipsummet aliud. Sicut quod non erit quoddam animal ¶ prẽter aliqua animalia, ⊦ id est prẽter spẽs animalis. Et similiter est de omnibus aliis quæ ponuntur in diffinitionibus, siue sint genera, siue differentiæ. Et hoc ideo quia cum spẽs sint substantiæ, si ea etiã quæ in diffinitionibus speciẽ ponuntur sint subæ, in singularibus erunt plures subæ, & vna substantia erit pluriũ, vt de Socrate dictum est. Patet igitur ex dictis ꝙ nullum vlẽ est substantia, & nullum eorũ q̃ cõiter p̃dicant̃ signant hoc aliqd, sed quale. Tertiam rõnem ponit ibi.

Alioqn aliaq; cõplura accidũt, & ipse tertius hõ.

Sin autem tale, & alia quoque multa accidunt, & tertius homo.

Dicit ꝙ si p̃dicta cõclusio nõ cõcedat̃, accidẽt multa inconuenientia, iter quę erit vnũ ꝙ oportebit ponere tertiũ hominem. Quod quidem põt exponi dupliciter. Vno modo vt ꝑter duos homines singulares, qui sunt Socra. & Plato, sit tertius homo qui est cõmunis. Quod quidem nõ est inconueniens ꝑm ponẽtes ideas, licet ꝑm rectam rationem inconueniens videatur. Alio modo, vt prætet hoiem singularem & cõem, ponatur tertius, cum cõicent in nomine & rõne, sicut & duo homines singulares, prætet quos ponitur tertius homo cõis, & ob hanc causam. s. quia cõicant in nomine & diffõne. Quartam rõnem ponit ibi.

Insuper

Universidad de Deusto
Biblioteca

I Insuper & hoc pacto dilucidum esse videtur. Impossibile est enim ex substantiis quæ hoc insunt pacto, vt sint actu, substantiam vnquam constare. Ea.n. quę ita sunt actu duo, nunquam actu sunt vnum, sed si potentia duo sunt, erit vnum, veluti duplū ipsum ex duobus dimidiis potentia constat. Actus enim nimirum separat. Quare si substantia sit vnum, non ex substantijs sane cōstabit. Eoq; modo quem recte Democritus dicit. Fieri enim nō posse dicit, vt ex duobus vnum, aut ex vno duo, conficiantur. Ipsas enim magnitudines indiuiduas substantias esse censet. Patet igitur & in numero rem simili modo sese habere, si numerus vnitatum sit compositio, vt a quibusdam asseritur. Aut enim dualitas vnum non est, aut ipsa non inest vnitas actu.

K Te.c6.49. Parte. 2 Amplius autem est & ita manifestum. Impossibile enim substantiam ex substantijs esse in existentibus sic vt actu. Duo nanq; sic actu nunq̄ sunt vnum actu, sed si potestate duo fuerint, erunt vnum. Vt quę dupla, ex duobus dimidiis potestate. Actus enim separat. Quare si substantia vnum, non erit ex substantijs inexistentibus. Et ſm hunc modum quidē dicit Democritus recte. Impossibile enim ait ex duob⁹ vnū, aut ex vno duo fieri. Magnitudines enim indiuisibiles, substantias faciunt. Similiter igitur manifestum, quia & in numero habebit, si est numerus cōpositio vnitatum, sicut dicitur a quibusdam. Aut enim non vnum dualitas, aut non ineſt vnitas in ipso actu.

Actus diuidit & separat.

Quarta rō ad idem. L Dicit q̄ vniuersalia nō sunt substātiæ, ſm hanc rōnem. Impossibile est enim aliquam substam esse ex pluribus substantijs, quæ sunt in ea actu. Duo enim quæ sunt in actu, nunq̄ sunt vnum actu: sed duo quæ sunt in potentia, sunt vnum actu, sicut patet in partibus continui. Duo enim dimidia vnius lineæ sunt in potentia in ipsa linea dupla, quæ est vna in actu. Et hoc ideo, quia actus habet virtutem separandi & diuidendi. Vnumquodq; enim diuiditur ab altero per propriam formā. Vnde ad hoc q̄ aliqua fiāt vnū actu, oportet q̄ oīa cōcludātur sub vna forma, & q̄ nō habeāt singula singulas formas, per quas sint actu. Quare patet q̄ si substantia particularis est vna, non erit ex substantijs in ea existētibus actu. Et sic si eēt ex vniuersalibus, vlia non erūt substæ. Et ſm hunc modum Democritus recte dicit, q̄ impossibile est vnum fieri ex duobus, & ex vno fieri duo. Est enim intelligendum q̄ duo in actu existentia, nunquam faciunt vnum. Sed ipse non distinguens inter potentiam, & actum, posuit magnitudines indiuisibiles, esse substātias. Voluit enim q̄ sicut in eo quod est vnum, nō sunt multa in actu, ita nec in potētia. Et sic quęlibet magnitudo est indiuisibilis. Vel aliter. Recte inquā dixit Democritus supposita sua positione, qua ponebat magnitudines indiuisibiles, esse etiam rerum substas, & sic esse semper in actu, & ita ex eis non fieri vnum. Et sicut est in magnitudinibus, ita est in numero, si numerus est compositio vnitatum, sicut a q̄busdam dicitur. Oportet enim q̄ vel dualitas non sit vnum quid, siue quicunq; alius numerus, siue q̄ vnitas non sit actu in ea. Et sic dualitas nō erunt duæ vnitates, sed aliquid ex duabus vnitatibus cōpositum. Aliter numerus nō esset vnum per se & vere, sed per accidens, sicut quæ coaceruantur. Deinde cum dicit.

M At enim id quod emergit, dubitationem habere videtur. Nam si neq; ex vniuersalibus vlla substātia esse potest, propterea quod non hoc aliquid vniuersale ipsum, sed quale significat: neq; fieri potest, vt ex actu substantijs, vlla composita substantia constet: omnis profecto substantia incomposita erit. Quare neq; ratio vllius erit substantię prorsus. At omnibus videtur, nosq; iam dudum, aut solius substantię, aut maxime ipsius diffōnem diximus esse. Nunc vero neq; ipsius esse cōclusimus. Ergo nullius nulla prorsus diffinitio erit. An modo quodam erit, quodam modo non erit? Verum id quod dicitur ex his quæ posterius dicentur, magis emerget, ac patefiet. N

Habet autē quod accidit dubitationem. Si enim neque ex vniuersalibus posibile est esse nec vnam substantiam, propter tale aliquid sed non hoc aliqd significare: nec ex substantijs cōtingat actu esse, neq; vnam substantiam: incompolita erit vtiq; substātia omnis. Quare nec ratio vtiq; erit neq; vnius substantię. At vero videtur omnibus, & dictum est iam dudum, aut solum substantię esse terminum, aut maxime. Nūc autem neq; huiusmodi. Nullius igitur erit diffinitio: aut modo quodam erit, modo autē quodam non. Manifestum autem erit quod dicitur, ex posterioribus magis. O

Dubiū q̄d ortū ex dictis.

Mouet dubitationem circa prędicta dicens, q̄ id quod accidit ex prædictis habet dubitationē. Dictū est enim q̄ ex vniuersalibus nō potest esse aliqua substātia, ꝓpter hoc q̄ vniuersale nō signāt hoc aliquid, sed quale. Secundo dictū est q̄ ex substātijs in actu nō potest esse aliqua suba. Et sic vī sequi q̄ suba nō pōt cōponi, neq; ex substātijs, neq; ex nō substantijs, ergo sequitur q̄ omnis substantia sit incomposita. Et ita cum diffinitiōes non dentur de substantijs incompositis, (quod patet per hoc q̄ diffinitio est ratio habens partes, vt supra dictum est) sequitur q̄ nullius substantiæ sit diffinitio. Sed omnibus videtur (vt supra ostensum est) q̄ diffinitio, vel est solum substātię, vel eius maxime. Nunc aūt cōclusum est q̄ substantiæ non sit diffinitio, ergo sequitur q̄ nullius sit diffinitio. Dicendū est aūt ad p̄dictam dubitationem q̄ quodammodo suba est ex substantijs, quodāmodo nō. Hoc autem erit manifestū magis ex posterioribus in hoc capitulo, & in.9. Est enim ex substantijs in potentia, sed non in actu. P Te.c6.51 Solutio. Te.c6.16 Lec. 14.

Atqui patet ex ipsis id quod accidit, & hisce qui dicunt ideas substantias separatas esse, & simul formam ipsam ex genere differentiis cōficiunt. Nam si sint formæ, & animal in homine sit atq; equo, aut est vnum idemq; numero, aut diuersum. Te.c6.51 parte. 1

MAnifestum autem ex his ipsis, q̄ euenit ideas dicentibus substantias separabiles esse, & simul speciem ex genere facientibus & differentijs. Si enim species sunt, & animal in homine & equo, aut vnum & idem numero est, aut alterum. Q

POSTQVAM Philosophus ostēdit vniuersalia non esse substantias absolute, hic ostendit q̄ non sunt substantiæ a sensibilibus separatæ: & diuiditur in partes duas. In prima ostendit q̄ vniuersalia non sunt subę separatę. In secūda manifestat quoddam quod in superioribus dubiū reliquerat. ibi ☾ Manifestum aūt est q̄ substantiarum. ☽ Circa primum duo facit. Primo ostendit vniuersalia non esse substātias separatas. Secūdo ostēdit q̄ si sunt separatę, nō sunt diffimbiles. ibi ☾ Quoniam vero substantia altera. ☽ Circa primū duo facit. Primo ostendit inconuenientia quæ sequuntur ponētibus vlia esse subas separatas, cōparādo genus ad species. Secundo comparando genus ad indiuidua. ibi ☾ Amplius aūt in sensibilibus. ☽ Circa primum tria facit. Primo ꝓponit quādam diuisionem. Secūdo ꝓsequitur primum membrum diuisionis. ibi ☾ Rōne nāq; pasā. ☽ Tertio, secundum ibi ☾ Sed si alterū in vnoquoq; R Inf.lc.16 Inf.lc.later. Inf.pę.10 parte seq. Parte. 8

A quoq;. ☽ Dicit ergo primo, q̄ ex p̄dictis ēt manifestum eē pōt quid accidat de inconuenientibus, dicētibus ideas esse substantias & separabiles quæ dicuntur esse spēs vlas, & si mul cum hoc ponētibus spēm esse ex genere et differentijs. Hæ enim duæ positiones simul coniunctæ, s. q̄ spēs componantur ex genere & differētia, & q̄ spēs vniuersales sunt substantiæ separatæ quæ dicuntur ideæ, ducunt ad inconuenientia. Si enim ponantur spēs esse separatæ, constat q̄ vnum genus est in pluribus spēbus simul, sicut aīal in hoīe & equo. Aut ergo hoc ipm quod est animal in homine & equo exīs, est vnū & idem numero, aut alterum in hoīe, & alterū in equo. Inducit aūt hāc diuisionem, quia Plato ponebat ideas specierum, non aūt generum, cum tū poneret cōiter vniuersalia esse substantias. Deinde cum dicit. Ideas spes. vtiq; dicit, aut posuit Plato.

Ratione enim patet vnum idemq; esse. Qui nāq; in vtroq; ipsum diffiniet, eandem rationem vtique assignabit. Si igitur est quispiam homo per seipsum hoc aliquid separatum, & ea sane ex quibus cōstat, vt animal atque bipes, hoc aliquid significare, & separata, substantialq; esse necesse est: quare & animal ipsum. B

Ratione nanq; palam quia vnum. Eandem enim exhibebit rationem dicens in vtroq;. Ergo si est aliquis homo, ipsum ſm se hoc aliquid & separatū, necesse & ex quibus: vt aīal bipes, hoc aliquid signare, & esse separabilia & substantias. Quare & animal. Parte. 2

Ostendit vtia nō esse substātias, cō. primo ge. secundo spe. parte seq.

Prosequitur primum membrum diuisionis, & primo ostendit q̄ sit vnum & idem animal. Secundo ostendit inconuenientia quæ sequuntur hoc posito. ibi ☾ Si quidem ergo. ☽ Dicit ergo q̄ manifestum est, q̄ animal est vnum & idem in homine & equo ſm rōnem. Si enim assignetur tō aīalis ſm q̄ dī de vtroliber. s. homine vel equo, eadem ratio assignabitur quæ est substātia animata sensibilis. Vnitoce enim p̄dicatur genus de speciebus, sicut & spēs de indiuiduis. Si ergo ꝓpter hoc q̄ spēs p̄dicatur ſm vnam rationem de oībus indiuiduis, est aliquis homo cōis qui est ipsum quod est hō ſm se existens, ☾ & est hoc aliquid, ☽ id est quoddam demonstrabile subsistens & separatum a sensibilibus, sicut Platonici ponūt, necesse est pari rōne & ea ex quibus spēs constat. s. genus differentiam, vt animal & bipes, significare similiter hoc aliquid, & esse separabilia a suis inferioribus, et esse substātias q̄ se existētes. Quare sequitur q̄ animal erit vnum numero per se existens, quod p̄dicatur de homine & equo. Deinde cum dicit. C

Si igitur ipsum animal idem est, & in homine, & in equo, perinde atque tu ipse idem es quod tu ipse, quonam pacto id vnum erit, quod ineſt in hisce, quę sunt seorsum? D

Si qdem igitur & in equo sicut tu in teipso, quomodo in separatim existentibus vnum erit? Parte. 1. Vtia inco. nientia ostēdit. Istinum

Ostendit inconuenientia quæ sequuntur ex hoc posito, quæ sunt tria. Primum est quia cum genus sit in specie sicut suba rei significans, sic erit animal in equo, sicut tu es in teipso qui es substantia tutipsius. Sic autem non est posibile aliquod vnū esse in pluribus separatim existentibus. Non enim tu es nisi in teipso. Es enim in pluribus nō separatim exīstibus, sicut in carnibus & ossibus q̄ sunt tui partes. Animal igitur si sit vnum & idē, nō poterit esse in pluribus spēbus, vt in hoīe & equo, cū spēs separatę ſm Platonicos sint q̄dā subæ adinuicē diuersæ. Secundū ponit ibi.

Et cur ipsum animal nō & a seipso seorsum erit? Et quare non & sine ipso erit animal hoc? Parte. 4. Oppositum.

Homo enim quia est vnū de multis p̄dicatum ſm Platonicos, nō ponitur in particularibus, sed extra ea. Si ergo sit vnum aīal quod p̄dicaī de omnibus spēbus, quare hoc ipsum qđ est aīal vīe non est sine ipso. s. sine equo vel quacunq; alia specie, vt ꝓ se separatum exīs. Non pōt rō cōuenies assignari ab eis. Tertium ponit ibi dicens. B

Deinde si bipedis quidem multipediſq;, particeps sit, impossibile quid euenire videt. Ipsi nanq; quod quidem vnum atq; hoc aliquid est, contraria inerunt simul. Sin vero non ita fit, quisnam est modus, cum ipsum animal bipes esse, aut gressibile dicatur? At componuntur ne fortasse, aut tangunt, aut sunt mixta? At omnia sunt absurda. Tertium.

Deinde si quidem participatione bipedis & multipedis, impossibile aliquid accidit. Contraria nanq; si mul inerūt ipsi vni, & huic enti. Si autem non, quis modus, cum dixerit vtiq; aliquis animal esse bipes, aut gressibile? Sed forsan componitur, aut copulatur, aut miscet? Verum omnia inconuenientia. Te.c6.52 parte. 5. F

Constat q̄ spēs constituitur ex genere & differētia. Aut igitur hoc est per hoc, q̄ genus participat differētiam sicut subiectum participat accidēs, vt hoc modo intelligamus ex animali & bipede fieri hoīem, sicut ex albo & hoīe fit homo albus. Aut per aliquem alium modum. Et si quidē species fiat per hoc q̄ genus participat differētiam, sicut q̄ animal per participationem bipedis fit homo, & per participationem multipedis fit equus vel polypus, accidit aliquid impossibile. Cū enim genus quod p̄dicatur de diuersis speciebus ponatur esse vna substātia, sequitur q̄ cōtraria simul insunt ipsi animali, quod in se est vnū & hoc ens. s. demonstrabile. Differētię enim quibus diuiditur genus sunt contrariæ. Si aūt non sit ex aīali et bipede homo ꝓ modum participationis, quia modus erit cum aliquis dixerit animal esse bipes vel gressibile, constituens ex his duobus vnum, quasi dicat, de facili nō pōt assignari. Et ideo subiūgit. ☾ Sed forsan componitur ☽ quasi dicat: Nunquid potest dici q̄ ex his duobus fiat vnum per cōpositionē, sicut domus fit ex lapidibus: aut ꝓ copulationem, sicut arca fit ex lignis conclauatis: aut per mixtionem, sicut electuariū fit ex spēbus alteratis? His enim modis inuenīē ex duabus vel pluribus substantijs per se existentibus aliquid vnum fieri. Sed omnes isti modi sunt inconuenientes. Non enim possent genus & differētiæ p̄dicari de specie, sicut nec partes cōpositæ vel copulatæ vel mixtæ p̄dicantur de suis totis. Et ꝓterea vnum nō venit in compositionem diuersorū totaliter, sed partes diuisim sunt, ita q̄ vna pars eius sit in cōpositione huius, & alia in compositione alterius: sicut vna pars ligni venit in cōpositione domus, & alia in compositione arcę. Vnde si ex animali & bipede fieret homo & auis, modis prædictis sequeret q̄ nō tota natura aīalis esset in homine nec in aue, sed alia & alia pars. Et sic iterū nō esset idem animal in vtroq;. Deinde cum dicit. H

At in vnoquoq; ne aliud ineſt? Igiē vt breuibus dicam, infinita erunt, ea quorū animal substantia est. Non enim homo ex animali per accidens constat. Sed si alterum in vnoquoq;, infinita ergo erunt. Vnde est cōsequens dicere, qu orū substantia animal. Non enim est ſm accidens ex animali homo. Parte. 6.

Prosequitur secundum membrū diuisionis dicēs, q̄ inCōueniens sequitur, si ponatur nō vnū aīal esse in oībus speciebus. Ducit autem ad quatuor inconuenientia, quoꝝ primum ponit sic dicens. Ostensum est qd sequatur ponentibus vniuersalia esse substātias, si ponatur vnū animal esse in oibus speciebus. Sed propter hoc pōt aliquis dicere q̄ sit alterum aīal in vna quaq; specie, ergo erūt infinita quorum substantia est animal, vt est cōsequens dicere ad prædictam positionē. Est enim animal suba cuiuslibet speciei Quod sit idē aīal oīb⁹ suis speciebus probat octuor rōnibus ad ipossibile. Prima

contentæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

I contentæ sub ālali. Nō enim pōt dici ꝙ homo fiat ex animali ſm accidēs, ſed per ſe, & ita ālal ad ſubſtantiam equi pertinet, & bouis, & aliaꝝ ſpērum, quæ ſunt fere infinitæ. Qđ aūt aliquod vnum cedat in ſubſtantia infinitoꝝ, videt̄ eſſe inconueniens. Secundum incōueniens ponit ibi.

Præterea ipſum animal plura erit. Eſt enim ſubſtantia id animal, quod vnicuiq; ineſt. Non enim per aliud dicitur. Quod ſi ita ſit, ex illo homo conſtabit, & illud genus ipſius erit.

parte. 7. Amplius multa erunt ipſum animal. Subſtantia enim ꝙ in vnoquoq; animal. Non enim de alio dī. Si autē non, ex illo erit homo, & genus ipſius illud.

Secunda K Dicit ꝙ ſequetur etiam ꝙ ꝟ ipſum ālali ꝟ. i. ſubſtantia animalis vniuerſalis erit multa, quia ālal quod eſt in vnaquaq; ſpecie, eſt ſuba illius ſpeciei de qua prędicatur. Non enim p̄dicatur de ſpecie, ſicut de quodam alio diuerſo à ſe in ſubſtātia. Si aūt nō prædicatur animal de homine ſicut de diuerſo, poterit dici cōuenienter ꝙ hō erit ex illo. ſ. ex ālali ſicut ex ſua ſuba, & ꝙ illud. ſ. ālal ſit etiam genus eius, p̄dicatum de eo in eo quod quid ē. Relinquit ergo ꝙ ſicut illa de quibus p̄dicatur ālal ſunt multa, ita ipſum ālal vniuerſale eſſe multa. Deinde cum dicit.

Et inſuper omnia ex quibus homo conſtat, erunt ideæ. Igitur non huius quidem idea, illius autem ſubſtantia erit: quippe cum ipſum fieri nequeat. Vnumquodq; igitur animalium quę animalibus inſunt, ipſum animal erit atq; idea.

parte. 8. Et amplius ideæ omnia ex quibus hoc. Igitur nō alterius quidem erit idea, alterius vero ſubſtantia. Impoſsibile nanq;. Ipſum igitur animal erit vnumquodq; eorum, quæ in animalibus. —

L Tertia Ponit tertium incōueniens dicēs, quòd vlterius ex prædictis ſequitur ꝙ omnia illa ex quibus eſt hō. ſ. ſuperiora genera & differētiæ ſint ideæ, quòd eſt contra poſitionem Platonicorum, qui ponebāt ſolas ſpēs eſſe ideas particularium, genera vero & differētias nō eſſe ideas ſpecierum. Et hoc ideo quia idea, eſt ꝓprie exemplar ideati ſm ſuam formam. Forma autem generis nō eſt propria formis ſpecierum, ſicut forma ſpēi eſt ꝓpria indiuiduis, quæ cōueniunt ſm formam, & differūt ſm materiam. Sed ſi ſunt diuerſa animalia ſm diuerſas ſpecies, vnicuiq; ſpeciei reſpondebit aliquid ſubſtātia ſui generis, ſicut propria idea. Et ita etiā erunt genera ideæ, & ſimiliter differentiæ. Non ergo alteri vniuerſalium erit quod ſit idea, & alteri quòd ſit ſubſtantia, ſicut Platonici ponebant dicentes quidem genera eſſe ſubſtātias ſpērum, ſpēs vero ideas indiuiduorum. Impoſsibile nanq; eſt ita eſſe, vt oīſum eſt. Sequitur igitur ex p̄dictis ꝙ ipſum animal ꝟ. i. ſuba animalis vniuerſalis ſit vnumquodq; eoꝝ ꝙ quæ ſunt in animalibus ꝟ. i. quæ cōtinentur inter ſpēs animalis. Quartam ponit ibi.

M Præterea ex aliquo profecto hoc erit, & quonam pacto ex ipſo erit animali? Aut quomodo fieri pōt, vt hoc ipſum ālal ſubſtātia ſit præter ālal ipſum?

Parte. 9 Amplius ex quo hoc. Et quomodo ex ipſo animali? Aut quomodo poſsibile eſt eſſe animal, quod eſt ſubſtantia hoc ipſum, præter ipſum animal?

Dicit ꝙ iterum vē eſſe dubium ex quo cōſtituatur hoc qđ eſt hō, & quō cōſtituatur ꝙ ex ipſo ālali ꝟ. i. vī, ꝙ aut quō poſsibile eſt ālal eſſe qđ ſubſtātia hoc ipſum p̄ter ipm ālal ꝟ. i. quō pōt eſſe vt homo ſit aliquid p̄ter ālal quaſi q̄dam ſubſtātia per ſe exiſtens, & tū animal ſit hoc ipſum qđ eſt hō? Hæc enim videtur eſſe oppoſita, ꝙ hō ſit p̄ter ālal, & tū ālal ſit hoc ipſum quod eſt hō. Deinde cum dicit.

Præterea in ſenſibilibus hęc eadem euenire, & his abſurdiora videntur. Quod ſi nequeunt hæc ita ſe ſe habere, patet ipſorum non ita eſſe ideam, vt quidam inquiunt eſſe. N

Amplius autem in ſenſibilibus hæc accidunt, & his abſurdiora. Si itaq; impoſsibile ſic ſe habere, palam quia non eſt idea ipſorum ſicut quidam dicūt. Parte. 10

Improbat prędictam poſitionem per comparationem generum ad ſingularia dicens, quòd hæc eadem inconuenientia, quæ accidunt ponētibus genera & vniuerſalia eſſe ſubſtantias in ſpeciebus, accidunt & inſenſibilibus ſingularibus, & etiam multa his abſurdiora, inquantum natura generis magis remota eſt à ſingularibus ſenſibilibus & materialibus, q̄ à ſpēbus intelligibilibus & imaterialibus. Si itaq; impoſsibile eſt ſic eē, palam eſt ꝙ idea nō eſt ipſorum ſenſibiliū, ſicut Platonici dicunt. Lec. xv. Probat ſo cipale ex cō paratione generū ad ſingularia. O

Cum autem ſubſtantia ſit diuerſa, totum ipſum, & ratio. Atq; illa ſubſtantia ratio ſic cum materia ſimul ſumpta, hæc vero ratio totaliter. Quæ quidem illo pacto dicuntur, earum eſt nimirum corruptio. Ipſarum enim eſt generatio. Rationis autem nō eſt hoc pacto vt corrūpatur. Neq; enim eſt generatio. Non enim fit eſſe domus, ſed huius domus. Sed ſine generatione corruptioneq; ſunt & non ſunt. Demōſtratum eſt enim neminem hæc generare, ac facere. Atq; ſubſtantiarū propterea ſenſibilium, quæ quidē ſunt ſingulares, nec diffinitio eſt, nec demonſtratio: quia materiam habent, cuius natura eſt talis, vt eſſe atq; non eſſe poſsit. Quapropter omnia ſingularia iſtiuſmodi ſubeunt corruptionem, vt patet. Quod ſi demonſtratio neceſſariorum eſt, & diffinitio ad ſcientiam attinet, fieriq; non poteſt, vt aut demonſtratio, aut diffinitio ſit eius quod aliter ſeſe habere poteſt, ſed eſt dūtaxat opinio. Quemadmodum neq; ſcientia, interdum ſcientia, interdum ignoratio eſſe poteſt, ſed idipſum eſt opinatio: patet neque diffinitionem, neq; demonſtrationem ipſorum eſſe. Non enim ſunt manifeſta ea quæ corrumpuntur, iis qui ſcientiam habent, cum non ſunt præſentia ſenſui. Atq; in anima eæ quidem ſunt rationes, quæ ſeruantur: nulla autem ipſorum diffinitio neque demonſtratio erit. Quamobrem cum quiſpiam ſingularū quippiam diffinit, non ignoret oportet talem ſem per aſsignationē tolli atq; interim poſſe. Fieri enim nequit vt diffinitio aſsignetur. At vero neque vlla idea diffiniri poteſt. Eſt enim (vt inquiūt) ipſa idea ſingularis ac ſeparata. P Q Tex. cō 15 parte.

QVoniam vero ſubſtātia altera, & quod ſimul totum, & ratio. Dico autem quia hæc quidē ſic eſt ſubſtantia cum materia concepta, ratio illa vero ratio totaliter. Quæcūq; quidem igitur ita dicuntur, horum quidem eſt corruptio. Et enim generatio. Rationis autem non eſt ita vt corrumpatur. Neq; enim generatio. Non enim fit domui eſſe, ſed quod huic domui. Verum ſine generatione & corruptione ſunt & non ſunt. Oſtenſum eſt enim qa nullus hæc generat, nec facit. Propter hoc autem & ſubſtantiarum ſenſibilium ſingularium, nec diffinitio, nec demonſtratio eſt, quia habent materiam: cuius natura talis eſt, vt contingat & eſſe & non eſſe. Quapropter corruptibilia omnia ſingularia

A ria ipſorum. Ergo ſi demonſtratio neceſſariorum, & diffinitio ſcientifica, & non cōtingit ſicut nec ſciē tiam quandoq; ſcientiam, quādoq; ignorantiā eſſe, ſed opinio tale quid eſt: ita nec demonſtrationem nec diffinitionem, ſed opinio eſt contingentis aliter ſe habere. Palam quia nō vtiq; erit ipſorum nec diffinitio nec demonſtratio. Non enim ſunt manifeſta corrupta ſcienti habentibus, & cum a ſenſu abſceſſerint, ſaluatis rōnibus in aīa eiſdem, non erit nec diffinitio amplius nec demōſtratio. Propter quod oportet eorum ad terminum ſtudentē, cum aliquis diffiniat aliquid ſingularium, nō ignorare, quia ſemper auferre eſt. Nō enim contingit diffinire. Neq; itaq; idearū nullam eſt diffinire. Singularium enim idea (vt dicunt,) & ſeparabile.

B IN HOC loco Philoſophus oſtēdit quòd ideæ quę ponūtur ſeparatæ à Platonicis, nō poſſunt diffiniri. Et hoc ideo quia Platonici ad hoc p̄cipue ponebant ideas, vt eis adaptarentur & diffinitiones & demonſtrationes quæ ſunt de neceſſariis, cum iſta ſenſibilia videātur omnia in motu conſiſtere: et circa hoc duo facit. Primo oīdit per rōnes ꝙ ideæ nō poſſunt diffiniri. Secundo per ſignum. ibi ꝟ Quoniam ꝓpter quid nullus. ꝟ Circa primum ponit tres rōnes, quarum primam ponit ſic dicens, quòd ſubſtantiarū alia eſt ꝟ ſicut ratio ꝟ. i. ſicut quodquideratēſſe & forma, & alia eſt ſicut compoſitum ex materia et forma, quod eſt totum ſimul coniunctum ex materia & forma. Dico autē eas eſſe alteras ꝟ quia hoc quidē ꝟ. ſ. ſubſtātia quę eſt totū, ſic eſt ſubſtantia ſicut hīs rōnem conceptam cū materia. Illa vero quę eſt ſicut forma & rō & quodquideratēſſe, eſt totaliter ratio & forma nō hīs materiam ſcīndualem adiunctam. Quæcunq; igitur dīr ſubſtātiæ hoc modo ſicut compoſita, eorum pōt eſſe corruptio. Oſtenſum eſt enim ſupra quod eorum ſolum eſt generatio, quæ ex materia & forma componūtur. Corruptio aūt & generatio ſunt circa idem. Ipſius aūt ſubſtantiæ, quæ eſt ſicut ratio vel quodquideſt, nō eſt ita corruptio quod ipſa per ſe corrumpat. Oīſum eſt. n. ſupra quod nō eſt eius generatio, ſed ſolum compoſiti. Nō enim fit quodquideratēſſe domui. Generat enim hæc domus particularis, nō autem ipſa ſpēs domus. Sed tū hmōi formæ & quidditates aliqī ſunt, & aliqī non ſunt ꝟ ſine generatione & corruptione ꝟ. i. ſine hoc quod ipſa generent vel corrumpātur per ſe, ſed incipiunt eſſe & nō eſſe aliis generatis & corruptis. Oīſum eſt enim ſupra quòd nullus in naturalibus ꝟ generat hæc ꝟ. i. formas & qdditates, nec etiam in artificialibus, ſed hoc agens ſingulare generat & facit hoc ſingulare. Propter hoc aūt, quòd ſingularia generantur & corrumpuntur, ſubſtantiarū ſenſibilium ſingularium nō poteſt eſſe nec diffinitio nec demōſtratio. Habent enim materiam indiuidualem, cuius natura eſt talis, ut id quod ex ea conſtituitur cōtingat eſſe & nō eſſe, quia ipſa materia quātum eſt in ſe, eſt in potētia ad formam, per quam res materialis nō eſt. Et ideo oīa ſingularia de numero ipſorum ſenſibilium, quorū materia eſt in potentia ad eſſe & nō eſſe, ſunt corruptibilia. Corpora tū cœleſtia non hñt materiam hmōi, quæ ſit in potentia ad eſſe & non eſſe, ſed ſolum ad vbi. Et ideo nō ſunt corruptibilia. Si ergo demonſtratio eſt neceſſariorū, vt ꝓbatum eſt in poſteriorib⁹, & diffinitio ēt ꝟ eſt ſcientifica, ꝟ id eſt faciens ſcire, q̄ eſt quaſi medium demonſtrationis, quę eſt ſyllogiſmus faciens ſcire, ſicut non cōtingit q̄nq; eſſe ſcientiam & q̄nq; ignorantiam, quia quod ſcitur ſemp oportet eē verū, ꝟ ſed id quod eſt tale, ꝟ id eſt qđ q̄nq; pōt eſſe verum q̄nq; falſum eſt opinio, ſta etiam non cōtingit demonſtrationem nec diffinitionem eſſe eorū quæ pōt ſe aliter habere, ſed ſolum opinio eſt hmōi contingentium. Si inquam ita eſt, palam eſt ꝙ non erit nec diffinitio nec demonſtratio ipſorū ſingularium corruptibilium ſenſibiliū. Non enim hmōi corruptibilia pūt eſſe manifeſta, ſcientiam hūtibus de eis. ſ. cum receſſerunt à ſenſu, per quam cognoſcūtur. Et ideo ſaluatis eiſdem rōnibus in anima ꝟ ipſorū ſingulariū, ꝟ id eſt ſpēbus per quas cognoſci pūt, non erit de eis nec diffinitio nec demonſtratio. Et propter hoc oportet cum aliquis eorum qui ſtudent ꝟ ad aſſignandum terminum ꝟ. i. diffōnem alicuius rei diffiniat aliquod ſingulare, quod nō ignoret quia ſemper contingit auferre ſingulare, manente tali rōne quam ipſe fingit in anima. Et hoc ideo, non cōtingit vere diffinire ſingulare. In his enim quæ vere diffiniūtur, manet cognitio diffiniti quandiu manet cognitio diffinitionis in anima. Si igitur ſingulare diffiniri non poteſt, itaq; nec idea poſſibile eſt diffinire. Ideam enim oportet eē ſingularem ſm ea quæ ponūtur de idea. Ponunt enim qđ idea eſt quoddam per ſe exiſtens ab omnibus alijs ſeparatum. Hæc aūt eſt rō ſingularis. Deinde cum dicit. B F

Rationem autem ex nominibus conſtare neceſſe eſt. At qui diffinit, non faciet nomen. Erit enim ignotum. Ea vero quæ ſunt poſita, cōia cunctis ſunt. Et aliis ergo competant iſta neceſſe eſt. Veluti ſi & quiſpiam diffinierit, animal dicet greſsibile, aut album, aut aliud pippiam, quod & alii competet.

Neceſſarium vero ex nominibus eſſe rōnem. Nomen aūt non faciet diffiniēs. Ignotum enim erit. Poſita aūt, cōia oībus. Ergo neceſſe ineſſe & alii hæc. Vt ſi qs te diffiniat, animal dicet greſsibile, aut album, aut aliud aliquid quod in alio ſit. Tex. cō. 14 parte. 2

Ponit ſecundam rōnem, & circa hoc duo facit. Primo ponit rationem. Secundo excludit quandam cauillosam reſponſionem. ibi ꝟ Si quis aūt dicat. ꝟ Fuit aūt neceſſarium vt hanc rationem ſupadderet rationi ſuprapoſitæ, quia ratio iam poſita ꝓbabat ſingulare non eſſe diffinibile, ex eo ꝙ eſt corruptibile & materiale, q̄ duo Platonici ideis nō attribuebāt. Vnde ne per hoc ſua ꝓbatio ineffecax redderetur, ſubiungit aliam rationem dicēs. Neceſſarium eē omnem diffinitiuam rationem eſſe ex pluribus nominibus. Ille enim qui diffinit, non faciet notificationem rei ponendo vnum nomen tm̄, quia ſi poneret vnum tm̄ nomen, adhuc diffinitum remanebit nobis ignotum. Cōtingit enim vno nomine notiori aſsignato, ipſum nomen diffiniti notificari, non aūt rem diffinitam: niſi principia eius exprimantur, per quæ res omnis cognoſcitur. Reſolutio autē diffiniti in ſua principia, quod diffinientes facere intendunt, nō cōtingit niſi pluribus noībus poſitis. Et ideo dicit, ꝙ ſi vnū nomē tm̄ ponatur, ꝙ adhuc remanebit diffinitum ignotum. Sed ſi plura ponantur, oportet ꝙ nomina poſita ſint cōia oībus. Si enim in diffōne alicuius ſingularis ponantur, aliqua noīa quæ cōueniant ipſi ſoli, erunt ſynonyma nomina vnius rei ſingularis. Vnde res nō notificabitur hmōi nominibus poſitis. Sed forte nomē minus notum. Sicut ſi diceremus quid eſt Tullius, & reſpōderetur Marcus & Cicero. Non eſſet conueniens diffinitio. Oportet igitur ſi ſingulare diffinitur, in eius diffinitione poni aliqua noīa quæ multis cōueniant. Ergo neceſſe erit ꝙ diffinitio nō ſolum huic ſingulari cōueniat cuius diffinitio quęritur, ſed etiam alijs. Quod eſt cōtra rōnem veræ diffinitionis. Sicut ſi aliquis te diffinire intēdat, & dicat ꝙ tu es ālal greſsibile, aut animal album, vel quicquid aliud, nō tibi ſoli cōuenit, ſed etiam eſt in alio. Vnde patet ꝙ ſingulare non ſolum ex hoc ꝙ eſt corruptibile & materiale caret diffinitiōe, ſed etiam ex hoc ꝙ eſt ſingulare. Vū nec idea diffinitur. Cuius ratio eſt quam hic tangit Philoſophus, quia ſi noīa ad diffiniendum aſſumpta exprimūt indiuiduum quātum ad ea ex quibus indiuiduatur, erunt noīa ſynonyma. Si aūt exprimunt G parte ſeq. Secunda hęc rō ad ſūt efficax, dū præfat primę. Idea igitur diffiniri nō poteſt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

naturam & accidentia cõia absq; indiuiduatione, non erit diffinitio ꝓpria diffinito, quia omnes formæ siue accidentales siue substãtiales, quæ nõ sunt per se subsistentes, sunt quãtũ est de se eões multis. Et si aliqua inueniãt in vno solo sicut forma solis, hoc nõ prouenit ex parte formæ, quin quãtum est de se sit nata esse in pluribus, sed ex parte materiæ. Nam tota materia speciei cõgregata est sub vno. Vel magis ex parte finis, quia vnus Sol sufficit ad vniuersi perfectionem. Deinde cum dicit.

Si vero quispiam nihil prohibere dixerit, seorsum quidem omnia multis, simul autem huic soli competere. Dicendum est primo quidem ipsum animal bipes, & ambobus, animali inquam bipediq; cõpetere. Atque hoc in perpetuis.

parte.3. Si quis autem dicat nihil ꝓhibere separatim quidem omnia multis, simul vero huic soli inesse. Primum quidem quia & ambobus, vt animal bipes, animali & bipedi. Et hoc in sempiternis quidem.

K Excludit quãdam cauillosam respõsionẽ. Posset enim aliquis dicere, q̃ licet quodlibet eorũ quæ ponũtur in diffinitione singularis ideę cõueniat separatim multis, non tñ simul accepta conueniũt nisi vni soli, huic. s. cuius diffinitio quæritur. Hanc aũt rñsionem excludit duobus modis. Primo quãtum ad ipsas ideas. Secũdo quãtum ad ea quorum sunt ideæ. ibi ⁊ Amplius de multis. ⁊ Circa primum duo facit. Primo excludit rñsionẽ ꝑdictam oñdens q̃ adhuc sequitur diffinitionem nõ diffinito soli inesse. Secundo q̃ non primo. ibi ⁊ Et necesse esse priora. ⁊ Dicit ergo q̃ contra rñsionem ꝑdictam, primo est dicendum hic, q̃ diffinitio assignata alicui ideæ etiam alijs inerit, sicut si diffinitio ideæ hois sit aĩal bipes, hic duo inerunt ⁊ animali et bipedi ⁊. i. ideæ animalis & ideæ bipedis, quia etiã illæ duæ ideæ simul coniũctæ erũt animal bipes. Et sic hæc diffinitio animal bipes non erit ꝓpria ideæ hominis. Et hoc inconueniens quidem accidit ⁊ in sempiternis, ⁊ id est cõsiderando etiam diffõnem ideæ quæ est quoddã singulare sempiternum ſm Platonicos, & cõsiderando q̃ diffinitio assignata vni ideæ conuenit alijs. Deinde cum dicit.

Excludit cauillosam rñsionem. parte seq.

L Et necesse est esse, quia sunt priora, & ipsius cõpositi partes. Aut sunt etiam separata, si quidem homo est separatum. Aut enim nihil, aut vtrunq;. Si igitur nihil, non erit præter species ipsum genus. Si vero erit vtrumq;, & differentia ipsa etiam erit.

parte.4. Et necesse esse priora existentia & partes compositi. Quinimo & separabilia, si homo separabile. Aut enim nihil, aut ambo. Si quidem igitur nihil, nõ erit genus præter species. Si vero erit, & differentia.

M Ostẽdit q̃ sequitur vlterius, q̃ diffinitio assignata ideæ hominis nõ primo cõueniet ei, quod est cõtra rõnem diffinitionis. Nam diffinitio primo verificatur de diffinito. Hoc autem oñdit tribus modis. Primo sic dicens, q̃ nõ solum necesse est q̃ animali & bipedi cõueniat diffinitio assignata homini, sed etiã necesse est q̃ illa. s. animal & bipes existant priora homine, & sint partes eius, inquantum homo ex vtroq; cõstituitur. Quinimmo ſm positionem eorum sequeretur, q̃ ambo sint separabilia ab homine, & ab alijs animalibus, scilicet animal & bipes, si homo ponitur separabilis ab indiuiduis. Sicut enim homo est superius ad indiuidua, ita genus & differentiæ ad hominem. Aut enim oportet q̃ nullum commune sit separabile, aut oportet q̃ ambo prædicta. s. animal & bipes sint separabilia ab homine. Si igitur nullum cõmune est separabile, tũc sequetur quod genus nõ erit præter species. Et sic genus non significabit substantiam. Si vero genus erit præter species, part ratione & differentia, quæ etiam est cõmunior specie.

Si autem vtraq; scilicet animal & bipes sunt separabilia ab homine, sequetur q̃ sint priora, eo modo sicut homo separatus est prior indiuiduis. Et ita sequetur vlterius q̃ diffinitio assignata homini, conueniat quibusdam prioribus .s. animali & bipedi. Secundo ibi. N

Deinde quia priora sunt ipso esse. Hęc autem nõ econtra tolluntur.

Deinde quia priora ipso esse. Hoc vero non consequenter aufertur. parte.5.

Ostẽdit idem alia ratione dicens, quòd inde patet quòd animal & bipes sunt priora homine ꝓut esse. Illa enim sunt priora in esse quæ nõ remouentur alijs ablatis, sed eis ablatis alia remouentur. Sicut vnum est prius duobus, quia remoto vno, remouentur duo, sed non econuerso. Remotis autem animali & bipede remouetur homo, sed remoto homine, hoc. s. animal & bipes nõ aufertur. Vnde patet q̃ animal & bipes sunt priora homine. Tertio ibi. O

Pręterea ipsę ideę sunt ex ideis. Sunt enim magis ea incomposita, ex quibus quippiam constat.

Deinde autem si ex ideis ideæ, minus composita ex quibus. Te. cõ. 55. Parte. 6.

Ostẽdit idem tertia ratione dicẽs, q̃ idem apparet si ponamus anima & bipes nõ solum sunt separabilia ab homine, quasi quædam ideæ eius, sicut supra dictũ est in prima ratione, sed etiam ex ipsis fit homo, vt sic ex ideis separatis fiat idea separata. Patet enim q̃ minus erũt composita animal & bipes ex quibus componitur homo, q̃ homo qui componitur ex eis. Quod autem est minus compositum, est prius. Vnde sequeẽ adhuc q̃ animal & bipes sunt priora homine, non solum ꝓpter separationem, vt prima ratio procedebat, sed etiam propter compositionem, vt procedit hæc dicta ratio. Deinde cum dicit. P

Pręterea de multis & illa prædicentur oportet, ex quibus ipsa idea constat, vt animal atque bipes. Quod si non prędicentur, quoniã cognoscentur modo? Erit enim quædã idea, quam de pluribus q̃ vno impossibile est prædicari. Aut non videtur, sed omnis idea participabilis esse videtur. Parte. 7.

Amplius de multis opprtebit & illa prędicari ex quibus idea, vt animal bipes. Sin autem, quomodo cognoscetur? Erit enim idea quędam, quam impossibile de pluribus prędicari q̃ de vno. Nõ videtur autem, sed omnis idea est participabilis. Q

Ponit aliam rationem ad excludendum ꝑmissam rñsionem dicens, q̃ nõ solum sequeẽ, q̃ diffinitio assignata ideæ hominis cõueniat alijs ideis prioribus. s. animali & bipedi, ex quibus ponitur cõstitui idea hominis, sed ẽt illa ipsa, vt animal & bipes oportebit prædicari de multis, & non de homine tñ, non solum seorsum accepta, vt præmissa responsio istorum dicebat, sed ẽt coniunctim. Si enim hęc ea quibus cõponitur idea hominis. s. animal & bipes nõ prædicãtur de multis, qũo cognoscetur q̃ sint ideæ hominis, vt supra cõclusum est? Sequetur enim q̃ sit aliqua idea, q̃ nõ potest ꝑdicari de pluribus q̃ de vno, Constat enim q̃ idea animalis de pluribus numero ꝑdicari potest. Si ergo hæc duo simul animal bipes non ꝑdicari nisi de vno, sequetur q̃ bipes restringat animal ad vnum, ita q̃ aliqua idea quæ est bipes ꝑdicetur de vno tñ. Quod nõ videtur esse verum, cũ oẽs idea sit participabilis à multis. Ab vno enim exemplari, multa exemplaria fieri contingit. Non igitur ꝑdicta rñsio potuit esse vera. Sciendum est aũt q̃ per hanc eãdem rationem sufficienter oñditur, & nullum singulare in his inferioribus diffiniri posse per aliquas ꝓprietates

Nullũ singulare ĩfimũ diffinitur diffinitione ꝓpria cõp. formæ cũ materia.

A tates vel formas adunatas, quęcunq; fuerint. Sicut enim q̃libet idea, ita & quęlibet forma quantum est de se nata est in pluribus esse. Et ita quãcunq; aggregentur, nõ erit certa assignatio huius singularis nisi per accidens, inquãtũ cõtingit ola insimul collecta in vno solo inueniri. Vñ patet q̃ collectio accĩtium non est principiũ idiuiduationis, vt qdã dicũt, sed materia designata, vt Phs dixit. Deide. c. d.

Vt igitur dictum est, latet fieri non posse, vt diffinitio in perpetuis assignetur, maxime vero in hisce quæ vnica sunt: qualis est sol aut luna. Non enim solum ex eo peccant quia talia addunt, quibus sublatis adhuc sol erit: quale est circa terram proficiscens, aut quod noctu celatur. Si steterit enim aut si visus fuerit, non vlterius sol erit. At absurdum videtur, si non erit. Sol enim substantiam quandam significat. B Pręterea sumunt ea quę de alio etiam dici possunt, veluti si alius talis fuerit, patet illum continuo solem fore. Ratio ergo illa communis erit. At singularis ipse sol erat, perinde atq; Socrates aut Cleon. Quod si rationes talium esse possint, cur ipsorum nemo diffinitionem affert ideæ? Fuerit autem manifestũ, si quispiam afferre aggredietur, verum id esse quod nunc est dictum.

Quemadmodum ergo dictũ est, latet q̃ impossibile diffinire in sempiternis. Maxime vero quæcunq; vnita, vt sol, & luna. Non solum enim peccant additione taliũ, quibus ablatis adhuc erit sol. Puta terram gyrans aut nocte absconditum. Si enim stetit aut apparuerit, nõ adhuc erit sol. Sed absurdum si non. Sol enim quandam substãtiam significat. Amplius quęcunq; in alio contingunt. vt si alter fiat talis, palam quia sol erit. Cõmunis ergo ratio, sed erat singularium sol, vt Cleon aut Socrates. Quoniam propter quid nullus ipsorum terminum profert ideæ? Fiet enim vtiq; manifestum tentãtibus, quia verum quod modo dictum est.

Ponit tertiam rõnem principalem ad oñdendum quòd ideæ nõ ꝓnt diffiniri dicens, q̃ quia supra dictum est, q̃ indiuidua non ꝓnt diffiniri ꝓpter hoc q̃ sunt corruptibilia, vt prima rõ procedebat, & quia ea quæ accipiũtur in diffinitionibus sunt cõmunia, vt ꝓcedebat ratio secunda, latet verum esse hoc q̃ dictum est. s. quod impossibile sit diffinire singularia in sempiternis, & maxime in illis quę sunt vnita in vna specie, sicut sol & luna. Quia enim sunt sempiterna, nõ videtur de eis cõcludere ratio, quæ ex corruptione singularium procedebat. Quia vero sunt vnita in vna specie, nõ videẽ de eis rõ concludere quæ ꝓcedebat ex cõmunitate partium diffõnis. Quæcunq; enim conueniũt soli ſpẽi, conueniunt soli indiuiduo. Sed pro tãto decipiũtur, qui putant hæc esse diffinibilia, quia diffinientes talia peccant multipliciter. Et vno modo peccãt inquantum addũt aliqua in diffinitionibus eorũ, quibus ablatis adhuc erunt ipsa. s. sol & luna. Sicut cum diffiniendo solem, dicũt q̃ est pigyrion. i. terram gyrans, aut nyctierypron. i. nocte absconsum. Si enim sol steterit non gyrans terram, aut si apparuerit, ut nõ sit nocte absconsum, nõ adhuc erit sol, si bene fuerit diffinitum. Sed absurdum est, si non sit sol istis remotis. Sol enim signãt quãdam substantiam, illa vero per quæ diffinitur sunt quædam accĩtia eius. Non solum autẽ sic peccant, sed & amplius, diffinientes solem per aliquid quod cõuenit in alio esse. Si enim ⁊ fiat alter talis ⁊. i. aliquod corpus hñs talem vel eãdem formam et speciem, palam est q̃ erit sol, ſm q̃ sol significat spẽm, & hoc modo potest diffiniri. Ratio aũt ⁊ diffinitiua est cõis ⁊. i. huius spẽi quod est sol. Sed sol iste erat de numero singularium, sicut Cleon aut Socra. Et sic patet, q̃ licet etiam ideæ ponantur sempiternæ & vnicæ in vna specie, adhuc non poterunt diffiniri. Quare nullus ponẽtium ideas, tulit ⁊ alię quẽ terminũ ⁊. i. diffinitionẽ ideę. Si enim aliqua diffinitio ab eis data esset de aliqua idea, puta hominis vel equi, fieret manifestũ cõtra tentãtes diffinire ideam, qa verę est qđ modo dictũ est. s. q̃ idea est indiuisibilis. Lec. xvj. B

Patet autem & eorum complura, quæ substantia esse videntur, potentia esse, vt animalium partes. Nulla enim ab istis est separata. Cum vero fuerint separatæ, tunc etiam sunt vt materia cunctæ, & terra, & ignis, ac aer. Nihil enim ipsorum est vnum, sed vt cumulus antequam digerantur & vnum quippiã ex ipsis emergat. Maxime autem partes animantiũ: atque animę, prope ad hoc accidere quispiam arbitrabitur, aut actu sint & potẽtia, propterea quod ab aliquo motus principium in fluxionibus habent. Quocirca quędam animaliũ diuisa viuunt. Attamen cuncta potẽtia erunt, cũ vnum sunt continuumq; natura, sed nõ vi, aut copulatiõe. Tale enim est ęsum. F

MAnifestum est autem q̃ substãtiarum esse existimatarũ: plurimæ potestate sunt, vt ipsæ partes animalium. Nihil enim ipsorum separatum est. Quando autem separata fuerunt, tunc entia vt materia omnia, terra, ignis & aer. Nihil enim ipsorum vnum est, nisi vt cumulus antequam digerat, & fiat aliquid ex ipsis vnum. Maxime autem vtiq; aliquis animatorum partes susp̃i, abitur & eas, quæ animæ propinquæ ambas fieri entes & actu fieri & potentia, eo qđ principia motus habeant ab aliquo in iuncturis. Propter qđ qđam animalia diuisa viuunt. Sed tamen potẽtia omnia erunt, quando vnũ fuerit & continuum natura, sed non vi, aut copulatione. Tale nanq; est orbatio. Tex. cõ. 56 parte. 1. Hic accipe ellora nõ esse actu in mixto. G Alla litera cõplantatione. Ostendit qũo subaponal. ex partibus. Te. cõ. 5.

HIC Philosophus manifestat qđ superius sub dubitatione reliquit. s. qũo aliqua subãponatur ex partibus, cum supra oñderit q̃ substãtia nõ põt cõponi neq; ex passionib⁹, neq; ex substãtijs actu existẽtibus. Et ideo hic oñdit q̃ partes ex quibus componuntur substãtiæ, non sunt substãtiæ actu existẽtes, sed potentia, dicens q̃ cum supra dictũ sit, q̃ qđam sunt quæ ab oĩbus existimantur substãtiæ eẽ. s. sũbæ sensibiles, & partes earũ, manifestũ est q̃ plurimæ hmõi substãtiarum sunt in potẽtia, & nõ in actu, vt patet de partibus aĩalium, & de oĩbus alijs partibus. Dicit aũt ptes eẽ plurimas harum sũbarũ, quia cũ vnũquodq; totum ex pluribus componaẽ, oportet plures esse partes cõponẽtes ęs tota composita. Et q̃ partes sint in potẽtia tñ, patet quia nihil de numero earę est separatũ, ĩmo oẽs partes inquantum sunt partes, sunt vnitæ in toto. Oẽ. n. qđ est in actu, oportet esse ab alijs distinctum, quia res vna diuidit ab alia per suum actum & per formã, sicut supra dictũ est. Quãdo autem ea quæ ponũtur partes fuerint separata adinuicem dissoluto toto, tunc quidẽ sunt entia in actu, non qdem vt partes, sed vt materia existens sub priuatione formæ totius. Sicut patet de terra & igne & aere, quæ quãdo sunt partes corporis mixti, non sunt actu existẽtia, sed potẽtia in mixto. Cum vero separanẽ, tunc sunt in actu exĩtia, & non partes. Nullum enim elementoꝝ ⁊ anteq̃ digeratur ⁊. i. anteq̃ per alterationem debitam ueniat ad mixtionẽ, & fiat vnũ mixtũ ex eis, est vnum cũ alio, nisi sicut cumulus lapidum est vnum ſm quid, & non simpliciter. Vel melius ⁊ nihil ipsorum ⁊. i. nihil ex ipsis est vnũ &c. Quãuis enim omnes partes sint in potẽtia, tñ maxime poterit aliquis opinari partes aĩatorum & partes animæ esse H

propinquas

Universidad de Deusto
Biblioteca

I propinquæ, vt fiant actu & potentia. i. vt sint in potẽtia ꝓpinqua actui. Et hoc ideo, quia corpora animata sunt corpora organica habẽtia partes distinctas ſm formam, vnde maxime sunt ꝓpinqua ad hoc ꝙ sint actu. Et hoc ideo quia habent principiũ motus ab aliquo determinato, cum vna pars moueat aliam. Sicut patet in iuncturis in quibus videtur esse principium motus alterius partium coniunctarum, cum cõtingat vnã mouerí, alia quiescẽte, vt dicit in libro de motibus aialium. Et ꝓpter hoc ẽt, quia nõ solũ partes corporis sunt in potẽtia ꝓpinqua actui, sed ẽt partes aiæ, ideo q̃dam aialia post diuisionem viuunt, sicut aialia anuloſa. Quod ex hoc contingit, quia in toto animali erat vna anima in actu, plures autem in potentia. Facta autem diuisione, fiunt plures animę in actu. Quod contingit propter imperfectionem talium aialium, quæ requirunt modicam diuersitatem in partibus, eo ꝙ habẽt animam imperfectæ virtutis, nõ valentem diuersa operari, ad quæ sit necessaria organorum multitudo. Sed tamẽ quamuis istę partes animæ & animatoꝝ sint propinquę actui, nihilominus sunt oĩa in potẽtia, q̃n totum fuerit vnum & cõtinuum per naturam. Non autem ſi fiat vnum per violẽtiam, sicut ſi ligentur partes vnius aialis cum partibus alterius, aut per complãtationem, sicut accidit in plantis. Ante enim q̃ ſurculus iſertus vniatur plantæ, est in actu, postea vero est in potẽtia. ☾ Tale nãq; ☽. i. vnum esse per violẽtiam, aut per complantationem ☾ est orbatio, ☽ id est aliquid læſiuum naturæ, & cõtra naturam exiſtens. Deinde cum dicit.

Scdo ō aia. Te. cõ. 93.

K

Quoniam aũt ipſum vnum, perinde atq; id quod est dicitur, ſubaq; vnius est vna, & quorum est ſuba numero vna, ea ſunt numero vnum: patet neq; ipſum vnum, neq; id quod est, rerum ſubſtãtiam esse poſſe, queamadmodũ nec elementi esse principiiue ſubſtãtia est cuiusq̃. Sed q̃erimus quodnã sit ipſum principium, vt ad magis notũ proficiſcamur. Horum igitur id quod est ipſum vnum, magis ſubſtãtia q̃ principium, & cauſa, & elementum esse videtur.

L

Te. cõ. 17. patẽ. 2

Quoniam vero vnum dicitur ſicut & ens, & ſubſtantia vnius vna, & quorum vna numero, vnum numero: palam quia nec vnum nec ens cõtingit ſubſtãtiam esse rerũ, ſicut neq; elemẽto esse aut principio. Sed q̃erimus quidem principium, vt ad notius reducamus. Magis igitur horum ſubſtantia est ens & vnũ, q̃ principium, & elementum, & cauſa.

Oſtẽdit ſpecialiter ꝙ vnum & ens non ſunt ſubſtantiæ.

M

Oſtendit ſpecialiter ꝙ vnum & ens non ſunt ſubſtantiæ, & circa hoc duo facit. Primo prẽmittit propoſitum dicens, ꝙ hoc modo prædicatur de rebus vnum ſicut et ens, cum ſint cõuertibilia, & vnum dr̃ de aliqua re ꝓp ſubſtantiam eius. Vnius enim est vna ſuba, & illa ſunt vnũ numero, quoꝝ est ſuba vna numero. Quod etiam aliquid dicat ens per ſuam ſubam, hoc est manifeſtum, q̃m inquã ita est, palam est ꝙ neq; vnum neq; ens cõtingit esse ſubſtãtiam rerum, immo prædicãtur de ſubſtantia ſicut de ſubiecto. Sicut etiam neque hoc quod est ☾ elemẽto esse aut principio ☽. i. ipſa rõ principij & elemẽti dicit ſubam rei quæ dr̃ principium vel elemẽtum. Sed q̃rimus quid ſit principiũ vel elementũ, vt ad aliquod notius referamus. ſ. ad ſubam ſubiectam. Sed tñ ens & vnũ magis ſunt ſuba q̃ principiũ, & elemẽtum & cauſa. Propinquius enim ſe hñt ad rerum ſubam. Principium enim & cã, & elemẽtum, important ſolam habitudinem rei ad rem aliquã, ſed ens & vnũ ſigñat id quod cõuenit rei rõne ſuæ ſubſtantiæ. Et tñ nec ens nec vnum ſunt ſubſtãtia ipſa rei. Secundo ibi.

At neq; hæc ſunt, ſi quidem neq; aliud quicq̃ commune ſubſtãtia ſit. Nulli enim alii ſuba cõpetit niſi ſibiipſi, & ei qui habet ipſam cuius ſubſtantia est,

N Patta. 5

Sed nec iſta ſunt, ſi nec aliud commune nihil ſubſtantia ſit. Nulli nanq; ineſt ſubſtantia, ſed huic & habenti ipſam cuius est ſubſtantia.

Prima ꝓ ad id quod ſupra.

Probat propoſitum duabus rõnibus, quarum primam ponit dicens, ꝙ cũ iſta. ſ. ens et vnum ſint cõta nõ poſſunt esse ſubæ, ſi nullum cõe est ſuba, vt ꝓbatum est. Quod aũt nullum cõe ſit ſubſtãtia ex hoc patet, qa ſuba nulli potest ineſſe niſi ipſi hñti eam cuius est ſubſtãtia. Vñ impoſſe est ſubam esse cõem multoꝝ. Secundam rõnem ponit ibi.

Præterea ipſum vnum pluribus in locis ſimul esse non potest, commune autem ipſum multis in locis est ſimul. Quare patet nihil vniuerſalium ſeorſum præter ſingula eſſe.

parte. 1.

O

Amplius quod vnum, apud multa non vtiq; erit ſimul. Quod autem commune, ſimul apud multa exiſtit. Quare palam quia nullum vniuerſalium exiſtit, prꝛeter ſingularia ſeparatim.

Concluſio generalis.

Dicit ꝙ hoc ipm q̃d est unũ, non põt apud multa ſimul inueniri. Hoc. n. est cõtra rõnẽ unius, ſi tñ ponatur aliquod vnum ꝓ ſe exiſtẽs vt ſuba. Sed illud quod est cõe, est ſimul apud multa. Hoc enim est rõ cõis, vt de multis ꝓdicetur, & in multis exiſtat. Patet igitur ꝙ vnum quod est cõmune, nõ potest esse ſic vnum quaſi vna ſubſtãtia. Et vlterius palam est ex omnibus ꝓdictis in hoc capitulo ꝙ nullum vniuerſale, nec ens, nec vnum, nec genera, nec ſpecies hñt esse ſeparatum ꝑter ſingularia. Deinde cum dicit.

Sed qui formas inquiunt esse, partim recte dicũt ſeparantes ipſas, ſi quidem ſubſtantiæ ſint: partim non recte, propterea quod ipſam vnam formam de pluribus prędicant. Et cauſam huius hanc esse conſtat. Non enim reddere poſſunt, quænam ſint tales ſubſtantię, quę corruptionem non ſubeunt, quæq; ſunt prꝛeter ſingulas ſenſibilesue ſubſtantias. Faciunt igitur ipſas ab his quę occidunt ſpecies non differẽtes, ipſum hominẽ, & ipſum equũ. Hęc enim cognoſcimus, hãc dictionem, ipſum inquam, rebus ſenſibilibus adiungentes. Et tantum ſi etiam ſteilas non vidiſſemus, non minus (vt arbitror) prꝛeter eas quas nos ſcimus ſubſtantię perpetuę essent. Quare & nũc & ſi quęnam ſint videre non poſſumus, esse tantum aliquas fortaſſe neceſſe est. Patet igitur neq; quicq̃ eorum quę dicunt vniuerſalia, ſubſtãtiam esse, neq; ſubſtãtiam ex ſubſtantiis vllam conſtare.

P

Te. cõ. 1 parte. 4.

Sed ſpecies dicentes, hic quidem dicunt recte ſeparantes eas, ſubſtantiæ ſunt, illic autem non recte, quia vnam in multis ſpeciem dicunt. Cauſa vero, qa non habent reddere quæ tales ſubſtantiæ incorruptibiles, prꝛeter ſingulares & ſenſibiles. Ergo faciunt eaſdem ſpecie corruptibilibus. Has enim ſcimus, autãthrꝛopon. i. ipſum hominem, & authippon. i. ipſum equum addentes ſenſibilibus verbum auto. i. ipſum, ſeu per ſe. Quamuis itaque ſi non videmus altra, non minus extimo forent ſubſtantię ſempiternæ prꝛeter eas ꝙs nos videmus. Quare & nũc ſi nõ habemus q̃ ſunt, eẽ tñ qualdam forſan eſt neceſſariũ. Quod qdem igit, neq; vlr dictorum nihil ſuba, nec est ſubſtãtia, neq; vna ex ſubſtãtis, manifeſtum.

Hic audiꝛ non ꝓbi nos ſubſtãtiales ꝓgnoſcere quid ſit. Quid rei aut non ſ ẽe dixe rint Plato ici de ideis.

Oſtendit quantum ad quid Plato recte dixerit, & quantum ad quid non recte, dicens, quòd Platonici ponentes ſpecies ideales, in hoc recte dicunt quòd ponunt eas ſeparatas, ex quo ponunt eas ſubſtantias ſingularũ. De ratione enim

A nẽ enim ſubſtantiæ est ꝙ ſit per ſe exiſtens. Non autem poſſet esse per ſe exiſtens ſi in aliquo ſingularium eſſet, prꝛeſertim qua ſi in vno ſingularium exiſteret, in alijs esse non poſſet. Sicut enim iam dictum est, id quod est vnum ſubſiſtens, non potest in multis esse. Vnde in hoc recte facit Plato, ex quo poſuit ſpecies esse ſubſtantias, quod poſuit eas ſeparatas. In hoc autem non dixerunt recte, quia dicunt vnã ſpeciem esse in multis. Hæc enim duo videntur esse oppoſita, ꝙ aliquid ſit ſeparatum per ſe exiſtẽs, & tamen habeat esse in multis. Cauſa autem ꝓpter quam inducti ſunt Platonici ad ponẽdum hmõi ſubas ſeparatas, & tamen esse in multis, hæc est, quia per rõnem inuenerunt ꝙ oportet esse aliquas ſubas incorruptibiles & incorporeas, cum rõ ſubę corporalibus dimenſionibus nõ ſit obligata. Sed quę ſunt hmõ ſubæ q̃ quidem ſunt incorruptibiles, & ſunt ꝑter has ſubſtantias ſingulares & ſenſibiles ☾ non hñt reddere ☽. i. non poſſunt aſſignare & manifeſtare, eo ꝙ noſtra cognitio à ſenſu incipit. Et ideo ad incorporea quæ ſenſum tranſcendunt, non poſſumus aſcendere, niſi quatenus per ſenſibilia manu ducimur. Et ideo vt aliquam notitiam traderent de ſubſtantijs incorporeis incorruptibilibus ☾ faciunt, ☽ id est fingunt eas, eaſdem esse ſpecie ſubſtantijs corruptibilibus, ſicut in iſtis ſubſtãtijs corruptibilibus inuenitur homo ſingularis corruptibilis, & ſimiliter equus. Poſuerunt igitur ꝙ etiam in illis ſubſtantijs ſeparatis eſſet aliqua ſubſtantia quæ eſſet homo, & aliqua quæ eſſet equus, & ſic de alijs, ſed differenter, quia has ſubas ſeparatas ſcimus ex doctrina Platonicoꝝ per hoc ꝙ dicimus ☾ autanthropon ☽. i. per ſe hominem ☾ & authippon ☽. i. per ſe equum. Et ita in ſingulis ſubſtantijs ſenſibilibus ad deſignandas ſubſtantias ſeparatas ☾ addimus hoc verbum ☽. i. hãc dictionem auto. i. per ſe. Ex quo apparet ꝙ Platonici volebant illas ſubſtantias ſeparatas eſſe eiuſdem ſpeciei, cum iſtis ſenſibilibus, & ſolum in hoc differre, quia ſeparatis attribuebant nomen ſpeciei per ſe, non autem ſenſibilibus. Cuius rõ est, qa in ſingularibus ſunt multa, q̃ nõ ſunt partes ſpẽi. Sed in illis ſubſtãtijs ſeparatis dicebant tm̃ eſſe illa, quę ꝓtinent ad ſpeciem & naturam ſpeciei. Ergo homo ſeparatus dicebatur per ſe homo, quia habet ea tm̃ quæ pertinẽt ad naturam ſpeciei. Sed hic homo ſingularis habet cũ his quæ ad naturam ſpeciei pertinẽt multa alia, & ꝓp hoc non dr̃ per ſe homo. Est aũt ſimilis defectus in hac põne, ſicut ſi poneremus ꝙ nõ videremus aſtra & alia corpora incorruptibilia, & tamẽ cõſtaret per rõnem ꝙ eſſent aliqua corpora incorruptibilia, & poneremus ꝙ incorruptibilia corpora eſſent eiuſdem ſpeciei cũ corporibus corruptibilibũ. Sicut ſi diceremus ꝙ corpora incorruptibilia eſſent bos et homo & equus & alia hmõi, vt Poetæ finxerunt in ſtellis eſſe arietẽ & taurum, & alia huiuſmodi. Sicut igitur ſi non videremus ſtellas non minus (vt exiſtimo) forent ☾ ſubſtantiæ corporeæ ſempiternæ, ☽ id est ſtellæ, prꝛeter eas quas nos tunc videremus. ſ. hmõi corpora corruptibilia, & alterius ſpeciei ab eiſdita etiam & nunc, quamuis neſcia mus dicere quæ ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ, & cuius naturæ, tamen forſan neceſſarium est eſſe quaſdam ſubſtantia ſeparatas prꝛeter ſenſibiles, et alterius ſpeciei ab eis. Ideo autem dicit ☾ forſan ☽ quia nondum probauerat ſubſtantias aliquas eſſe à materia ſeparatas. Probabit autem in ſequentibus. Concludit autem vltimo concluſionem intentam in toto capitulo dicens ꝙ manifeſta ſunt ex prædictis duo, quorum vnum est, ꝙ nihil vlr dictorum ſit ſubſtantia, ſecundum est ꝙ nulla ſubſtantia ſit ex ſubſtantijs actu exiſtẽtibus. Vel ſm aliam literã ex nõ ſubſtãtijs. Oſtendit enim ſupra ꝙ ſubſtantia quæ est hoc aliquid, nõ ſit ex cõmunibus quæ ſignificant quale quid. Lectio. xvij.

Quid autem & quale quid ſubſtantiam dicere oporteat, rurſus alio quaſi principio ſumpto dicamus. Ex his enim & de ſubſtantia illa fortaſſe patebit, quæ a ſenſibilibus ſubſtantijs est ſeparata. Cum igitur ipſa ſubſtantia principium ſit & cauſa quędã, hinc exordiamur oportet.

B

Te. cõ. 59 parte. 1.

QVid autẽ oportet dicere & quale quid ſubſtantiam, iterũ aliud velut principium faciẽtes dicamus. Forſan enim ex his erit palam, & de illa ſubſtantia quæ est ſeparata a ſenſibilibus ſubſtantijs. Quoniam ergo ſubſtantia principiũ & cauſa quędam est, hinc eſt procedendum.

F

Intentio phi in hoc capitulo.

PHILOSOPHVS in principio huius ſeptimi, promiſerat ſe tractaturum de ſubſtãtia rerum ſenſibilium quæ eſt quodquideratesse, quam logice notificauit, oſtendens ꝙ ea quæ per ſe ꝓdicãtur, pertinẽt ad quodquidest, ex quo nondum erat manifeſtum quid ſit ſubſtantia quæ eſt quodquideratesse. Hanc autem ſubſtantiam Platonici dicebant esse vĩa, quæ ſunt ſpecies ſeparatæ, quod Ariſto. ſupra imediate reprobauit. Vnde relinquebatur ꝙ ipſe Philoſophus oſtenderet quid ſm rem ſit ſuba, quæ eſt quodquideratesse. Et ad hoc etiam oſtendẽdum ꝑmittit ꝙ ſuba quæ eſt quodquideratesse, ſe habet vt principiũ et cã, q̃ est intẽtio huius capituli. Diuiditur ergo in partes duas. In prima dicit de quo eſt intentio. In ſecunda proſequitur ſuã intentionem, ibi ☾ Quæritur aũt ipſum pp quid. ☽ Dicit ergo primo, ꝙ ex quo oĩſum est ꝙ nihil vlr dictoꝝ est ſubſtãtia, vt Platonici poſuerãt, dicamus quid ſm veritatem oportet dicere ſubſtãtiam. ſ. quæ eſt quodqderatesse ☾ & quale quid ſit ☽ hæc ſuba, vtrum. ſ. ſit forma, vel materia, vel aliquid hmõi, & hoc inquam dicamus interponentes vel dicentes quaſi aliud principium ab eo principio logico, ꝙ quod ingreſſi ſumus in principio ſeptimi ad inquiſitionem ꝓdictæ ſubſtantiæ. Forſitan enim ex his q̃ dicenẽ circa qddiates rerũ ſenſibilium, erit palam de illa ſubſtãtia q̃ est ſeparata à ſenſibilibus ſubſtantijs. Quamuis enim ſubſtantiæ ſeparatæ non ſint eiuſdem ſpeciei cum ſubſtantijs ſenſibilibus, vt Platonici poſuerunt, tamen cognitio iſtarũ ſubarum ſenſibilium est via ad cognoſcendum ꝓdictas ſubas ſeparatas. Subiungit aũt qđ ſit illud principium aliud ꝙ qđ ad ꝓpoſitam põnem ingrediendum eſt, dicens ꝙ hinc ꝓcedendum est ad oſtendendum quid ſit prędicta ſubſtãtia, ꝙ ſciamus ꝙ in ipſa ſubſtãtia eſt pricipiũ quoddam, & cauſa quædam. Deinde cum dicit.

parte ſeq.

G

Quæritur autem ipſum propter quid hoc ſemper pacto. propter quid aliquid alcui aliis ineſt. Quærere enim cur muſicus homo, muſicus est homo: aut est quærere id quod eſt dictum propter quid inquam homo muſicus eſt, aut aliud. Quærere igitur cur ipſum eſt ipſum, nihil eſt quærere. Pateat autem ineſſe atq; eſſe oportet, veluti lunam deficere. Huius autem cur ipſum eſt ipſum, vna ratio in vniuerſis ac vna cauſa eſt cur homo eſt homo, aut muſicus, muſicus: niſi quiſpiam dicat, quia ad ſe ipſum vnumquodq; indiuiſibile eſt. Hoc autem eſt ipſius vnius eſſe. Verum hoc commune de omnibus eſt atque breue. Quæſierit autem quiſpiam, cur homo eſt animal tale? Atque hoc patet illum non quærere, cur qui eſt homo eſt homo? Ergo aliquid de aliquo quærit, cur illi competit. Pateat autem illud eſſe oportet, alioquin nihil quærit. Veluti cur tonitat? quia fit in nubibus ſonus. Hoc enim pacto aliud eſt de alio, id quod quæritur. Et cur hæc ceu lateres lapideſq; ſunt domus? Cauſam igitur illum quærere patet. Hæc autem eſt ipſa quidditas, vt differendi modo dicatur.

H

Universidad de Deusto
Biblioteca

I Quæ quidem in quibusdam est id, gratia cuius cætera fiunt: vt in domo forsitan aut lectica. In quibusdam id quod primo mouit. Est enim & hoc ipsum causa. Sed talis quidem causa quæritur, cum res fiũt & corrumpuntur, altera autem & cum sunt.

Parte. 2.

Quæritur autem ipsum propter quid semper sic. Propter quid aliud aliquid alii alicui inest. Nam quærere propter quid musicus homo, musicus homo est, aut est quod dictum est quærere propter qd homo musicus est, aut aliud. Hoc quidem igitur ꝓpter quid ipsum est ipsum, nihil est quærere. Oportet enim ipsum quia, & ipsum esse, existere manifesta entia. Dico autem vt quia luna patit eclipsim. Ipsius autem quia ipsum, vna est ratio, & vna causa in omnibus, propter quid homo, homo, aut musicus, musicus. Nisi quis dicat, quia indiuisibile ad ipsum vnumquodq;. Hoc autem erat vnum esse. Sed hoc commune, quia de omnibus, & quod breue.

Quærere ꝓp qd hõ ẽ hõ, est nihil q̃rere.

K

Alia littera: & similis toni. Alia ꝙ littera, & q̃ verum.

Quærit autem aliquis propter quid homo est animal tale? Hoc quidem igitur palam, quia nõ quærit, quare qui est homo, homo est. Aliquid ergo de aliquo quærit, propter quid existit. Quia vero existit, oportet manifestum esse. Nam si non ita, nihil quærit. Vt propter quid tonat? quia fit sonitus in nubibus. Aliud enim ita de aliquo est, quod quæritur. Et propter quid hęc, puta lateres, vel lapides, domus sunt? Palam igitur ꝙ quærit causam. Hoc autem est quodquideratesse, vt est dicere logice. Quod in quibusdam quidem est cuius causa, vt forsan in domo, aut lecto. In quibusdam vero, quod mouit primũ. Nam causa & hoc. Sed talis qdem causa in fieri quæritur & corrumpi, altera vero & inesse.

L

Oñdit ꝙ subꝫ q̃ est qđ qđerat esse, sit principiũ & cãus. infr. pa. 6 Partẽ. 2 Via totius deductiõis Pbi ad principale propositum.

Ostendit ꝙ substantia quæ est quodquideratesse, sit principium & causa: & circa hoc duo facit. Primo oñdit ꝙ sit principium & causa. Secundo cuiusmodi principiũ sit, ibi ☾ Quoniam vero ex aliquo compositum sit. ☽ Circa primum duo facit. Primo oñdit propositum. Secundo excludit quoddam quod posset videri propositæ rationi repugnans, ibi ☾ Latet autem maxime quod quæritur. ☽ Est autem vis suæ rationis talis. Illud de quo non quæritur per quæstionem propter quid, sed in ipsum alia quæsita reducuntur, oportet esse principium & causam. Quæstio enim ꝑpter quid, quærit de cã. Sed subꝫ q̃ est qđqđerateſſe, est hmõi. Nõ enim quærit propter quid homo est homo, sed propter quid homo est aliquid aliud. Et similiter est in alijs. Ergo subꝫ rei quæ est quodquideratesse, est principium et causa. Dicit ergo primo ꝙ ☾ ipsum propter quid semper sic quæritur ☽. i. ipsa qõne ꝑpter qđ, vti mur quærentes, ꝑpter quid aliquid aliud inest alicui alij, & nõ ꝑp quid aliquid sit ipsum. ☾ Quærere enim propter quid homo musicus, sit musicus homo, aut est quærere quod dictum est, propter quid homo musicus, est homo musicus, aut aliud ☽. q. d. cum quærimus propter quid hõ musicus est homo musicus, dupliciter potest hæc quæstio intelligi. Vno modo vt id quod dictum est & positũ quæratur. s. vt de hoc toto quod est homo musicus quæratur hoc totum, quod est hõ musicus. Alio modo vt quæratur aliud de alio, vt scilicet de homine qui est musicus quæratur non propter qđ sit homo, sed ꝑpter quid sit musicus. Et statim reprobat primum modum intelligendi, dicens ꝙ quærere ꝑpter quid ipsum est ipsum, sicut ꝑp quid homo est hõ, nihil est quærere. In omni enim quæstione qua quæritur propter qđ oportet aliquid esse manifestum, & aliquid esse quæsitum quod nõ est manifestum. Cũ enim sint quatuor quæstiones, vt in secundo posteriorum habetur, scilicet an est, quid est, quia est, & propter quid, duę istarum scilicet quid, & propter quid, in idem coincidũt, vt ibi probatur. Sicut autem quæstio quid est se habet ad quæstionem an est, ita quæstio propter quid, ad quæstionem quia. Cum igitur quærit propter quid, oportet illa duo esse manifesta. Secundum enim quod propter quid est idem ei quod est quid, oportet esse manifestum an est. Secundum autem quod propter quid distinguitur à quid est, oportet esse manifestum quia. Et ideo dicit ꝙ cũ quæritur propter qđ, oportet existere manifesta entia ista duo. s. ipm quia, & ipsum esse, qđ pertinet ad qõnem an est. Sicut cum quæritur propter quid luna eclipsatur? oportet esse manifestum ꝙ luna patitur eclipsim. Si enim non sit manifestum hoc, frustra q̃ritur ꝑpter quid hoc sit. Et eadem ratione cum quæritur qđ est homo? oportet esse manifestum, hominem esse. Hoc autem non potest contingere si quæratur propter quid ipsum est ipm, vt propter qđ homo est homo? vel propter qđ musicus est musicus? Scito enim ꝙ homo, est homo: scitur propter quid. Hoc enim vna ratio & vna causa in omnibus, quam impossibile est ignorari, sicut nec alia cõmunia quæ dicũtur cõmunes animi conceptiones, ignorari possibile est. Huius autem ratio est, quia vnumquodq; est vnũ sibiipsi. Vnde vnumqđq; de se prædicatur. Nisi forte aliqs velit assignare aliam causam dicens, ꝙ ideo homo est homo, & musicum est musicum, & sic de alijs, quia vnumquodq; est indiuisibile ad seipsum. Et ita non potest de seipso negari, vt dicatur homo non est homo. Vnde oportet vt de se affirmet. Sed hæc ratio nõ differt à prima quam diximus. s. ꝙ vnumquodq; vnum est sibiipsi. ☾ Quia hoc erat vnum esse, ☽ id est supra posueramus quod vnũ significet indiuisibile. Et ideo idem est dicere ꝙ vnumquodq; sit vnum sibi, & indiuisibile ad seipsum. Sed etiam dato quod hæc esset alia ratio à prędicta, tamen hoc etiam est commune omnibus, quia vnumquodq; est indiuisibile ad seipsum. ☾ Et est quod breue ☽. i. se habet ad modum principij, quod est paruum quantitate, & maximum virtute. Vnde non potest quæri quasi ignoratũ, sicut nec alia principia cõmunia. Alia trãslatio habet. ☾ Et est similis toni ☽ quasi dicat & consonat verum in oĩbus. Alia vero litera habet. ☾ Et est verum, ☽ subaudiendum, per se manifestum. Sic igitur patet ꝙ non põt quæri propter quid ipsum sit ipsum. Vnde relinquitur ꝙ semper quæritur propter quid hoc sit aliud hoc. Et hoc subsequenter manifestat dicens, quòd si aliquis quæreret propter quid tale animal est homo? hoc quidem igitur palam ꝙ non quæritur propter quid homo est homo. Et sic patet ꝙ aliud de aliquo quæritur propter quid existit, non idem de seipso. Sed cum quæritur aliquid de aliquo propter quid existit, oportet manifestum esse, quia existit. Nã si non sit ita, vt. s. si non sit manifestum quod existat, nihil quærit. Quærit enim fortasse de eo quod non est. Vel aliter vt referatur ad superiora. ☾ Nam si non sit ita, ☽ id est si non quærit aliud de alio, sed ipsum de seipso, nihil quærit, vt iam ostensum est. In quærendo autem propter quid de aliquo, aliquando quæritur causa quæ est forma in materia. Vnde cum quæritur, propter quid tonat? Respõdetur, quia sonitus fit in nubibus. Hic enim constat quod aliud de alio est quod quæritur. Est enim sonitus in nubibus, vel tonitruum in aere. Aliquando autem quæritur causa ipsius formæ in materia quæ est efficiens vel finis, & cum quærimus propter quid hæc scilicet lapides & lateres sunt domus? In ista enim quæstione est aliquid de aliquo quod quæritur, scilicet domus de lapidibus & lignis. Et ideo Philosophus non dixit simpliciter, quod quæratur quid est domus, sed propter quid huiusmodi sunt domus. Palam igitur est ꝙ ista quæstio quærit de causa, quę quidem causa quæsita, est quodquideratesse, logice loquendo. Locus enim considerat modum prædicandi, & non existentiam rei. Vnde quicquid respondetur ad quid

Coordinatio materiæ scibilium qõnum.

Qđ ꝑpter qđ semper fit de alio aliud.

Ad logicã q̃stiõ pertinet de modo q̃rendi.

A ad quid est, dicit pertinere ad quodquideſt, siue illud sit intrinsecum, vt materia & forma: siue sit extrinsecum, vt agens vel finis. Sed Philosophus qui existentiam quærit rerum, finem vel agentem cum sint extrinseca non comprehendit sub quodquideratesse. Vnde si dicamus domus est aliquid prohibens à frigore et caumate, logice loquẽdo significatur quodquideratesse, non autem ſm considerationem Philosophi. Et ideo dicit ꝙ hoc quod quæritur, vt causa formæ in materia est quodquideratesse, vt est dicere logice, quod tamen ſm rei veritatem & physicam considerationem in quibusdam ☾ est cuius causa, ☽ id est finis, vt in domo, aut in lecto. Exemplificat autem de artificialibus, quia in eis est maxime manifestum quod sunt ꝑpter finem. Quamuis enim naturalia sint propter finem, fuit tamen hoc à quibusdam negatum. Potest igitur cum quæritur propter quid lapides & ligna sunt domus, responderi per causam finalem, scilicet ut defendamur à frigore et caumate. In quibusdam vero id quod quæritur, vt causa formæ in materia ☾ est quod mouit primum, ☽ id est agens. Nam hoc etiam est causa. Vt si quæritur ꝑpter quid lapides & ligna sunt domus? põt responderi, ꝑpter artem ædificatiuam. In hoc tamen differt inter causam agentem & finalem, quia talis causa. s. agens, quæritur in fieri et corrumpi. Altera autem causa. s. finalis non quæritur solum in fieri et corrumpi, sed etiam in esse. Et hoc ideo, quia agens est causa formæ in materia transmutando materiam ad formam, quod fit in generari & corrumpi. Finis autẽ inquantum mouet agentem per intentionem, est causa etiam in fieri & corrumpi. Inquantum vero res per suam formam ordinatur in finem, est etiam causa in essendo. Vnde cum dicitur ꝙ lapides & ligna sunt domus propter ædificatiuã, intelligitur ꝙ ædificatiua est causa fiendi domum. Cum vero dicitur quòd lapides & ligna sunt domus, vt defendamur à frigore & caumate, potest intelligi ꝙ ꝑp hoc facta sit domus, & quod propter hoc esse domus sit vtile. Hic autem loquitur Philosophus in substantijs sensibilibus. Vnde intelligendum est quod hic dicit solum de agere naturali, quod agit per motum. Nam agens diuinum qđ influit esse sine motu, est causa non solum in fieri, sed etiam in esse. Deinde cum dicit.

B

Latet aũt id quod quæriť in hisce maxime, q̃ non accõmodate dĩr: vt hõ ꝑpter quid estꝫ propterea ꝙ simpliciter & non definite dicitur hoc aut hoc.

Latet autẽ maxime quod quæriť, in his quę non de aliis dĩr, vt hõ quid est quæritur, propter simpliciter dici: sed non diffinite, quia hoc aut hoc.

C

In q̃ agit, diuisiõ nãm. 11. inferet.

Quia superius dixerat ꝙ cum quæritur propter quid, semper quæriť aliud de alio, & hoc videtur in aliquo modo quærendi habere instantiam, ideo mouet hic circa hoc dubitationem, & soluit. Vnde circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationem. Secundo soluit, ibi ☾ Sed oportet corrigentes quærere. ☽ Tertio infert quoddam corollariũ ex dictis, ibi ☾ Palam igitur quòd in simplicibus. ☽ Dicit ergo primo, ☾ quòd id quod quæritur ☽. s. in qualibet quæstione quæri aliud de alio ☾ maxime latet, ☽ id est dubitationem habet ☾ in his quæ non de alijs dicuntur, ☽ id est in qõnibus in qbus nõ ꝓdicatur aliquid de aliquo sed sit qõ de aliquo vno simplici, ut cũ q̃ritur quid est hõ: hoc inquam latet propter simpliciter dici, ☾ sed non diffinite quia hoc aut hoc, ☽ id est ista est causa dubitationis, quia in talibus simpliciter profertur aliquid vnum, ut homo: et non proferuntur in quæstione, illa quibus conuenit esse hominem, sicut partes, vel etiam aliquod hominis suppositum. Sed videtur hæc dubitatio non esse ad propositum. Locutus enim fuerat supra Philosophus de quęstione propter quid est, & non de quæstione quid est. Hæc autem dubitatio instat de quæstione quid est. Sed dicendum quòd quæstio quid, & propter quid, in idem quodammodo incidunt, vt est dictum. Et ideo quæstio quid est, potest transformari in quæstionem propter quid. Quæstio enim quid est, quærit de quidditate propter quam id de quo qđ est quæritur, prædicatur de quolibet suorum subiectorũ, & conuenit suis partibus. Propter hoc enim Socra. est homo, quia conuenit ei illud quod respondetur ad quæstionẽ quid est homo. Propter hoc etiam carnes & ossa sunt homo, quia quodquidest homo, est in carnibus & in ossibus. Idem ergo est quærere quid est homo, & quærere propter quid hoc. s. Socra. est homo? vel propter quid hoc scilicet carnes & ossa sunt homo? Sicut & supra quærebatur propter quid lapides & ligna sunt domus? Et ideo etiam hic dicit quod hoc facit dubitationem, quòd in quæstione nõ additur hoc aut hoc. Si enim adderetur, manifestum esset quod esset eadem ratio in quæstione qua quæritur quid est homo, & in alijs quæstionibus de quibus supra dixit.

D

Mouet dubitationem circa dicta. prie. parte. seq. parte. 3

Deinde cum dicit.

E

Oportet ergo quærere definite, alioquin fiet vt aliquid & nihil quæratur. Cum autem ipsum esse, & habere, & cõpetere oporteat, patet materiam quærere propter quid est. Veluti cur hæc sunt domus? propter quid hęc sunt, quod erat esse domus? & cur homo est hoc? aut cur corpus hoc habet? Quare causa materię quæritur. Hęc autem est forma, quia quippiam est. Hęc autem est substantia ipsa.

F

Sed oportet corrigentes quærere. Si autem non, cõmune eius quod nihil quærere, & eius quod quærere aliquid, fit. Quoniam vero oportet habere & existere ipsum esse, palam itaq; quia quærit materiã propter quid est: vt domus hæc propter quid? quia hæc existunt quod erat domui esse: & homo hic? aut corpus tale habens? Quare causa quæritur materię. Hoc autem est species qua aliquid est. Hæc autem substantia.

parte. 4. Te. cõ. 60.

G

Soluit prędictam dubitationem dicens, ꝙ ad hoc quod prædicta dubitatio circa præmissam quæstionem excludatur, ☾ oportet corrigentes quærere, ☽ id est oportet quæstionem prędictam corrigere, vt loco eius quod quærebatur quid est homo, quæratur propter quid Socra. est homo? vel propter quid carnes & ossa sunt homo? Si autẽ non sic corrigatur ista quæstio, sequitur hoc inconueniẽs, ꝙ aliquid sit commune eius quod est nihil quærere, & eius quod est quærere aliquid. Dictum est enim supra, ꝙ quærere ipsum de seipso, est nihil. Quærere autem aliquid de alio, est aliquid quærere. Cum ergo quæstio propter quid, in qua quæritur aliquid de alio: & quæstio quid, in qua non videtur quæri aliquid de alio, nisi prędicto modo corrigantur, sibimmicem communicent, sequetur quod aliquid sit commune quæstioni in qua nihil quæritur, & in qua aliquid quæritur. Vel aliter. Si non corrigatur quęstio ista, sequetur quod aliquid sit commune eius quod est nihil quærere, & eius quod est quærere aliquid. Tũc enim aliquid quæritur, quando fit quæstio de eo quod est: tunc vero nihil quæritur, quando fit quæstio de eo quod non est. Si ergo in quæstione qua quæritur quid est, non oportet aliquid supponere, & aliud quærere de illo, posset ista quæstio fieri & de ente & non ente. Et ita quæstio q̃ est qđ est, esset cõmuniter facta, & de aliquo, & de nihilo. Quoniã vero in hac quæstione qua quæritur quid est homo, oportet habere notum existere verum hoc ipsum quod est esse hominem, aliter nihil quæreretur, sicut cum quæritur propter quid sit eclipsis, oportet esse notum, quia est eclipsis, palam est ille qui quærit quid est homo, quærit propter quid est, Nam esse, est præsuppositum ad hoc quod quæritur, quid est, quia est ꝑsuppositum ad propter quid. Sicut

Soluit dubitationẽ prędictã.

Te. cõ. 59

H

Universidad de Deusto
Biblioteca

I cum q̃rimus quid est, domus: idem est ac si q̃reremus, p̃pter quid hæc, scilicet lapides & ligna sunt domus? ꝓpter hæc scilicet ꝙ quia partes domus existunt id quod erat domui esse, ꝫ id est propter hoc quòd quidditas domus inest partibus domus. Dictum est enim supra ꝙ in talibus propter quid, q̃n̄ ꝙ quærit formam, quando agentem, q̃ncp finem. Et similiter cum q̃rimus quid est homo, idē est ac si quæreremus propter quid hoc. s. Socra. est homo? quia. s. inest ei quidditas hominis. Aut etiam idem est, ac si q̃reretur, ꝓpter quid corpus sic se habens, vt puta organicū, est homo? Hæc enim est materia hominis, sicut lapides & lateres domus. Quare manifestū est ꝙ in talibus q̃nibus q̃ritur ꝙ causa materiæ, ꝫ id est, ꝓpter qd materia ptingat ad naturam eius qd diffinitur. Hoc aũt quęsitum qd est cā materiæ ꝙ est spēs ꝫ .i. forma qua aliqd est. Hoc aũt ꝙ est suba ꝫ .i. ipsa substātia quæ est qd quiderat esse. Et sic relinquitur quod ꝓpositum erat ostendere. s. quòd substātia sit principium & causa. Deinde cum dicit.

K

parte. 5.

Patet igitur quęstionem in simplicibus non esse, nec doctionē, sed aliud esse q̃nis talium modorū.

Palam igitur q̃n̄ in simplicibus non est quæstio, nec doctrina, sed alter modus quęstionis talium.

Corollarii

Infert quoddam corollarium ex dictis dicēs, ꝙ ex quo in omnibus quęstionibus q̃ritur aliquid de aliquo, sicut de materia causæ quæ est formalis, vel causa formæ in materia, vt finis & agens. Palam est quod in substantijs simplicibus quæ non sunt compositæ ex materia & forma, nō est aliqua quæstio. In omni enim quæstione, vt habitum est, oportet aliqd esse notum, & aliquid quæri quod ignoramus. Tales autem substantiæ vel totæ cognoscūtur, vel totæ ignorantur, vt in nono infra dicetur. Vnde non est in eis quæstio. Et propter hoc de eis etiam non potest esse doctrina, sicut est in scientijs speculatiuis. Nam doctrina est generatio scientiæ. Scientia autem fit in nobis per hoc ꝙ sensus propter quid. Syllogismi enim demonstratiui scientis scire, medium est propter quid est. Sed ne videatur consideratio talium substantiarum omnino aliena esse à physica doctrina, ideo subiungit, ꝙ alter est modus quæstionis talium. In cognitione enim harum substantiarum non peruenimus nisi ex substantijs sensibilibus, quarum substantiæ simplices sunt quodammodo causæ. Et ideo vtimur substantijs sensibilibus vt notis, & per eas quærimus substātias simplices. Sicut Philosophus infra, per motum inuestigat substantias immateriales mouētes. Et ideo in doctrinis et quæstionibus de talibus, vtimur effectibus, quasi medio ad inuestigandum substātias simplices, quarum quidditates ignoramus. Et etiam patet quod illæ substantiæ comparantur ad istas in via doctrinæ, sicut formæ & aliæ causæ ad materiam. Sicut enim quærimus in substantijs materialibus formam, finem, & agentē vt causas materiæ, ita q̃rimus substātias simplices vt causas substantiarum materialium. Deinde cum dicit.

In simplicibus nūq̃ quęstio. Tex. cō. 19. Tex. cō. 12

L

In hoc passu Arist. ex. gr. ꝫ ſctūs Tho. sed deficit i 19. defen.

M

Quoniam autem id quod ex aliquo cōstat, fit est cōpositum vt vniuersum fit vnum: at non vti cumulus, sed vt syllaba. Atq; syllaba nō ē elemēta ipsa, neq; est idem quod b. & a. neq; caro est ignis, ac terra. Dissoluens enim, hęc quidem non funt, caro inquam ac syllaba. Elementa autem sunt, & terra, ac ignis. Syllaba profecto est non solum elemēta, vocalis inquam litera atq; muta, sed etiam aliquid aliud. Et itidem caro nō solum ignis ac terra, aut calidum frigidūq;, sed etiam aliquid aliud.

parte. 6.

Quoniam vero ex aliquo cōpositum fit, vt vnum sit oē, sed nō vt cumulus, sed vt syllaba. Syllaba autē non est elemēta, nec idē a. & b. nec caro, ignis & terra. Dissolutis enim, hęc quidem non adhuc sunt: vt caro, & similia. Elementa vero sunt, et ignis & terra. Est igif aliqd syllaba, non solum elemēta vocalis & ꝓsonans, sed & alterū aliqd. Et caro non solū ignis & terra, aut calidum, aut frigidū, sed & alteꝛ aliqd.

N

parte seq. Parte. 8

Ostendit cuiusmodi cā & principium sit substātia, quæ est quodquiderateſſe: & circa hęc tria facit. Primo præmittit quoddam quod est necessarium ad propositum ostendendum. Secundo mouet dubitationem, ibi ꝙ Si igitur necesse illud. ꝫ Tertio soluit, ibi ꝙ Videbitur autem vtiq; esse aliquid. ꝫ Circa primum innuit quādam distinctionem compositionis alicuius ex multis. Quandoq; enim ex multis sit compositio, ita ꝙ totum compositum ex multis est vnum quoddam: sicut domus composita ex suis partibus, & mixtum corpus ex elementis. Quandoq; vero ex multis sit compositum, ꝙ totum compositum nō est vnū simpliciter, sed solum ſm quid, sicut patet in cumulo vel aceruo lapidum, cum partes sunt in actu, cum non sint continuæ. Vnde simpliciter quidem est multa, sed solum ſm quid vnum, prout ista multa associantur sibi in loco. Huius autem diuersitatis ratio est, quia cōpositum quandoq; sortitur speciem ab aliquo vno quod est vel forma, vt patet in corpore mixto: vel compositio, vt patet in domo: vel ordo, ut patet in syllaba & numero. Et tunc oportet ꝙ totum compositum sit vnum simpliciter. Quandoq; vero compositum sortitur spectem ab ipsa multitudine partium collectarum, vt patet in aceruo & populo, & alijs huiusmodi. Et in talibus totum cōpositum non est vnū simpliciter, sed solum ſm quid. Dicit ergo Philosophus, ꝙ ꝙa aliquid est sic ex aliquo compositum ꝙ vt omne ꝫ .i. totū sit vnū, & nō hoc modo sicut cumulus lapidum, sed sicut syllaba quæ est vnū simpliciter, in omnibus talibus oportet ꝙ ipsuꝫ compositum nō sit ea ex quibus componitur, sicut syllaba non est elementa. Sicut hæc syllaba quæ est ba. non est idem ꝙ hæ duæ literæ b. & a. nec caro est idem quod ignis & terra. Et hoc sic probat, ꝙ quia dissolutis ꝫ .i. diuisis ab inuicem his, ex quibus sit compositio ꝙ hęc ꝫ .s. totum, non adhuc remanet post dissolutionem. Sicut tā diuisis elementis non remanet caro, & diuisis literis, non remanet syllaba. ꝙ Elementa veto ꝫ .i. literæ remanēt post dissolutionem syllabæ. Et ignis & terra remanēt post dissolutionem carnis. Igitur syllaba, est aliquid ꝓter elemēta, & non solū est ea'nta quæ sunt vocalis & cōsonans, sed alterū aliqd, per quod syllaba est syllaba. Et sic si caro nō solū est ignis & terra, aut calidū & frigidum per quorum virtutem elementa cōmiscentur, sed etiam est aliquid alterum per quod caro est caro. Deinde cum dicit.

Cōpositū aliquid ex multis dupliciter.

O

Quod si & illud aut elementum, aut ex elemētis esse necesse est. Si elementū est, nō rursus eadem erit. Ex hoc enim & igne, ac terra, & insup alio, caro constabit. Quare in infinitum ꝓficiscet. Sin ex elemento est, nō ex vno, sed ex pluribus vt patet constabit, vel illud ipsum erit profecto. Quare rursus eandem in hoc & in carne vel syllaba rationem dicemus.

P

Si igitur necesse & illud, aut elementum, aut ex elementis esse. Si qdem elementū, iterū eadem erit ratio. Ex hoc enim & igne & terra erit caro, & adhuc ex alio. Quare in infinitum ibit. Si vero ex elemento, palam quia non vno, sed pluribus. Aut illud ipsum erit. Quare rursus in hoc eandem dicimus rationem, & in carne vel syllaba.

parte. 7.

Mouet dubitationem circa id quod principaliter intendit. Ostensum est enim quod in carne & syllaba est aliquid præter elementa. Videtur autem quòd omne quod est, aut sit elementum, aut ex elementis. Si igitur necesse est id aliquod qd est in carne & syllaba præter elementa, aut elementum

A elementū esse, aut ex elemētis, sequunt hæc incōuenientia. Si quidem enim sit elementum, iterum erit eadem ratio, ēt de hoc & de alijs elementis. Cōnumerandum enim alijs erit. Erit enim caro composita ex hoc quod diximus præter elementa, & nunc ponimus elementum esse, & ex igne & terra. Et quia iam probatum est quòd in omni composito quod est vnum, oportet esse aliquid aliud præter elementa, erit eadem quæstio adhuc de illo alio quod si sit elementum, iterum caro erit ex primo alio elemēto, & ex elementis, & adhuc ex aliquo alio. Quare sic ibit in infinitū, quod est inconueniens. Si ergo istud aliud inuentum, non sit elemementum, sed sit ex elemētis, palam est quia nō est ex elemento vno tm̄, sed ex pluribus elemētis. Quia si non esset ex pluribus, sed ex vno tm̄, sequeretur ꝙ esset illud idē elementum totum. Quod enim ex aqua tantum, est vere aqua. Quare si sit ex pluribus elementis, iterum eadem ratio erit de hoc quæ & de carne & syllaba, quia scilicet erit in eo aliquid præter elementa ex quibus est. Et de hoc iterum redibit quæstio eadem. Et sic iterum procedit in infinitum. Deinde cum dicit.

B

Videbitur autem esse aliquid hoc, & non elementum & causa, vt hoc quidem sit syllaba, hoc autem caro, & in cæteris simili modo. Atque substantia quidem hoc ē vniuscuiusq;. Nam vt quæq; res sit hoc, est profecto causa prima.

Parte. 8.

Videbit aũt vtiq; esse aliquid hoc, & elementum & causa essendi: hoc quidem carnem, hoc vero syllabam, similiter & in aliis. Substantia autem vniuscuiusq;, hoc elementum & causa prima essendi.

Solito dicturus. C

Parte seq.

Soluit propositam dubitationem, & circa hoc duo facit. Primo soluit eam quantum ad illud quod primo aspectu de ipsa apparet. Secundo solutionem corrigit, & ad veritatem reducit, ibi ꝙ Quoniam vero quædam. ꝫ Dicit ergo primo, quòd illud quod est in cōpositis aliud ab elemētis, videbitur vtiq; in primo aspectu esse aliquid quod non sit ex elementis, sed sit elementum & causa essendi vel carnem vel syllabam, & similiter in alijs. Et iterum videbitur ꝙ hæc sit substantia vniuscuiusq;, quæ est quodqd erateſſe. Substantia enim quæ est quodquiderateſſe, est prima causa essendi. Deinde cum dicit.

Cum autem quædam rerum non substantiæ sint, sed quæ substantiæ secundum naturam constant, hæc vtiq; natura substantia quibusdā esse videbitur, quę non elementum, sed principium est. Id autē est elementum, in quod res diuiditur insitum vt materia, quale est syllabæ a. ipsum & b.

Parte. 9 D

Quoniam vero quædam non substantiæ rerum, sed quæcunq; substantiæ secundum naturam & natura constitutæ sunt, manifestabitur vtiq; quibusdam hæc natura substantia quæ est non elementum, sed principium. Elementum vero est in quod diuiditur inexistens vt materiam, puta syllabę quę a. & b.

Solo dicta corrigitur quantum ad duo.

parte. 10.

Corrigit prædictam solutionem quantum ad duo. Primo quantum ad hoc quod dixerat, quòd hoc quod est in compositis præter elementa, est substantia vniuscuiusq;. Hoc enim est verum in rebus quæ sunt substantiæ, non autem in rebus quæ non sunt substantiæ. Forma enim syllabæ non est substantia. Secundo quātum ad hoc quod dixerat, ꝙ hoc ipsum est elemētum et causa essendi. Nō enim potest dici elementum, sed principium, quia elementum pertinet ad causam materialem. Dicit ergo, ꝙ quia quædam rerum non sunt substantiæ, sicut præcipue patet in artificialibus, sed quæcunq; sunt ꝙ ſm naturam, ꝫ quātum ad esse, ꝙ & per naturam constitutæ ꝫ quantum ad fieri, sunt veræ substantiæ, manifestabitur ꝙ hæc natura quam quæsiuimus est substantia ꝙ in quibusdam ꝫ .s. in naturalibus, & non in oibus. Quæ ēt natura nō est elementū sed principiū formale. Elmtū uero dr id ī quo aliqd diuidit ꝙ inexistens ꝫ .i. intrinsecū, sicut in materiā, puta elementa syllabæ sunt a. b. Vnde cum prædictum principium non sit materiale, sed formale, non erit elementum. Et sic simul patet, & quale principium est substantia, & ꝙ neque est elementum, neque ex elementis, in quo soluitur dubitatio præmissa. Lectio. 1.

E

Essentiarei cōpositę ē principiuꝫ fōrale seu forma totius.

ARISTOTELIS STRAGYritæ Tex. libri octaui Metaphysicę.

F

EX his igitur quę dicta sunt ratiocinemur, summaq; collecta finem ponamus oportet.

Tex. cō. 1 Parte. 1

EX his itaq; dictis syllogizare oportet, & colligentes capitulū, finem imponere.

Diui Thomæ aquinatis in octauū librū metaphysicæ Ari. ſclarissima Cōmentaria.

Infr. pt. 6

Ponit ſcdam assimilationẽ substãtiæ quã significat diffinitio ad numeros. Et dicit ꝙ si aliquid addatur uel subtrahat alicui numero etiã si sit minimũ, non erit ad idẽ numerus ꝼm speciẽ. Minimum enim in numeris est vnitas, quæ si addatur in ternario surgit quaternarius, quæ est alia ſpẽs numeri. Si vero abstrahatur ab eodem, remanet binarius, qui est etiã alia species numeri. Et hoc ideo, quia illa vltima differentia dat ſpẽm numero. Et similiter est in diffinitionibus, & in quodqderateste quod significat diffinitio, qa quocũq; minimo addito vel ablato, est alia diffinitio, & alia natura speciei. Sicut enim substantia animata sensibilis tantum, est diffinitio aãlis, cui si addas & rõnale, cõstituis ſpẽm hoĩs. Si autẽ subtrahas sensibile, cõstituis speciem plantæ, quia etiam vltima differentia dat speciem.

Esse prẽterea quippiã oportet, quo ipse numerus est vnũ. Quod quidẽ assignare nõ possunt. Nam aut vnũ non est, sed cumulus est. Aut si sit, dicẽdum est, quidnã sit id quod ipsum efficit vnũ. Ex multis idẽtidem & diffinitio vna est. At neq; in hac illud dicere possunt, idq; merito accidit. Etenim eadẽ ratio, & substantia hoc pacto est vnum. Sed non vt aiẽrũt quidam, qui vnitatem quandã, aut punctũ inquiunt esse. Sed actus est quæq; atq; natura quædam.

P

parte. 11.

Et numerũ oportet esse aliquid quo vnus, quod nunc nõ habẽt dicere quo vnus, siquidem est vnus. Aut enim nõ est, sed vt aceruus. Aut siquidẽ est, dicẽdum quodqdest faciens vnũ ex multis. Et diffinitio vna est. Simiſr autẽ neq; hanc hñt dicere. Et merito accidit. Eiusdẽ enim rõnis & substantia vnũ ita, sed non vt dicũt quidã, vt vnitas quædam existens, aut punctum. Sed endelechia & natura quædam.

Q

Hoc ſ̃ſo ĩtelligit cõtra Platonẽ, cũ Thath. An. in. 8o de ĩa. dſ. ſicut idẽtitas, ita & diuſ vnitatẽ ex ſe habẽt ex nõ ab aliꝰ.

Ponit tertiã assimilationem, & dicit ꝙ numerus est id quod est vnum. Est enim per se vnum numerus, inquantũ vltima vnitas dat numero speciem & vnitatem, sicut etiã in rebus compositis ex materia & forma, per formam est aliquid vnum, & vnitatem & speciem sortitur. Et propter hoc loquentes de vnitate numeri, ac si numerus non esset vnus per seipsum, non possunt dicere quo est vnus, si est vnus. Cum enim cõponatur ex multis vnitatibus, aut nõ est vnus simpliciter, sed vnitates aggregant̃ in eo per modum coaceruationis, quæ non facit simpliciter vnum, & per consequens nec ens in aliqua specie constituunt, & sic numerus non est aliqua species entis. Aut si numerus est vnus simpliciter, & non per seipsum, dicendum est quid facit eum vnum ex multis vnitatibus. Quod non est assignare. Et similiter diffinitio est vna per seipsam, & sic non habent aliquid assignare per quod fiat vnum. Et hoc rationabiliter accidit, quia per eandem rationem substantia quam significat diffinitio, est ita vnum sicut & numerus, scilicet per se, ex hoc quòd vna pars eius est vt forma alterius. Et non est vna vt indiuisibile, sicut punctũ, sicut quidam dixerunt, sed quia vnaquæq; earum est vna forma & natura quædam.

At vt

A

At vt numerus non magis minusue numerus est, sic neq; ea substantia quæ ad formam accõmodant̃. Sed si est, ea est quæ cum materia est.

parte. 12.

Et quẽadmodum nec numerus habet magis vel minus, nec quæ secundum speciem substantia. Sed siquidem cum materia.

Sicut nũ. non sic & forma nõ dicit̃ ĩ magis & minꝰ, sc. nec de nouo cum venit, ſ̃ſo.

Ponit quartã assimilationem, & dicit ꝙ sicut numerus non suscipit magis aut minus, ita nec substantia quæ dicit̃ ꝼm speciem, licet forte illa quæ dicitur ꝼm materiã. Sicut enim ratio numeri in aliquo determinato consistit, cui nõ est addere nec subtrahere, vt dictum est, ita & ratio formæ. Sed magis & minus contingit ex hoc quòd materia perfectius vel minus perfecte formam participat. Vnde etiam albedo non suscipit magis & minus, sed album.

Deinde cum dicit.

B

Sed de generatione corruptioneue substantiarũ, quo pacto esse potest, & quo pacto esse non potest, & de reductione diffinitionis ad numerum, sit eorũq; determinatum.

De generatione qdẽ, & corruptione dictarũ substantiarũ qũo cõtingit, & qũo ipossibile, & de reductione ad numerũ, sit vsq; ad hoc determinatum.

parte. 13. Vide Aristo. de anaĩa. 3o.

Epilogat quæ dicta sunt dicens, ꝙ dictum est ⁊ de generatione & corruptione talium substantiarũ ⁊ .s. formalium qũo contingit, quia per accidens, & qũo est ipossibile, quia per se, & de analogia, .i. reductione earũ ad numerum per viam assimilationis. Lectio. iij.

De materiali vero substantia nõ lateat hoc oportet, esse inquã cuiusq; propria materiã quandam, & si ex eodem omnia primo, aut ex eisdem aut primis fiunt, eademq; materies est, vt principium vniuersis quæ fiunt. Sunt enim dulcia quidem, aut pinguia, pituitę materia prima: amara autem, aut alia quędam, bilis. At hæc ex eodem forsitan fiunt.

C

parte. 14. Tex. 16, 17 parte. 1.

DE materiale autem substantia oportet non latere, quia & si ex eodem omnia primo, aut eisdem, aut primis, & eadem materia vt principium his quæ fiunt: est tamen aliqua propria cuiuslibet, vt phlegmatis prima materia, dulcia aut craſſa: choleræ vero, amara, aut alia quædam. Forsan autem hæc ex eodem.

Termino de substãtia.

D

Ifra p.3.

POSTQVAM Arist. prosecutus est ea quæ consideranda erant circa formale principium substantiæ, nũc determinat de principio materiali, & diuidit̃ in ptes tres. Primo enim determinat de principio materiali per comparationem ad ea, quæ sunt ex materia. Secundo per comparationem ad alias causas, ibi: ⁊ Contingit autẽ vna materia existente. ⁊ Tertio per cõparationem ad transmutationem generationis & corruptionis, cuius subiectum est materia, ibi: ⁊ Qm vero quędam sine generatione. ⁊ Circa primũ duo facit. Primo manifestat utrum oĩum sit vna vel plures species materiæ. Et dicit ꝙ oportet nõ latere eam materiale principiũ, qa licet omnia sint ex eodẽ primo materiali principio, quod est materia prima de se nullã habens formã, aut ex eisdẽ materialibus principiis ⁊ aut primis ⁊ quod dicit̃ ꝓpter quatuor elementa, q̃ sunt principia materialia cõiter oĩbus generabilibus & corruptibilibus. Et licet sit eadẽ materia, vt ⁊ principiũ his q̃ fiunt. ⁊ qđ dicit ꝓpter hoc ꝙ materia nõ est tm principiũ in esse, sed etiã in fieri. Licet ẽt prima materia & elemẽta cõiter se habeãt ad elementa, tm cuiuslibet rei est aliqua materia ꝓpria. Vt materia ꝓpria phlegmatis non simpliciter, sed in genere, sunt dulcia & pinguia. Hæc enim habẽt quandam affinitatem cum phlegmate rõne suæ humiditatis. Choleræ vero prima materia, sunt amara, aut alia q̃dam huiusmodi. In amaris enim videt̃ calor omnino habere dominium super humiditatem vsq; ad eius cõsumptionem. Et sic ratione siccitatis & caliditatis, affinitatem habet cum cholera. Sed hę duæ materię. s. amara & dulcia, forsan sunt ex aliquo principio materiali priore. Addidit autem ⁊ forsan ⁊ quia quorundam est sic diuersa materia, ꝙ eorum materiæ non reducuntur in aliquam priorem, sicut corpora corruptibilia & incorruptibilia. Ex his igitur quæ hic dicuntur, accipitur ꝙ prima materia est vna omnium generabilium & corruptibilium. Sed propriæ materiæ sunt diuersæ diuersarum.

E

Eiusdem autẽ plures materiæ fiunt, cum altera alterius materies est, veluti pituita fit ex pingui ac dulci, si pingue ex dulci fit. Ex bili vero ꝓpterea quod in materiã primam bilis resoluit̃. Dupliciter enim hoc ex hoc fieri solet, aut cum ꝓfectione ad anteriora, aut cum resolutione ad principium itur.

F

parte. 2.

Fiunt aũt plures materiæ eiusdem qñ alterius altera fũt, vt phlegma ex craſſo & dulci, si craſſum ex dulci. Ex cholera vero per resolui cholerã primam materiã. Dupliciter enim hoc ex hoc. Aut quia primum erit, aut quia ex resoluto in principium.

Qũo vnꝰ sint vel nõ sint plures materię.

Scdo dicit qũo econtrario vnius sunt plures materiæ, dicens ꝙ eiusdem rei sunt plures materiæ, quando vna earũ est alterius materia. Sicut materia phlegmatis sunt pingue & dulce, si pingue est ex dulci. Pinguis enim sapor inter medios sapores computatur. Medij autem sapores fiũt ex extremis, qui sunt dulce & amarum. Sed pingue est ꝓximum dulci. Considerandum vero est ꝙ in istis exemplis materiam alicuius posuit ex quo aliquid fit, licet non sit permanens sed transiens. Ne igitur aliquis existimaret, ꝙ semper aliquid fieri diceretur ex materiali principio & non ecõuerso, subiungit, ꝙ etiam ex cholera dicit̃ aliquid fieri per resolutionẽ choleræ in primã materiã. Et econtra cholera fit ex prima materia. Quia dupliciter dicitur aliqd fieri ex altero. Aut quia illud ex quo fit, est ei principiũ naturaliter in via generatiõis. Huiusmodi enim est materiale principiũ. Aut quia factio est resolutio in principiũ materiale, ita. s. ꝙ ex cõposito per resolutionẽ, materiale principium fieri dicatur. Fit enim corpus mixtum ex elementis per compositionem. Elementa vero ex corpore mixto per resolutionem. Deinde cum dicit.

G

Dupliꝰ aliqd ex altero fit.

Fit autẽ vt vna ex materia diuersa ob mouentem cãm oriant̃. Ex ligno enim arca fit & lectica. Quorundã etiã diuersoꝝ, materiam necesse est esse diuersam: veluti serra non fiet vnquam ex ligno, neq; hoc est in potestate mouentis causæ situm. Nõ enim vnquã ex lana aut ligno conficiet ferrã. Quod si idem diuersa ex materia effici potest. Patet idem principium eandẽq; artem esse mouentem. Nam si materia sit diuersa, & mouens itẽ diuersum, id etiã quod efficitur, diuersum, non idem erit.

H

Parte. 3.

Cõtingit autẽ vna materia existente, fieri diuersa propter mouentẽ causam: vtputa ex ligno, & arca & lectus. Quorundam vero altera materia ex necessitate alteris existentibus, vt serra non vtiq; fiet ex ligno, nec in mouente causa hæc. Non enim faciet serram ex lana aut ligno. Si vero idem contingit ex alia materia facere, palam quia ars & principium, quod est vt mouẽs, idem. Nam si & materia altera, & mouens, & quod factum est.

parte. 12.

Determinat

Universidad de Deusto
Biblioteca

I Cõparat materiam ad alias causas & primo ad agẽtem. parte. seq. Vt possit cũ vnitate materię stare diuersitas formarum.

Determinat de materia per cõparationem ad alias causas, & primo per cõparationem ad agentẽ tantum, qui ex materia aliquid facit: quæ quidem cõparatio pertinet ad materiã ſm q̃ est principium fiendi. Secõ per comparationẽ ad oẽs causas, prout materia est principium cognoscendi, ibi: ¶ Quãdo itaq; aliquis q̃sierit. ☞ Quia vero superius dixerat q̃ vna erat prima materia omnium, posset aliquis dubitare qũo ex materia vna omniũ, diuersitas rerum procederet. Antiqui enim naturales attribuebant hoc casui, tollentes cãm agentẽ & ponentes per raritatẽ & densitatẽ ex vna materia rerum diuersitatẽ ꝓduci. Hoc ergo remouens Philosophus dicit primo, q̃ contingit vna materia existente fieri diuersa propter mouẽtem causam. Aut quia est alia & alia causa mouẽs, aut quia eadem causa mouens habet se ad operandum diuersa diuersimode. Quod maxime in artificialibus patet. Videmus enim ex ligno fieri arcam & lectum ab vno artifice secundum diuersas formas artis, quas apud se habet. Quia vero licet materia prima sit cõmunis omnibus, tamen materiæ propriæ sunt diuersæ diuersorum, ideo ne aliquis totam diuersitatem rerũ attribueret mouenti, & nullo modo materiali principio, subiungit q̃ in quibusdã diuersorũ ex necessitate est diuersa materia, propria. ¶ Non enim quodlibet natũ est fieri ex qualibet materia, sicut serra non fit ex ligno, nec̃ est in potestate artificis, vt hoc faciat. Nunquã enim vnam materiam attribuit cuilibet operi. Non enim potest facere serrã ex ligno vel lana, quæ ꝓpter mollitiem suã non sunt aptæ ad opus serræ, quod est secare. Patet igitur q̃ diuersitas rerum est ex mouente & materia. Si ergo conueniat aliquid idem secũm speciem fieri ex alia materia, sicut phialam ex auro & argento, manifestum est quòd principium mouẽs oportet esse idem. s. artem. Si enim materia esset diuersa & mouẽs diuersum, necesse esset q̃ & factum esset diuersum.

Deinde cum dicit.

Cum igit̃ quispiã quæ nam sit causa quærit, q̃m multis modis cã dicitur, vniuersæ quæ possunt esse causæ, dicant̃ oportet. Veluti quæ nã sit causa hominis vt materies? Mẽstruus sanguis. Quę vero vt mouens? Semen. Quæ præterea vti forma? Quidditas ipsa. Quæ insuper vt id gratia cuius cætera fiunt? finis. Atq; hæc ambo sunt forsitan idem.

Tex. cõ. 4.

Quando itaq; aliquis quæfierit quid causa? quoniam pluribus modis dicuntur causæ, omnes dicere oportet causas contingentes. Vt hominis quæ causa vt materia? Equidem menstrua. Quid autem vt mouens? Equidẽ sperma. Quid vt species? Quodquid erat esse. Quid vt cuius causa? Finis. Forsan autem hæc ambo idem.

Hic accipe matrẽ passiuę trãs ad generationẽ cõcurrere.

M Cõparat materiam ad alias causas ſm q̃ est cognitionis principium. Infra pt. 7.

Determinat de materia per cõparationem ad alias causas, ſm q̃ materia est cognitionis principiũ, & circa hoc duo facit. Primo ostendit q̃ oportet reddere materiam cũ aliis causis in generabilibus & corruptibilibus. Secõ ostẽdit qũo se habet materia in substantijs naturalibus perpetuis, ibi: ¶ In naturalibus quidem. ☞ Tertio qũo se habet in accidentibus, ibi: ¶ Nec̃ quęcunq; ita quidẽ natura. ☞ Circa primũ tria facit. Primo enim quia antiqui naturales assignabant tantũmodo causam materialem, dicit q̃ quãdo aliquis de aliquo quærit quid est causa eius? cum pluribus modis dicanẽ causæ, oportet omnes causas assignare ¶ contingentes ☞ .i. quæ cõtingant esse illius rei. Nõ enim habent oẽs causas omnia. Naturalia tñ & maxime generabilia & corruptibilia oẽs causas habẽt. Vt hois causa quasi materia in generatione ipsius sunt menstrua. Causa mouẽs ¶ sperma ☞ in quo est virtus actiua. Cã formalis ¶ qđ quid erat esse ☞ .i. illud quod significatur per diffinitionem eius. Sed finis est cuius causa. Hæc autem duæ causæ. s. finis & forma, forte sunt idem numero. Quod quidem dicit, q̃a in quibusdam sunt idem, in quibusdã non. Finis enim generationis hominis est anima. Finis vero operationis eius est felicitas. Secundo ibi.

Hic argumentũ q̃ materia sit de essentia rei naturalis,

Causas autẽ propinquissimas assignare oportet, vt materiam propriam, non terram, non ignem.

Oportet autem proximas causas dicere quæ materia, non ignem aut terram, sed propriam.

Ostendit q̃ non solum oportet assignare oẽs causas, sed oportet ẽt dicere cãs proximas, vt incipiendo à causis primis perueniamus ad cãs ꝓximas. Per causas enim primas habeẽ cognitio de re aliqua solũ in vniuersali & ĩperfecte. Per causas autẽ ꝓximas habeẽ cognitio rei & ꝑfecta. Sicut si qs quęrat cãm materialem hois, non debet assignari pro causa, ignis aut terra quæ sunt materia cõis omnium generabilium & corruptibiliũ, sed debet assignari propria materia, vt & caro, & os, & huiusmodi. Tertio ibi.

Circa igit̃ vniuersales substãtias, generabiles q; ita versari necesse est, si cui curæ est recte versari: si hę & tot sunt causæ, & cognoscere eas oportet.

Circa naturales quidem substãtias & generabiles necesse sic versari, si quis recte versatur: si profecto hæ causæ & tot, & oportet causas cognoscere.

Epilogat quod dictũ est, & dicit q̃ circa naturales substantias & generabiles necesse est sic versari, si qs recte cõsideret cãs, vt. s. oẽs assignentur & proximæ. Et hoc est necesse, ex eo q̃ hæ causæ sunt tot, vt dictum est. Et oportet causas cognoscere ad hoc q̃ aliquid sciatur, quia scire est causam cognoscere. Deinde cum dicit.

In naturalibus autẽ perpetuisue substãtiis alia ratio esse videtur. Quædã enim materiam fortasse nõ habent, aut non talem, sed solum mobilem loco.

In naturalibus quidem & sempiternis substantiis alia ratio. Forsan quædã non habent materiam, aut non talem, sed solum ſm locum mobilem.

An corruptibilia & corrupti bilium cor porum sit eiusdẽ ma teriæ.

Ostendit quomodo sit materia in substantijs naturalibus & perpetuis. s. in corporibus cælestibus dicens, q̃ in naturalibus & perpetuis substantijs. s. corporibus cælestibus, nõ est similiter materia sicut in corporalibus, generabilibus, & corruptibilibus. Forsan quidẽ enim tales substantiæ, nõ habent materiam, aut si habent, non habẽt talẽ qualẽ habent generabilia & corruptibilia, sed solum ſm potentiã quæ est in motu locali. Vt enim supra dictũ est, in rebus generabilibus & corruptibilibus generatio & corruptio inducit in cognitionẽ materiæ, quia in generatione & corruptione oportet esse unum subiectum cõe ad priuationẽ & formã. Vnde cum in corpore cælesti non sit potẽtia ad priuationẽ formæ, sed solum ad diuersa loca, nõ habet materiã quę sit in potẽtia ad formã & priuationem, sed quæ est in potentia ad diuersa loca. Corpus autẽ comparat ad locũ, non sicut materia ad formã, sed magis sicut subiectum ad accidens. Et licet cõparatio subiecti ad accidens sit quodã modo vt materiæ ad formam, non tñ subiectum est omnino materia, sicut infra dicetur. Et sic corpus cæleste vniuersaliter nullo mõ habet materiã, si subiectum, materiam non dicit: vel habet materiam ad vbi, si subiectum dicatur materia. Deinde cum dicit.

Ea etiã quæ natura quidem sunt, substantiæ vero non sunt, materiã non habent, sed substantia est subiectum. Veluti quæ nam est defectionis causa? Atque non est vlla materies assignanda, quippe cum non sit, sed luna sit id quod patitur. Quid nam est causa vt id quod mouit, lumenq; corrũpit̃ terra. Id vero gratia

A gratia cuius cætera fiunt, fortasse non est. At causa quæ est vt forma, est ipsa ratio: sed nõ manifesta est, nisi cum causa fit. Veluti quid est defectio? priuatio lucis. Quod si additum hoc fuerit a terra intercedẽte, hæc erit ea quæ est cum causa ratio. Obscurũ autem est de somno quid est, qđ patitur primũ. Quod si animal quispiam dicat, sit ita, at quonam patitur ipsum? Et quod patitur primum dicat oportet, cor ne, an aliquid aliud. Deinde a quonã patitur? Postea quæ nã illius & nõ ipsius totius est passio? Quod si sit immobilitas talis, sit ita, at addatur oportet, hoc ipso quod aliquid patitur ipsum primum.

parte. 8.

B Tex. cõ. 13

Neq; quęcunq; ita natura quidẽ, non substantia vero, nõ est his materia, sed quod subiicit̃ substãtia. Puta eclipsis quæ materiã? Non enim est, sed luna quod patitur. Quæ causa mouens & corrumpens lumen? terra. Quod autẽ cuius gratia, forsan non. Quod vero vt species, ratio, sed non manifesta, si nõ cũ causa fuerit ratio. Vt qđ eclipsis? Priuatio luminis. Si vero addatur, a terra in medio obiecta, quæ cum causa ratio hæc. Somni vero non manifestum quid primum patiens. Sed q̃ animal etiã primum. Verum hoc secundũ quid? Et quid est primũ, cor, an aliud aliquid? Deinde a quo? Deinde quid passio q̃ illius & non totius? quia immobilitas talis vtiq;, sed hoc per aliquid pati quod primum.

Materia duplex.

O

Ostendit qũo materia attribuitur accidentibus, & dicit q̃ illa quæ sunt ſm naturã, non tñ sunt substãtiæ, sed accidentia, non habent materiã ex qua sint, sed substãtia est eis subiectũ. Subiectũ autẽ habet aliqd simile materię, inquãtum est receptibile accidentis. Differt autẽ à materia, inquantũ materia nõ habet actu esse nisi per formam. Subiectum autẽ non cõstituitur in esse per accidẽs. Si ergo quęratur quæ sit causa eclipsis, non est assignare quæ sit materia, sed luna est subiectum patiens talem passionem. Causa autem mouens, quæ corrumpit lumen, est terra interposita diametraliter inter solem & lunam. Causam vero finalem forsitan non est assignare. Ea enim quę ad defectum pertinent non sunt propter finem, sed magis prouenũt ex necessitate naturæ vel causæ agentis. Dicit autem ¶ forsan, ☞ quia consideratio causarum circa singula quæ contingunt in motibus est valde difficilis. Causa vero formalis eclipsis est diffinitio eius. Sed hæc diffinitio non est manifestata, nisi in ea ponatur causa, vt ratio eclipsis lunæ est priuatio luminis in luna. Sed si addatur q̃ ista priuatio est à terra in medio obiecta inter solem & lunam diametraliter, hæc diffinitio erit cum causa. Similiter hoc patet in hoc accidente quod est somnus. Sed in somno non est manifestum quid est primum subiectum patiẽs hanc passionem. Sed hoc est manifestum q̃ animal est subiectum somni. Sed sẽm quid primo somnus insit animali, vtrũ sit cor vel aliquid aliud tale, non est manifestum, cũ quidam ponant primum instrumẽtum sensus esse cerebrum. Quidam vero cor. Somnus autẽ est quies operationis sensibilis. Deinde oportet cõsiderare habito subiecto somni à quo sicut à causa agente sit somnus, vtrum ab euaporatione alimenti, aut labore, aut aliquo huiusmodi. Deinde oportet considerare quæ passio sit somnus illius. s. sẽm quod primo ineſt somnus animali, & nõ totius animalis, quia somnus est quædam immobilitas, sed ea cõpetit animali per aliquod primum quod est subiectũ talis passionis. Et illud primũ oportet poni in diffinitione somni, sicut & quodlibet accidens diffinitur per proprium sui primum subiectum. Color enim diffinitur per superficiẽ & non per corpus. Deinde cum dicit.

C Substãtia habet materiam ex qua sed accidẽs.

Eclipsis, quid.

D Somnus quid & qua.

Quoniã autẽ sine generatione q̃dã corruptione ue sunt, & non sunt, vt puncta si sint, & formę oĩo. Non enim fit ipsum albũ, sed lignũ albũ, si omne qđ fit ex aliquo, atq; aliquid fit, nõ omnia sane cõtraria ex sese mutuo sunt. Sed alio modo albus homo, ex hoie nigro, & alio modo albũ ex nigro. Neq; cuiuslibet materies est, sed eorum quorum est generatio mutua, mutatiove. Quæ vero sine mutatione sunt, aut non sunt, ea materiem non habent.

E

Quoniã vero quædã sine generatione & corruptione sunt & non sunt, vt puncta, si quidem sunt, & totaliter spẽs & formæ. Non enim albũ fit, sed lignũ albũ, aut ex aliquo, & aliquid omne quod fit, nõ oĩa vtiq; cõtraria fient ex inuicẽ. Sed aliter albus homo ex nigro homine, & albũ ex nigro. Nec omnis materia est, sed quorum generatio est trãsmutatio ad inuicem. Quæcunq; autem sine trãsmutari sunt, aut non, non est horum materia.

Tex. cõ. 14 parte. 9.

F

Determinat de materia per cõparationẽ ad transmutationẽ vnius ad alterum, & ideo primo ostendit qũo diuersimode fit transmutatio in diuersis. Secõ mouet quasdam dubitationes, ibi: ¶ Habet autem dubitationem. ☞ Dicit ergo primo, q̃ quædã quandoq; sunt & quandoq; nõ sunt ¶ sine generatione & corruptione ☞ .i. sine hoc q̃ ipsa per se generentur & corrũpantur, sicut puncta & vniuersaliter oẽs spẽs & formæ, siue sint substantiales siue accidentales. Nõ enim albũ per se loquendo fit, sed lignũ album. Omne enim qđ fit, fit ¶ ex aliquo ☞ . s. materia, & fit aliqd ad qđ terminat̃ generatio, qđ est forma. Et sic omne quod fit, est cõpositũ ex materia & forma. Vnde ea q̃ sunt formæ tm̃, per se fieri nõ pñt. Cum ergo dicit q̃ cõtraria fiunt ex inuicem, diuersimode intelligẽdũ est in cõpositis & simplicibus. Aliter em̃ fit albus hõ ex nigro hoie, & aliter nigrum ex albo, q̃a albus hõ significat aliquid cõpositũ, & iõ per se põt fieri. Sed albũ significat formã tm̃, vnde non fit nisi per accidens ex nigro. Patet ergo ex ꝓdictis q̃ nõ cuiuslibet rei est materia, sed illoꝝ quæ per se generantur & trãsmutantur in inuicem. Illa vero quæ q̃ndq; sunt & q̃ndq; non sunt sine hoc q̃ transmutentur per se, ita se habẽt q̃ eorum materia non est ex qua sint, sed habent subiectum in quo sunt pro materia. Deinde cum dicit.

Determinat materia ꝓ cõparationẽ ad trãsmutationẽ. parte. seq. Formę nõ generãtur ipse neq; corrũpuntur, nec habent materiã ex qua sed i qua.

G

Exiſtit aũt dubitatio, quomodo cuiusq; materies sese habet ad diuersa contraria. Ceu si corpus potentia sanum est, & morbus est contrarium sanitati, est ne vtrũq; potentia? Et item, aqua potentia vinum, atque acetum. Aut alterius quidem habitu formaq; materies est, alterius autem priuatione corruptioneue præter naturam.

H

Habet autem dubitationem quomodo ad cõtraria, materia vniuscuiusq; se habet. Vt si corpus potẽtia sanum, contrarium vero infirmitas sanitatis, tũc ambo potentia. Et aqua potentia vinum, & acetum. Aut huius quidem sẽm habitum & secundum speciem materia, illius vero secundum priuationem & corruptionem secundum naturam.

parte. 10.

Prima dubitatio an omnis materia ꝓ primo respiciat formas cõtrarias,

Mouet duas qõnes circa ꝓdicta, quarum prima est qũo materia se habeat ad contraria, vtrũ. s. ita sit q̃ in omnibus quæ videnẽ contrarietatẽ aut oppositionẽ habere, materia æqualiter vel eodẽ ordine sit in potentia ad vtrũq; oppositorum. Sicut sanitati opponitur infirmitas, & subiectum vnum, in potentia ad vtrũq; æqualiter est, & eodem ordine. Est enim sanitas æqualitas quædã humorum. Infirmitas vero inæqualitas. Inæqualitas vero & æqualitas eodem

ordine

Universidad de Deusto
Biblioteca

I ordine se habent ad suum subiectum. Videtur ergo ꝙ ad vinum & acetum sicut ad contraria, aqua quæ est materia humorum sit in potentia, & æqualiter se habeat ad vtrūq;. Sed Philosophus dicit soluendo ꝙ hoc non est ita. Forma enim vini se habet vt habitus quidā & species. Forma autē aceti est vt priuatio q̄dā & corruptio vini. Sic igitur materia se habet per prius quidē ad vinū sicut ad habitum & ad spēm, ad acetū autē sicut ad priuationē & corruptionē vini. Et ita nō cōparat̄ ad acetum nisi mediante vino.

Dubitatio insuper quædam emergit, & cur vinum non est aceti materies, neque potentia acetum, & tamen fit ex ipso acetum: & is qui viuit, potentia cadauer simili modo. Aut ita non est, sed per accidēs sunt ipsę corruptiones. Animalis enim ipsa materia, per corruptionem potentia est cadaueris materies: & aceti similiter aquæ. Fiunt enim ex hisce per-
K inde atq; ex die fit nox. Et quæ igitur hoc pacto mutationem mutuam subeunt, ea redeant in materiam ipsam oportet. Veluti si ex cadauere animal oriat̄, primum in materia cadauer resoluatur oportet, deinde hoc pacto fiet. Acetum idētidem resoluatur in aquam, deinde vinum oriatur oportet.

parte.11. Dubitatio autē quędā est, & quare vinū non materia aceti, nec potentia acetum, quāuis fiat ex ipso acetum. Et viuens potentia mortuus. Aut non sed sc̄dm accidēs corruptiones. Animalis vero materia, hoc secundum corruptionem, mortui potētia & materia, & aqua aceti. Fit enim ex his, vt ex die nox. Et quæcunq; itaq; sic transmutantur adinuicem, ad materiam oportet redire. Vt si ex mortuo animal, in primam materiam, deinde fit animal. Et acetum in
L aquam, deinde fit vinum.

Secūda dubitatio. Cur vinū nō est materia aceti, & viuū mortui.

Secūda dubitationē mouet, quæ talis est. Illud ex quo fit aliquid, videtur esse materia illius, sicut ex elemētis fiūt corpora mixta, & sunt eoꝝ materia. Cum igit̄ ex vino fiat acetū, & ex viuo fiat mortuum, dubitat̄ quare vinum non sit materia aceti, & viuum materia mortui, cū ordinent̄ ad ea, sicut potentia ad actum. Sed ad hoc rñdetur ꝙ acetum est corruptio ipsius vini, mortuum vero corruptio viui. Non ergo acetum fit ex vino sicut ex materia, neq; mortuum ex viuo, sed sc̄dm accidens dicitur ex eo fieri inquātum fit ex materia eius. Vnde cyphus nō est materia phialæ sed argētum. Similiter viuum non est materia mortui, sed sunt elementa. Quod autē ex viuo dicit̄ fieri mortuum, vel ex vino acetum, si referant̄ ad ipsam formam vini vel
M animalis, hęc præpositio Ex, significabit ordinem, quia. s. in eadē materia post formā vini est acetum, & post formā animalis est mortuum. Per quem modum dicimus ꝙ ex die fit nox. Et ideo quęcunq; sic trāsmutantur adinuicem, sicut ex vino fit acetum, & ex animali mortuū, non fit cōuersio transmutationis nisi redeat̄ ad materiam. Sicut si ex mortuo debet fieri animal viuū, oportet ꝙ redeat̄ ad materiā primā inquantū corpus mortuum resoluit̄ in elemēta. Et ex elemētis iterū ordine debito venīt̄ ad cōstitutionem aīalis. Et simil̄r de aceto & vino. Et huius rō est, quia qñcunq; materia se habet ad diuersa p̄m ordinē, nō p̄t ex posteriori reduci in id quod p̄cedit p̄m ordinē. Sicut in ge-
Aduerte qsi & cur a priuatiōe ad habitū est vel non est regressus. nerationē aīalis ex cibo fit sanguis, & ex sanguine semen & menstruū, ex quibus generat̄ aīal. Non p̄t autē mutari ordo. s. vt ex semine fiat sanguis, aut ex sanguine cibus, nisi ꝓ resolutionem ad primā materiā, ex eo ꝙ cuiuslibet rei est determinatus modus gñationis. Et simil̄r ꝙa materia vini nō cōparat̄ ad acetum nisi per vinū inquantū. s. est corruptio vini. Simil̄r est de mortuo & viuo, & de cæco & vidente, & cæteris, & ideo à talibus priuationibus nō fit reditus ad habitus, nisi per resolutionē in primā materiā. Si autē sit aliqua priuatio ad quā materia ꝛmediate ordinat̄, q̄ s. nihil aliud significat nisi negationē formę in materia siue ordine ad formā, sicut à tali priuatione poterit fieri reditus ad formā, sicut à tenebris ad lucē, quia nihil aliud sunt nisi absentia lucis in diaphano. Lectio. v.

N

De dubitatione autē iam dicta circa diffinitiones ac numeros, quænā sit causa vt sint vnū, deinceps dicendū esse videt̄. Est enim profecto causa quædā, vt id omne sit vnū, quod plures partes habet, & nō est vniuersum, vt cumulus: sed est qd ipsum totū p̄ter partes, ex quibus cōstat. Nam & corporū quibusdā tactus, quibusdā viscositas, aut aliquid aliud simile causa est vt sint vna. Diffinitio autē oratio est vna, non coniunctione vt ilias, sed quia vnius est. Quid igitur est quod facit hominem vnum? Et cur vnum est sed non multa, animal atq; bipes.

O

Tex. cō. 17 parte. 1.

DE dubitatione vero dicta circa diffinitiones & numeros, quæ causa essendi vnū deinceps dicendum esse videtur. Omnium enim quæcūq; plures partes habent, & non est vt aceruus quod totū, sed aliquid ineſt totum præter partes, est aliqua cā. Quoniā & in corporibus his quidē tactus causa est vnū essendi, aliis vero viscositas, aut aliqua passio altera talis. Diffinitio vero ratio est vna, non coniunctione quēadmodū est ilias, sed per vnius esse. Quid igit̄ est quod facit vnum hominē, & propter quid vnum sed non multa, puta animal & bipes?

P

Sermo de vnitate materiali p̄ cū sequi. Infr. p̄te 7 Parte. 9.

POST QVAM Philosophus determinauit de principio materiali & formali, nūc itēdit determinare de unione eorū adinuicē, & circa hoc tria facit. Primo enim mouet dubitationē. Scēdo soluit, ibi: ¶ Palā itaq;, quia sic qdē acceptantibus. ☞ Tertio excludit falsas opiniones circa p̄dictam qōnem, ibi: ¶ Propter hanc vero dubitationē. ☞ Circa primum duas ponit rōnes, ex quibus ostendit̄ quæstio esse dubitabilis dicens, ꝙ circa hanc qōnem quæ supe rius tacta est circa diffinitiones & nūeros, qd faciat vtrūq; esse vnum, hoc cōsiderandum est, ꝙ oīa quæ habēt plures partes, & totū in eis nō est solū coaceruatio partiū, sed aliquid ex partibus constitutū, quod est p̄ter ipsas partes, habent aliquid quod facit in eis vnitatem. In quibusdā enim corporibus sic vnitatem habentibus, cā vnitatis est cōtactus, in quibusdā viscositas, aut aliquid aliud hmōi. Manifestum autē est ꝙ diffinitiua ratio est vna ex pluribus constans. Nec est vna per solā coaceruationē partium ¶ sicut ilias ☞ .i. poema factum de Iliſtor. Troiana, quod per solā aggregationē est vnum. Diffinitio autē est vnū simpliciter. Est enim significatiua vnius. Vnde merito dubitatur quid est ꝙ faciat diffinitionem hominis esse vnā, & homi nē cuius ratio est diffinitio. Cū enim homo sit animal & bipes, quę videtur esse duo, merito dubitatur quare homo est vnum & non plura. Secundo ibi.

Q

Præsertim si sit (vt quidā inquiunt) ipsum quid aīal ipmq; bipes? Cur enim homo nō est illa ipsa? At quæ erunt hoīes, nō hoīs vllius participatione, sed duorū, animalis inquā & bipedis: & homo omnino non erit vnum, sed plura, animal atq; bipes.

Aliter q;, & si est (vt aiunt quidam) ipsum aliquid animal, & ipsum bipes. Quare nanq; non illa ipsa homo est? Et erunt secundum participationem homines non hominis, & neq; vnius, sed duorū. s. animalis & bipedis: & totaliter vtiq; non erit homo vnū, sed plura, animal & bipes.

Ponit

Parte. 3a

A Ponit scīam rōnem quæ qōnem reddit dubitabilē dicens, ꝙ alia rō dubitationis accidit prędictæ quæstioni. Si enim est verum quod quidā dicunt, si hoc ipsum quod est aīal sit aliquod per se existēs & separatū, & simil̄r hoc ipm quod est bipes, quod Platonici posuerunt. Si enim sic est, merito quęrit̄ quare hō nō est illa duo aggregata, ita ꝙ homines particulares nō sunt hoīes nisi per participationem hominis, nec per participationem alicuius vnius, sed per participationem duorum quæ sunt animal & bipes. Et secundum hoc homo non erit vnū, sed duo, scilicet animal & bipes. Deinde cum dicit.

Patet igitur eos qui diffinire dicereq; solent, reddere non posse atq; soluere dubitationem. Si vero (sicuti diximus) vnum vti materies, alterum vti forma, & alterum potentia, alterum actu, nulla id quod quæritur dubitatio videbitur esse.

B Parte. 3.

Palam itaq; quia sic quidem acceptantibus, vt cō sueuerunt diffinire & dicere, non cōtingit reddere & soluere dubitationē. Si autem (vt diximus) hoc quidē vt materia, illud vero forma, & hoc quidē potentia, illud vero actu, nō adhuc dubitatio vtiq; videbitur esse quod quæritur.

Via ad solutionem dubij.

Soluit prædictam dubitationem, & circa hoc duo facit. Primo proponit vnde appareat via ad solutionem dubitationis, dicēs manifestum esse quòd si aliqui acceptent quod dictum est de positione Platonis, & transmutent sic naturas rerum ꝙ ponāt vniuersalia separata, sicut Platonici determinare & dicere consueuerunt, non contingit reddere causam vnitatis hominis, & soluere dubitationē prędictam. Sed si ponatur (sicut dictum est supra) ꝙ in diffinitionibus sit vnū sicut materia, aliud sicut forma, vnum sicut potentia, aliud sicut actus, quæstio tam facilis est ad soluendum, ꝙ dubitationem non videtur habere.

C

Est enim hæc dubitatio eadem, & si vestimenti diffinitio rotundum æs erit. Hoc enim nomen signum huius erit orationis. Quare id quod quæritur est, quænam est causa vt æs atque rotundum sit vnum? Non igitur dubitatio vlterius esse videbitur, propterea quod alterum est materies, alterum forma. Quid igit̄ huius causa, vt id quod erat potentia, sit actu, præter id quod fecit, in quibus est generatio? Nulla est enim alia causa vt ea quæ potentia erat sphæra, sit actu sphæra: sed hoc erat quiditas vtriusque.

Parte. 4.

D

Est enim hæc dubitatio eadem, & si terminus vel simēti sit, rotundum æs. Sit enim vtiq; signum nomen huius rationis. Quare cum quæritur, quid causa est vnum essendi rotundū & æs: non adhuc itaq; dubitatio videbitur, quia hoc quidē materia, illud vero forma. Quid igit̄ huius causa est, scilicet quod est potentia ens, actu sit præter faciens in quibus generatio? Nulla nanq; est causa altera eius quod potestate sphæra, actu esse sphæra: sed hoc erat quodquidera esse vtriq;.

Soluitio dubij. Primo in naturalib.

Scēdo ꝓm viam ꝓmissam soluit propositā dubitationē, & primo soluit eā in naturalibus, quæ generant̄ & corrūpuntur, dicens ꝙ p̄dicta dubitatio est eadēque si quęratur, quare æs est rotundū? Ponamus enī ꝙ diffinitio huius nominis uestis sit æs rotundū, & ꝙ hoc nomen significet istā diffinitionem, cū quęrit̄ q̄ est causa quare ista diffinitio æs rotundū sit vnum, non videt̄ esse dubitabilis, eo ꝙ æs est sicut materia, & rotundū sicut forma. Nulla enī alia causa est quare ista sunt vnū, nisi illa quæ facit id quod est in potentia esse actu. Et hoc est agens in oībus in qbus est generatio. Vnde cum hoc sit quodquideratesse significatū per diffinitionem. s. id quod est in potentia fieri actu, manifestum est ꝙ agēs est causa in rebus generabilibus & corruptibilibus, quare quodquideratesse, vna est diffinitio.

E

Est autem materies alia sensibilis, alia intelligibilis, & rationis semp pars est materia, pars actus: ceu circulus figura est plana.

Est autē materia alia intellectualis, alia sensibilis. parte. 5.

Et semper rationis hoc quidem materia, illud vero actus est: vt circulus figura superficialis.

Soluit prędictā dubitationem in mathematicis, & dicit ꝙ duplex est materia. s. sensibilis & intelligibilis. Sensibilis quidē est quæ concernit qualitates sensibiles, calidū & frigidum, rarum & densum, & alia hmōi, cum qua quidē materia cōcreta sunt naturalia, sed ab ea abstrahūt mathematica. Intelligibilis autē materia dicitur, quæ accipitur sine sensibilibus qualitatibus vel differentijs, sicut ipsum continuū. Et ab hac materia nō abstrahunt mathematica. Vnde siue in sensibilibus, siue in mathematicis semp oportet ꝙ sit in diffinitionibus aliquid quasi materia, & aliqd quasi forma. Sicut in hac diffinitione circuli mathematici. Circulus est figura superficialis, superficies est quasi materia, & figura quasi forma. Eadem enim est ratio quare diffinitio mathematica est vna, & quare diffinitio naturalis, licet in mathematicis nō sit agens sicut in naturalibus, qa vtrobiq; alterū est sicut materia, & alterū sicut forma. Scēdo ibi. Tertio in metaphy. cis. F Materia duplex & quā dicūt mathematica rū quanq; naturalīū materiam admittāt.

Quæ vero neq; intelligibilē, neq; sensibilē materiam habēt, eoꝝ vnumquodq; cōtinuo vnū quid ꝓprie est: quēadmodū & ens quid ꝓprie, substantia in quā, qualitas, quātitas, atq; nō sunt in eo quod est, & in vno tāquā in genere. Idcirco & in diffinitionibus nec id qđ est, nec ipm vnū accipit̄. Quidditasq; vnū quid est cōtinuo, quemadmodum & quippiam ens. Quapropter & nil aliud est causa, vt vnumquodq; istorum sit vnū, aut etiam ens. Continuo enim vnū quodq; istorum, & vnum quid, & ens quid etiā est, non tamen a singularibus separabilia sunt. G

Quæcunq; vero nō habēt materiā nec intellectualem nec sensibilē, statim quidē vnū aliquid est vnū quodq; eoꝝ, quemadmodum & qđ ens, aliqd hoc, quod quale, quod quantū. Quapropter & non ineſt diffinitionibus nec ens nec vnū. Et quodquideratesse statim vnum aliquid est, sicuti & ens aliquid. Quapropter non est aliqua alia causa vnum essendi nulli horum, neq; essendi ens aliquid. Statim enim vnumquodq; est ens aliquid, & vnum aliquid, non vt in genere & ente & vno, nec vt separabilibus existentibus præter singularia. parte. 6. Tex. cō. 16 Hic accipe substantias separatas non p̄cognitam, sed s̄cipsis & per hoc ꝙ materiā nō habēt, esse indiui duas. H

Soluit prędictā dubitationē quantū ad ea quæ sunt omnino à materia separata dicens, ꝙ quæcunq; non habēt materiā intelligibilem vt mathematica, nec sensibilem vt naturalia, sicut sunt substantiæ separatæ, statim vnūquodq; eoꝝ est vnum aliquid. In his enim quæ habent materiam, nō statim vnūquodq; est vnū, sed unitas eorum est ex hoc ꝙ vnitas aduenit materiæ. Sed si aliqd sit quod sit forma tantū, statim est vnum, quia non est in eo ponere aliquid quocunq; ordine, prius q̄ expectet vnitatē à forma. Et ponit exemplum, quia cum decē prædicamenta non hoc modo se habeant ex additione differentiarū ad genera, sed hoc ipm quod est ens, manifestū est ꝙ ens non expectat aliquid additum ad hoc ꝙ fiat hoc, id est substātia, vel quantum, vel quale, sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

I Cur vnū & ens diffinitio eis excludat.

stim a principio est vel substantia vel quātitas vel qualitas. Et hæc est causa quare in diffinitionibus non ponūtur nec vnū nec ens vt genus, quia oportet ꝙ vnum & ens se haberent vt materia ad differentias, per quarum additionē ens fieret vel substantia vel qualitas. Et similiter id quod est suum quodquideratesse, vt supra dictum est, statim est vnū, sicut & statim est ens. Non enim est in eo materie expectans formam à qua habeat vnitatē & esse. Et ideo in talibus non est aliqua causa mouens ad hoc ꝙ sint vnū. Habent tamen quædam eorum, causam substituentem substātias sine motu substantiarū earum, & nō sicut in generabilibus q̄ per motū fiunt. Statim enim vnūquodq; eorū est aliq̄d ens & aliquod vnū, non ita ꝙ ens & vnum sint genera quædam, aut sigillatim existentia præter singularia, quæ Platonici ponebant. Deinde cum dicit.

K Propter hanc autem dubitationē quidam participationem causam vnitatis inquiunt esse, sed quæ nā sit participationis causa, & quid sit particeps esse, dubitare videtur. Quidam animæ copulatione, vti Lycophron scientiam, copulationem sciēdi atq; animę esse dicebat. Quidam ipsum viuere cōpositionē aut coniunctionem animæ in corpore esse censent.

Parte.7. Propter hanc vero dubitationem hi quidē participationem dicunt, & causam aliquam participationis, & quid participare dubitant. Hi enim coexistentiam animę, vt Lycophron ait esse sciētiam eius q̄d est scire & animæ: alii vero compositionem, aut coniunctionem animæ cum corpore, viuere.

Recitat falsam opinionem. Excludit quorundam falsam opinionem circa prędictā quæstionem, & circa hoc tria facit. Primo ponit eorū positiones, & dicit propter prædictam dubitationem quidā scilicet Platonici posuerunt participationē, qua. s. inferiora participant superiora, vt hic homo, hominē: & homo, aial & bipes. Et inquirebāt quid est causa participationis, & quid participare, vt eis innotesceret quare est vnū, hoc quod dico animal bipes. Alij vero ponūt causam vnitatis hominis quandā consubstantialitatem siue coexistentiam animæ cum corpore, sicut si significareē in abstracto anima cum corpore, quasi diceremus animationem, sicut Lycophron dixit, ꝙ scientia est medium inter animam & scire. Alij autem dixerunt ꝙ ipsum viuere est medium, per quod coniungitur anima corpori.

Et tamen eadē in vniuersis est ratio. Valere enim, aut copulatio, aut coniunctio, aut compositio animæ, aut valitudinis erit. Et æs esse triangulum æris, atq; trianguli cōpositio, & album itidem esse superficiei compositio atq; albedinis.

M Parte.8. Equidem eadem ratio in omnibus. Etenim sanū esse, erit aut coexistentia, aut colligatio, aut coniunctio animæ & sanitatis: & æs esse trigonum, compositio æris & trigoni: & album vnum esse cōpositio superficiei & albedinis.

Excludit ꝓ dictā opinionem. Excludit dictas positiones, dicēs ꝙ si hoc bene dicitur de anima & corpore, ꝙ sit aliquod medium vnies, eadem ratio erit in omnibus quæ se habent vt forma & materia, quia scīm hoc, conualescere erit medium quasi quædam consubstantialitas, aut quædam cōiunctio siue vinculum inter animam per quam subsistit animal, & sanitatem. Et esse trigonum erit quoddam medium componēs figuram trigoni. Et esse album erit quoddam medium, quo componit albedo superficiei, quod est manifeste falsum. Vnde falsum est ꝙ viuere sit medium, quo cōponitur anima corpori, cum viuere nihil aliud sit q̄m esse animatum.

Hæc autem propterea dicunt, ꝙ rationem vnitatis effectricem potentiæ atq; actus, & differentiam quærunt. Est autem vti dictum est vltima materia, formaq; idem, & alterū potētia, alterum actu. Quare simile est quærere quid nā sit ipsius vnius causa, & vt sit etiam vnū. Est enim vnūquodq; quid vnū, & id quod est vnū, & id quod est actu, vnum aliquo modo sunt. Quare nulla est alia causa, præter eā quę ad actum ex potentia mouet. Quæ autē expertia materiæ sunt, ea proprie vnum quid, & proprie ens quid sunt vniuersa. N

Causa vero quia potentiæ & actus quærunt vnū faciens & differentiam. Est autem (vt dictum est) & vltima materia, & forma idem, & hæc potentia, hæc actu. Quare simile est quærere vnius quæ causa, & vnum essendi. Vnum enim aliquid vnumquodq;, & quod potentia, & quod actu vnum aliqualiter est. Quare causa nulla alia, nisi vt quasi mouens ex potentia ad actum. Quæcunq; vero non habent materiā, omnia simpliciter quod vere entia aliquid. Parte.9. O

Assignat causas erroris prædictorum dicens, ꝙ causa quare talia posuerunt est, quia inquirebāt quid faciēs vnū potentiā & actū, & inquirebāt differētias eorū quasi oporteret eas colligari per aliquod vnū medium, sicut ea quæ sunt diuersa ſm actū. Sed sicut dictum est, vltima materia quæ. s. est appropriata ad formā, & ipsa forma, sunt idem. Aliud enim eorū est sicut potentia, aliud sicut actus. Vnde simile est quærere quæ est causa alicuius rei, & quę est causa ꝙ illa res sit vna, quia vnūquodq; inquantū est, unū est, & potentia & actus quodāmodo vnum sunt. Quod enim est in potētia, sit in actu. Et sic nō oportet ea vniri per aliquod vinculum, sicut ea quæ sunt penitus diuersa. Vnde nulla causa est faciens vnum ea quæ sunt composita ex materia & forma, nisi quod mouet potentiam in actum. Sed illa quæ non habent materiam simpliciter, per seipsa sunt aliquid vnum, sicut aliquid existens. Et hæc de. viij. libro dicta sufficiant. Lectio. j. Oſtendit ꝙ fuerit falsi erroris causa. P Nulla est eā vniendi materię ꝙ forma sibi agens.

ARISTOTELIS STRAGYritæ Tex. libri noni Metaphysicæ.

DIctum est igitur de substātia quæ quidem est primū ens, & ad quod oīa p̄dicamenta ipsius entis cætera reducunt. Rōne nanq; substantiæ, quātitas, qualitas, & cætera quę hoc pacto dicunt, entia dici solent. Vniuersa enim substantiæ rōnem habebunt, vt in prioribus sermonibus diximus. Cum autem id quod est, partim substantia, aut quantitas, aut qualitas: partim potentia, atq; actu dicatur, de potētia etiā & actu determinemus oportet. Atq; de potētia primo quæ maxime quidem proprie dicitur, non tamen ad id quod nunc volumus confert. Ad plura enim sese extendit potētia atq; actus, quam ea quæ tantūmodo per motum dicuntur. Sed ſi de hac dixerimus in hiſce, quæ & de actu determinabimus, de cæteris etiam declarabimus. Alia littera, D

Text.cō.1. Parte.10. DE primo quidē igitur ente, & ad omnes aliæ categoriæ entis referuntur, dictum est, videlicet de substātia. Nā ſm substantiæ rōnē dicunt alia entia, quantitas & qualitas, & alia sic dicta. Omnia nāq; rationē habebūt substantię, vt diximus in primis

K in primis sermonibus. Quoniā vero dicit ens hoc quidem eo ꝙ quid, aut qualitas, aut quantitas: aliud ſm potentiam & actum, & ſm opus, determinabimus & de potētia & de actu. Et primum de potentia quæ dicitur quidem maxime proprie, non tñ vtilis est ad quod volumus nunc. In plus enim est potētia & actus eorum, quæ dicuntur ſm motū solum. Sed cum dixerimus de ea in determinationibus de actu, oſtendemus & de aliis. Alia littera, Et quidem potentia q̄ dicit̄ proprie nō ſ. vtilis ad q̄d volumus nunc.

B Parte. 11. Oſtendit ꝙ fuerit falsi erroris causa. Et quidem ꝙ ſ. ens & vnum sint genera quædam.

POst quā determinauit Philosophus de ente ſm ꝙ diuiditur per decem prędicamēta, hic intendit determinare de ente ſm ꝙ diuiditur per potentiam & actum. Et diuiditur in duas partes. In prima continuat se ad præcedentia, & manifestat suā intentionē in hoc libro. In ſecunda prosequit̄ quod intēdit, ibi: ☙ Quod quidē igitur. ☙ Dicit ergo primo ꝙ in ſmiſsis dictum est de ente primo, ad quod oīa alia p̄dicamenta entis referunt. s. de substātia. Et ꝙ ad substantiā oīa alia referanē sicut ad ens primū, mānifestat, quia oīa alia entia. s. qualitas quātitas, & hmōi dicuntur ſm rōnem substantię. Dicitur enim quantitas ex hoc ꝙ est mensura substantiæ, & qualitas ex hoc ꝙ est quædā dispositio substantiæ, similiter in alijs. Et hoc patet ex hoc, ꝙ omnia accidentia habent rōnē substantiæ, ꝙa in diffinitione cuiuslibet accidentis oportet ponere propriū subiectum, sicut in diffinitione simi ponitur nasus. Et hoc declaratū est in præmiſsis. s. in principio ſeptimi. Sed quia ens diuiditur vno modo ſm ꝙ dicitur quid. s. substantia, aut quātitas, aut qualitas, quod est diuidere ens per decem prædicamenta. Alio modo ſm ꝙ diuiditur per potentiam & actum vel operationem, à qua derivatum est nomen actus, vt postea dicetur, oportet nunc determinare de potentia & actu. Et primo de potētia quæ maxime dicitur proprie, nō tamen vtile est ad præsentem intentionē. Potentia enim & actus, vt plurimum, dicūtur in his quæ sunt in motu, quia motus est actus entis in potentia. Sed principalis intentio huius doctrinæ non est de potentia & actu ſm ꝙ sunt in rebus mobilibus solum, sed ſcīm ꝙ sequuntur ens cōmune. Vnde & in rebus immobilibus inuenitur potentia & actus, sicut in rebus intellectualibus. Sed cum dixerimus de potentia quæ est in rebus mobilibus, & de actu ei correspondente, oſtendere potemus & de potentia, & actu secundum ꝙ sunt in rebus intelligibilibus, quæ pertinent ad substantias separatas, de quibus postea agetur. Et hic est ordo conueniens, cum sensibilia quæ sunt in motu sint nobis magis manifesta. Et ideo per ea deuenimus in cognitionem substantiarum rerum immobilium. Ex quo etiam apparet sensus alterius literæ quæ sic habet. ☙ Et quidem potentia quæ dicitur proprie, non solum vtilis est ad quod volumus nunc, ☙ quia licet potētia quæ est in rebus mobilibus maxime ꝓprie dicatur, non tamen hoc solum dicitur potentia, vt dictum est. Et vtilis est ad præsentem intentionem, nō quasi de ea principaliter intendatur, sed quia per eam in alias potentias deuenimus. Deinde cum dicit. C

Multipliciter igit̄ potentia dici, ac ipsum posse in aliis a nobis est diffinitum. Harum autē eæ quæ potentiæ dicunt̄ æquiuoce, omittantur. Nonnullæ nanq; similitudine quadā dicunt̄, quēadmodum & posſibilia & impoſsibilia q̄dā in geometria dicunt̄, ꝓpterea ꝙ aliquo mō sunt, aut non sunt. Quæ vero ad eandē sunt formā, eæ oēs principia quædā sunt, & ad primum vnū dicunt̄ quod est mutationis principiū in alio, vt aliud est. Quædā enim potentia est patiendi, quæ in ipso patiente principiū est palsiuæ mutationis ab alio, vt aliud est. Quædam est habitus impaſsibilitatis ad deterius corruptionemue, quæ ab alio, vt est aliud, ꝓficiſcitur a principio mutatio. In his enim oībus diffinitionibus ratio ipſius primę potētiæ ineſt. Hæ rursus aut faciendi patiendiue tantū potentiæ, aut benefaciendi vel patiendi dicūtur. Quare ſit vt & in horum rationibus rōnes quodammodo potentiarum priorum ſint. B

Quod quidem igitur dicitur multipliciter potētia & posſet, determinatum est a nobis in aliis. Harū autem quæcunq; quidem æquiuoce dicuntur potētiæ ꝓtermittantur. Quædā enim ſimilitudine quadam dicuntur, quēadmodum in geometria & posſibilia & impoſsibilia dicimus, eo ꝙ aliquo mō sunt, aut non sunt. Quæcunq; autem ad eandem ſpeciem, omnes principia quædā sunt, & ad primū vnum dicuntur, quod est principium trāſmutationis in alio inquantum aliud est. Nam quædā patiendi potētia est, quæ in ipſo patiēte principium mutationis paſsiue ab alio inquantū aliud est. Hæc autem habitus impoſsibilitatis eius quæ in deterius & corruptionis ab alio inquantum aliud, est a principio trāſmutationis. In his ineſt omnibus terminis potentiæ prima ratio. Iterum autem hæ potentiæ dicuntur, aut ſolum faciendi, aut patiendi, aut ipſius bene. Quare in harum rationibus ſunt aliqualiter priores rationes potentiarum. Text.cō.2. parte.12. F

Determinat de potentia & actu, & diuiditur in partes tres. In prima determinat de potentia. In ſecunda de actu, ibi: ☙ Quoniam autem de potentia ſecundum motum. ☙ In tertia de comparatione actus ad potētiam, ibi: ☙ Quoniam autē ipſum determinatum est. ☙ Prima diuiditur in duas partes. In prima determinat de potentia ſm ſe. Secūdo per cōparationē ad ea in quibus est, ibi: ☙ Quoniā autē hæc q̄dē inanimatis. ☙ Prima in duas. In prima determinat de potētia. In ſecūda de impotentia, ibi: ☙ Et impotētia & impoſsibile. ☙ Circa primum duo facit. Primo oſtendit quot modis dicit̄ potētia. Secōo manifestat quandā veritatem ex præmiſsis circa potentiā, ibi: ☙ Palam igitur quia est quidem vt vna. ☙ Dicit ergo primo ꝙ determinatum est in aliis. s. quinto huius, ꝙ multipliciter dicit̄ potentia & posſe. Sed iſta multiplicitas quantum ad quoſdā modos est multiplicitas æquiuocationis, sed quantum ad quoſdā analogiæ. Quædam enim dicuntur poſsibilia vel impoſsibilia, eo ꝙ habet aliquod principium in ſeipſis, & hoc ſm quoſdā modos ſm quos oēs dicūtur potentiæ nō æquiuoce sed analogice. Aliqua vero dicuntur poſsibilia vel potētia, non ꝓpter aliquod principium quod in ſeipſis habeant, & in illis dicit̄ potentia æquiuoce. Dicit ergo ꝙ de modis potentiæ illi prætermittendi ſunt ad præſens. ſm quos potentia dicit̄ æquiuoce. In quibuſdā enim dicit̄ potentia non ꝓpter aliquod principium habitū, sed ꝓpter ſimilitudinem quādam, ſicut in geometricis. Dicitur enim potentia alicuius lineæ esſe quadratū eius, & dicitur ꝙ linea potest in ſuū quadratū. Et ſimili modo potest dici in numeris, ꝙ ternarius potest in nouēnarium quod est quadratū eius, eo ꝙ ex ductu eius in ſeipſum facit nouennariū. Ter enim tria nouem faciunt. Ex linea etiam quæ est radix quadrati ducta in ſeipſam fit quadratum. Et ſimiliter est in numeris. Vnde radix quadrati habet aliquā ſimilitudinē cum materia, ex qua fit res. Et propter hoc per quādam ſimilitudinem dicitur potēs in quadratum, ſicut dicitur materia potens in rem. Similiter in logicis dicimus aliqua esſe poſsibilia & impoſsibilia, nō ꝓpter aliquā potentiā, ſed eo ꝙ aliquo mō sunt aut nō sunt. Poſsibilia em di- Infra 16.5. G Infra. 8.7. Lect. ſeq. Inf. ꝑte.4. Sermo de potentia. Lectio.2. H Potētia dupliciter ꝓprie videt̄ & metaphorice.

Universidad de Deusto
Biblioteca

I cuntur quorum oppoſita cõtingit eſſe verà. Impoſsibilia vero, quorum oppoſita non cõtingit eſſe vera. Et hæc diuerſitas eſt ꝓpter habitudinẽ prædicati ad ſubiectum, qđ quandoq; eſt repugnans ſubiecto, ſicut in impoſsibilibus. Quãdoq; vero non, ſicut in poſsibilibus. His ergo modis prætermiſsis conſiderandum eſt de potentijs quæ reducũtur ad vnam ſpeciem, quia quilibet earum eſt principium quoddã, & oẽs potentiæ ſic dictæ reducuntur ad aliquod principiũ, ex quo oẽs aliæ dicũtur. Et hoc eſt principium actiuũ, quod eſt principium trãſmutationis in alio inquãtum eſt aliud. Et hoc dicit, quia poſsibile eſt ꝙ principiũ actiuum ſimul ſit in ipſo mobili vel paſſo, ſicut cum aliquid mouet ſeipſum, non tamen ſ̃cm idem eſt mouens & motum, agens & patiens. Et ideo dicitur ꝙ principium quod dicitur potẽtia actiua, eſt principium tranſmutationis in alio inquantũ eſt aliud: quia etſi contingat principiũ actiuum eſſe in eodẽ cum paſſo, non tamen ſ̃m ꝙ eſt idẽ, ſed ſecundum ꝙ eſt aliud. Et ꝙ ad illud principium quod dicit potentia actiua reducanẽ aliæ potentiæ, manifeſtum eſt. Nam alio modo dicit potentia paſsiua, quæ eſt principiũ ꝙ aliquid moueat ab alio, inquãtum eſt aliud. Et hoc dicit, quia & ſi idem patiatur à ſeipſo, non tñ ſ̃m idem, ſed ſ̃m aliud. Hæc autem potentia reducitur ad primam potentiã actiuam, quia paſsio ab agente cauſatur. Et propter hoc etiã potẽtia paſsiua reducitur ad actiuam. Alio modo dicitur potentia quidã habitus impaſsibilitatis ꝯ eius quę eſt in deterius ⁊ i. diſpoſitio quædam ex qua aliquid habet, ꝙ non poſsit pati tranſmutationem in deterius, & hoc eſt ꝙ non poſsit pati corruptionem ab alio, ꝯ inquantum eſt aliud ⁊ .ſiã principio tranſmutationis quod eſt principium actiuum. Manifeſtum eſt autem ꝙ vterq; iſtorũ modorum dicitur per cõparationem alicuius exiſtentis in nobis ad paſsionem. In quorum vno dicitur potentia ꝓpter principium, ex quo aliquis poteſt non pati. In alio autem propter principiũ, ex quo quis poteſt pati. Vnde cum paſſio ab actione depẽdeat, oportet ꝙ in diffinitione vtriuſq; illorum modorum ponatur diffinitio ꝯ potẽtiæ primæ ⁊ ſcilicet actiuæ. Et ita iſtæ duæ reducunẽ ad primam, ſ. ad potentiã actiuã ſicut ac priorem. Iterũ alio modo dicũtur potẽtiæ non ſolum per ordinẽ ad facere & pati, ſed per ordinẽ ad hoc quod eſt bene in vtroq;, ſicut dicimus aliquẽ potentem ambulare: non ꝙ poſsit ambulare quoquo modo, ſed eo ꝙ poſsit bene ambulare. Et eo modo dicimus eſſe de claudicante, ꝙ non poſsit ambulare. Similiter dicimus ligna combuſtibilia eo ꝙ comburi poſsint de facili. Ligna vero viridia quæ non de facili comburuntur dicimus incombuſtibilia. Vnde manifeſtum eſt ꝙ in diffinitione harum potentiarum, quæ dicuntur reſpectu bene agere vel pati, includuntur rationes primarum potentiarum quæ dicebãtur ſimpliciter agere & pati, ſicut in bene agere includitur agere, & pati, in eo ꝙ eſt bene pati. Vnde manifeſtum eſt ꝙ oẽs iſti modi potentiarum reducuntur ad vnum primum. ſ. ad potentiam actiuam. Et inde patet ꝙ hæc multiplicitas non eſt ſecundum æquiuocationem, ſed ſecundum analogiam. Deinde cum dicit.

K Ad potẽtiã actiuã oĩs alia potentia realis reducitur.

L

M

Patet igitur partim vnam eſſe potentiã efficiẽdi ac patiẽdi. Eſt enim poſsibile, & quia ipm habet potentiã patiẽdi, & quia ab ipſo aliqd pati põt. Partim aliã. Alia nãq; eſt in patiente. Etenim quia principiũ quoddã habet, & eſt ipſa materia principium quoddam, ideo patit ipſum patiens, ab alioq; aliud patit. Pingue nanq; vri poteſt, & quod hoc pacto cedit, id premi poteſt, ſimilis eſt & in cæteris modus. Alia in efficiente, vt in eo quod calefacere poteſt eſt calidũ, & in ædificatore facultas ædificandi. Quare nullum copulatum a ſeipſo patitur. Quippe cum ſit vnum, & non aliud, vti patet.

N parte. 3.

Palam igitur quia eſt quidem vt vna potentia faciendi & patiendi. Nã poſsibile eſt per ſe, & habere ipſam potentiam patiendi, & eo ꝙ aliud ab ipſo. Eſt autem vt alia. Hoc quidem enim in patiente. Propter habere enim quoddam principium, & eſſe materiam principium quoddã, patitur patiẽs, & aliud ab alio. Craſſum enim combuſtibile eſt, cedens autem ſic impreſsibile, & ſuppoſitum ſic enuntiabile, ſimiliter autem & in aliis. Hoc autem in faciente, vt calor & ædificatiua, hoc quidem in calefactiuo, hoc autem in ædificatiuo. Quapropter inquantum ſimul natum eſt, nihil patitur ipſum a ſeipſo. Vnum enim & non aliud eſt.

Alia ſunt enuntiabile.

O Veritas ſequẽs ea dicta.

Ex prædictis quandã veritatem circa prædictas potentias manifeſtat, & dicit, ꝙ potentia faciendi & patiendi eſt quodãmodo vna potentia, & quodãmodo non. Vna quidem eſt ſi conſideretur ordo vnius ad aliam. Vna enim dicitur per reſpectum ad alterã. Poteſt enim dici aliquid habens potentiam patiẽdi, quia ipſum habet per ſe potentiã vt patiatur, vel eo ꝙ habet potẽtiam, vt aliud patiatur ab ipſo. Et hoc ſecundo modo potentia actiua eſt idem cum paſsiua. Ex eo enim ꝙ aliquid habet potentiam actiuam, habet potentiam vt patiatur aliud ab ipſo. Si autem conſiderentur hæ duæ potentiæ, actiua, ſcilicet & paſsiua ſecũdum ſubiectum in quibus ſunt, ſic eſt alia potentia actiua & alia paſsiua. Potentia enim paſsiua eſt in patiente, quia patiens patitur ꝓpter aliquod principium in ipſo exiſtens, & huiuſmodi eſt materia. Potẽtia autem paſsiua nihil aliud eſt ꝙ principium patiendi ab alio. Sicut comburi quoddã pati eſt, & principium materiale propter quod aliquid eſt aptum combuſtioni, eſt pingue vel craſſum. Vnde ipſa potentia eſt in combuſtibili quaſi paſsiua. Et ſimiliter illud quod ſic cedit tangenti ut impreſsionẽ quãdam recipiat, ſicut cera vel aliquid huiuſmodi inquãtum tale eſt frangibile. ꝯ Vel ſuppoſitum ⁊ id eſt maſculinum eſt ſubiectum proprium huius paſsionis quæ eſt eunuchizari. Et ſimiliter eſt in alijs quæ patiuntur ſecundum ꝙ in eis eſt principium quoddam patiendi, quod dicitur potentia paſsiua. Potentia vero actiua eſt in agente, vt calor in calefactiuo, & ars ædificatiua in ædificante. Et quia potentia actiua & paſsiua in diuerſis ſunt, manifeſtum eſt ꝙ nihil patitur à ſeipſo, inquantum aliquid eſt aptum natum agere vel pati. Per accidens autem aliquid pati contingit à ſeipſo ſicut medicus ſanat ſeipſum, non vt medicum, ſed ſicut infirmum. Ideo autẽ non patitur aliquid à ſeipſo, quia per ſe loquendo alicui vni & eidem ineſt vnum dictorum principiorum, & non aliud. Cui enim ineſt principium agendi, non ineſt principium patiendi, niſi ſ̃m accidens, vt dictum eſt. Deinde cum dicit.

Potentia paſsiua eſt in paſſo.

P

Q

Impotentia autẽ quæ tali potentiæ eſt contraria, priuatio eſt: quare eiuſdem atq; per idem omnis potentia eſt impotentia ſane. Priuatio vero multis dicitur modis. Et id enim qđ non habet, & quod aptũ eſt habere ſi non habeat, aut omnino, aut quãdo eſt aptum habere. Aut hoc pacto veluti penitus, aut aliqua ex parte priuatum dicimus eſſe. Nonnulla inſuper ſi apta quid habere ob vim illud non habeãt, priuata dicimus eſſe.

parte. 4. Tex. cõ. 1.

Et impotentia, & impoſsibile, & quæ tali potẽtiæ cõtraria eſt, priuatio eſt. Quare eiuſdem & ſecundũ idem omnis potentia & impotentia. Priuatio autem dicitur multipliciter. Etenim non habens, & aptum natũ, ſi non habet, aut omnino, aut quando aptum natum eſt. Et aut ſic, puta perfecte: aut ſaltem

quocunq;

A quocũq; modo. In quibuſdã vero ſi apta nata habere non habeant, vi priuata hæc eſſe dicimus.

Impotẽtia qđ & quotiens.

Determinat de impotentia dicens, ꝙ impotẽtia quæ eſt contraria dictæ potentiæ, & impoſsibile, quod dicit ſ̃m hmõi impotentiam, eſt priuatio prædictæ potentiæ. Hoc autem dicit ad differentiã impoſsibilis quod ſignificat aliquem modum falſitatis, quod non dicitur ſ̃cm aliquam impotentiam, ſicut nec poſsibile ſ̃m aliquam potentiam. Quia enim priuatio & habitus ſunt eiuſdem, & ſ̃m idem, neceſſe eſt ꝙ potentia & impotentia ſint eiuſdem & ſ̃cm idem. Et ideo quot modis dicitur potẽtia, & tot modis dicitur impotentia ſibi oppoſita. Sed ſciendum eſt ꝙ priuatio dicit multipliciter. Vno enim modo qcquid nõ habet aliquid, põt dici eſſe priuatum, ſicut ſi dicamus lapidẽ priuatum viſu, eo ꝙ nõ habet viſum. Alio modo dicit priuatum ſolũ quod eſt aptum natũ habere, & nõ habet. Et hoc

Priuatio dicitur multipliciter.

B dupliciter. Vno mõ vniuerſaliter qñ non habet, ſicut ſi dicaẽ camus priuatus viſu, qñ nõ habet viſum. Alio mõ ſi nõ habet, qñ aptus natus eſt habere. Vnde ante nonũ diẽ non dicitur priuatus viſu. Et iterũ hoc diuerſificatur. Nam vno mõ dicit priuatũ eo ꝙ nõ habet aliquo mõ determinato. ſ. perfecte & bene, ſicut cum vocamus cæcum eum qui nõ bene videt. Alio modo quãdo nõ habet omnino, ſicut dicimus priuatum viſu, qui omnino uiſum non habet. Quãdoq; vero in ratione priuationis includitur violẽta. Vnde quædam dicimus priuari, quando per violentiam amiſerunt ea quæ nata ſunt habere. Lectio. ij.

Cum autẽ talia principia partim ſint in rebus inanimatis, partim in animatis, atque in anima, & in animatæ ea parte quæ particeps eſt rationis: patet & potentiarum, alias eſſe rationis expertes, alias eſſe cum ratione. Quapropter omnes artes omneſq; ſcientiæ effectiuæ potentiæ ſunt. Sunt enim principia mutandi in alio, vt aliud eſt,

C parte. 1.

QVoniã autẽ hæc quidẽ in inanimatis inſunt principia talia, alia vero in animatis, & in anima, & in anima rationem habente: palam quia & potentiarum aliæ erunt irrõnabiles, aliæ cum rõne. Quapropter omnes artes & factiuæ ſcientiæ, potẽtiæ ſunt. Principia nanq; permutatiua ſunt in alio, inquantum aliud.

Termo de poſtilla per cõparationẽ ad ea i quibus eſt. Et diuiditur.

D POSTQVAM Philoſopus oſtẽdit quot modis dicitur potẽtia, hic determinat de potentia per cõparationẽ ad ea quibus ineſt, & diuiditur in duas partes. In prima oſtendit differentiã potentiarũ adinuicem ſ̃m diuerſitatem eorũ in quibus ſunt. In ſeda oſtendit quomodo potentia & actus ſint ſimul vel nõ ſint in ſubſtãtia, ibi: ꝯ ſũt autem quidam. ⁊ Circa primum tria facit. Primo oſtẽdit differentiã potentiarum ſ̃m ea in quibus ſunt, dicens, ꝙ cũ potentiæ ſint principia quædam agendi & patiendi, horũ principiorum quædam ſunt in inanimatis, & quædam in animatis. Et quia animata cõponuntur ex corpore & anima, principiũ autẽ agendi & patiendi quæ ſunt in corpore ãnimatorum, nõ differũt ab his quæ ſunt in animatis, ideo addit, ꝯ Et in anima. ⁊ Quia videlicet principia agendi ꝙ ſunt in anima, manifeſte differunt ab his quæ ſunt in rebus inanimatis. Et iterum animæ plures ſunt, quarum multæ non multum differunt in agendo & patiẽdo à rebus inanimatis, quæ inſtinctu naturæ operantur. Nã partes animæ nutritiuæ & ſenſitiuæ, in pulſu naturæ operantur. Sola autem pars animæ rationalis eſt domina ſui actus, in quo differt à rebus inanimatis. Et ideo poſtquã dixit differentiam in anima addit, ꝯ & anima in rationem habente. ⁊ Quia ſcilicet illa principia animatorum à principijs inanimatorum ſpecialiter differunt, quæ ſunt in parte anima rõnalis. Vnde patet ꝙ potentiarum animæ, aliæ ſunt irrationales, aliæ vero cum rõne. Et quæ ſunt cum ratione exponit cum ſubdit, ꝙ ꝯ omnes artes factiuę ⁊ vt fabrilis, & ędificatiua, & cæteræ huiuſmodi, quarum actiones in materiã exteriorem tranſeunt, & omnes ſcientiæ, quæ ſcilicet non habent operationem in exteriorem materiam trãſeuntem, ſicut ſunt ſcientiæ morales & logicæ, omnes inquam huiuſmodi artes, potentiæ quædam ſunt. Quod exinde concluditur, qa ſunt principia permutationis in aliud inquãtum aliud eſt, qđ eſt diffinitio potentiæ actiuæ, vt ex prædictis patet. Secundo ibi.

Potentiarũ alię ſunt rõnales alię irrationales.

E

Atq; oẽs eæ potentię q̃ ſunt participes rõnis, contrariorũ eædem ſunt effectrices. Expertiũ autẽ rõnis, quę q; vnius eſt principiũ ſolũ. Calidum enim calefaciendi tantũ principium eſt. Medendi vero facultas ægritudinis eſt & ſanitatis effectrix.

Et quæ quidẽ cũ rõne oẽs cõtrariorũ ſunt eædẽ, & q̃ irrationabiles vna vnius, vt calidum calefaciendi ſolum, medicatiua autẽ infirmitatis & ſanitatis,

parte. 2. F

Aſſignat differentiã inter p̃dictas potẽtias dicens, ꝙ potentiæ rõnales eædem ſe habent ad cõtraria, ſicut ars medica quæ eſt quędã potentia, vt dictũ eſt, ſe habet ad infirmitatẽ, & ſanitatẽ faciendã. Potentiæ autẽ irrationales non ſe habent ad oppoſita, ſed vna eſt ad vnum effectum tantum per ſe loquendo. Sicut calidũ ſolis calefacit per ſe, & ſi per accidens poſsit eſſe cauſa frigiditatis inquantum aperiendo poros exhalare interius calidum, vel cõſumendo materiam humoris calidi, ipſum calidum deſtruit, & per conſequens infrigidat. Deinde cum dicit.

Potẽtię rationales ſe habent ad oppoſita ſi autem irrationales. Calidũ frigefacit per accidens.

Idq; ex eo fit, quia ſcientia ratio quædam eſt. Eadem autẽ ratio & rem & priuationẽ oſtendit, nõ tñ eodẽ modo. Et partim eſt vtriuſq;, partim eſt magis ipſius rei. Quare tales quoq; ſcientias cõtrariorum quidem eſſe neceſſe eſt, vnius tantum per ſe, alterius non per ſe. Etenim ratio alterius quidem per ſe, alterius autem quodãmodo per accidens eſt. Negatione enim ablationeue contrarium ipſum oſtẽdit. Priuatio nanq; prima contrarium ipſum eſt, hæc autem ablatio eſt, vt pater.

G

Cauſa autẽ quia rõ eſt ſcientia. Ratio autem eadẽ oſtendit rẽ & priuationẽ, non tñ ſimiliter. Et eſt vt amborũ, eſt autẽ vt exiſtentis magis. Quare neceſſe & tales ſcientias eſſe quidem contrariorũ. Eſſe vero huius quidem ſ̃m ſe, illius vero non ſ̃m ſe. Etenim ratio huius quidem ſ̃m ſe, illius vero quodãmodo & ſ̃m accidens. Nam negatione & ablatione oſtendit contrarium. Etenim priuatio prima cõtrarium. Hæc autem ablatio alterius,

parte. 3. H

Aſſignat Philoſophus eãm p̃dictæ differentiæ, quæ talis eſt. Nã ſcięti quæ eſt potẽtia rõnalis, eſt quędam rõ rei ſcitæ in anima. Eadem autẽ ratio rei manifeſtat eius priuationẽ. Licet non ſimiliter, quia primo manifeſtat eam rem exiſtentem. Per poſterius autem eius priuationẽ. Sicut per rationem viſus per ſe cognoſcitur ipſa viſiua potentia, ex conſequenti vero cæcitas quæ nihil aliud eſt, q̃ ipſa carentia uiſus in eo quod natum eſt habere viſum. Vnde neceſſarium eſt, ſi ſcientia eſt quędã ratio rei ſcitæ in anima, ꝙ eadem ſit ſcientia cõtrariorum. Vnius quidẽ per prius & ſ̃cm ſe, alterius vero per poſterius. Sicut medicina per prius eſt cognoſcitiua & factiua ſanitatis, per poſterius autem infirmitatis, quia & hoc vt iam dictum eſt, eſt de ratione rei ſcitæ in anima: quæ eſt vnius oppoſitorum ſ̃m ſe, & alterius ſ̃cm accidens. Et quia ꝙ Philoſophus ſupra de priuattone dixerat, poſtmodum ad contrariũ trãſtulit,

Quare poſtię rõnales ſe habẽt ad oppoſita.

Universidad de Deusto
Biblioteca

I ostendit ꝙ eadē ratio est de contrario & priuatione. Sicut enim per negationē & ablationē mānifestatur priuatio, vt puta ablatio visus manifestat cæcitatem, ita per negationem & ablationē manifestat contrariū, quia priuatio quæ nihil aliud est q̄ ablatio alterius, est quoddā primum principium inter cōtraria. Omnium enim cōtrariorum vnum est sicut perfectū, alterum vero sicut imperfectū & priuatio alterius. Nigrū enim est priuatio albi, & frigidū est priuatio calidi. Sic igitur patet ꝙ eadē scientia se habet ad cōtraria. Hoc autem manifestat consequenter cum dicit.

Cum autē contraria fieri in eodē non possint, sciētia vero potētia sit cū rōne, atq; anima principium habeat motus. Salubre quidem sanitatē, & id quod calefacere pōt caliditatē, & id quod frigefacere potest frigiditatē efficit solū. Sciens enim vtrūq; facit. K Est enim amborū ratio, & si nō similiter: & in anima ipsa, quæ quidem motionis principiū habet. Quare ambo ab eodem principio mouebit ad idem cōiuncta. Quapropter ea quæ possunt per rōnem, contraria hisce quæ sine ratione possunt efficiunt. Vnum enim a ratione principium continetur.

Tex. cō. 4. parte. 4. Quoniā autē cōtraria nō sunt in eodē, sciētia autē est potentia in habēdo rōnem, & aiam motus habet principiū, salubre quidē sanitatē solum facit, & calefactiuū caliditatē, & frigidatiuū frigiditatem. Sciens vero ambo. Est enim amborū quædam ratio. Non similiter autē & in anima quæ habet motus principium. Quare ambo ab eodē principio mouebit ad ipsum copulans. Propter quod fm rationem potētia sine ratione potentibus faciunt contraria, Vnum enim principium continetur ratione.

L Quare potentię irrationales nō se habēt ad oppositа, sicut rationales. Accedit ergo ad assignādū causam prædictę differētię. Manifestū est enim ꝙ res naturales operantur per formas sibi inhærentes. Non antē possunt eidem inesse formæ cōtrariæ. Vnde impossibile est ꝙ eadem res naturalis faciat contraria. Sed scientia est quædam potentia actionis, & motus principiū ex eo ꝙ aliquis habet rationem rei faciendæ, & hoc principium motus est in anima. Et quia ita est, sequitur ꝙ res naturales faciant vnum tantum, sicut salubre facit solum sanitatem, & calefactiuum facit solum caliditatem, & infrigidatiuū facit solum frigiditatem. Sed ille qui agit per scientiā operatur vtrunq; oppositorū, quia eadem ratio est vtriusq; in anima, quia habet principiū talis motus, licet nō similiter sicut dictū est. Et ideo sicut actio naturalis ꝓcedit ad effectū, quasi copulata ad formā, quæ est principium actionis cuius similitudo relinquit in effectum, ita ista mouet per suā operationem ad ambo opposita ℈ ab eodem principio ℣ . tā ratione quæ est vna duorum oppositorum copulans ad ipsum principium vtriusq; motum, & ad ipsum principiū vtriusq; terminans, inquantum similitudo illius principij in vtroq; oppositorum inesse productorū saluatur. Manifestum est igitur ꝙ potentiæ rationales, contrarium faciunt potētijs irrationalibus, quia potentia rationalis facit oppositа, non autem potētia irrationalis, sed vnum tātum. Et hoc ideo est, quia vnum principium oppositorum continetur in ratione scientiali, vt dictum est. Deinde cum dicit.

M

Patet autē & potentiā tantūmō faciēdi vel patiendi ad eā sequi potentiā, q̄ principiū est benefaciendi vel patiendi. Ad hanc autē illā non semper. Is enim qui benefacit, faciat quoq; necesse est. At eum qui solum efficit, non necesse est & bene etiam facere.

parte. 5. Palā autē quia ipsius bene potentiā, sequit' solū faciendi aut patiendi potentia. Hanc vero illa non semper. Necesse enim benefacientem facere, sed solum facientem, non necesse benefacere. N

Lectio. ij. Ponit cōparationē quorundam modorū potentiæ superius sub eis positorū. Dictum est supra ꝙ aliquid dicit habere potentiā actiuam vel passiuam, q̄nq; quidem ex hoc solum ꝙ potest agere vel pati, quādoq; vero ex hoc ꝙ potest bene agere vel pati. Dicit ergo ꝙ ad potētiam bene faciendi vel patiendi sequitur potentia faciendi, sed non econuerso. Sequitur enim si aliquis benefacit ꝙ faciat, sed non econuerso.

Sunt autē quidā veluti Megarici, qui dicūt eum posse solū cū operat'. Cū vero nō operat' non posse. Ceu non ædificantē, ædificare nō posset, sed ædificātem quando ædificat. Et in cæteris simili modo.

Tex. cō. 5. Parte. 1. O SVnt autē quidā qui dicūt vt Megarici, q̄n operatur solū posse, & q̄n non operatur non posse, vt non ædificantē nō posse ædificare, sed ædificātem quando ædificat. Similiter autem & in aliis.

Sermo de similitudine potentię & actus. Lect. sec. POSTQVAM Philosopus comparauit superius potentias ad inuicem, hic incipit ostēdere quomodo potētia & actus se habent in eodē subiecto: & diuiditur in duas partes. In prima excludit quorundam falsas opiniones. In secunda determinat veritatem, ibi: ℭ Omnibus autem potentijs. ℣ Prima autem diuiditur in duas. In prima excludit opinionē dicentium nihil esse posibile, nisi quādo est actu. In sēda excludit opinionē dicentium econuerso omnia esse posibilia, licet non sint actu, ibi: ℭ Si autem est quod dictum est posibile. ℣ Circa primū duo facit. Primo excludit dictā positionem erroneā. Sēdo ostendit qd sit esse posibile, & quid sit esse actu, ibi: ℭ Est autē posibile. ℣ Circa primum tria facit. Primo ponit opinionem. Sēdo destruit eam, ibi: ℭ Quibus accidentia &c. ℣ Tertio concludit suā intentionem, ibi: ℭ Si ergo contingit. ℣ Dicit ergo primo ꝙ quidam dixerunt ꝙ tunc solum est aliquid in potentia, quando est in actu, vtputa ꝙ ille qui non ædificat actu, non potest ædificare, sed tunc solum potest, quando actu ædificat. Et similiter dicunt de alijs. Et ratio huius positionis esse videtur, quia opinabātur quòd omnia ex necessitate contingerent secundum aliquam commixtionem causarum. Et sic si omnia ex necessitate eueniunt, sequitur ꝙ ea quæ non eueniunt, non posibile est esse. Deinde cum dicit. Infra p. 6. P parte. 7. Parte. 8. Contra illos qui ponunt potētia nihil dicere quando est actu.

Quibus ea q̄ eueniūt absurda, non difficile est videre. Patet enim ædificatorē non fore, si nō ędificet. Esse nanq; ædificatoris, in potentia ædificandi consistit. Et in cæteris artibus simili modo. Quod si fieri nequeat, vt huiuscemodi quisquā habeat facultates nisi aliqñ didicerit atq; acceperit, & non habeat rursus nisi quādoq; amiserit, aut obliuione, aut morbo quodā, aut etiā tpe. Nō enim amittet re ipsa corrupta, est enim semp. Cum quispiā operari cessauerit, artē sane tūc nō habebit. Cōtinuo aūt rursus ædificabit, quonam quæso pacto tunc arte sumpta? Q parte. 2. Parte. 3.

Quibus accidentia incōuenientia non est difficile videre. Palā enim qa non est ædificator, si non ædificet. Nā ædificatorē esse, est esse potentem ædificare. Similiter autē & in aliis artibus. Si igitur impossibile est, tales habere artes nō addiscentem aliqñ & accipientē, & nō habere nō abiicientem aliquādo, aut enim obliuione, aut passione aliqua, aut tempore. Nō enim vtiq; re corrupta, semper enim est. Quādo cessauerit, non habebit artem. Item qui statim ædificabit aliqualiter accipiens?

A Alia litera. Igitur est incipit? Improbat positionē quā tenuerunt Megarici. Ponit rōnes cōtra prædictā positionē ducentes ad inconueniētia, quarū prima talis est. Ædificantē esse, est esse potentē ędificare. Si igitur nullus est potens facere nisi quādo facit, nō est aliquis ædificator nisi qñ ædificat. Et similiter est de alijs artibus. Nā omnes artes sunt potētiæ quædam, vt dictum est. Sequitur ergo ꝙ nullus habeat artē aliquā, nisi quando fm eam operatur. Sed id ostenditur impossibile, suppositis duobus, quoꝝ vnū est ꝙ ille qui prius non habuit aliquā artem, impossibile est ꝙ eam habeat postmodum, nisi addiscat eam, uel eam aliquo modo accipiat, scilicet inueniendo. Aliud est ꝙ si quis habuit aliquā artē, impossibile est eum postmodū nō habere eandē, nisi eam aliquo modo abijciat, vel per obliuionē, aut per aliquam infirmitatem, aut per longitudinem temporis, quo aliquis scientia non vtitur. Hæc enim est causā obliuionis. Non autem potest esse ꝙ aliquis amittat artem corrupta re, sicut quandoq; conuenit ꝙ vera cognitio amittitur mutata re, vt cum quis opinatur vere Socrat. sedere, eo surgente perit eius vera opinio. Hoc autem non potest dici circa artem. Nam ars non est cognitio eius quod est, sed eius quod faciendum est. Et ita quandiu durat materia ex qua ars potest aliquid facere, semper res artis est. Vnde nō potest ars amitti corrupta re nisi modis præmissis. Ex his autem duobus propositis Philosophus sic arguit. Si aliquis non habet artem, nisi quando ea vtit', tunc quando incipit vti, de nouo habet artem. Ergo oportet vel ꝙ discat eam, vel qualitercūq; acquirat eam. Et similiter quando desinit vti arte, sequitur ꝙ arte careat, & ita amittet artem quam prius habebat, vel obliuione, vel passione, vel tpe. Quorum vtrunq; patet esse falsum. Nō igitur verum est ꝙ solū tunc aliquis habeat potentiam, quando operatur. B

C Inanimata etiam simili modo sese habebūt. Neq; enim calidū, neq; frigidū, neq; dulce, neq; oīno qcquā sensibile erit, si non sentiat'. Quare fiet vt idem censeant, quod Prothagoras asserebat.

Tertia rō. Et inaiata vtiq; similiter. Neq; enim frigidū, neq; calidū, neq; dulce, neq; amarū, neq; omnino sensibile, nihil erit nō sentientibus. Quare Prothagoræ rationem eis dicere continget.

Alia litera. Pythagoræ Secūda rō. Secundā rōnem ponit, quæ quidē procedit in irrationalibus quæ sunt in rebus inanimatis. s. calidū & frigidū, dulce & amarum, & alia hmōi, quæ sunt principia actiua immutantia sensus. Et ita sunt quædam potentiæ. Si igitur potētia nō inest alicui nisi quādo agit, sequitur ꝙ nihil est calidum vel frigidum, dulce vel amarū, & huiusmodi, nisi quando sentitur immutās sensum. Hoc autem patet esse falsum. Nam si hoc esset verum, sequeretur ꝙ opinio Prothagoræ esset vera, quæ dicebat omnes proprietates & naturas rerum cōsistere solum in sentiri & opinari. Ex quo cōsequebatur contradictoria simul esse vera, cum diuersi circa idem, contradictorie opinentur. Contra quā opinionē Philosophus in quarto superius disputauit. Falsum est igitur ꝙ potentia non sit sine actu. Alia litera. Pythagoræ D

Quarta rō. At vero neq; qcquā sensum habebit, si nō sentiat, nec operet'. Quod si qcū id est qđ visum nō habet, aptum autē est habere, & qñ est aptum, ac superinde sane vno in die cæci sæpius erunt, ac surdi. Parte. 4.

Quinta rō. At vero neq; sensum habebit nihil, si non sentiat nec operet'. Si ergo cæcū non habens visum, aptum vero natū, & qñ aptum natum est habere adhuc ens: idem cæci erunt sæpe die vno, & surdi.

Tertia rō. Tertiam rationem ponit, quæ talis est. Sensus est potentia quædam. Si igitur potentia non est absq; actu, sequetur ꝙ aliquis non habeat sensum nisi quādo sentit, vtputa visum, aut auditum. Sed ille qui non habet visum, cum sit natus habere est cæcus, & qui non habet auditum est surdus. Sic igitur eadem die frequenter erit surdus & cæcus: quod manifeste est falsum. Nam cæcus non fit postea videns, neq; surdus audiens. E

Prēterea si id est impossibile quod potētia caret, id qđ nō fit, erit impossibile ortū subire. Qui vero id quod ortū subire nō pōt, vel esse vel fore dicit, falsum dicet ꝓfecto. Hoc enim impossibile ipsum significat. Quare hæ sententiæ motū generationēq; tollunt. Semper enim & id quod stat stabit, & id quod sedet sedebit. Non enim surget, si sedet. Fieri enim non potest, vt hisce surgit, qui surgere nequit.

Text cō. 6. parte. 5. Amplius si impossibile qđ priuatū est potētia, qđ non fit, impossibile erit factū esse. Sed qđ est impossibile factū esse, dicens aut esse aut futurū esse, mentiet'. Nā impossibile hoc significauit. Quare hæ rationes auferunt motū & generationē. Semper enim stās stabit. Nō enim surgit si sedet. Impossibile nāq; erit surgere, quod non potest surgere. F

Quarta rō. Quartā rōnem ponit, quæ talis est. Impossibile est agere quod caret potentia. Si igit' aliquis nō habet potentiam nisi quādo agit, sequet' ꝙ quando aliquis non agit, impossibile sit ipsum agere. Sed quicunq; dicit aliquid esse aut futurum esse quod impossibile est fieri, mentitur. Et hoc patet ex ipsa significatione huius nominis impossibile. Nam impossibile dicitur falsum, quod nō potest cōtingere. Sequitur igitur ꝙ id quod nō est, nullo modo possit fieri. Et ita ista potētia tollet motū & generationē, quia stans semper stabit, & sedens semper sedebit. Si enim aliquis sedet, nunquā postea stabit, quia dum non stat, non habet potentiam standi. Et ita non possibile est eum stare, & per cōsequens impossibile eum surgere. Et simil' qđ non est albū, impossibile erit esse album. Et ita non poterit dealbari. Et similiter in omnibus alijs. Deinde cum dicit. G

Quod si hæc dici nō possunt, patet potentiam & actū diuersa esse. At illæ sententiæ potentiam & actū idem faciunt. Quapropter & non parum quid tollere quærunt. Quare cōtingit quippiam posse quidem esse, tamen non esse: & posse non esse, attamen esse: & cæteris in prædicamentis simili modo: posse quippiā ambulare, & tamen non ambulare, & item non ambulare, & tamen ambulare posse.

Si ergo non contingit hoc dicere, palam quia potentia & actus diuisa sunt. Illæ vero rationes potentiam & actū idem faciunt. Propter quod non paruū aliquid quærunt destruere. Quare cōtingit possibile quidem aliquid esse, non esse autem: & possibile non esse, esse autem. Similiter autem & in aliis categorijs, possibile vadere ens, non vadere: & non vadens, possibile esse vadere. parte. 6. Text. cō. 7. H

Conclusio opposita: ęte opinionis. Concludit suā intentionē dicens, ꝙ si prædicta inconuenientia non possunt cōcedi: manifestum est ꝙ potentia & actus, diuersa sunt. Sed illi qui ponunt positionē prędictā, faciunt potentiam & actum esse idem, in eo ꝙ dicunt tunc solum aliquid esse in potentia, quando est actu. Ex quo patet quòd non paruum quid à natura destruere intendunt. Tollunt enim motum & generationem, vt dictum est. Vnde cum hoc non possit sustineri, manifestum est ꝙ aliquid est possibile esse, quod tamen nō est, quod aliquid est possibile non esse, & tamen est. Et ℈ similiter in alijs categorijs, ℣ id est prædicamentis, quia possibile est aliquem vadere, & non vadit, & econuerso non vadere qui vadit. Deinde cum dicit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

I Id autē est posibile, cui si is euenerit actus cuius potētiā dicit habere, nō erit posibile quicquā. Dico autē hoc pacto, sed qspiā sedere poterit, is si sederit nullū eueniet iposibile. Et sisi mō si moueri aut mouere, & esse aut fieri, & non esse aut nō fieri pót.

Parte.7. Est autē posibile hoc, cui si extiterit actus, cuius dicit habere potentiā, nihil erit impossibile. Dico aūt puta si posibile sedere, & cōtingere sedere: huic si ineſt ſedere, nihil erit impoſsibile: & aut moueri, aut mouere, aut ſtatui, aut ſtatuere, aut eſſe, aut fieri, aut non eſſe, aut non fieri ſimiliter.

Posse seu eē in potētia quid. Ostendit quid sit esse in potētia, & quid esse in actu. Et primo qd sit esse in potētia, dicēs, cp id dicitur esse in potētia, qđ si ponaē esse actu, nihil impoſsibile sequiē. Vt si dicaē aliquē posibile est sedere, si ponatur ipsum sedere non

K accidit aliquod impoſsibile. Et ſimiliter de moueri & mouere, & de alijs huiuſmodi. Secundo ibi.

Actus autē nomen & ad pfectionē ipsam, & ad cp̄a, ex motibus maxime ipſis acceſsit. Motus enim actus maxime esse videt. Quapropter & hiſce q̄ nō sunt, nō motū sed alias quaſdā ꝓdicationes tribuere ſolent. Intelligibilia autē illa, & deſiderabilia dicunt esse, moueri autē non dicunt. Idq; propterea quod actu quidē non sunt, esse autē actu possunt. Quędam enim eorum quæ non sunt, potentia sunt. Non sunt autem ex eo, quia non actu sunt.

Parte.8. Venit autē actus ſm nomen qui ad endelechiam cōpoſitus & ad alia, ex motibus maxime. Videt eñ actus, maxime motus esse. Quapropter & nō exiſtentibus non aſsignant moueri. Alias autem categorias puta intellectualia & concupiſcibilia esse non entia, mota vero non. Hoc autē, quia non entia actu, erunt actu. Non entium enim quædam potentia sunt. Nō sunt autem, quia non endelechia sunt.

Nomē actus primo significat motū & ex hoc alia. Ostēdit quid sit esse in actu, & dicit cp hoc nomē actus quod ponit ad ſignificādum endelechiā, & perfectionē. ſ. formam, & alia hmōi ſicut sunt quæcūq; operationes, veniunt maxime ex motibus quantum ad originē vocabuli. Cum enim nota ſint ſigna intelligibilium conceptionum, illis primo imponimus nota, quę primo intelligimus, licet ſint poſteriora ſm ordinē naturæ. Inter alios autē actus, maxime est nobis notus & apparēs motus, qui ſenſibiliter à nobis videt. Et ideo ei primo impoſitū fuit nomē actus, & à motu ad alia deriuatum est. Et ꝓpter hoc moueri non attribuit non exiſtentibus. Licet quædā alia ꝓdicata, non exiſtentibus attribuant. Dicimus enim nō entia esse intelligibilia vel opinabilia. Aut etiā cōcupiſcibilia. Sed non dicimus ea esse mota. Quia cum moueri ſignificet esse actu, ſequereť cp non entia actu eſſent actu, quod patet esse falſum. Etſi enim quædam nō entia ſint in potētia, tū ideo nō dicunt esse, qa non ſunt in actu. Deinde cum dicit.

M Quid posſit vel non posſit de non ente vere prędicari.

Quod ſi id quod diximus, est id qđ posibile est, ad quod ſequit actus, patet fieri non posſe quo vere quiſpiā dicat, posibile quidē esse hoc, nō autē fore. Alioqn nos ptereunt ea quæ impoſsibilia ſunt, velut ſi quiſpiā diametrū dixerit menſurari posſe, non tamen menſuratū fore. Nō animaduertētes id quod impoſsibile est esse, ex eo qa nihil prohibet, vt quipiā posit quidē esse vel fieri, non ſit autē neq; fiat: ſed illud ex ſuppoſitis ſequatur neceſse est, ſi ſuppoſuerimus id esse aut fuiſſe, quod non est quidem, potest autem esse, nullū emergere impoſsibile. At emerget ſane. Est enim impoſsibile diametrū menſurari. N Nō est enim idē falſum ac impoſsibile. Te náq; nūc ſtare, est quidem falſum, at non impoſsibile.

Text.65. Parte.9. Si autē est quod dictū est posibile, inquantū ſequitur, palam quia nō contingit verum esse aliquid dicere, qa posibile hoc nō erit autem, vt & impoſsibilia esse ſic diffugiāt. Dico autē, puta ſi quis dicat posibile diametrū cōmenſurari, non tamen cōmenſurabitur, non cogitans esse impoſsibile. Quia nihil prohibet aliquid ens esse aut fieri, non esse vero, aut non futurum esse. Sed illud neceſse ex positis fit, & ſupponamus esse aut fieri, quod non est quidē: posſibile autē quia nihil erit impoſsibile. Non enim est idem falſum & impoſsibile. Nam te ſtare nunc, falſum quidem est, & non impoſsibile.

O Destructio opinionis Tota ſint posſibilia. parte. seq. Postquā Philoſophus deſtruxit opinionē dicentium nihil esse posibile niſi qñ est actu, hic deſtruit cōtrariā opinionē dicentiū oīa posſibilia, & circa hoc duo facit. Primo deſtruit hanc positionē. Secō determinat quandā veritatē circa conſequentiā posſibilium. ibi: ¶ Simul autem palā. ¶ Dicit ergo primo cp ſi verū est cp aliquid dicaē esse posibile, ex eo cp aliquid ſequitur ſm cp dictū est, cp posſibile est, quod ſi ponaē esse, nō ſequitur impoſsibile, manifeſtum est cp non cōtingit verum esse hoc quod dicunt q̄dam, cp vnūquodq; posſibile est, etiā ſi nunquā futurū ſit. Ita cp per hanc positionem impoſsibilia tolluntur. Sicut ſi aliquis dicat diametrum quadrati, cōmenſurati lateri, esse posſibile, ſed tū non cōmenſurabit: & eodē modo dicatur de alijs impoſsibilibus, & nō cogitet cp diametrū quadrati cōmenſurati lateri est impoſsibile: dico cp ponentes hāc positionē quātum ad aliquid dicunt verū, & quantū ad aliP quid dicunt falſum. Sunt enim aliqua de qbus nihil ꝓhibet dicere cp ſint posſibilia esse aut fieri, cum tamen nunquā sint futura, nec vnquā fiant. Sed hoc nō potest dici de omnibus. Sed ſm ea quæ ſuperius dicta ſunt, & quæ nunc oportet nos ſupponere, illa ſolū posſibile est esse, aut fieri, licet nō ſint: quibus positis nō ſequit aliqd iposſibile. Posito autē cp diametrū cōmenſurareť, ſequit aliquid impoſsibile. Et ideo non potest dici cp diametrū cōmenſurari, ſit posſibile. Est enim non ſolum falſum, ſed impoſsibile.

Diametrum esse cōmenſurabilem lateri quadrati non ſolum est falſum, ſed etiam impoſsibile.



Costa.

Quædam vero ſunt falſa tantum, ſed non impoſsibilia, ſicut Socratem ſedere & ſtare. Non enim idem est falſum esse, & esse impoſsibile, ſicut te ſtare nūc est falſum, ſed nō impoſsibile. Prædicta ergo poſitio quantum ad aliqua vera est, quia quædam ſunt posſibilia, licet ſint falſa. Non autem quantum ad omnia, quia quædam ſunt falſa & impoſsibilia. Deinde cum dicit.

Insuper

A Insuper etiam patet ſi eum a. est, neceſse est b. eē: ſi posſibile est a. esse, & b. neceſſario posſibile est eē. Si enim non neceſse est posſibile esse, nihil prohibet vt nō ſit posſibile esse. Sit igitur ipſum a. posſibile. Cum igitur ipſum a. posſibile est esse, ſi positum fuerit, nullum impoſsibile esse accidet: b. autem neceſse est esse. At impoſsibile erat. Sit igitur impoſsibile. Si igit ipſum b. impoſsibile est esse, neceſse est & a. impoſsibile esse. At primum est, ergo ſecundum. Si ergo a. est posſibile, & b. posſibile erit, ſi ita ſeſe habebāt. Vt cū a. est, neceſſariū ſit & b. ipſum esse. Si igit a. & b. ita ſeſe habentibus, b. non ſit hoc pacto poſſibile, neq; ipſa a, b. ſane ita ſeſe habebunt, vti poſita ſunt. Quod ſi cum a. posſibile ſit, & b. posſibile esse neceſse est: ſi est a. neceſse est & b. esse. Posſibilibe enī

B esse neceſſario b. ipſum esse, ſi a. posſibile ſit, hoc ſane ſignificat: ſi est a. & quando est posſibile, & vt est posſibile esse, & illud tunc, & ita neceſſario est.

Tex.65.9 parte 10. Simul autem palam quia ſi a. ente, neceſſe b. esse: & posſibili ente a. & b. neceſſe est eē posſibile. Si enī non neceſſe posſibile esse, nihil prohibet nō esse posſibile esse. Si aūt posſibile, ergo quando a. posſibile erit esse, ſi ponatur, nihil impoſsibile esse accidit. B, aūt neceſſe est esse, ſed erat impoſsibile. Sit itaq; impoſsibile, & ſi impoſsibile neceſſe esse b. & a. neceſſe esse. Sed erat primum impoſsibile, ergo & ſecundum. Si igitur ſit a. posſibile, & b. erit posſibile. Si

C quidem ſic ſe habebāt. Ergo a. ente, neceſſe b. est eē. Si itaq; ſic habentibus a. b. non est posſibile b. ita nec a. b. habebit, vt positum est. Et ſi a. posſibili ente, neceſſe b. posſibile esse: ſi est a. neceſſe est b. Nam posſibile esse ex neceſſitate b. esse, ſi a. ſit posſibile, hoc ſignificat, ſi ſit a. & quando, & vt erat posſibile esse, & illud tunc esse, & ita esse neceſſe.

De conſequentia posſibilium. Quia dixerat cp posſibile iudicatur aliquid ex hoc, cp ex ipſo non ſequitur impoſsibile, oſtendit qualiter habeant ſe conſequentia posſibilia dicens, cp ex diffinitione posſibilis ſuperius poſita, nō ſolum deſtruitur præmiſſa positio, ſed etiam ſimul est manifeſtum cp ſi alicuius cōditionalis antecedens est posſibile, & cōſequēs posſibile erit. Vt ſi hæc cōditionalis ſit vera. Si est a. est b. neceſſe est ſi a. ſit posſi-

Posse dupliciter. bile, cp b. ſit posſibile. Sciendum tū est ad huius intellectū cp posſibile dupliciter dr. Vno modo ſm cp diuiditur contra neceſſe, ſicut dicimus illa posſibilia quæ contingunt eē & non esse. Et ſic accepto posſibili, nō habet locum quod

D hic dr. Nihil enim prohibet cp antecedēs ſit cōtingens esse & non esse, conſequēs tū ſit neceſſarium. Sicut patet in hac cōditionali. Si Socr. ridet, est homo. Alio vero modo posſibile dr ſm cp est cōmune ad ea quæ ſunt neceſſaria, & ad ea quæ cōtingunt esse & non esse, prout posſibile cōtra impoſsibile diuiditur. Et ſic loquitur hic Philoſophus dicēs de posſibili, cp neceſſe est, conſequens esse posſibile, ſi antecedens fuit posſibile. Detur enim hæc conditionalis esse vera, ſi est a. est b. & detur antecedens. ſ. a. esse posſibile, aut igitur neceſſe est b. esse posſibile, aut non. Si est neceſſe, habetur ꝓpoſitum. Si non est neceſſe, nihil prohibet ponere oppoſitum. ſ. b. non esse posſibile. Sed hæc nō potest stare. Nam a. ponitur esse posſibile, & qñ ponitur esse posſibile, ſimul ponitur cp nihil impoſsibile ſequitur ex eo. Sic enim ſuperius diffinitū est posſibile, ad quod nihil ſequitur impoſsibile. Sed b. ſequitur ad a. vt positum est, & b. ponebatur eē impoſsibile. Nam idem est esse impoſsibile, quod nō esse posſibile, igitur a. non erit posſibile, ſi ſequit ad ipſum b. quod erat impoſsibile. Ponatur ergo b. esse impoſsibile, & ſi est impoſsibile, & poſito a. neceſſe est esse b. erit ergo impoſsibile & primum & ſecundū. ſ. a. & b. Vbi aduertendum est cp bene ſequitur ſi conſequens est impoſsibile, cp antecedens ſit impoſsibile, non tñ econuerſo. Nihil enim ꝓhibet ex impoſsibili ſequi aliquid neceſſariū, vt in hac cōditionali. Si hō est aſinus, homo est animal. Vnde non ſic intelligendum est cp Philoſophus dicit hic, ſi primum erat impoſsibile id est antecedens, ergo & ſecundū erat impoſsibile. ſ. cōſequens. Sed ita debet intelligi. Si cōſequens est impoſsibile vtrunq; erit impoſsibile. Sic ergo manifeſtum est cp ſi ſic ſe habent. ſ. a. & b. cp a. exiſtente, neceſſe est b. esse, et neceſſario ſequitur cp ſi a. est posſibile, quod b. erit posſibile. Et ſi b. non est posſibile a. posſibili exiſtente, nō ita ſe habebunt a. & b. vt positum est. ſ. cp ad a. ſequitur b. Sed oportet cp a. posſibili exiſtente, neceſſe est b. posſibile eē, ſi exiſtente a. neceſſe est esse b. Cum enim dico. Si est a. est b. hoc ſignificatur cp neceſſe ſit b. esse posſibile, ſi a. posſibile est, ita tamen cp quando & eodem modo ſit posſibile b. eē quando & qūo est posſibile a. Non enim posſibile est vt ſit quocunq; tēpore & quocūq; modo. Lec. iiij.

E

F

Cum autem potētiarum alię natura inſint, vt ſenſus, alię conſuetudine, vt modulandi facultas: alię diſciplina, vt artes: eę quidem quę conſuetudine comparantur rationeue, per operationes antecedentes habeant neceſſe est. Quæ vero tales nō ſunt, & q̄ patiēdi potētię ſunt, eas nō neceſſe ē hoc pacto haberi.

Tex.65.10 Parte. 1 OMnibus autem potentiis exiſtētibus, his quidem cognatis, vt ſenſibus: his autem conſuetudine, vt q̄ est fiſtulādi: aliis autem diſciplinatu, vt quæ est artiū. Has quidem neceſſe eos qui præexercitati fuerunt habere quæcunq; ꝓſuetudine & rōne. Nō tales aūt, & eas quę ſunt in pati, non neceſſe.

G De ſimultate potentię & actus ſm veritatem. parte ſeq. Triplex gēnus potentiaꝝ & ērū actus ſecundant vel ſequantur. POSTQVAM Philoſophus excluſit falſas opiniones circa potentiam & actum, hic determinat veritatē, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit qūo actus precedat potentiam in ſubiecto. Secundo qūo potentia ꝓcedens actum, ad actum reducatur, ibi ¶ Quoniam autē posſibile. ¶ Dicit ergo primo cp cum potentiarū q̄dam ſint indiuiduę his quorū ſunt, ſicut ſenſus animalibus. Quædam vero per cōſuetudinem acquirantur, ſicut ars tibicinādi, & aliæ hmōi artes operatiuæ. Quædam vero acquirantur per doctrinā ſiue diſciplinā, ſicut medicina & aliæ hmōi artes: dictaꝝ potentiarū quęcunq; per cōſuetudinem & rōnem nobis inſunt, neceſſe est primum agere & ꝓexercitari in corū actibus anteq; acquirant, ſicut tibicinando, aliqs ſit tibicinator: & conſiderando medicinalia, aliquis ſit medicus. Sed aliæ potentiæ quæ nō acquirunt per cōſuetudinem, ſed inſunt à natura & ſunt in patiendo, ſicut patet de potentijs ſenſitiuis, non proceduntur à ſuis actibus. Nō enim aliquis videndo, acquirit ſenſum uiſus. Sed ex eo cp potentiam viſiuam habet, fit actu videns. Deinde cum dicit.

H

Quoniam autem ipſum posſibile aliquid potest, & quandoq;, & aliquo modo, & quęcūq; alia in diffinitione ſunt adiungenda, & alia per rationem mouere poſſunt potentięq; ipſorum cum ratione ſunt. Alia ſunt expertia rationis, & potentię ipſorum rōnis identidem ſunt expertes. Et illas quidem in animāte, has autem in vtrisq; esse neceſſe est.

parte. 2. Quoniam autem posſibile, & quando, & quomodo, & quęcunq; alia neceſſe adesse in diffinitione. Et hæc quidem ſm rationem poſſunt mouere, & potētiæ ipſorum cū ratione. Hæc autem irrationabilia, & potentiæ irrationales. Et illas quidem neceſſe in animato esse, has vero in ambobus.

Ostendit

Universidad de Deusto
Biblioteca

I Quo potẽ tię pceden tis actum reducũtur ad actum, Infr. pte. 5

Ostendit quo potentiæ p̃cedentes actum reducuntur ad actum, & circa hoc duo facit. Primo enim ostẽdit quo in hoc differunt diuerſæ potentiæ adinuicem. ſ. rõnales & irrationales. Secundo oñdit qualiter rõnales potẽtię ad actũ reducantur, ibi ¶ Neceſſe ergo. ✠ Circa primũ tria facit. Primo præmittit quædam neceſſaria ad p̃dictam differentiam cõſiderandam, quorum vnũ eſt, q̃ in rõne poſſibilis oportet multa conſiderare. Non enim dicitur poſſibile reſpectu cuiuſq;, ſed reſpectu alicuius determinati. Vñ oportet poſſibile, eſſe aliquid poſſibile, vt puta ambulare vel ſedere. Et ſimiliter quod põt aliquid facere vel pati, non poteſt illud quocũq; tpe facere aut pati, ſicut arbor nõ poteſt fructificare niſi determinato tpe. Et ideo cum dicitur aliquid eẽ poſſibile, oportet determinare q̃n ſit poſſibile. Et ſimiliter oportet determinare q̃o ſit poſſibile. Non enim poſſibile, quocunq; modo põt agere aliquid vel pati, ſicut aliquis ſic põt ambulare. ſ. tarde, non autem velociter. Et ſimile eſt de aliis circunſtantijs, quæ cõſueuerunt determinari in diffinitionibus rerum, ſicut quo inſtrumento, quo loco, & alia hmõi. Aliud quod p̃mittit eſt, q̃ quædam ſunt poſſibilia ſm rationem, & potentię horum poſſibiliũ ſunt rationales. Quædam vero poſſibilia ſunt irrationabilia, et potentiæ irrationales. Et quidem potentiæ rationales non poſſunt eſſe niſi in rebus animatis. Sed potentiæ irrationales põt eſſe in ambobus. ſ. in rebus aiatis & inanimatis. Et nõ ſolum in plantis & brutis animalibus, quę rõne carent, ſed ẽt in ipſis hominibus, in quibus inueniuntur quædam principia actionum et paſſionum quæ ſunt ſine ratione, vt potentia nutritiua, & augmentatiua, & grauitas, & alia huiſmodi. Secundo ibi.

K Duplex potentia.

Talibus quidem potentiis paſsiuum atq; actiuũ, cum ſunt vt poſſunt principia, alterum agat, alterũ patiatur neceſſe eſt. At illis non eſt neceſſe.

L parte. 3

Tales quidẽ potientię neceſſe, quãdo vt poſſunt, paſsiuum & actiuum appropinquant: hoc quidem facere, illud vero pati. Illas vero non neceſſe.

Dꝛia dicta rum potẽtiarum.

Ponit differentiam prædictarum potẽtiarum dicens, q̃ in potentijs irrationabilibus neceſſe eſt quãdo paſsiuũ appropinquat actiuo, in illa diſpoſitione qua paſsiuum poteſt pati, & actiuum poteſt agere, neceſſe eſt q̃ vnum patiatur, & alterum agat, vt patet quãdo combuſtibile applicatur ignι. In potentijs vero rationalibus, non eſt neceſſarium. Non enim neceſſe eſt ædificatorem ædificare quantũcunq; ſibi materia appropinquaret. Tertio ibi.

Harum enim omnium quęq; vna vnius eſt effectiua. Illarum vero quęq; cõtrariorum. Quare facit cõtraria ſimul, quod quidem fieri nequit.

parte. 4. M

Hæ quidem enim omnes vna vnius factiua, illæ aũt contrariorum. Quare ſimul facient contraria. ſ. ſi agerent approximata paſsiuo ſine aliquo determinante. Hoc autem impoſsibile.

R. õ ſolũ q̃ differẽtię.

Aſſignat cauſam prædictæ differẽtiæ dicens, q̃ potẽtiæ irrationales ita ſe habent, q̃ vna eſt factiua tm̃ vnius, & iõ p̃ſente paſsiuo neceſſe eſt q̃ faciat illud vnum cuius eſt factiua. Sed vna & eadem potentia rõnalis eſt factiua cõtrariorum, vt ſuperius habitum eſt. Si igit neceſſarium eẽt, q̃ p̃ſente paſsiuo faceret illud cuius eſt factiua, ſequereꝰ q̃ ſimul faceret cõtraria, quod eſt impoſſe. Sicut ſi medicus induceret ſanitatem & ægritudinem. Deinde cum dicit.

Tex. cõ. 3.

Aliud ergo quippiam habeat authoritatem neceſſe eſt. Id autem eſt appetitus, aut electio. Verũ enim appetierit, id ſane faciet cum eſt vt poteſt, atque propinquum eſt ipſi paſsiuo. Quare id omne quod per rationem poteſt, id agat cum appetit cuius potentiã habet, & vt habet neceſſe eſt. Habet autem ita, vt agat præſente atq; ſic ſe habente paſsiuo, alioquin agere profecto non poterit.

N

Patte. 5

Neceſſe ergo alterum aliquid eſſe quod ꝓprium eſt. Dico autem hoc appetitum aut proæreſim. i. electionem. Quod enim deſiderabit principaliter, hoc faciet, qũ vt poſsit extiterit, & appropinquauerit paſsiuo. Quare potens ſm rationem omne neceſſe, qũ deſiderat cuius habet potentiam, & vt habet hoc facere. Habet aũt p̃ſente paſsiuo, & ita ſe habente facere. Si aũt non, facere non poterit.

Qõ poſſ tię rõnales reducũtur ad actum.

Oſtendit quid requiratur ad hoc q̃ potentiæ rationales exeant in actum, ex quo non ſufficit propinquitas paſſi, & circa hoc tria facit. Primo oñdit per quid potentia rõnalis reducatur in actum, cõcludens ex dictis, q̃ cum potentia rõnalis ſe habeat cõmuniter ad duo cõtraria, & ita cum ä cauſa cõi non p̃cedat effectus determinatus, niſi ſit aliquid ꝓprium, quod cãm cõem ad hũc effectum magis determinet q̃ ad illum, ſequitur q̃ neceſſe eſt p̃ter potẽtiam rõnalem quæ eſt cõmunis ad duo cõtraria, poni aliquid quod appropriet eam ad alterum faciendum ad hoc q̃ exeat in actum. Hoc ✠ autem eſt appetitus aut proæreſis. ✠ id eſt electio quorumcunq;, id eſt electio quæ pertinet ad rõnẽ. Quod enim aliquis conſiderat, hoc facit, ita ũ ſi exiſtit in diſpoſitione qua eſt potens agere, & paſsiuum adſit. Vnde ſicut potens potentia irrationali neceſſario agit, paſsiuo appropinquante, ita omne potens ſm rationem, neceſſe eſt q̃ faciat quando deliberat illud cuius habet potentiam, & eo modo quo habet. Habet autem potentiam faciendi cũ paſsiuum præſens fuerit, & ita ſe habeat q̃ poſsit pati, aliter facere non poſſet. Secundo ibi.

O

P

Hoc enim nullo inquam externorum prohibẽte, non eſt alterius adiungendum. Ipſam nanq; potẽtiã habet, vt eſt potentia faciendi. At eſt nõ omnino, ſed aliquo modo ſe habentibus, in quibus & ea q̃ probent foris comprehendentur. Hoc enim eorum nõ nulla quę in definitione inſunt auferre videtur.

Patte. 6

Nullo nanq; exteriorum prohibent, adiungere nihil adhuc oportet. Potentiam enim habet, vt eſt potentia faciendi. Eſt autem non omnino, ſed habẽtium aliquo modo, in quibus excludentur quæ exterius prohibent. Remouent enim hęc eorum quæ in determinatione apponuntur quædam.

R. ſolũ q̃ cũ q̃dã

Q

Reſpõdet tacite q̃ni. Poſſet enim aliquis quærere quare, cum dixerit q̃ omne potẽs ſm rõnem quãdo deſiderat, neceſſario agit paſsiuo p̃ſente, non addit, ſi nihil prohibeat exterius. Sed ipſe reſpondet q̃ illud. ſ. nullo exteriorum ꝓhibente, nõ oportet addere. Dictum eſt enim q̃ neceſſe eſt agere ſi habeat potentiam, quę eſt ſufficiens ad faciendum. Sed hoc non eſt quolibet modo. Sed quãdo illud quod habet potentiam, aliquo modo ſe habet, & in hoc excludũtur ea quæ exterius prohibent. Nam ea quæ exterius prohibent, remouent aliqua eorum quæ poſita ſunt ſuperius in determinatione cõmuni poſſibilis, vt ſcilicet vel non ſit poſſibile tunc, vel non poſſibile hoc modo, vel aliquid huiſmodi. Tertio ibi.

Quocirca neque faciet duo ſimul aut contraria, etiam ſi ſimul ipſa velit, aut percupiat facere. Non enim ipſorum hoc pacto potentiam habet, neque eſt ipſa potentia ſimul agendi facultas. Nam quorum eſt, ita faciet illa.

Patte. 7

Propter quod nec ſi ſimul volunt, aut cupiunt facere duo, aut contraria, facient. Non enim ita ſimul habens

A habent ipſorum potentiam, nec eſt ſimul faciẽdi potentia, quoniam quorum eſt, ſic facient.

Docet euitare incõueniens quod primo ſequebatur. ſ. q̃ potẽtia rõnalis ſimul faceret contraria. Non enim ſequitur q̃ ſi neceſſe eſt, q̃ faciat potentia rõnalis quod deſiderat, et dato q̃ aliqui ſimul velint, ſm rõnem, aut cupiant, ſm appetitum ſenſitiuum, facere duo diuerſa aut cõtraria, q̃ propter hoc faciant. Non enim ſic habẽt potentiam cõtrariorum, q̃ ſimul cõtraria faciant. Sed ſic faciunt ſicut habent potentiam, vt dictum eſt. Lectio. v.

B

Cum autem de ea potentia dictum ſit, quę ad motum accomadatur, de actu deinceps determinemus oportet, quidnam ſit ipſe actus, & quale quid ſit. Nam ſi diuiſerimus ipſum ſimul, & ipſum poſsibile ſane patebit. Non ſolum inquam id poſsibile dici, quod aptum eſt aliud mouere, aut ab alio moueri, aut ſimpliciter, aut aliquo modo, ſed alio ẽt modo. Qua de re quęrentes, & de hiſce quoq; trãſigemus.

Te. cõ. 11 parte. 1.

QVoniam autem de potentia quę ſm motum dicitur dictum eſt, de actu determinemus, quid eſt actus, & quale quid. Etenim poſſibile ſimul manifeſtum erit diuidentibus, quia non ſolum hoc dicimus poſsibile quod aptum natũ eſt mouere aliud, aut moueri ab alio, aut ſimpliciter, aut modo quodam, ſed & aliter. Quapropter quęrentes, & de his ſuperueniemus.

Prima de actu.

POSTQVAM determinauit de potẽtia, hic determinat de actu, & diuiditur in duas partes. In prima determinat quid eſt actus. In ſecunda q̃n aliquid eſt in potentia ad actum. ibi ¶ Qñ autem potentia. ✠ Et circa primum duo facit. Primo cõtinuat, ſe ad p̃cedẽtia dicens, q̃ quia dictum eſt de potẽtia quę inuenitur in rebus mobilibus, quę .ſ. eſt principium motus actiue vel paſsiue, oportet determinare quid eſt actus, & qualis ſe habeat ad potentiam, quia per hoc ſimul manifeſtum erit de potentia cũ diuiſerimus actum. Actus enim nõ tm̃ inuenitur in rebus mobilibus, ſed ẽt in rebus immobilibus. Ex quo manifeſtũ eſt cum potẽtia dicatur ad actum, q̃ actiue poſsibile vel potens, nõ ſolum dicatur quod eſt natum mouere actiue, vel moueri ab alio paſsiue, aut ſimpliciter, ſm quod dr̃ potentia reſpectu actiõis aut paſſionis cõiter, aut modo quodã, ſm q̃ potentia dicitur reſpectu eius quod eſt bene agere, aut bene pati, ſed ẽt dicetur poſsibile vel potens aliter ſm ordinem ad actum, qui eſt ſine motu. Licet enim nomen actus à motu originem ſumpſerit, vt ſupra dictum eſt, nõ tamẽ ſolum motus dicitur actus. Vnde nec dicitur ſolum poſsibile in ordine ad motum. Et ideo oportet inquirẽdo de his tractare. Secundo ibi.

Lectio. 5. C

Lec ſeq. D

Eſt itaq; actus rem non ita ſeſe habere, quemadmodum potentia dicimus eſſe. Dicimus autem potentia eſſe, vt Mercurium in ligno, & dimidiam lineam in tota, propterea quod auferri ab ea poteſt: & ſcientem eum etiam qui non contemplatur, ſi cõtemplari poſsit. Aliud autem actu eſſe.

Patte. 2.

Eſt autem actus exiſtere rem non ita ſicut dicimus potentia, vt in ligno Mercuriũ, & in toto medietatem, quia auferetur vtiq;: & ſcientem & non ſpeculantem ſi potens põt ſpeculari. Sed hoc actu.

Infr. pte. 4 Actus in actu quid.

Determinat de actu, & primo oñdit quid ſit actus. Secundo qũo diuerſimode dicatur in diuerſis. ibi ¶ Dicunt aũt actu. ✠ Circa primum duo facit. Primo oñdit quid ẽ actus dicens, q̃ actus eſt qñ res eſt, nec tñ ita eſt ſicut quando eſt in potẽtia. Dicimus enim in ligno eſſe imaginẽ Mercurij potentia, & nõ actu, antequam lignum ſculpatur: ſed ſi ſculptum fuit, tunc dr̃ eſſe in actu imago Mercurij in ligno. Et ſimiliter in aliquo toto cõtinuo pars eius. Pars enim medietas, eſt in potẽtia, inquantũ poſsibile eſt vt pars illa auferatur à toto per diuiſionem totius. Sed diuiſo toto, tam erit pars illa in actu. Et ſimiliter ſcięs & nõ ſpeculans, eſt potens cõſiderare ſine cõſideratione. Sed hoc. ſ. ſpeculari ſiue conſiderare eſt eſſe in actu. Secundo ibi.

E

Patet autem in ſingulis inductione id quod dicere volumus, & non cuiuslibet quærere diffinitionem oportet, ſed ipſam quoq; ſimilitudinem rationis animaduertere: veluti vt ędificans ſeſe habet ad ędificatiuum, & vigilans ad id quod dormit, & videns ad id quod claudit quidem oculos, viſum autem habet: & id quod a materia eſt ſeiunctum, ad materiam ipſam: & id etiam quod eſt extructum, ad non extructum: ſic & quippiam eſt, ad quippiam: & differentiæ huius altera parte actus, altera id quod poteſt, ſit definitum.

F

parte. 2.

Palam autem in ſingularibus inductione quod dicere volumus, & non oportet omnis terminum inquirere, ſed proportionale conſpicere: quia vt ædificans ad ædificabile, & vigilans ad dormiens, & videns ad claudens quidem oculum, viſum autem habens: & ſegregatum ex materia ad materiam, & laboratum ad illaboratum, eſt aliud: & huius differentiæ alteri parti ſit actus determinatus, alteri autem poſsibile.

Nõ poteſt actus notificari paſſibilibus ſed ꝓportionalitaꝛ. G

Reſponder q̃ni tacite. Poſſet enim aliquis quærere ab eo, vt oſtẽderet quid ſit actus, per diffõnem. Sed ipſe reſpõdet dicens, q̃ inducẽdo in ſingularibus per exempla manifeſtari põt illud quod volumus dicere. ſ. qd eſt actus, ¶ & non oportet cuiuslibet rei quærere terminum, ✠ id eſt diffinitionem. Nam prima ſimplicia diffiniri nõ p̃nt, cum nõ ſit in diffõnibus abire in infinitũ. Actus aũt eſt de primis ſimplicibus. Vnde diffiniri non põt. Sed per proportionẽ aliquorum duorum adinuicem, põt videri quid eſt actus. Vt ſi accipiamus ꝓportionem ædificantis ad ædificabile, & vigilantis ad dormientem, & eius qui videt ad eum qui habet clauſos oculos cum habeat potẽtiam viſiuam, & eius q̃ quod ſegregatur à materia ✠. i. per operationem artis vel naturæ formatur, & ita à materia informi ſegregatur, & ſimiliter per ſeparationem eius quod eſt p̃paratũ, ad illud quod non eſt p̃paratũ, ſiue quod eſt elaboratũ ad id quod non eſt elaboratum, ſed quorũlibet ſic differentiũ altera pars erit actus, & altera potẽtia. Et ita ꝓportionaliter ex particularibus exemplis poſſumus venire ad cognoſcẽdum qd ſit actus & potentia. Deinde cum dicit.

Cur non olim eſt diffinitio.

H

Atq; non omnia actu ſimiliter eſſe dicuntur, niſi ſimilitudine rõis, hoc pacto vt hoc in hoc aut ad hoc, ſic hoc in iſto aut ad iſtud. Alia enĩ vt motus ad potentiã, alia vt ſuba ad aliam materiã dicuntur.

parte 4

Dicuntur autem actu non omnia ſimiliter, ſed aut proportionaliter, vt hoc in hoc, aut ad hoc. Hoc quidem vt motus ad potentiã, illa vero vt ſubſtantia ad aliquam materiam.

Actus duplex ſ. primus & ſecundus vꝫ ſcia & operatio.

Oſtendit q̃ diuerſimode dicatur actus, & ponit duas diuerſitates, quarum prima eſt q̃ actus dr̃ vel actus vel operatio. Ad hãc diuerſitatem actus inſinuãdam dicit primo, q̃ nõ omnia dicimus ſimiliter eſſe actu, ſed hoc diuerſimode. Et hæc diuerſitas conſiderari põt per diuerſas ꝓportiones. Põt enim ſic accipi ꝓportio vt dicamus, q̃ ſicut hoc eſt in hoc, ita hoc in hoc. Vt puta viſus ſicut eſt in oculo,

Universidad de Deusto
Biblioteca

oculo, ita auditus in aure. Et per hunc modum proportionis accipitur comparatio substantiæ, id est formæ, ad materiam. Nam forma in materia dicitur esse. Alius modus p portionis est, vt dicamus q̄ sicut habet se hoc ad hoc ita hoc ad hoc, puta sicut se habet visus ad videndum, ita auditus ad audiendū. Et per hunc modum ꝓportionis accipit cōparatio motus ad potentiam motiuam, vel cuiuscunq; operationis, ad potentiā operatiuam. Secundo ibi.

At qui alio modo, & infinitum ipsum, & vacuum, & quæ sunt ifiuiusmodi, potētia atq; actu dicuntur, & alio modo complura eorum quæ sunt: vt videns & ambulans, & quod videtur: etenim sit vt hæc simpliciter quandoq; vere dicantur. Dicitur enim videri aliud quia videtur, aliud quia videri potest. At infinitum non hoc pacto potetia est, vt actu separatum tandem euadat, sed cognitione. Hoc enim diuisionē inquam nunquam deficere, præstat quidem vt potentia sit iste actus, vt separetur autem nō præstat. Quid igitur est atq; quale actu quippiá esse, ex his & ifiuiusmodi manifestum sit nobis.

parte. 5.

Aliter aūt & infinitum & vacuum & quæcunq; talia dīr potentia & actu multis entium: vt videnti, & vadenti, & visibili. Hæc quidē enim ꝓtingunt & simpliciter verificari, aliquādo quidē hoc visibile, quia videtur. Illud vero, quia videri possibile. Sed infinitum nō ita potētia est, tanq; actu futurū separabile, sed notitia. Eo enim q̄ non deficiat diuisio, ostendet esse potentia hunc actu, in separari vero nō. Quod quidem igitur actu, & quid est, & quale, ex his & similibus manifestum erit nobis.

Text. cō. 12

L

Actuū alia ꝓpriū actus potētię, alius separatus.

Ponit aliam diuersitatem actus dicens, q̄ infinitum, & inane siue vacuum, & quæcunq; hmōi sunt, aliter dicūtur esse in potētia & actu, cū multa alia entia. Vtputa videns & vadens & visibile. Hmōi enim cōueniūt aliq̄n simpliciter esse vel in potētia tm̄, vel in actu tm̄, sicut visibile in actu tm̄, quando videtur, & in potentia tm̄, q̄n potest videri & nō videtur. Sed infinitum nō ita dīr in potentia, vt q̄nq; sit separatum in actu tm̄. Sed actus & potentia distinguuntur ratione & cognitione in infinito. Puta in infinito ſm diuisionem dīr esse actus cum potentia simul, eo q̄ nunq; deficit potentia diuidēdi. Q̄n enim diuiditur in actu, adhuc est vlterius diuisibile in potentia. Nūquam autem separatur actus à potentia, vt. s. q̄nq; sit totum diuisum in actu, & nō sit vlterius diuisibile in potentia. Et similiter est cōsiderādum in vacuo. Possibile enim est locum euacuari ab hoc corpore, non vt sit totum vacuum, remanet enim plenus alio corpore. Et sic semper in vacuo remanet potentia coniuncta actui. Et idem est in motu, & tempore, & huiusmodi aliis quæ non habēt esse perfectum. Deinde in fine epilogat quod dixit. Et est planum in litera. Lec. vj.

M

Quando vero vnumquodq; potentia est, & quando non est, determinandum deinceps esse videtur. Non enim quandouis potentia est, veluti est ne ipsa potentia homo? An non est, sed potius cum iam fuerit semen? Et neq; tunc modo quodam fortasse.

Parte. 1

QVando autem potentia est vnumquodq;, & quando non, determinandum. Nō enim q̄ncunq;, vt terra generatione est potentia homo? Aut non, sed magis cum fiat sperma? Sed neq; hoc simpliciter forsan.

Ostēdit q̄ aliq̄d est ꝓpie in potentia ad aliud.

POSTQAVM manifestauit Philosophus qd est actus. Hic intēdit ostēdere q̄n in quali dispositione existēs aliquid dicatur esse in potētia ad actum, & circa hoc duo facit. Primo dicit de quo est intentio dicēs, q̄ determinandum est q̄n aliquid est in potentia, & quādo non. Nō enim quandocunq; & qualitercunq; dispositum, aliquid potest dici esse in potentia, etiam ad id quod fit ex eo. Nunquam enim poterit dici, quòd terra sit in potentia homo. Manifestum est enim q̄ non, sed magis tunc dicitur esse in potentia homo, quando ex præcedenti materia iam factum est sperma. Et forte neq; adhuc est in potentia homo, vt infra patebit. Secundo ibi.

N

Quemadmodum neq; a medēdi facultate quodlibet, neq; a fortuna sanabitur: sed est quippiam quod est possibile, atque id est potentia sanum. Diffinitio autem eius quod ex eo quod est potentia a mēte fit actu, sic assignari pōt. Est ne id quod fit cum voluerit, id quod agit, nullo eorum quæ sunt extra obstāte? Ibi autem in eo quod sanatur, cum nihil eorū ꝓhibet quę sunt in ipso, sic est & quippiam potētia domus. Na si nihil eorum quę sunt, in hoc, & in materia prohibeat, vt domus hat, neq; quicq̄ sit adiungēdum, aut auferendum, aut mutandum, id est protēcto potentia domus: & in cęteris simili modo. Quorum foris est principium generationis, & quorum in ipsis est, quę quidem nullo prohibente externo ꝓ sese operabunt. Et semen nōdum potentia dicit. Sit enim in alio atq; mutetur oportet. Quādo vero per suum principium iam tale est, id iā potētia est. Illud aūt alio principio indiget. Quemadmodum terra nōdum est potētia statua. Si mutabit̄ n. ęs erit.

O

parte. 1.

Quemadmodum igitur neca medicatiua omnevtiq; sanabitur, nec a fortuna, sed est aliquid q̄d possibile est, & hoc est sanum potētia. Terminus autem eius quod ab intellectu actu fit ex potētia ente, quando volitū fit, nullo exteriorum prohibente. Ibi autē in eo quod sanatur, quando nihil prohibet eorum quę in ipso. Similiter autem potentia & domus, si nihil prohibeat eorum in his materia fieri domum, nec est quod oporteat adiici, aut remoueri, aut permutari, hęc domus potētia. Et in aliis similiter quorumcunq; extrinsecus principium est generationis, & quorumcunq; etiam in ipso habēte quocunq; nullo exteriorum impediente erit ꝓ ipsum, quale sperma nondum. Oportet enim in alio & permutari. Quando vero iam per suum principium est tale, iam hoc est potentia. Illa vero altero egent principio, vt terra nondum est statua potentia. Permutata enim, erit æs.

P

parte. 2.

Q

Soluit ꝓpositam qōnem, & circa hoc duo facit. Primo ostendit in quali dispōne materia existens, dicatur esse in potentia ad actum. Secundo q̄ à materia in tali dispōne denominatur solum id quod est in materia. ibi ☙ Videē autē quod dicimus. ☙ Circa primum cōsiderandum est, q̄ sicut. 7. superius dixit, quarundam artium effectus cōtingūt etiam sine arte. Domus enim non fit sine arte. Sed sanitas fit sine arte medicinę ex sola operatione naturæ. Et licet id quod fit à natura, nō fit fortuitum neq; casuale, eo q̄ natura est causa agens p se, fortuna vero & casus est causa agēs per accidens, ifi ex eo q̄ ille qui sanatur, à natura sanatur p̄ter intētionem artis, dicitur sanari à fortuna. Nihil enim ꝓhibet aliquid non esse fortuitum in se, quod tamen dīr fortuitum per cōparationem ad aliquem, qui non considerat causam per se talis effectus. Dicit ergo q̄ non quicunq; vel in qualibet dispositione existens, sanatur à medicina vel à

Aliq̄s effectus p se, effectus reflecto ad modum casus & fortuiti relatiui ad aliquem.

A

fortuna, sed est aliquod possibile in determinata existēs dispositione, quod sanetur vel à natura vel ab arte. Quibuslibet enim actiuis nō dent determinata passiua. Illud autem possibile, quod vnica actione natura vel ars pōt in actum sanitatis reducere, est sanū in potētia. Et vt plenius cognoscatur, subiungit diffīnem huius possibilis, & quantum ad operationem artis, & quantum ad operationē naturæ. Dicit ergo q̄ est possibile, q̄ est potentia ente, ens fit actu ab intellectu siue arte. ☙ Terminus enim, ☙ id est diffinitio ē q̄n statim cū vult artifex facit id esse actu, si nihil exterius prohibeat. Et tunc potētia dīr esse sanum, quia per vnā operationem artis fit sanum. In illis aūt quæ sanantur per naturam, dīr esse aliquid in potentia sanum, q̄n non est aliquid prohibens sanitatem, quod debeat moueri vel transmutari, prius q̄ intrinseca virtus sanans, effectum habeat in sanādo. Et sicut diximus de sanatione quæ fit ab arte, ita potest dici de aliis quæ per artem fiunt. Nam tunc materia est in potētia domus, q̄n nihil eorum quæ sunt in materia, prohibet domum fieri statim vna actione, nec est aliqd q̄ oporteat addi uel auferri uel mutari, anteq̄ materia formetur in domum. Sicut lutū oportet transmutari, anteq̄ ex eo fiant lateres. Ex arboribus autem oportet aliquid auferri ꝓ dolationem, & addi per cōpaginationem ad hoc q̄ cōponat̄ domus. Vnde lutum & arbores non sunt potentia domus, sed lateres & ligna iam præparata. Et similiter est in aliis, siue habeant principium perfectionis extra, sicut sunt artificialia, siue intra, sicut naturalia. Et tunc semper sunt in potentia ad actum, q̄n nullo exterius ꝓhibente per ꝓprium principium actiuum pōt reduci in actum. Tale aūt nondū est sperma. Oportet enim q̄ mediantibus ꝓmutationibus multis ex eo fiat animal. Sed q̄n iam per proprium principium actiuum pōt fieri tale. s. actu existens, tunc iam est in potentia. Sed illa quæ oportet trāsmutari anteq̄ sint ita tim reducibilia in actum, indigent alio principio actiuo s. ꝓparante materiam, quod interdum est aliud à perficiente quod inducit vltimā formam. Sicut patet q̄ terra nōdū est in potentia statua. Non enim vna actione nec vno agēte reducitur in actum. Sed prius per naturam transmutat, & fit æs, & postea per artem fit statua. Deinde cū dicit.

B

C

D

parte. 3

Videt̄ aūt quod dicimus esse, de quo non hoc, sed ecininum. i. ex altero factum, vel denominatum: vt arca, non lignum, sed lignea: nec lignū, terra, sed terreū. Iterum terra si sit, nō aliud, sed ecininū. Et semp illud potentia simplr quod posterius est, vt arca nō terra nec terrea, sed lignea. Hoc enim potentia arca, & materia arcę hoc. Simpliciter quidem ipsius ipm simplr, huius vero hoc lignum. Si vero aliquid est primū q̄d nō adhuc de alio dīr ecininum, hęc prima materia est, vt si terra aerea est, & aer non ignis sed igneus, ignis est prima materia, hoc aliquid exīs. In hoc enim differt vle & subm, per esse hoc aliquid.

Ostendit q̄ à tali materia, quæ est in potentia ad actum denominatur mixtum, & circa hoc tria facit. Primo ostendit qualiter mixtum à materia denominatur dicens, q̄ id quod sit ex materia non dīr hoc sed ecininum, quod latine non dīr, sed per cōsuetudinem, græcum est denominatiuū ad significandum illud quod est ex altero tanquam ex materia, ac si dicatur materia non prædicatur in abstracto de eo q̄ est ex materia, sed denominatiue. Sicut arca non est lignum, sed lignea, & lignum nō est terra, sed terreum. Et iterum si terra habeat aliam materiam priorem, terra nō erit illud, ☙ sed ecininum ☙. s. non p̄dicatur de terra in abstracto, sed denominatiue. Ita tū fiat talis p̄dicatio, q̄ semper id quod est in potētia ſm modum determinatum, p̄dicat̄ de eo quod est immediate posterius. Vt terra quæ nō pōt dici potentia arca, nō prædicatur de arca nec in abstracto nec denominatione. Arca enim neq; est terra neq; terrea, sed lignea. Lignum enim est in potēta arca & materia arcæ. Vtr est q̄dem lignum arcæ, particulariter vero hoc lignum huius arcæ. Si vero est aliquid primum quod non dīr de ☙ alio ecininum, ☙ id est quod nō habet aliquid q̄d de eo quidem denominatiue p̄dicetur modo p̄dicto, hoc erit materia prima. Sicut si aer est materia terræ, vt quidā dixerunt, aer p̄dicabitur de terra denominatiue, vt dicatur terra est aerea. Et similiter dicetur aer igneus & non ignis, si ignis est materia eius. Ignis autem si non denominatur ab aliqua priori materia, erit materia prima ſm positionē Heraclīti. Sed hic oportet adiungere si sit aliquid existens ad differentiam vniuersalis. Nam vniuersale p̄dicatur ēt de aliis, & alia nō p̄dicant̄ de eo, nec tū est materia cum sit aliquid subsistens. Vniuersale enim et subm differūt per hoc, q̄ subm est hoc aliquid, non aūt vle. Secundo ibi.

E

A qua potēta māt denominetur mixtus, & qualiter.

F

Vt homo quidem & corpus ac anima subiectum est ipsorum affectuum, affectus autē est musicū, atq; album. Illud itaq; cū orta fuerit musica, nō musica, sed musicū dīr: & hō nō albedo, nō ambulatio, sed album & ambulans, vt ipsum illiusmodi dicitur.

G

Vtputa passionibus q̄d subiicitur, homo & corpus & aīal, passio autem musicū & albū. Dicitur autem musica adueniente illud non musica, sed musicum: & non albedo hō, sed albū: nec ambulatio aut motus, sed ambulans aut motum, vt ecininum.

parte. 4.

Ponit similitudinē p̄dicationis denominatiue dicens, q̄ sicut id quod subiicitur passionibus, vt homo, corpus, & animal, recipit denominatiuam p̄dicationem passionum, sic id quod est ex materia, recipit denominatiuā p̄dicationē materiæ. Nā passio est musicū. Dīr autem subm cut aduenit musica nō eē musica in abstracto, sed musicum denominatione: & hō non dīr albedo, sed album. Neq; etiam hō dīr ambulatio aut motus abstractiue, sed ambulans, aut motum vt ecininum. i. denominatum. Tertio ibi.

In quo cōuenīat p̄dicatiū & principii formale in p̄dicādo denominatiue.

H

Quę igitur hoc pacto dicuntur, in his vltimū est subā. Quę vero non hoc pacto dicunt, sed forma q̄dam atq; hoc aliquid est id q̄d prędicatur: in iis vltimū est materies, subaq; materialis. Et recte igit̄ fit, vt ipsum illiusmodi & per materiam & per affectus dicatur. Ambo enim sunt vt patet indefinita. Quando igitur quippiam dicendum est potentia esse, & quando non est dicendum, satis iam diximus.

Parte. 5

Quæcunq; quidem, igitur sic vltimum, subsantia. Quęcunq; vero non sic, sed species quędam, & hoc aliquid quod prędicatur, vltimum materia, & subsantia materialis. Et recte itaq; accidit ecininum dici ſm materiam & passiones. Ambo nanq; indeterminata. Quando quidem igitur dicendum est potentia, & quando non, dictum est.

Text. cō. 13

Ponit

Universidad de Deusto
Biblioteca

I In quo ꝓpꝫ diſta a reliq; differant.

Ponit cõparationẽ vtriuſq; denominationis, & dicit ꝙ quæcunq; ſic ꝓdicãtur denominatiue, ſicut iſta accidentia, vltimum quod ſuſtentat ea, eſt ſubſtãtia. Sed quæcunq; nõ ꝓdicantur ſic denominatiue, ſed id quod ꝓdicatur denominatiue eſt quidam ſpẽs, & hoc aliquid, vt lignum aut terra, vltimum in talibus ꝓdicationibus ꝙ ſuſtentat alia, eſt materia, & ſuba materialis. Et cõuenienter ☾ accidit dici ecipinũ ☽.i. denominatiue ☾ ſm materiã & paſſiones ☽.i. accidentia q̃ ambo ſunt indeterminata. Nam & accidens determinatur & diſtinitur per ſubiectum, & materia per id ad quod eſt in potẽtia. Vltimo epilogat quod dictum eſt, & eſt manifeſtum. Lectio. vij.

Cum aũt ſit diſtinctum quot modis ipſum prius dicatur, patet actum potentia eſſe priorem: atq; non ſolum ea potentia definita, quę principium mutandi in alio, vt eſt aliud dicit, ſed omnino omni principio motionis, atque quietis. Etenim natura in eodem eſt genere, in quo eſt & potentia ipſa. Eſt enim principium mouendi, at nõ in alio, ſed in ipſo vt ipſum eſt. Omnem igitur talem potẽtiã ipſe actus ratione atque ſubſtantia antecedit. Tempore vero partim eſt prior, partim non prior.

K

Te. cõ. 13 parte. 1.

QVoniam autem ipſum prius, determinatum eſt quod modis dicitur, palam quia prior eſt actus potẽtia. Dico autem potẽtia nõ ſolum determinata, quę dicitur principium permutatiuum in alio inquãtũ aliud, ſed totaliter omni principio motiuo, aut immobilitatiuo. Etenim natura in eodem fit. In eodem enim genere potentię. Principiũ enim motiuum, ſed non in alio, ſed in aliquo inquantũ idẽ. Omni itaq; tali prior eſt actu rõne & ſuba. Tẽpore vero, eſt quidem vt ſic, eſt aũt vt nõ.

L

Cõparat potẽtiã ad actum ſm prius & poſterius, 1 mſr. lec. 1. ibi. pat. ſ

POSTQVAM determinauit Philoſophus de potentia & actu, hic comparat ea adinuicem, & diuiditur in tres partes. In prima cõparat ea adinuicem ſm prius & poſterius. In ſecunda ſm bene & male. ibi ☾ Quod autẽ melior & honorabilior. ☽ In tertia ſm cognitionem veri & falſi. ibi ☾ Inueniũtur aũt & diagramata. ☽ Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit dicẽs, ꝙ cum ſupra determinatum ſit in quinto quot modis prius dr̃, manifeſtum eſt ꝙ actus eſt prior potentia diuerſis modis. Loquimur aũt nũc de potentia nõ ſolum ſm ꝙ eſt principiũ motus in alio, ſm ꝙ eſt aliud, vt ſupra diffinita eſt potẽtia actiua, ſed vniuerſaliter de omni principio, ſiue ſit principium motiuum, ſiue immobilitatis & quietis, aut operationis abſq; motus exiſtentis, cuiuſmodi eſt intelligere, qa & natura ad idẽ ptinere vr̃ q̃d potentia. Eſt. n. natura in eodẽ genere cũ potẽtia ipſa, qa vtrunq; eſt principiũ motus, licet nã nõ ſit principiũ motus in alio, ſed in eo in quo eſt, tñ ſũ hmõi, vt manifeſtaẽ in. 2. phy. & tñ natura nõ ſolũ eſt principiũ motus, ſed ẽt quietis. Et ꝓpter hoc potentia intelligẽda eſt non ſolũ principium motus, ſed ẽt principiũ immobilitatis. Omni ergo tali potẽtia, actus prior eſt, & rõne, & ſuba, & etiam tpe quodãmodo, alio vero modo nõ.

M

Tex. cõ. 5 Actus eſt prior potẽtia rõne & ſuba & aliquo modo tempore.

Atq; rõne quidem eſſe priorem patet. Ex eo nãq; poſsibile eſt id quod primo põt, quia agere poteſt. Aedificatiuum enim id eſt, quod ędificare põt: & viſiuum id q̃d videre, & viſibile id q̃d videri poteſt. Eadem eſt & in cęteris ratio. Quare rationem antecedere, cognitionemue cognitione neceſſe eſt.

parte. 2.

Ratione quidem igitur ꝙ prior, palam. Nam per contingere actu eſſe, poſsibile eſt quod primo poſsibile, puta dico ędificatorem potentem ędificare, & ſpeculatorem ſpeculari, & viſibile potens videri. Eadem autem ratio & in aliis. Quare neceſſe rationem N

Cõſtat ſ. actũ eſſe priorẽ poteſtate rationi. parte ſeq.

prędexiſtere, & notitiam notitia.

Secundo oñdit ꝓpoſitum. Et primo ꝙ actus eſt prior potentia rõne. Secundo oñdit quo eſt prior tpe, et quo nõ. ibi ☾ Tpe vero prius. ☽ Tertio oñdit ꝙ eſt proir ſm ſubſtantiam. ibi ☾ At vero & ſuba prius qdem. ☽ Primum ſic ꝓbatur. Id per quod oportet alterum diffiniri, eſt prius eo rõne, ſicut animal prius hoĩe, & ſubm accidente. Sed potentia nõ poteſt diffiniri niſi p actum. Nam prima tõ poſſibilis in hoc cõſiſtit, ꝙ cõuenit ipſm agere vel eſſe in actu, ſicut ædificator dr̃ qui poteſt ædificare, & ſpeculator qui põt ſpeculari, & viſibile dr̃ aliquid quod põt videri, & ſic eſt in aliis. Ergo eſt neceſſariũ ꝙ rõ actus ꝓcedat rõne potẽtiæ, & notitia actus notitiã potentiæ. Et propter hoc ſuperius Ariſt. manifeſtauit potentiam diffiniendo per actum, actum aũt nõ potuit per aliquod aliud diffinire, ſed ſolum inductiue manifeſtauit. Deinde cum dicit.

Te. cõ. 14

O

Tempore aũt in eiſdem quidem ſpecie prior eſt: antecedit enim id tẽpore, quod idẽ efficit ſpecie, in eodem vero numero ſequit̃. Dico autẽ hoc pacto. Hoc homine q̃ qdem actu iam eſt, & tritico, ac vidente, materies, & ſemẽ, ipſumq; viſiuum, tpe prius eſt. Quę ſane potentia quidem ſunt, homo, triticũ, atq; videns, ſed nondum actu. At his alia tempore ſunt priora, quę actu ſunt, a quibus hæc ipſa ſunt orta. Semper enim ab eo quod iam eſt actu, ex eo quod eſt potẽtia, ens actu fieri ſolet, vt homo ab homine, muſicus a muſico, ſemper mouente aliquo primo. Id vero quod mouet actui iam eſt. In ſermonibus autem de ſubſtantia diximus, omne quod fit ex aliquo, atq; ab aliquo fieri, idq; ſpecie idem eſſe.

parte. 3. p

Tempore vero prius, ſpecie idem agens prius, ſed numero nõ. Dico autem hoc, quia hoc quidem homine iam ente ſm actum, & frumento, & vidente, prius eſt tempore materia, & ſemen, & viſiuum, quę potentia ſunt homo, & frumentum, & videns, nondum autem actu. Sed his tempore priora altera entia actu, ex quibus hęc acta ſunt. Semper enim ex poteſtate ente, fit actu ens, ab actu ente, vt homo ex homine muſicus a muſico, ſemper mouente aliquo primo. Mouens autem actu iam eſt. Dictum eſt autẽ in ſermonibus de ſubſtantia, quia omne quod fit, fit ex aliquo, & ab aliquo, & hoc ſpecie idem.

Te. cõ. 14

Oſtendit quõ ſit actus potentia prior tpe, & quõ nõ: & circa hoc duo facit. Primo manifeſtat hoc in potẽtijs paſſiuis. Secundo in potentijs actiuis quibuſdam. ibi ☾ Quapropter vr̃ impoſſibile. ☽ Dicit ergo primo ꝙ actus eſt prior tpe potentia, ita tñ ꝙ idem ſpecie eſt prius agens vel ens actu q̃ ens in potentia, ſed idem numero eſt prius tpe in potentia q̃ in actu. Quod ſic manifeſtatur. Sũ. n. accipiamus hunc hoĩem qui eſt iam actu hõ, fuit prius ſm tẽpus materia, quæ erat potentia hõ. Et ſil̃r prius tpe fuit ſemen quod potẽtia eſt frumentũ, q̃ frumẽtũ actu, ☾ & viſiuũ, ☽ id eſt hñs potentiã videndi, q̃ videns in actu. Sed tñ quædam exiſtia in actu fuerunt priora ſm tẽs his exiſtentibus in potentia. ſ. agentia à quibus reducta ſunt in actum. Semper. n. oportet ꝙ id q̃d eſt in potẽtia ens, ſit actu ens ab agẽte, quod eſt actu ens. Vnde homo in potẽtia fit hõ actu ab hoĩe generante, qui eſt in actu. Et ſimiliter muſicũ in potẽtia reſpicit muſicum in actu, diſcẽdo a doctore qui eſt muſicus actu. Et ita ſemper eo q̃d eſt in potentia eſt aliquid priꝰ q̃d mouet, & mouens eſt in actu. Vnde relinquit ꝙ licet idem numero prius tpe ſit in potẽtia q̃ in actu, tñ aliq̃d ens in actu ſm idẽ, ſpecie eſt ẽt prius tpe q̃ ens in potẽtia.

Oſtẽdit quo actus potẽtia prior & quo nõ

P

Parte. 4

B

C

Te. cõ. 10.

C

Parte. 3.

Parte. 6

2. phyſi. tex. cõ. 15

Tex. cõ. 15

D

Q

parte ſeq.

A

tia. Et quia poſſet aliquis dubitare de quibuſdã q̃ dixerat, ideo ſubiungit ea eſſe manifeſta ſuperius. Dictum eſt enim in ſuperioribus de ſubſtantia. ſ. in. 7. lib. ꝙ omne quod fit, fit ex aliquo, ſicut ex materia, & ab aliquo ſicut ab agente. Et hoc ẽt agens eſt ſpecie idem cũ eo quod fit. Quod manifeſtum eſt in generationibus vniuocis. Sed in generationibus æquiuocis oportet eſſe aliquam ſiſtitudinẽ generantis ad genitum, vt ibidem oñſum eſt. Deinde cum dicit.

Quapropter & impoſsibile eſſe videtur ædificatorem eſſe quẽquam, ſi non antea quicquam ædificaueritaut citharœdum etiam, niſi antea pulſauerit citharam. Qui nanque pulſare diſcit, pulſando diſcit pulſare: & in cæteris ſimili modo.

Quapropter & videtur impoſsibile eſſe ædificatorem eſſe, qui non ædificauerit aliquid: aut citharœdum, qui non citharizauit. Similiter autẽ & alii. Nam addiſcens citharizare, citharizans addiſcit citharizare. Similiter autem & in aliis.

Oſtendit ordinem actus et potẽtiæ ſm tẽs in quibuſdã potẽtijs actiuis, & circa hoc tria facit. Prio oñdit ꝓpoſitũ. Dictũ enim fuit ſupra, ꝙ quędam potentię operatiuę ſunt, quas oportet accipere prægentes ſiue prędexercitanes ſe in eorum actionibus. Sicut quæ acquiruntur per conſuetudinem vel diſciplinam. Et de his dicit hic ꝙ etiam in eiſdem ſm numerum, actus prędecedit potẽtiam. Impoſsibile enim videtur ꝙ aliquis fiat ædificator, qui nõ prius ædificauerit: aut ꝙ fiat citharœdus, qui nõ prius citharizauerit. Hoc aũt inducit cõcludens ex ꝓmiſſis. Dictũ eſt. n. ſupra, ꝙ potentia muſicũ fit actu muſicũ à muſico in actu, inquãtũ. ſ. ab eo addiſcit. Et ſimiliter in aliis eſt actibus. Addiſcere autem non poterit artem limõi, niſi exercitando ſe in actu eius. Nam aliquis citharizando, addiſcit citharizare. Et ſimiliter eſt in aliis artibus. Vnde manifeſtandum eſt ꝙ impoſsibile eſt haberi hmõi potentias, niſi prius inſint actiones earum etiã in eodẽ ſm numerũ. Secundo ibi.

Vnde & redargutio illa ſophiſtica emergebat, qua quempiam non habentem ſcientiam, idem cuius eſt ſcientia facturum inferebatur. Qui nanq; diſcit, non habet.

Vnde ſophiſticus elenchus factus eſt, quia non habens quis ſcientiam, faciet cuius ſcientia eſt. Addiſcens enim non habet.

Ponit quãdam ſophiſticam obiectionem cõtra prædicta dicens, ꝙ quidam ☾ ſophiſticus elenchus factus eſt ☽ .i. ſyllogiſmus apparens cõtradicens veritati, qui talis eſt. Diſcens artem operatur actionem artis. Sed diſcens artem nõ habet artẽ. Ergo q nõ hẽt ſciam nec artẽ facit id cuius ẽ ſcientia aut ars. Q̃d vr̃ contrarium veritati. Tertio ibi.

Sed quia eius quod fit, aliquid factum eſt, & eius oñno quod mouetur, aliquid motum eſt, (q̃d qdem in libris de motu patuit demonſtratũ) ideo diſcentem etiam fortaſſe neceſſe eſt ſcientiæ quid habere. Verum & hinc actum, hoc quoq; pacto potentiam priorem eſſe generatione atq; tempore patet.

Sed quia eius quod fit, factum eſt aliquid: & totaliter eius quod mouetur, motũ eſt aliquid: palam autem in his quę de motu hoc. Et diſcentem neceſſe habere aliquid ſcientię forſan. Sic igitur & hoc palam, quia & actus ſit prior potentia ſecundum generationem & tempus.

Soluit dictam obiectionem aſſignando quoddam, q̃d dictum eſt & ꝓbatum in. 6. phy. Oſtenſum eſt ibi ꝙ omne moueri prędecedit motum eſſe, ꝓpter diuiſionem motus.

Te. cõ. 15

E

Oportet enim ꝙ quacunq; parte motus data cum diuiſibilis ſit, aliquam partem eius accipi, quæ iam peracta eſt, dũ pars motus data peragitur. Et ideo quicquid mouet, iam quantum ad aliquid motum eſt. Et eadem rõne quicquid fit, iam quantum ad aliquid factum eſt. Licet enim factio in ſubſtantia quantum ad introductionem formæ ſubſtantialis ſit indiuiſibilis, tñ ſi accipiatur alteratio ꝑcedens eius terminus eſt generatio, diuiſibilis eſt, & totum poteſt dici factio. Quia igitur quod fit, quantũ ad aliquid factũ ẽ, põt aliqualẽ operationem hñe q̃d ſit eius ad q̃d terminat̃ factio: ſicut q̃d caleſit põt aliquo modo caleſacere, licet non perfecte, ſicut id q̃d iam factum eſt calidũ. Et ſic cũ diſcere ſit fieri ſcientem, neceſſe eſt ꝙ diſcens quaſi aliquid iam ſciæ & artis habeat. Vnde nõ eſt incõueniens ſi aliqualiter facit operationem artis. Non enim eam facit perfecte, ſicut qui iam habet artem. Sed & in ipſa rõne, naturaliter ꝓinſunt q̃dam ſemina & principia ſcientiarum & virtutũ, virtute quorũ põt hõ aliqualr exire in ſcientiæ & virtutis actũ, antecq; habeat habitũ ſciæ & uirtutis, quo adepto, operatur perfecte, prius aũt imperfecte. Vltimo epilogat q̃d ſupra dictum eſt, vt patet in litera. Lectio. viij.

F

At vero ſubſtantia quoq; eſt prior. Primo quidẽ ex eo, quia quę poſteriora ſunt generatione, forma atq; ſuba ſunt priora, vt vir puero & homo ſemine. Alterũ enim iam habet formã, alterũ non habet.

Te. cõ. 15. Parte. 1

AT vero & ſubſtantia prius quidem, quia quæ generatione poſteriora, ſpecie & ſubſtantia ſunt priora: vt vir puero, & homo ſpmate. Hoc quidem enim iam habet ſpeciem, illud vero non.

G

POSTQAVM Philoſophus oſtendit ꝙ actus eſt prior potentia, ratione, & tpe quodãmodo, hic oſtendit ꝙ ſit prior ſm ſubam, q̃d erat ſuperius tertio propoſitum. Et diuiditur in partes duas. In prima oſtendit ꝓpoſitum rõnibus ſumptis ex his, q̃ q̃ſq; ſunt in potentia q̃ſq; in actu. In ſecunda vero per cõparationem ſempiternorũ quę ſem per ſunt actu, ad mobilia quæ quandoq; ſunt in potentia, quandoq; in actu. ibi ☾ At vero magis proprie. ☽ Et quia eſſe prius ſm ſubſtantiam eſt eſſe prius perfectione, perfectio autem attribuitur duabus cauſis. ſ. formæ & fini, ideo duabus rationibus in parte prima vtitur ad propoſitum oſtendendum. Quarum prima ſumitur ex parte formæ. Secunda ex parte finis, q̃ ponitur. ibi ☾ Et quia omne ad principiũ vadit. ☽ Dicit ergo primo, ꝙ nõ ſolũ actus eſt prior potẽtia & rõne & tpe, ☾ ſed ſuba ☽ .i. perfectione. Noſce enim ſubſtãtiæ cõſueuit forma ſignificari per quam aliquid eſt pfectũ. Et hoc q̃dẽ primũ apparet tali rõne, quia ea q̃ ſunt poſteriora in generatiõe, ſunt ☾ priora ſm ſubam & ſpeciem ☽ .i. perfectione, quia generatio ſemp̃ procedit ab imperfecto ad perfectum, ſicut vir eſt poſterior generatione q̃ puer, nã ex puero fit vir, & homo poſterius generatione q̃ ſperma. Et hoc ideo qa vir et hõ iam hñt ſpẽm pfectam, puer aũt & ſperma nõdum. Cum igitur in eodem ſm numerum actus generatione & tpe ſit poſterior potentia, vt ex ſuperioribus patet, ſequitur ꝙ actus ſit prior potentia ſubſtantia & ratione. Deinde cum dicit.

parte ſeq.

parte ſeq. Actus eſſe priorẽ potẽtia ſm pfectionẽ oñdit ſumpta ex pte formę.

H

Te. cõ. 15

Deinde ex eo quia omne quod fit ad principium proficiſcitur atque finem. Id enim gratia cuius cętera fiunt, principium eſſe conſtat. At generatio finis ipſius eſt gratia, & ipſe actus eſt finis, & huius gratia potentia ſane ſumitur.

Et quia omne ad principium vadit q̃d fit & finẽ. Principium. n. cuius cã, finis vero cauſa generatio. Finis aũt actus, & huius gratia potentia ſumitur.

parte. 2.

Oñdit idẽ q̃d ſ. rõne ſũpti ex parte finis.

Oſtendit idẽ rõne ſumpta à parte finis, & circa hoc tria facit. Primo ꝓponit rõnẽ. Secũdo manifeſtat q̃dã in rõne ſuppoſitum

Universidad de Deusto
Biblioteca

I parte seq.

suppositum. ibi ℄ Nō enim vt visum habeant. ⊦ Tertio determinat quoddā qđ posset facere dubium circa p̄dicta. ibi ℄ Qm̄ vero est horū. ⊦ Dicit ergo primo, ꝙ oē qđ fit vadēs ad finem, uadit ad qđdā principiū. Nā finis cuius cā fit aliq̄ desit qđ principiū. Est enim prius in intētione agentis, q̄ eius cā sit generatio. Sed actus est finis potētię, ergo act⁹ est prior potētia & principiū qđdā eo⁹. Deide cū di.

parte. 3

Non.n. animalia vident, vt habeant visum: sed vt videant, visum habent.

Non enim vt visum habeant, vident animalia, sed vt videant, visum habent.

Ostendit actū esse finē potētię.

K

* Ostendit qđ supra posuerat. s. ꝙ actus sit finis potentiæ. Quod quidē primo manifestat in potētijs actiuis naturalibus dicens, ꝙ alia nō vident, vt habeāt potentiā visiuā: sed magis hīt potētiam visiuam, vt videāt. Et sic manifestū est ꝙ potentia est ꝓp actū, & nō ecōuerso. Secdo ibi.

Similiter & vt ędificent ac contemplentur, ædificandi cōtemplandiq; facultatē homines habent. Sed nō cōtemplantur vt habeant facultatem, nisi qui meditantur. Atq; hi non cōtemplantur, sed aut hoc pacto, aut talis non indigent contemplationis.

parte. 4.

Similiter autē & ędificandi sciam vt ędificent, & theoricam habent vt speculētur. Sed nō speculātur vt theoricā hēant nisi meditantes. Hi autem nō speculantur, sed inquātū sic. Aut quia nō egēt speculari.

Ostendit idem in potētijs rōnalibus.

Manifestat idem in potētijs rōnalibus dicens, ꝙ ad hoc homines potentiā hīt ædificandi vt ædificent, ad hoc habent ℄ theoricā ⊦. s. sciam speculatiuam, vt speculentur. Nō aūt speculanē ut habeāt theoricam, nisi addiscentes, qui meditantur ea quæ sunt sciæ speculatiuæ, vt acquirant eam. Et hi non perfecte speculantur, sed quodammodo & imperfecte, vt supra dictum est: quia speculari nō est ꝓpter aliquā indigentiam, sed scia tam habita vti. Discentiū aūt speculatio est, quia indigent acquirere sciam. Tertio ibi.

L

Præterea materies est potentia, propterea quod ad formā accedere potest. Cū est autē actu, tūc est in forma. Simile est in cęteris, & quorū finis est motio. Quapropter vt ii qui docent, cū discipulum operantem ostenderint, finem iam reddidisse arbitrantur.

Tex. cō. 16 Parte. 5

Amplius autē materia potentia est, donec veniat ad speciem. Quando vero actu est, tunc est in specie. Similiter autem & in aliis, & quorum motus est finis. Propter quod sicut docentes, operantē ostendētes, putant finem reddidisse, & natura similiter.

Ostendit idem in potētijs passiuis dicens, ꝙ materia est in potentia donec veniat ad formam vel spēm. Sed tūc primo est in actu, qñ habet speciem. Et ita est in omnibus aliis quæ mouentur ꝓpter finem. Vnde sicut docentes putant ad finem pertingere, quando demonstrāt discipulum quem instruxerunt operantem ea quæ sunt artis, ita & natura pertingit ad finem qñ cōsequitur actū. Et sic manifestum est ꝙ actus est finis in motu naturali. Quarto ibi.

M

Alioquin ille Mercurius erit Paxonas. Erit.n. incertum, si scientia intus an extra sit perinde vt ille, sic & ipsa natura facit. Nam ipsum opus est finis. Ipsa autem operatio est ipsum opus. Idcirco & nomen ipsum operatio ab opere dicitur, atq; ad actū tendit.

Parte. 6

Nam si non sit ita, Paxonas Mercurius erit. Non manifestius. n. & scientia si interius aut exterius, quē admodū ille. Opus. n. finis. Actus aūt opus. Propter quod & nomē dicitur actus secundum opus, & tendit versus endelechiam.

Opus est finis.

Manifestat ꝓpositum deducendo ad inconueniens dicēs, ꝙ si perfectio & finis non cōsisterent in actu, tunc non videretur differentia inter aliquem sapientem, sicut fuit Mercurius, & aliquem insipientem, sicut fuit Paxonas. Si enim perfectio scientiæ non esset in agendo, nō esset Mercurius manifestatus in sua scientia, si haberet ℄ sciam interius ⊦. s. quantū ad interiorem actū, ℄ aut exterius ⊦ quantū ad exteriorem actum, sicut nec Paxonas. Nam per actum scię manifestatur aliquis eē scięs, & nō per potentiā. Operatio enī est finis scię. Operatio aūt est actus quidā. Propter quod & nomen actus dr̄ ab opatione, vt supra dictū est. Et inde deriuatum est ad formam, quæ dicitur endelechia siue perfectio. Deinde cum dicit.

N Manifestat idem ꝓpositum deducendo ad inconueniens

Tex. cō. 17

Quāquam autē in quibusdā vltimū est ipse vsus, vt videndi potentiæ visio, vbi nihil aliud a visu fit opus. In quibusdam fit aliqd præter vsum, vt ab extruendarum ędium facultate præter ędificationē fit domus. In vtrisq; tamen actus erit potentiæ finis, & si magis in illis finis esse videtur. Etenim ędificatio in eo est quod ædificatur, & fit atq; est vna cū ędibus ipsis. In quibus igitur aliud quippiā est quod fit præter vsum, eorū actus in eo quod efficitur inest, qualis est ędificatio atq; actus texendi. Illa. n. in eo quod ędificatur, hæc in eo quod texitur inest. Et in cęteris identidem quæ talem subeunt rationem. Atq; omnī no motus ipse in eo est quod mouetur. In quibus autem præter actum non est aliud quicquam opus, in iis ipsis est ipse actus. Nam visio in eo est iane quod videt, & contemplatio in eo quod contemplatur, & vita in anima. Quapropter et felicitas ipsa, quippe cum sit vita quædam.

O

Parte. 7

Quoniam vero est horum quidem vltimū vsus, vt visus visio, & præter hanc nullū fit alterum a visu opus: a quibusdam vero fit aliquid, vt ab ædificatoria, domus prꝫter ędificationem. Tamen non minus quidem hic finis, hic autem magis finis potentię est. Nam ædificatio in ędificato, & simul fit & est cū domo. Quorumcunq; igitur aliqd alterum est, quod fit præter vsum, horum actum in facto est: vt ędificatio in ædificato, & contextio in contexto. Similiter autem & in aliis. Et totaliter motus in eo quod mouetur. Quorū vero non est aliquod aliud opus præter actionem, in ipsis existit actio, vt visio in vidente, & speculatio in speculante, & vita in anima. Quare & felicitas. Vita namq; qualis quædam est.

P

Manifestat qđdam qđ poterat esse dubiū circa p̄dicta. Quia enim dixerat ꝙ opus est finis, posset aliquis credere ꝙ hoc esset verum in omnibus. Sed ipse hoc remouet dicens, ꝙ quarundam actiuarū potētiarum vltimus finis est solus vsus potentiæ, & non aliquid operatū per actionem potentiæ, sicut vltimus finis potentiæ visiuæ est visio. Et præter eam nō fit à potentia visiua aliquod opus operatū. In quibusdā vero potentijs actiuis fit aliquod opus prꝫter actionem, vt ab arte ædificatiua fit domus ꝓter ipsam ędificationem. Tamen hæc differentia non facit ꝙ in aliquibus harum potentiarum minus sit actus finis potentiæ, & in aliqbus magis, ꝙa ipsa actio est in facto, vt ædificatio in eo quod ædificatur. Et ædificatio simul sit & habet esse cū domo. Vnde si domus aut ædificatum sit finis, non excluditur quin actus sit finis potentiæ. Talis autem differentia inter prædictas potentias est consideranda, ꝙ quando præter actum ipsum potentiæ, qui est actio sit aliqđ operatū, actio taliū potētiarū est in facto, et actus facti, vt ędificatio in ædificato, & cōtextio in cōtexto, & vlt motus in moto.

Et hoc

A

Et hoc ideo quia qñ per actionem potentię, cōstituitur aliquod operatū, illa actio perficit operatum, & non operantem. Vnde est in operato sicut actio & perfectio eius, non aūt in operāte. Sed qñ non est aliquod opus operatum prꝫter actionem potentiæ, tunc actio existit in agente & vt ꝓfectio eius, & non transit in aliquid exterius perficiēdum, sicut visio est in vidente vt perfectio eius, & speculatio in speculāte, & vita in anima, vt per vitam intelligamus opera vitæ. Vnde manifestum est ꝙ etiam felicitas in tali operatione consistit, quæ est in operante, non quæ transit in rem exteriorem, cum felicitas sit bonum felicis & perfectio eius. Est enim aliqua vita felicis, scilicet vita perfecta eius. Vnde sicut vita est in viuente, ita felicitas in felice. Et sic patet ꝙ felicitas non consistit nec in ædificando, nec in aliqua hmōi actione quæ in exterius transeat, sed in intelligendo & volendo. Vltimo autem cum dicit.

Felicitas est operatio & vita perfecta.

Tex. cō. 18

B

Quare substantiam ipsam ac formam actum esse patet. Ex hac igitur ratione dilucidum euasit, actum substantia, potētia ipsa priorem esse. Et vti diximus, tempore semper alium actum alius antecedit, vsque ad primi semper mouentis actum.

Tex. cō. 17 parte. 2.

Quare manifestum ꝙ substantia & species, actus quidam est. Secundū hanc itaq; rōnem, palam quia prior substantia, est actus potentia. Et vt diximus, tēpore semper prꝫaccipitur actus alius ante alium, vsq; ad eum qui est semper mouentis principium.

Tex. cō. 13.

Redit ad concludendū principale ꝓpositum dicens, ꝙ manifestū est ex p̄dictis ꝙ suba & forma & spēs est actus quidam. Et ex hoc manifestum est ꝙ actus est prior ꝯ potentia ſm̄ subst̄ātiam & formam. Et est prior tpe, vt supra dictū est, quia semper prius exigit actus ſm̄ quē generans, aut mouēs aut faciens est actu, ante alterū actū quo generatum vel factum est in actu, post ꝯ fuit in potentia, quousq; ueniat ad primum mouēs qđ est in actu tm̄. Id enim quod exit de potentia in actum, requirit actum præcedentem in agente à quo reducitur in actum. Lectio. ix.

C

At vero magis etiam proprie, prior ipse actus potentia esse videbit. Res enim perpetuę priores sunt eis substantia, quę oriuntur & occidunt. Est autem res perpetua potentia nulla.

Parte. 1

AT vero magis proprie sempiterna, priora substantia sunt corruptibilibus. Est autem nihil potentia sempiternum.

Ostendit actum esse priorē potētia p̄ cōparationē ſr̄. sempiternorum ad corruptibilia. Ind. pa. 9

D

SVPERIVS probauit Aristo. ꝙ actus erat prior potentia, suba, diffone, & perfectione, per rationes ex ipsis corruptibilibus sumptas. Hic autem idem ostendit per cōparationem sempiternorum ad corruptibilia. Et diuiditur ista pars in duas. In prima ostendit propositum. In secunda ex proposito ostenso excludit quoddam à Platone dictum. ibi ℄ Si ergo aliquę sunt naturę. ⊦ Et circa primum duo facit. Primo ostendi propositum, & hoc tali ratione. Sempiterna comparantur ad corruptibilia sicut actus ad potentiā. Nam sempiterna inquantum hmōi nō sunt in potentia, corruptibilia vero inquantū hmōi in potentia sunt. Sed sempiterna sunt priora corruptibilibus substātia & perfectione. Hoc enim manifestum est. Ergo actus est potētia prior substātia & perfectione. Dicit autem ꝙ hac ratione magis proprie ostēditur ꝓpositum, quia nō assumit actus & potentia in eodem, sed in diuersis, quod facit probationem magis euidentem. Secundo ibi.

Ratio cuius hęc eē videt. Ois potentia nimirum simul est ꝓtradictionis. Quod. n. esse nequit, id nulli cōpetet vnq̄. Fieri autē potest vt possibile omne

non operet. Fieri ergo potest, vt id & fit & non sit, qđ est posse esse. At vt id non sit qđ posse est nō esse, fieri sane potest. Quod aūt fieri pōt vt nō sit, id corruptibile est, aut simpliciter, aut hoc ipso quo fieri posse dicitur vt non sit, aut loco, aut quantitate, aut qualitate. Absolute vero substantiæ ratione.

B

Ratio vero hęc. Omnis potentia simul contradictionis est. Quod quidem enim est nō possibile existere, nō vtiq; existet in aliquo. Possibile autem omne, contingit nō actu esse. Quod igitur possibile eē, contingit esse & non esse. Idem igitur possibile esse & non esse. Possibile vero non esse, contingit non esse. Cōtingens autem nō esse, corruptibile, aut simpliciter hoc ipsum quod dicitur contingere nō esse, aut ſm̄ locum, aut ſm̄ quantum, aut ſm̄ quale. Simpliciter autem quod ſm̄ substantiam.

parte. 1.

F

Ois potentia est ꝓpria dictionis, q̄s sensus.

Probat quod supposuerat. s. ꝙ nullum sempiternum sit in potentia, & circa hoc duo facit. Primo ponit rationem ad ostendendum hoc, quæ talis est. Omnis potentia simul est contradictionis. Dicitur autem hic non de potētia actua. Iam enim supra dictum est ꝙ potentiæ irrationales nō sunt ad oppositа. Sed loquitur hic de potentia passiua, secūdum quam aliquid dicitur possibile esse & nō esse, vel simpliciter, vel ſm̄ quid. Hoc autem quod posuerat manifestat per oppositum, quia vbi non est talis potentia, nō contingit vtrā; pars contradictionis. Nam quod non est possibile esse, nunquam in aliquo est. Si enim non est possibile esse, impossibile est esse, & necesse est non esse. Sed id quod possibile est esse, contingit non esse in actu. Manifestum est ergo quòd illud quod possibile est esse, contingit esse & non esse. Et sic potentia simul contradictionis est, quia idem est in potentia ad esse & non esse. Sed id quod potest non esse, contingit non esse. Hæc enim duo æquipollent. Quod autem contingit non esse, est corruptibile, vel simpliciter, vel ſm̄ quid prout dicitur contingere non esse. Sicut si contingat aliquod corpus non esse in aliquo loco, illud est corruptibile ſm̄ locum. Et similiter est de quanto, & de quali. Sed simpliciter est corruptibile, quod potest non esse ſm̄ substantiam. Relinquitur ergo quod omne quod est in potentia, inquantum hmōi, corruptibile est. Secundo ibi.

Sempiterna vt sic non sunt in potentia.

G

Nihil enim eorum quę simpliciter corruptionē non subeunt, potentia est absolute. Vt aliqua vero ex parte sit, nihil obstare videtur, veluti quale vel vbi. Actu ergo sunt vniuersa.

parte. 3.

Nihil ergo incorruptibilium simpliciter, potentia est ens simpliciter. Aliud autem nihil prohibet, vt quale, aut vbi. Actu ergo omnia.

H

Infert conclusionē ex pōne p̄missa intentā, & circa hoc tria facit. Primo concludit ꝓpositū circa sempiterna, inferens ex prædictis, ꝙ si omne quod est in potentia est corruptibile, sequitur ꝙ nullum incorruptibilium simplr̄, sit ens in potentia, ut accipiamus incorruptibile simplr̄, & ens in potentia simplr̄ ſm̄ subam. Sed nihil prohibet id quod est incorruptibile simplr̄, esse in potentia ſm̄ qđ, aut ſm̄ quale, aut vbi. Vt luna est in potentia vt sit illustrata à sole, & sol est in potentia cum est in oriente ꝙ sit in occidente. Patet ergo ex prædictis ꝙ omnia sempiterna inquātū hmōi, sunt in actu. Secundo ibi.

Corruptibile duplex

Neq; eorum quę necessario sunt, at hæc sunt prima. Si enim hęc non essent, nihil esset profecto.

Nec eorū quę ex necessitate sunt. Et quidem ipsa prima. Nāq; si hęc non essent, nihil vtiq; esset.

parte. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

I Necessaria vt sic non sunt in potentia. Necessaria sunt semp actu, & ppis semp vera.

Concludit idem de necessarijs quod cõcluserat de sempiternis, quia etiam in ipsis rebus corruptibilibus sunt q̃dam necessaria, vt hominem esse animal, omne totum esse maius sua parte. Dicit ergo quod neque aliquid eorũ quæ sunt ex necessitate, in potẽtia est. Quæ enim necessaria sunt, semper sunt in actu, & nõ pñt esse & nõ esse. Ea vero quæ sunt necessaria, sunt prima inter omnia, quia eis ablatis nihil tem̃ nec aliorum, vt pote si tollerentur essentialia prædicata quæ necessario prædicant, non possent inesse accidẽ talia p̃dicata, quæ contingit inesse & nõ inesse. Et sic relinquitur q̃ actus est prior potentia. Tertio ibi.

Neq; igitur motus is est potentia, qui sempiternus est. Neq; si quid ppetuo mouet potentia motu cietur, nisi ea rõne, qua ex hoc in hunc terminum p̃ficiscit. Huiusce vero nihil pñbet materiam esse.

parte. 5. K

Neq; vtiq; motus si quis est sempiternus, nec si quid motum sempiternum, non est secundum potẽtiam motũ, nisi vnde quo. Huius autem materiam nihil prohibet existere.

Ille hãt ex ẽtea ihoq̃ in cælo sit materia. Mot' sempiternus vt sic nõ est i potẽtia, & sine motũ.

Concludit idem de motu sempiterno, quod cõcluserat de substantijs sempiternis, & circa hoc tria facit. Primo ex prædictis cõcludit propositum dicens, quòd si aliquis motus est sempiternus, ille motus non est in potentia, nec id quod mouetur est in potentia ad motũ, sed est in potentia ℔ vnde quo, ℔ id est vt ab hoc in id transeat. Cum enim motus sit actus existentis in potentia, oportet omne quod mouetur esse in potentia ad terminum motus, non autem ad ipsum moueri, sed ad aliquod vbi quo tẽdit per motũ. Et quia quod mouetur oportet habere materiam, subiungit quod nihil prohibet id quod mouetur motu sempiterno habere materiam, quia licet non sit in potentia ad moueri simpliciter, est tamen in potentia ad hoc vel ad illud vbi. Secundo ibi.

L

Quocirca sol atq; astra semp opant̃ atq; mouentur, totũq; cœlũ. Atq; non est ptimescendũ ne tandẽ stent, moueriq; desinant, quod quidẽ naturales plũ pertimescunt. Neq; id agentia defatigantur. Motus enim ipsis nõ vti rebus caducis atq; mortalibus circa contradictionis potentiam cõpetit, vt laboriosa sit ipsa continuatio motus. Huius enim causa substãtia est ea, q̃ materies est atq; potentia, & non actu.

Parte. 6

Propter quod agit semper sol, & astra, & totum cœlum. Non est aũt timendum, ne quando stent, quod timent qui de natura. Neq; laborant hęc agentia. Non enim inest potentia contradictionis ipsis, vt corruptibilibus motus, vt laboriosa sit continuatio motus. Nam substantia materia, & potentia non actu causa huius.

M

Concludit q̃dam corollariũ ex dictis. Quia enim q̃ mouetur motu sempiterno, non est in potentia ad ipsum moueri, motus autem cœli sempiternus est, ℔ quod traditur in libro. 8. physi. sequitur quod sol & astra & totum cœlum semper agant, quia semper mouentur, & per motum suum agunt. Nec est timẽdum q̃ aliquãdo motus cœli stet, vt ℭ timuerunt quidam naturales ℔. ſ. Empedocles & sequaces eius, qui posuerunt q̃ per litem & amicitiam mũdus quãdoq; corrumpitur, & rursus reparatur. Et ideo dicit non esse timendum, q̃a nõ sunt in potẽtia ad non mouere. Et propter hoc etiã nõ corruptibilia, in eo q̃ mouentur, nõ laborant. Nõ. n. ineſt eis ℭ potẽtia cõtradictionis ℔. ſ. vt moueant & nõ moueãtur sicut est in corruptibilib⁹, quæ hæc hñt per motum, & ita per hũc modum cõtinuus motus fit eis motus cum labore. Quod. n. corruptibilia laborẽt in eo q̃ mouent causa est, quia sunt in potẽtia admoueri & nõ moueri, et nõ hñt hoc ex natura subãli sua q̃ semper moueant. Vñ videmus q̃ tanto aliq̃s motus est laboriosior, quãto ẽt natura rei est propinquior ad nõ moueri. Sicut patet q̃ moueri sursum in aãlibus laboriosum est. Quod aũt hic dicit̃ de perpetuitate motus cœli, dr̃ ℔ conuenientiam naturæ corporis cœlestis, quam experti sumus. Sed hoc nõ p̃iudicat diuinę voluntati, à qua dependet motus cœli & esse eius. Tertio ibi.

N Motus cœli est ex hoc q̃ possibile fuit eum esse ex diuina voluntate.

Rerum autem eę quę corruptionem mutationẽque subeunt, vt terra, vt ignis, res ipsas perpetuas imitantur. Etenim semper operantur. Per se enim motum & in seipsis habent.

Ter. cõ. 18 Parte. 7.

Imitant̃ aũt incorruptibilia, & quę in transmutatione sunt entia, vt terra & ignis. Etenim hæc semp agunt. Nam ℔ se & in seipsis hñt motum.

O Cõparatio corruptibilis ad incorruptibilia corpora in agendo.

Comparat corpora corruptibilia corporibus incorruptibilibus in agendo, & primo quantum ad similitudinẽ dicens, q̃ corpora eorum quorum esse est in trãsmutatione, imitãtur corpora incorruptibilia in eo q̃ semper agũt, sicut ignis qui ℔ se semper calefacit, & terra quæ ℔ se semper facit operationes ꝓprias & naturales. Et hoc ideo est, quia habent motum & operationem suam propriam ℔ se & in eis, inquantum. ſ. formæ eorũ sunt principia talium motuum & actiouum. Secundo ibi.

Gæterę vero potẽtię de qbus est definitũ, cõtradictionis sunt vniuersę. Quod enim hoc pacto mouere potest, potest & non hoc pacto mouere. Dico autem eas omnes quæ sunt participes rationis. Expertes vero rationis, p̃sentia nimirum absentiaq; potentiæ contradictionis eędem erunt.

P parte. 8

Potẽtię vero aliæ de quibus diffinitum est, omnes p̃tradictiõis sunt. Nã posse, sic mouere põt, & nõ sic, quęcunq; ℔ rationem. Irrationabiles vero per aliud esse, & non, cõtradictionis erunt eędem.

Differẽtia inter dona diuina & potentias naturales. Lectio. 2. Tã potentiæ irrationales q̃ rationales sunt cõtradictionis, eo q̃ possunt mouere sic, vel nõ sic, vt supra dictũ est. Potentiæ vero irrationales operant̃ vno modo. Sed & ipsæ sunt cõtradictionis per hoc q̃ possunt adesse & nõ eẽ, sicut animal potest amittere potentiã visiuam. Deinde cum dicit.

Quod si naturę q̃dam subãtięq; sunt tales, q̃les ii qui circa doctrinas versati sunt, ipsas ideas inquntesse: longe magis quippiam sciens q̃ ipsa scientia, & quippiam itidem quod moueat, quam motus erit. Hęc enĩ magis actus, illa potentię sunt istorum. Actũ igitur potentia principioq; omni mutandi priorem esse, ex hisce quę dicta sunt perspicuum iam euasit.

Q Parte. 9.

Si ergo aliquę sunt naturę tales aut subãtiæ, quales dicunt qui in rationibus ideas, multo magis sciens vtiq; erit aliquid q̃ per se scientia, & motũ q̃ motus. Hic enim actus magis, illæ autem potentiæ horum. Quod quidem igitur est prius actus potentia, & omni principio mutabili, palam.

Ex dictis arguit contra Platonẽ de Ideis.

Ex præmissis excludit quoddã à Platone positum. Ponebat enim Plato formas separatas, quas maxime esse dicebat sicut si ponerem scientiam esse separatã, quam vocabat per se sciam, & dicebat q̃ hoc erat principalissimũ in genere scibilium, & simil̃ per se motum in genere mobilium. Sed ℔ p̃ostensa, aliqd erit primo in genere scibilũ q̃ p̃ se scia. Oñsum est enĩ q̃ prior est actus p̃fectione q̃ potẽtia.

Scientia

A Scientia enim ipsa est q̃dam potentia. Vnde consideratio quæ est actus eius erit ea potior, & sic de aliis hmõi. Vltimo epilogat quod dictum est. ſ. q̃ actus est prior potentia & omni principio motus. Lectio. x.

At præstabiliorem etiam potentia studiosa honorabilioremq; esse, ex hisce patere potest. Vnumquodq; enim eorum quę posse dr̃, idem contraria potest: ceu idẽ est quod dr̃ sanum esse posse, & ægrotare, ac simul. Est enim eadem potentia sanitatem morbumq; suscipiendi, & quiescendi subeũdiq; motum: & eadem facultas extruendi destruendiq; domum, & eadem item potẽtia qua extrui domus atq; destrui potest. Posse igitur cõtraria, simul est, vti patet. At vt contraria simul sint, minime fieri potest: ceu sanum esse ac ægrotare. Quare alterum horum

B sit bonum necesse est. At posse, ęque est ad vtrunq;: vel ad neutrum sane accommodatur. Actus ergo potentia præstabilior esse videtur.

Ter. cõ. 19 parte. 1

QVod autem & melior & nobilior & honorabilior studiosa potentia actus, ex his est palam. Quęcunq; enim ℔ posse dicuntur, idem est potens contrariaꝝ vt quod dicitur posse cõualescere, idem est & lãguens. Et simul. Eadem enim potentia conualescendi & laborandi, & quiescendi & mouendi, & ędificandi & destruendi, & ædificandi & corruendi. Posse quidem igitur cõtraria, simul exist̃it. Contraria vero impossibile simul existere, vt sanum esse & laborare. Quare necesse horum alterũ esse bonum. Posse vero similiter vtrunq;, aut neutrum. Actus vero melior est.

Alia littera ergo.

C

Actus in bonis melior est potentia.

POSTQVAM comparauit Philosophus actum et potẽtiam ℔ prius et posterius, hic cõparat ea ℔ bonũ & malum, & circa hoc duo facit. Primo dicit q̃ in bonis, actus est melior potentia. Quod quidem manifestum ex hoc quòd id quod est potentia, est idem in potẽtia existẽs ad contraria. Sicut quod potest cõualescere, hoc potest infirmari, & simul est in potentia ad vtrunq;. Et hoc ideo q̃a eadem est potentia vtriusq;, conualescendi & laborandi, & quiescendi & mouẽdi, & aliorum hmõi oppositorum. Et ita patet q̃ aliquid simul potest contraria, licet contraria non possint simul esse actu. Contrariorum igit vtriusq; seorsum, est hoc quidem bonum, vt sanum: aliud vero malum, vt infirmum. Nam semper in contrarijs vnum est vt deficiens, quod ad malum pertinet. Sic igitur quod est bonum in actu, est tantũ bonum. Sed potentia se habet similiter ℭ ad vtrũq; ℔. ſ. ℔ quid quod est esse in potentia. Habet autem neutrum simpliciter, quod est esse in actu. Relinquitur igitur q̃ actus est melior pontentia, quia quod est simpliciter & pure bonum, est melius eo quod est ℔ qd bonum, & coniunctum malo. Secundo ibi.

D

In malis aũt finem actumue potẽtia deteriorẽ eẽ necesse est. Idem est enim quod ambo cõtraria põt.

Parte. 2.

Necesse aũt & in malis, finem & actũ esse deteriorem potẽtia. Quod enĩ potẽs idẽ contraria ambo.

Actus in malis peior est potentia.

Ostendit q̃ econtrario in malis est actus peior potentia, & circa hoc tria facit. Primo ostendit propositum ex ratiõe supra inducta, quia id quod est simpliciter malum, & non se habens nisi ad malum, est peius eo quod est ℔ quid malum, & quod se habet ad malum & ad bonum. Vnde cum potẽtia ad malum nõdum habeat malum nisi ℔ quid, & eadem est ad bonum, nam idem est potentia quod est ad contraria, relinquitur q̃ actus malus est peior potentia ad malum. Secundo ibi.

Patet ergo malum ipsum nõ esse quid prẽter res ipsas. Malum nãq; potentia posterius est natura. B

Palam ergo quia non est aliquid prẽter res. Posterius enim ipsi naturę malum q̃ potentia. parte. 3.

Concludit ex dictis q̃ ipsum malum non est q̃dam natura p̃ter res alias, quæ ℔ suam naturã sunt bonę. Nam ipsum malum ℔ suam naturã est posterius q̃ potentia, q̃a est posterius & magis elõgatũ à p̃fectione naturæ. Vñ cũ potẽtia nõ possit esse alia p̃ter res, multo minus ipsum malũ. Tertio ibi. Malũ nõ est aliq̃ nãturã p̃ter res.

Nec in iis ergo quæ sunt perpetua mali quicquam est, aut peccati, aut corrupti. Etenim mali rationem corruptio subit.

Non ergo nec in eis quę a principio & sempiternis, nihil est neq; malum, neq; peccatum, neq; corruptum. Etenim corruptio malorum. parte. 4.

F In sempiternis vt sic non est malũ neq; peccatũ.

Inducit aliã cõclusionẽ. Si. n. malũ nõ est nisi post potẽtiã, potẽtia aũt nõ inuenit̃ in reb⁹ sempiternis, vt. ſ. oñsum est, nõ erit in eis aliqd malũ, neq; peccatũ, neq; alia corruptio. Nã corruptio q̃dam malũ est. Est hoc aũt intelligẽdũ in q̃tũ sunt sempiterna & ĩcorruptibilia. Nã ℔ q̃ nihil ꝓhibet in eis eẽ corruptionẽ, vt ℔ vbi, aut ℔ aliqd hmõi.

Inueniuntur autem & ipsæ designationes geometricę actu. Diuidẽtes enim inueniunt̃. Quod si eẽnt diuisę, essent vtiq; manifestę. Nunc autem potentia insunt. Cur triangulus suos angulos duobus rectis ęquales habet? Quia anguli qui sunt circa vnũ punctum, sunt duobus rectis ęquales. Quod si ęque distans a latere esset perducta, continuo pateret videnti cur is angulus, qui est in semicirculo rectus est absolute. Quia tres sunt ęquales, duę in quas est basis diuisa, & ea quę est erecta e medio super illam. Quæ si is viderit qui id antea sciuit quod inde sequitur, illud sibi profecto continuo patefiet. Quare patet ea quę sunt potentia, inueniri si redigantur ad actũ. Et causa est in promptu. Ipse enim actus est intellectio. Quare ex actu, potentia ipsa deducitur. Et idcir eo facientes cognoscunt. Is enim actus qui eiusdem est numero, posterior est generatione. G

Inueniuntur autẽ & diagramata actu. Nam diuidentes inueniunt. Si ergo essent diuisa, manifesta vtiq; essent. Nunc autem insunt potentia. Propter quid duo recti trigonum? quia qui circa vnum punctum anguli ęquales duobus rectis. Si ergo educeretur qui iuxta costam, videnti vtiq; statim esset palam. Propter quid in semicirculo rectus vniuersaliter? quia si æquales tres quæ bases duę, & quæ ex medio superstans recta videnti, palam ei qui illud sciuit. Quare palam quia potentia entia ad actum reducta inueniuntur, causa vero quia intelligentia est actus. Quare ex actu potentia, & propter hoc facientes cognoscunt. Posterius enim generatione quæ ℔ numerum actus. Te. cõ. 20 Parte. 5 H

Actus esse magis cognoscibile potẽtia est dicit,

Post q̃ comparauit potẽtiam & actum ℔ prius & posterius & bonum et malum, hic comparat eadem ℔ intelligẽtiam veri & falsi. Et circa hoc duo facit. Prio cõparat ipsa ℔ intelligere. Scẽdo vero ℔ veritatẽ & falsitatẽ, ibi ℭ Qm̃ uero ens. ℔ Dicit ergo prio ℭ q̃ diagramata ℔. ſ. descriptiões geometricę, ℭ inueniunt̃ ℔. ſ. p̃ suętionẽ cognoscũt ℔ dispõnẽ figuras in actu. Geometra. n. inuenit̃ veritq̃ quęrũt diuidẽdo lineas & superficies. Diuisio aũt reducit in actum q̃ erat in potẽtia. Nã partes cõtinui sunt potẽtia in toto ante diuisionẽ. Si aũt oĩa essent diuisa ℔ qđ requi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rit inuentio veritatis, manifestq; essent conclusiones quæsitæ. Sed quia in prima protractione figurarū sunt in potentia hmōi diuisiones, ideo non statim fit manifestum quod quæritur. Hoc autem notificat per duo exempla, quorum primum est circa quæsitum quare ◁ trigonum est duo recti, ▷ id est quare triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis. Quod quidem sic demonstratur.



Sit triangulus a.b.g. & protrahatur basis a.g. in continuum & directum. Hæc igitur basis protracta faciet cum latere trianguli b.g. angulum in puncto g. qui quidem angulus extra existens æqualis est duobus angulis interioribus sibi oppositis. scilicet angulo a.b.g. & angulo b.a.g. Manifestum est autem q; duo anguli consistentes circa punctū g. quorum vnus est extra triangulum, & alter intra sunt æquales duobus rectis. Demonstratum est enim q; linea recta super aliam lineam cadens qualitercunq;, faciet duos angulos rectos, aut æquales duobus rectis. Relinquitur ergo q; angulus interior in puncto g. constitutum cum alijs duobus qui sunt æquales angulo exteriori omnes scilicet tres sunt æquales duobus rectis. Hoc est ergo quod Philosophus dicit, q; probatur triangulum habere duos rectos, quia duo anguli qui sunt circa vnum punctum, puta circa pūctū g. quoꝝ vnus est interior & alius exterior, sunt æquales duobus rectis. Et ideo qñ ꝓducit angulus qui fit extra, producto vno latere trianguli, statim manifestum fit videnti dispōnem figuræ, q; triāgulus habet tres angulos æquales duobus rectis. Secūdū exēplum est circa hoc quęsitum, quare omnis angulus qui est in semicirculo descriptus est rectus. Quod quidem demonstratur sic.



Sit semicirculus a.b.c. & in puncto b. qualitercunq; erdat constituatur angulus, cui subtenditur basis a.c. quæ est diameter circuli. Dico ergo quòd angulus b. est rectus. Cuius probatio est, quia cum linea a.c. sit diameter circuli, oportet quod transeat per centrum. Diuidatur ergo per medium in puncto d. & producatur linea d.b. Sic igitur linea d.b. æqualis est lineæ d.a. quia sunt protractæ à centro vsq; ad circunferentiam, ergo in triangulo d.b.a. æqualis est angulus b. angulo a. quia omnis trianguli cuius duo latera sunt equalia, anguli qui sunt supra bases, sunt æquales. Duo igitur anguli a. & b. sunt duplum solius anguli b. Sed angulus b.d.c. cum sit exterior est æqualis duobus angulis a. & b. partialibus, ergo angulus b.d.c. est duplus anguli b. partialis. Et similiter probatur quod angulus c. est æqualis angulo b. trianguli b.d.c. eo quod duo latera d.b. & d.c. sunt æqualia cum sint protracta à centro ad circunferentiam, & angulus exterior scilicet a.d.b. est æqualis vtriq;, ergo est duplus anguli b. partialis. Sic ergo duo anguli a.d.b. & b.d.c. sunt duplum totius anguli a.b.c. Sed duo anguli a.d.b. & b.d.c. sunt aut recti aut æquales duobus rectis, quia linea d.b. cadit supra lineam a.c. ergo angulus a.b.c. qui est in semicirculo, est rectus. Et hoc est quod Philosophus dicit, quod ideo demonstratur esse rectus ille qui est in semicirculo, quia tres lineæ sunt equales, scilicet duæ in quas diuiditur basis scilicet d.a. & d.c. & tertia quæ ex media istarum duarum protracta superstat vtriq; scilicet b.d. Et hanc dispositionem vidēti, statim manifestum est scienti principia geometriæ, quod omnis angulus in semicirculo est rectus. Sic igitur concludit Philosophus manifestum esse, quod quando aliqua reducuntur de potentia in actum, tūc inuenitur earum veritas. Et huius causa est, quia intellectus actus est. Et ideo ea quę intelliguntur, oportet esse actu. Propter quod ex actu cognoscitur potentia. Vnde facientes aliquid actu cognoscunt, sicut patet in prædictis descriptionibus. Oportet enim q; in eodem ſm numerum, posterius ſm ordinem generationis & temporis sit actus q; potentia, vt supra expositum est. Lectio. xj.

Probat ſall quod ſupra a priori.

Lec. 7. 8.

Gum autem quod est, & id quod non est, partim per figuras predicamentorū, partim per potētiam, aut actum istorum, aut contraria: partim propriissime, aut verum, aut falsum dicatur.

Te. cō. 11. Parte. 1

QVoniam autem ens dicitur & non ens, hoc quidem ſm figuras categoriarum, illud vero secundum potentiam aut actum horum, aut contraria. Hoc autem maxime proprie, aut verum, aut falsum.

HIC comparat Philosophus actum ad potentiam secūdum veritatem & falsitatem, & circa hoc tria facit. Primo ponit q; verum & falsum præcipue dicitur ſm actū. Secūdo manifestat propositum, ibi ◁ Hoc aūt in rebus est componi aut diuidi. ▷ Tertio concludit quoddam corollarium, ibi ◁ Palam etiam & quia de īmobilibus. ▷ Dicit ergo prīo q; cū ens et nō ens ei oppositū diuidant dupliciter. Vno modo ſm diuersa ꝑdicamēta quæ sunt substantia, quantitas, qualitas &c. Alio modo ſm potentiam & actum, vel vnius, vel alterius cōtrariorꝝ, quia vtriq; contrariorꝝ cōtingit actu eē & potētia. Hoc q̄ est in actu, maxime ꝓprie dr̄, aut verū aut falsum. Deinde cum dicit.

Idq; in rebus sit ipsis compositione, aut diuisione: quibus efficitur vt verum quidem is dicat, qui diuisum diuisum, compositumue compositum esse putat. Falsum aūt isce qui contrario modo sese habet, atq; res ipsę se hn̄t qñ est id atq; non est, quod vt verū dicitur, aut falsum. Hoc enim considerandū est qdnam dicimus. Nō enim qa te nos album esse, vere

vere putamus, ideo tu es albus: sed quia tu es albus, ideo nos qui hoc diximus verum dicimus.

parte. 2.

Hoc autem in rebus est componi aut diuidi. Vñ verus est, diuisum putans diuidi, & cōpositum componi. Mentitur aūt, ecōtrario habēs res. Quādocūq; est, aut non est, quod verum dr̄ aut falsum. Hoc perscrutandum quid dicimus. Non enim propter nos existimare te vere album esse, tu albus es: sed ꝓpter te esse albū, esse nos hoc dicentes, verum dicimus.

Parte 4. parte. 7. Vez & falsus in rebus est aliō est cōponi & diuidi.

Probat q; proposuerat, & circa hoc tria facit. Primo manifestat in substantijs continuis. Secundo in simplicibus, ibi ◁ Circa incomposita. ▷ Tertio colligit vtrunq;, ibi ◁ Esse vero vt verum. ▷ Circa primum duo facit. Primo manifestat propositum dicens, quod ◁ hoc ▷ scilicet esse verum vel falsum in rebus, nihil est aliud quàm componi & diuidi. Vnde qui putat diuidi quod est diuisum in rebus, verus est in sua opinione, vt qui putat hominem non esse asinum. Et similiter qui putat componi quod est compositum in rebus, vt qui putat hominem esse animal. Ille autem mentitur in opinando qui ecōtrario habet res aliter in sua opinione, q̄m res sint in sua natura, vt qui putat hominem asinum, aut non esse animal, quia quando aliqd est aut non est, tunc dicitur verū vel falsum. Quod sic consideradum est. Non enim ideo tu es albus, quia nos vere existimamus te eē album, sed econuerso, ideo existimamus te album, quia tu es albus. Vnde manifestum est q; dispositio rei est causa veritatis in opinione & orattone. Hoc autem addit ad manifestandum quod supra dixerat, quod verum & falsum est in rebus cōponi & diuidi. Oportet enim veritatem & falsitatem quæ est in oratione vel opinione, reduci ad dispositionem rei sicut ad causam. Cum autem intellectus compositionem format accipit duo, quorum vnum se habet vt formale respectu alterius. Vnde accipit id vt in alio existens, propter quod prædicata tenentur formaliter. Et ideo si talis operatio intellectus, ad rem debeat reduci sicut ad causam, oportet q; in compositis substantijs ipsa compositio formæ ad materiam: aut eius quod se habet per modū formæ, vel ēt cōpositio accidētis ad subiectum, respondeat quasi fundamentum & causa veritatis, compōni quā intellectus iterius format & exprimit voce. Sicut cū dico Socra. est homo, veritas huius enuntiationis causatur ex esse positione formę humanæ ad materiam indiuidualem per quam Socrates est hic homo. Et cum dico, homo est albus, causa veritatis est compositio albedinis ad subiectum. Et similiter est in alijs. Et idem patet in diuisione. Secundo ibi.

B

C

Causa vꝛitatis & falsitatis in oratione vel opione est ex cōpone & diuidō ei.

Si itaq; q̄dam cōposita semper sint, diuidiq; minime pn̄t, quędam perpetuo sint diuisa componiq; nequeant, quædam subire contraria possint, esse quidem est compositum esse, ac vnum, nō esse vero cōpositū non esse, sed plura esse. Circa igitur ea q̄ subire contraria possunt, eadem opinio atq; oratio vera fit atq; falsa, & fit vt interdum verum, interdum falsum dicatur. Circa autem ea quæ aliter sese habere non possunt, non interdum fit verum interdum falsum, sed semper hęc vera sunt atq; falsa.

D

parte. 3

Si igitur hęc quidem semper componuntur, & ìposibilia diuidi: hæc vero semper diuisa sunt, & ìposibilia componi: hæc autem cōtingunt esse contraria, esse quidem compni & vnum esse, & nō esse, non componi, sed plura esse. Circa contingentia qui dem igitur eadem sit falsa & vera opinio, & oratio eadem contingit quandoq; veram esse, & contingit quandoq; esse falsam. Circa impossibilia vero ali-

Tho. 18. 22.

E

Propositiones necessarię sūt sempiterne vitatis.

R er q̄dam semp cōponi, q̄dā semp ab oiri, q̄dā inditer er, sit & veras & falsas. Esse q̄s ſgnificat affirmatio & nō esse q̄s ſgnificat negatio, qd.

F

G

ter se habere non fit aliquando verum, aliquādo falsum, sed semper hæc vera, & hæc falsa.

Concludit ex dictis q; si compositio & diuisio rei est causa veritatis, & falsitatis in opinione & oratione, necesse est quòd ſm differentiam compositionis & diuisionis eius quod est in rebus, est differentia veritatis & falsitatis in opinione & oratione. In rebus autem talis differentia inuenitur circa compositionem & diuisionem q; quædam semper componūtur, & impossibile est ea diuidi, sicut animæ rationali coniungitur natura sensitiua semper, & impossibile est q; diuidatur ab ea, ita. s. q; anima rationalis sit sine ratione. Quædam vero sunt diuisa & impossibile est ea componi, sicut nigrum albo, & formam asini homini. Quædam vero se habent ad contraria, quia possunt componi & diuidi, sicut homo & albus, & etiam currens. Esse autem in quo consistit compositio intellectus, vt affirmatio, compositionem quandam & vnionem indicat, nō esse vero quod significat negatio, tollit cōpositionem, & designat pluralitatem & diuersitatem. Vnde manifestū est q; in his quæ contingit componi & diuidi, vna & eadem oratio sit quandoq; vera quandoq; falsa, sicut hæc oratio: Socra. sedet, est vera eo sedente. Eadem autem falsa eo surgente. Et similiter est de opinione. Sed in his quæ non possunt aliter se habere, scilicet quæ semper componuntur vel diuiduntur, non est possibile quod eadem opinio vel oratio quandoq; sit vera, quandoq; falsa. Sed quæ est vera semp est vera, & q̄ est falsa semp est falsa. Sicut hæc est vera, hō est aial: hæc aūt falsa, homo est asinus. Deinde cū dicit.

At circa ea quæ non sunt composita, quid est esse atque non esse, & verum ac falsum? Nō est enim quam compositum, vt sit quidem cum est compositum: non sit aūt, si sit diuisum: perinde atq; album lignum, aut diameter incommensurabilis costæ: neq; verum ac falsum in illis similiter erit. An vt neq; verum in his est, est idem, sic neq; esse est idem?

parte. 4.

Circa incomposita vero quid esse & nō esse, & verum & falsum? Non enim est cōpositum vt sit quidem, quandocunq; cōpositum: & non sit, quandocunq; diuisum fuerit, sicut album lignum: aut incōmensurabile diametrum. Nec verum & falsum similiter adhuc existet, & in aliis. Aut sicut nec verum in his idem, sic nec necesse.

Nō ē verū & falsum i simplicib" eo modo quo in cōpositis.

H

Ostendit quomodo in simplicibus possit esse verum & falsum, et circa hoc tria facit. Primo ostendit non similiter esse verum in simplicibus & in compositis dicens, q; circa incomposita & simplicia cuiusmodi sunt substantiæ immateriales, non est verum vel falsum per compositionem aut diuisionem quæ fit in rebus, sed per hoc q; cognoscitur quodquidest, aut non cognoscitur. Cum enim attingamus ad cognoscendū quodquidest alicuius simplicis, tunc intellectus videtur verus esse. Cum autem non attingimus ad cognoscendum quodquid est, sed aliquid aliud ei attribuit, tunc falsus est. Nō enim in simplicibus est cōpositio vt possit dici q; quando componitur res, tunc intellectus componens sit verus: vel quando diuisum est in re, quod intellectus componit, tunc intellectus non sit verus. Vel aliter non est in simplicibus compositio, ita quòd cum dicitur de eo affirmatiue quod sit, significetur eius compositio: & cum dicitur de eo quod non sit negatiue, significetur eius diuisio. Sicut in rebus compositis cum dicitur, quòd lignum sit album, significatur eius compositio: aut cum dicitur, q; non sit lignum album, aut q; diameter nō sit commensurabile, significatur eius diuisio. Et sic patet q; verū & falsum non est sīl̄r in simplicibus, sicut in compositis. Neq; hoc mirum est, quia etiā esse nō est similr in vtrisq;. Sed eē cōpositorꝝ surgit ex cōponentibꝫ, nō

Universidad de Deusto
Biblioteca

I Tex.co.5. autem esse simplicium. Verū aūt cōsequitur ens, quia sicut in secundo huius est habitū, eadem est dispō rerum in esse & in veritate. Vnde quæ non sunt similia in esse, non sunt similia in veritate. Secundo ibi.

Sed est quidem verum tangere atq; dicere. Non est enim idem affirmatio atq; dictio. Est autem falsum id ignorare, non tangere. Non enim fit vt quisquam circa ipsum quid est decipiatur, nisi per accidens. Similiter res sese habet & circa substantias cōpositas. Non enim fit vt quisquam decipiatur.

Parte.5 Alia littera dicere. Alia littera dictio.

Sed hoc est verum quidem aut falsum. Attingere quidem & representare, verum. Non enim idē affirmatio & representatio. Ignorare aūt non attingere. Decipi enim circa quodquidest, non est, sed aut secūdum accidens, Similiter autem & circa compositas substantias. Non enim est decipi.

K

Quōs verū & falsum ē in simplicibus.

Dicere dupliciter.

Dictio nō est simplr affirmatio.

Ostendit qualiter sit verum & falsum in simplicibus dicens, q hmōi est verum & falsum in simplicibus, vt dicetur. Attingere enim mente ad ipsum simplex, vt. s. apprehēdatur quid est, ꝙ & dicere ꝙ. i. significare voce ipsum simplex, hoc est verum quod est in simplicibus. Et quia dicere quandoq; sumitur pro predicatiōe affirmatiua quę cum compōne fit, hunc intellectum remouet dicens, q non est idē affirmatio, & dictio, quia affirmatio est per hoc q aliquid dicitur de aliquo, quod est cum cōpōne, dictio aūt simplex prolatio alicuius. Sic ergo attingere & dicere, est verum. Sed non attingere mente ipsa simplicia, est ea penitus ignorare. Quicunq; enim non attingit ad quodquidest rei simplicis, penitus ignorat ipsum. Non enim potest aliquid eius scire, & aliquid ignorare, ex quo nō est compositum. Videbatur autem q licet dixerat q attingere simplicia est dicere verū in eis, ita non attingere est falsum, aut decipi. Hoc aūt nō dixit, sed dixit q non attingere est ignorare. Et ideo subdit causam, quare non attingere non est decipi dicens, q circa qdquidest, nō est decipi nisi ſm accidēs. Qđ sic intelligendū est. Dictū est. n. supius in. 7. & 8. q in substantijs simplicibus idem est res, & quodquidest eius. Sic igitur cū substantia simplex sit ipsum quodquidest, iudicium est de cognitione subæ simplicis, & de cognitione eius qđquidest. Sed circa qđquidest, nō decipit intellectus nisi per accidens. Aut enim per intellectum attingit aliquis quodquidest rei, & tunc vere cognoscit quid est res. Aut non attingit, & tunc non apprehendit rem illam. Vnde circa eam nō verificatur neq; decipitur. Propter qđ dicit Aristo. in tertio de anima, q sicut sensus circa propria obiecta semper est verus, ita intellectus circa quodquidest quasi circa propriū obiectum. Et q intellectus circa quodquidest non decipiatur, non solum est in simplicibus substantijs, sed etiam in compositis. Quomodo autem per accidens decipiatur aliquis circa quodquidest considerandum est. Nō enim decipitur quis circa quodquidest, nisi componendo aut diuidendo. Quod quidē in substātijs compositis contingit dupliciter. Vno modo per compositionem diffinitionis ad rem diffinitam, aut diuisionem. Vt si aliquis diceret asinum esse animal rationale mortale, aut homo non est animal rationale mortale, vtrobiq; falsum est. Alio modo ſm quod diffinitio constituitur ex partibus, quæ non sunt inuicem componibiles, vt si quis assignaret hāc diffinitionem, homo est animal insensibile. Primo igitur modo diffinitio dicitur esse falsa, quia nō est huius. Secundo modo dicitur falsa per se, vt supra in quinto docuit Philosophus. In simplicibus vero substantijs non potest esse deceptio circa quodquidest per accidens nisi primo modo. Non enim eorum quodquidest, est compositum ex pluribus, circa quorum compositionem vel diuisionem possit accidere falsum. Tertio ibi.

L

Decipi in simplicib' nō est circa qđqdest nisi p accīs. Tex.cō.41 Tex.cō.8

Te.cō.36

M

Hoc loco se sētō Tho. opponit Ant.an. Sed vide defen.ad.

Te.cō.34

Et non potentia, sed actu sunt vniuerse. Generarē tur enim atq; corrumperentur. Nunc autem ipsum quod est, nō generatur neq; corrumpitur. Ex aliquo nāq; generaretur. Quæ igitur qđ proprie sunt atq; actu, circa ea non fit vt quisquā decipiatur, sed fit vt aut intelligat ipsa, aut nō intelligat ipsa. Sed de ipsis quæritur ipsum quid est, si talia sint nec ne.

N

Et omnes sunt actu, nō potentia. Generarentur, n. vtiq; & corrūperentur. Nunc autem ipsum ens non generatur nec corrumpitur. Ex aliquo enim vtiq; generaretur. Quæcūq; igitur sunt q vere est quid & actu: circa hoc non est decipi, sed aut intelligere, aut nō. Sed qđqdest q̄ritur de ipsis, si talia sunt aut non.

Parte.6

O

Ex dictis ostēdit prin cipale propositum

Adaptat qđ dixerat de substantijs simplicibus ad principale propositum scilicet ad ostendendum quōd verum magis est actu quām in potentia. Ostenderat quidem hoc circa composita, pro eo q verum est circa compositionē & diuisionem quæ actum designant. In substantijs vero simplicibus ex eo q non est in eis falsum, sed tantum verū. Propter quod nō sunt in potētia, sed in actu. Dicit ergo q omnes substantiæ simplices sunt actu entes & nunquam entes in potentia, quia si quandoq; essent in actu, & quandoq; in potentia, generarētur & corrumperentur. Sed hoc non potest esse, vt ostensum est. Nam hmōi substantię sunt formæ tātum. Vnde etiam ſm se sunt entes. Ens autem ſm seipsum non generatur neque corrumpitur. Omne enim quod generatur ex aliquo generatur. Ens autem simpliciter inquantum ens, non potest ex aliquo generari. Nō enim est aliquid extra ens, sed extra tale ens, vtputa extra hominem est aliquod ens. Vnde hoc ens potest generari ſm quid, sed ens simpliciter non. Id ergo quod est ens ſm se, per hoc quod ipsum est forma ad quam sequitur ens, non est generabile. Vnde non est quandoq; in potentia, quandoq; in actu. Et ideo quia circa actum maxime cōsistit verum, quæcunq; sunt talia quæ sunt solum in actu, & sunt id quod vere aliquid est, quia sunt quidditates & formæ, circa ea non conuenit decipi, aut esse falsum. Sed oportet vt intelligantur si mente attingantur, vel penitus non intelligantur si mente non attingantur. Sed quamuis in eis non contingat decipi secundum se, contingit tamen cū ꝙ quæritur de eis quodquidest ꝙ scilicet si talia sint, aut non. Et sic contingit decipi in eis per accidens, vtputa si quis quærat de aliqua substantia simplici, vtrum sit ignis aut substantia corporea vel non, quia si attribuitur ei esse substantiam corpoream, erit falsitas per accidens propter compositionem. Deinde cum dicit.

P

Simplicia aut totali intelligit aut nihil ignorat.

Ipsum aūt esse vt verum, & nō esse vt falsum, vno modo est, si compositum sit, atq; ita dicatur, & si cōpositum non sit, atq; non ita dicatur. Etenim illud verum, hoc falsum. Alio modo si proprie sit, hoc pacto est. Si non hoc pacto sit, non est. Sed intelligere quidem ipsa est verum. Falsum autem non est, neq; deceptio, sed ignoratio, non talis qualis est cæcitas. Cæcitas enim perinde est atq; si intelligendi quispiā potentiam omnino non habeat.

Q

Esse vt verū, & non esse vt falsum, vnum quidem est si componitur, uerum: hoc aūt si non componitur, falsum. Vnū aūt, si uere ens, sic est. Si uero nō ita, nō est. Verum aūt intelligere ipsa. Falsum uero non est, nec deceptio, sed ignorantia, non qualis cęcitas. Cæcitas enim est, ut utiq; si intellectiuum omnino non habeat aliquis.

Parte.7

Colligit ꝙ dicta sūt de vero & falso tā circa cōposita q̄ circa simplicia dicens, q hoc ipsum esse qđ significat veritatem

A veritatem, & nō ēē quod significat falsitatē, quia qui dicit homo est albus significat hoc esse verum, qui dicit non est albus significat hoc esse falsum, hoc inquam esse & nō esse, vno modo dicitur. s. in compositis scilicet quōd est verū si componitur in re quod intellectus componit. Falsum autem si non componit in re quod intellectus componit, intelligens aut denuntians. Alio vero modo in rebus simplicibus verum est, si id ꝙ qđ est vere ens, ꝙ id est quod est ipsum quodquidest, id est substantia rei simplex, sic est sicut intelligitur. Si vero non est ita sicut intelligitur, non est verum in intellectu. Et sic est verum intelligere ipsa, sed falsum nō ē ibi neq; deceptio, vt expositū est, sed ignorantia. Quia si non attingit ad quodquidest, penitus ignorat rem illam. In compositis autem potest vnum scire, & circa alias proprietates eius decipi. Qualis autem ignorantia est, ostendit cum dicit, q illa ignorantia non est ꝙ talis priuatio sicut cęcitas ꝙ quæ est priuatio potentiæ visiuæ. Vnde illa ignorantia similis cæcitati esset, si aliquis nō haberet vim intellectiuam ad attingendum substantias simplices. Ex quo patet quōd ſm sententiam Aristo. humanus intellectus potest pertingere ad intelligendum substantias simplices. Quod videtur sub dubio reliquisse in tertio de anima. Deinde cum dicit.

B

Intellectus humanus pōt intelligere substas simplices. Tex.cō.36

Patet etiam & qa de immobilibus non est deceptio ſm quando, si quis putet immobilia esse putet, veluti triangulum si non mutari ipsum existimet, non interdū duobus rectis ęquales habere angulos, interdum nō habere putabit. Mutaretur enim profecto, sed quippiam putabit, quippiam nō putabit: veluti primum qdem parem numerum nullum esse, aut quosdā nō esse putare pōt. Circa uero unū numero, nō pōt. Nō enim quędā putabit, quędā nō putabit, sed uerū aut falsum dicet, ꝓpterea quod ita se habet semper.

C

Patet. 8

Palam etiam & qa de immobilibus non est deceptio ſm quando, si quis putet immobilia: ut trigonum si non mutari putat, nō opinabitur quādoq; duos rectos habere, & qñq; non. Permutaret enim utiq;. Sed aliqd qdem, aliquid uero nō: ut parem numerum primum esse nullum, aut aliquos quidem, aliquos uero nō. Numero uero circa unū, nec hoc. Non enī est aliquē qdē, aliquē uero nō, putabit, sed uerū dicet, aut mentiet, semper sic se habente.

Corollariū ꝙ in immobilibus nō ē deceptio ſm quādo.

D

Inducit quoddā corollarium dicens q ex dictis manifestum est, quod de immobilibus non est deceptio ſm quando. In contingentibus vero contingit decipi ſm qñ, in his .s. quæ non semp sunt, vtputa, si Socra. est sessurus & hoc aliquis putet, pōt aliquis decipi in eo q putet eum sessurū qñ nō est sessurus. Et similiter si putet eclipsim futuram qñ non est futura. Sed in rebus immobilibus & quæ semper sunt, non pōt contingere nisi vno modo. s. si quis putet ea esse mobilia, & non semper esse. Tunc enim decipitur in eis, sed non ſm qñ. Et ideo dicit si quis putet ea esse immobilia, nō decipit in eis ſm qñ. Et hoc ideo dicit, quia si qs putat ea esse immobilia, non putabit ea qñq; esse & quandoq; non esse. Et sic non decipitur in eis ſm quando. Vt si quis putet triangulum nō permutari, non opinabitur q quandoq; habeat duos rectos, quantum ad æquialētiam, & quandoq; non. Sic enim permutaretur, & non permutaretur. Sed in rebus immobilibus conuenit sub aliquo communi accipere aliquid quod sic se habet, & aliquid quod non sic, puta sub triangulo aliquem æquilaterū, & aliquē non. Et conuenit dubitari de numero pari, vtrū nullus sit primus, vel aliquis sint primi, aliqui nō. Numerus primus dr quem sola vnitas mensurat. Vnde inter numeros pares, solus binarius est primus, & nullus aliorum. Et circa vnum numero in rebus immobilibus non conuenit errare ac decipi, neq; quantum ad hoc. Non enim in eodem numero pōt aliquis putare aliquē sic se habere, & aliquem non sic. Vnum enim numero nō diuiditur in multa. Vnde oportebit q simpliciter dicat verum vel falsum, cum illud vnum numero semper similiter se habeat, nec sit in eo accipere diuersitatem, neq; quātum ad tempus, neq; quantum ad suppositа. Ex quibus apparet q verum est magis circa actum. Immobilia enim inquātum huiusmodi, sem per sunt actu. Lectio. 1.

Numerus primus, qđ & qđr.

E

ARISTOTELIS STRAGYritæ Tex. libri decimi Metaphysicæ.

F

PLuribus quidē modis ipsum unū dici solere, in hisce sermonibus dictum est antea, in qbus unūquodq; quot modis dicat, explicauimus. Cum autem multis modis dicatur, modi primorū & eoꝝ quæ per se unum dicit, & non per accidens quatuor esse uident, si in summā atq; capita redigantur. Dē enim unum continuū ipsum. Cōtinuum autem aut simplr, aut id maxime quod est natura, & non tactu, neq; ligamine, tale. Et hisce magis id est unū prius, cuius motus est indiuisibilior, magisq; simplex.

Te.cō.1. Parte. 1

G

VNum quia multis modis dicit, in diuisis de quotiens dictum est prius. Multiplr vero dicto, capitales modi sunt quatuor primorum, & ſm se dictorum unum, sed non ſm accidens. Cōtinuū. n. aut simplr aut maxime qđ natura, & nō tactu, nec ligatione. Et horū magis unū & prius, cuius indiuisibilior motus est, & magis simplex.

s. huius Tex.cō.7

Te.c.1.&2 Sermo de vno absolute.

SVperius in. 4. huius Philosophus oñdit, q ista scientia habet pro subiecto ens, & vnū quod cum ente conuertitur. Et ideo postq; determinauit de ente per accidens, & de ente quod significat veritatem propositionis in sexto, & de ente per se ſm q diuiditur p decem p̄dicamenta in. 7. & in. 8. & ſm q diuiditur per potentiam & actum in. 9. Nunc in hoc. 10. intendit determinare de vno, & de his quæ cōsequuntur ad vnum, & diuiditur in duas partes. In prima determinat de vno ſm se. In secunda per comparationem ad multa, ibi ꝙ Opponuntur autem vnum & multa. ꝙ Prima diuiditur in duas. In prima ostendit quot modis vnum dicitur. In secunda determinat quandam ꝓprietatem eius, ibi ꝙ Maxime vero in eo q est metrum esse. ꝙ Prima in tres. In prima determinat quot modis dr vnum. In secunda reducit omnes illos ad rōnem vnā, ibi ꝙ Dr quidē igit vnum. ꝙ in tertia ostendit quot modis vnū p̄dicatur de his de quibus dicitur, ibi ꝙ Oportet enim intelligere. ꝙ Circa primū tria facit. Primo ponit duos modos vnius, secundo oñdit rōnem vnitatis in his duobus modis, ibi ꝙ Tale vero. ꝙ Tertio ponit alios duos modos vnius, ibi ꝙ Hæc autem. ꝙ Circa primum primo ponit primum modum dicendi vnum dicens, q in. 5. libro ostensum est, quotiens dicātur nomina quæ pertinēt ad cōsiderationem huius scientiæ. Dictum est enim q vnum dr multis modis. Sed cum multipliciter dicatur vnum, principales modi sunt quatuor, ita tñ q dicamus modos vnius ſm quos vnum dr primo & p se & nō q accidens. Nam vnum p accīs habet alios suos modos. Et inter modos vnius dicti per se, vnus modus est ſm quod cōtinuum dr vnum. Quod qdem accipi pōt dupliciter

Infr.lec.4.

H

Lec.seq.

parte.5.

Parte.6

parte. 3. parte.4.

Tex. cō.7

Quatuor modi vnius dicti p se. Primus cōtinuū, dupliciter.

Universidad de Deusto
Biblioteca

I aut vniuersaliter.s.quocūq; modo sit aliquid cōtinuū dicatur vnū,aut vnū cōtinuitate solū, quod secundū naturā est cōtinuū,quod maxime cōtinuū est, & non est cōtinuū per violētiā,aut p artē,neq; per aliū modū contactus, sicut patet in castraturis lignorū:neq; per aliquā continuationem, sicut in his quę cōtinuātur vel ligantur clauo vel quocūq; vinculo. Continuum autem secundū naturam dicitur dupliciter.s.quod est totum vniforme,vt linea recta,aut etiā circularis.Et q̄ non est totum vniforme, sicut duæ lineæ constituentes angulum in quo continuantur. Maxime aūt horum est vnū, & per prius vnū, quod dicitur linea recta vel circularis,quam linęæ angulum constituentes. Nam linea recta oportet quod habeat vnū motum. Non enim potest esse q̄ vna pars eius moueatur & alia quiescat,nec vna sic moueatur, alia vero aliter, sed tota simul & vno motu mouetur. Et similiter etiā in circulari est. Sed in duobus continuis cōstituentibus angulum,hoc non cōuenit.Possumus enim imaginari q̄ vna linea quiescat,& altera moueatur ei appropinquans, & minorem angulū constituat:aut ab ea elōgata,& constituens angulum maiorē. Vel etiā q̄ vtraq; moueatur in diuersas partes. Et ideo dicit q̄ illud cōtinuum est magis vnum,cuius motus est indiuisibilior, & magis simplex. Secundo cum dicit.

Continuū fim naturā duplex.

K

Continuū quid.

Præterea vnum est atque magis totum ipsum habens aliquam speciem atque formam, & maxime si quippiam est tale natura & non vi, vt ea quæ glutine talia sunt,aut vinculo,aut clauo. Sed in seipso,vt continuum sit,sibi causam habet.

parte.2.

Amplius tale,& magis totum,& habēs aliquā formā & spēm. Maxime autē si quid natura est tale, & non vi,vt quęcunq; visco aut clauo, aut cōiunctióe. Sed habet in se,q̄ est causa sibi,q̄ sit continuum.

L

Scōs modus vnius.

Ponit secundum modum,in quo quidē cōsideratur nō solum q̄ id quod dicitur vnū, ┤ sit tale, ├ id est cōtinuū, sed & q̄ plus habeat. s. q̄ sit quoddam totū habens aliquā formam aut speciem,sicut animal est vnum, & superficies triangularis est vna.Hoc igitur vnum supra vnitatem cōtinuitatis addit vnitatem quæ est ex forma, secundum quā aliquid est totum,& speciem habens.Et quia aliquid est totum per naturā, aliqd vero per artē,addidit,q̄ ┤ maxime est vnū ├ siquidē est vnum per naturam,& nō per violentiam. Sicut per violentiā ad aliquod totum cōstituendum coniunguntur,quæcunq; vniuntur aut visco, aut aliqua tali cōiunctione.Sed id quod est cōiunctum per naturam est magis vnum,quia.s.est sibiipsi causa q̄ sit cōtinuum,quia per suam naturam est tale. Deinde cum dicit.

Totū & pīnuum duplex.

Tale autem est ex eo,quia motus est vnus, & indiuisibilis tempore atq; loco. Quare patet si qppiam primū motus principiū habeat primi, qui quidē est conuersio.Hęc enim lationū est prima,id esse primā magnitudinem vnam.Quędā igitur hoc pacto sunt vnum,aut continuum,aut totum.

M

parte.3.

Tale vero,eo q̄ in motu vnū esse & indiuisibile loco & tpe.Quare palam fiquid per naturā, motus habet principium primi primum,vtputa dico lationis circulationem:quia hęc prima magnitudo vna. Hoc qdem itaq; sic vnum continuum aut totum.

R̄ō vnitatis in duobus fdictis modis.

Ostendit rationē vnitatis in istis duobus modis dicens, q̄ aliquid est tale & continuū & vnum, eo q̄ motus eius est & vnus & indiuisibilis loco & tempore. Loco quidē, quia versus quācunq; partem loci mouetur vna pars continui,& alia. Tempore vero, quia quando mouetur vna, & alia. Vnde si aliquod cōtinuum & totum per naturam dī vnum,quia motus eius est vnus,manifestū est q̄ si aliquod cōtinuū & totū habet in se principiū primi motus, hoc erit primū vnū in magnitudine.Sicut inter motus, primus motus est localis: & inter motus locales, primus est circularis,vt ꝓbatur in.8.phyſi.Et inter corpora quę mouentur motu circulari, aliquod est qđ habet principiū talis motus.s.corpus quod reuoluitur & reuoluit alia corpora motu diurno.Vnde manifestum est,q̄ hæc est prima magnitudo vna,quia habet primū principium motus primi. Sic igitur apparent duo modi vnitatis, aut sicut cōtinuū dī vnū,aut sicut totum dī vnum. Deinde cum dicit.

N

Tex.cō.37. Primū mobile & vnū & duobus fdictis modis.

Quædam autem vnum dicuntur, si ratio eorum sit vna.Talia vero sunt ea quorū est intellectio vna. Et talia sunt ea quorum indiuisibilis est intellectio. Eius autem est indiuisibilis intellectio, quod est indiuisibile specie,aut numero. Atque numero quidem est indiuisibile ipsum singulare.Specie autem id qđ cognitione est scientiaq; indiuisibile. Quare vnum erit primo,quod est causa substantiis vnitatis.

O

Hęc aūt si rō vna fuerit. Talia vero sunt quorū intellectiua vna.Talia autem quorū indiuisibilis.Indiuisibilis vero eius quod indiuisibile specie,aut numero.Numero vero singulare indiuisibile. Specie vero q̄ noscibili & scientia. Quare vnum vtiq; erit primum q̄ substantiis causa vnius.

parte 4.

Ponit alios modos vnius dicens,q̄ quædā alia dīr vnū nō pp motum vnum, sed pp rōnem vnā. Hmōi aūt sunt quoꝝ intelligentia est vna,q̄ vna apprehēsione apprehenditur ab aīa.Et dīr vna apprehēsione apprehēdi talia,quorum est vna apprehensio indiuisibilis.Quod quidē cōtingit dupliciter,aut quia apprehēsio indiuisibilis est eius qđ est vnū specie,aut eius qđ est vnū numero.Numero quidem indiuisibile est ipsum singulare, qđ non pōt p̄dicari de multis. Specie aūt vnum,est indiuisibile, quod est vnū ſm sciam & notitiam. Non enim in diuersis singularibus est aliqua natura vna numero,q̄ possit dici species. Sed itellectus apprehendit vt vnum, id in quo omnia inferiora cōueniunt. Et sic in apprehensione intellectus,species sit indiuisibilis, quæ realiter est diuersa in diuersis indiuiduis.Et quia substantia prior est rōne omnibus alijs generibus,cum vnum dicatur his modis,ꝑter rōnem vnam, sequitur q̄ primū vnum ſm hos modos,sit vnum substātia,quod.s. est substantijs causa vnius, sicut ſm primos duos modos, primū vnū erat magnitudo circulr mota. Deinde cū dicit.

Vnū nūero & ſpecie quid. P

Hinc accipe ex ꝓpō Vnitatem vlis no esse realem.

Tot igitur modis dī ipsum vnum continuum natura,totum singulare,atq; vniuersale.Hæc autē vniuersa ex eo suntvnū:quia quorūdā motus,quorūdā intellectio,vel rō est indiuisibilis,vti patet.

parte.5.

Q

Dī quidē igit vnum tot modis, cōtinuū natura, & totū,& singulare,& vniuersale.Oīa enim hęc vnū per indiuisibile esse.Horum quidem motum,illorū autem intelligentiam aut rationem.

Reducit modos vnius supra positos ad vnā rationem, colligendo quæ supra dixerat.Dicit ergo q̄ vnum dicitur quatuor modis. Primo quidem continuum ſm naturam. Secundo totum,tertio singulare.Quarto,vniuersale ut species.Et omnia hæc dicuntur vnum per rōnem vnam.s.q̄ hoc q̄ est esse indiuisibile.Nam proprie vnum est ens indiuisibile.Sed in primis duobus dicitur vnum,quia est motus indiuisibilis.In alijs autem duobus, qa est intelligētia, aut rō indiuisibilis,vt sub hoc etiam cōprehēdatur apprehensio rei particularis. Deinde cum dicit.

Reducit fdicti quatuor modi vnius ad vnā rōnē.

Intelligere aūt oportet nō esse sumēdū mō eodē dici,quęnā vna dīr, & qd est esse vnius, & quęnam ipsius est ratio.Dicit enim ipsum vnum tot modis,

& quodq;

A & quodq; dictorum, cui modorum istorum aliquis competit, vnum erit. Esse vero vnius nunc horum alicui,nunc alii,quod etiā magis propinquū est nomini cōpetit. Illa autē potentia sunt vnum. Quēadmodum & si de elemēto causaq; opus sit dicere, res distinguere,& nominis assignare diffinitionē oportet.Forsitan enim ignis,aut ipsum etiam infinitum, aut aliquid tale partim per se est elemētum, partim non est.Non est enim esse ignis & elementi idē, sed vt est res quædā ipse ignis atq; natura,est elementū. Nomē autē significat hoc ipsum accidisse,esse inquā aliquid ex hoc primo ea lege vt insit, sic & in causa, & vno,& in istiusmodi vniuersis res sese habere videt. Quapropter & esse vnius, est esse indiuisibilis proprie huius entis atq; inseparabilis, aut loco, aut specie,aut mente,aut etiā ipso toto,ac definito.

B Tex. cō. 2. Parte.6.

Oportet enim intelligere qa nō similiter sumendum qualia vna dicuntur,& quidem vni esse,& quę ipsius ratio.Dicitur enim vnum tot modis. Et vnū quodq; erit vnum horū, cuicūq; extiterit horū aliquis modorum.Vni autem esse, quandoq; quidem horum alicui inerit, qñq; autem alii, quod & magis propinquū nomini est, potentia vero illa. Sicut de elemento & causa si oportet dicere in rebus determinantē,& nois terminū reddētem. Est quidē enim vt elementū ignis. Est autē forsan ſm se & infinitū, aut aliud aliquid tale. Est autem vt non. Non enim idem igni,& elemento esse.Sed vt quidem re & natura,ignis elemētum. Nomen vero significat eo q̄ accidit ipsi,quia est aliquid ex hoc, vt primo in existente. Sic & in causa,& in vno, & talibus omnibus. Propter quod & vni esse,indiuisibili est esse. Quod quidem hoc enti & inseparabili,aut loco,aut specie, aut mente,aut & toto,& determinato.

C

Ostendit quō vnum p̄diceē de his quæ dicuntur vnū, dicens,q̄ oportet intelligere q̄ nō similiter sumendum est vnum,cum aliqua res dicitur vna, & cum dicitur quodquidest vnū,quod est rō vnitatis.Sicut etiā nō hoc modo dicitur lignū esse albū,quia lignum sit hocipsum quod est album,sed quia albū accidit ei. Hoc autē quod dixerat sic manifestat.Quia vnū dicitur multis modis,ut dictum est, quælibet res dicitur esse vna,ex eo q̄ ineſt ei aliquis istoꝝ modorū,puta vel continuū,vel totū,vel species,vel singulare.Sed hoc ipsum q̄ est vnum,qñq; quidē accipitur ſm q̄ ineſt alicui dictoꝝ modorū,puta vt dicā q̄ vnū ſm qđ est continuum,vnū est.Et similiter de alijs. Quādoq; autē hocipsum quod est vnū,attribuitur ei quod est magis ꝓpinquū nomini vnius,sicut indiuisibili,quod tñ ſm se,potestate continet p̄dictos modos,quia indiuisibile ſm motum,est continuū & totū.Indiuisibile autē ſm rōnem, est singulare & vniuersale. Et ad hoc subdit exemplū de elemento & causa,quæ quidē accipiunt ſm determinationes ad res,prout dicimus rē talem esse elementum vel cām assignando diffinitionē nominis,put dicimus cām hoc ipm quod est esse cām.Quo modo dicimus q̄ ignis est elemētum,aut ┤ etiā infinitū ſm se ├.i.hoc ipsum quod est infinitum,q̄ Pythagorici ponebāt separatū,& elementū omniū,vel aliquid aliud tale,ꝑter quod potest dici elementum esse.Sed quodāmodo ignis non est elemētum neq; infinitum.Non enim ignis est hocipsum quod est elementū, quia non est eadē ratio ignis & elemēti,sed quantū in re est & in natura,ignis est elementum. Sed nomen elemēti cum de igne prædicatur,significat aliquid ┤ accidisse igni ├.s. q̄ ignis sit ex quo aliqd est,vt ex primo interius existente,

Nomen vnius non similiter ꝓdicatur de suo q̄qđ.

D

quod est rō elementi.Dicit autē ┤ inexistēte ├ ad remouendum priuationes. Sicut autē dictum est de elemēto, sic est in causa,& vno,& omnibus talibus,quia res de quibus dicuntur nō sunt hoc ipsum, quod significant nomina, sicut homo albus, non est hoc ipsum quod significat hoc nomē album.Album enim significat qualitatem. Propter quod & hoc vnum esse est indiuisibile esse.Quod quidem competit enti,qđ est inseparabile loco & specie, vel quocunq; alio modo. Lectio.ij.

E

Maxime vero esse vnius in hoc consistit, vt sit generis vniuscuiusq; prima mensura, & proprijssime quāti.Hinc enim & ad alia accessisse videtur. Est.n. id mensura quo cognoscit quantū.Cognoscitur autem quātum,vt quantū est,aut vno,aut numero. At numerus omnis cognoscit vno. Quare omne quātum vt quātum est,vno sane cognoscitur.

F

MAxime vero in eo quod est metrū, id est mēsurā esse primū vniuscuiusq; generis, & maxime proprie quantitatis. Hinc enim ad alia venit. Metrum etenim,id est mensura est quo primo quātitas cognoscitur.Cognoscitur vero aut vno,aut numero quantitas inquantum quātitas. Numerus autem omnis,vno. Quare omnis quantitas cognoscitur inquantum quantitas,vno.

POSTQVAM ostendit Philosophus quot modis vnum dicit, & quæ sit rō vnius ad quā omnes modi reducunt.s.esse indiuisibile, hic ex hac rōne vnius ostēdit quandā eius proprietatē.s.esse mensurā,& diuidit in partes duas.In prima ostendit quō vni competit ratio mensuræ,& alijs generibus accidentium. In ſcda vero ostendit quō vnum habens rōnem mensuræ inueniatur in substantia,ibi: ┤ Secundum substantiam vero & naturā. ├ Circa primū duo facit.Primo ostēdit in quo genere primo inueniatur vnū habens rōnem mensuræ, & quō exinde ad alia deriuet ſm propriam rationem mēsuræ. Scdo ponit quō deriuetur ad alia ſm quandam similitudinē,ibi: ┤ Et sciētiam autē rerum metrum. ├ Circa primum duo facit. Primo ostendit vbi primo sit vnum rōnem mensuræ habēs, & quō exinde ad alia fiat deriuatio. Scdo ponit quædam cōsideranda circa mēsuras,ibi: ┤ Non semper autē numero vnum. ├ Circa primum tria facit.Primo ostendit quō vnū quod est mensura inueniaē in quantitate, & exinde ad alia genera deriuet.Secundo in qua specie quātitatis est primo,ibi: ┤ Et quo primo cognoscitur. ├ tertio quō deriuetur in alias spēs quātitatis,ibi: ┤ Hinc autē & in alijs. ├

Esse mensurā ē ꝓpe ꝓpria passio vnius.

G

Lect.seq.

Infr. ꝓte.8

parte.6.

Parte. seq. parte.3.

Dicit ergo primo, q̄ cum rō vnius sit indiuisibile esse, id autē quod est aliquo modo indiuisibile in qualibet genere sit mensura,maxime dicetur in hoc quod est esse primā mensurā cuiuslibet generis. Et hoc maxime ꝓprie dicit in quātitate,& inde deriuat ad alia genera ratio mēsuræ. Mensura aūt nihil aliud est q̄ id quo quantitas rei cognoscitur. Quātitas vero rei cognoscit per vnū aut numerū. Per vnū quidē sicut cū dicimus,vnū stadium, vel vnum pedē. Per numerū autē,sicut dicimus tria stadia,vel tres pedes. Vlterius autē oīs numerus cognoscitur per vnum, eo q̄ vnitas aliquotiens sumpta quēlibet numerum reddit. Vnde relinquit q̄ oīs quantitas cognoscāē per vnum. Addit autē inquātum quantitas, vt hoc referatur ad mensurā quantitatis.Nā proprietates & alia accidentia quantitatis alio modo cognoscuntur. Deinde cum dicit.

H

Mensura, quid.

Et idipsum est vnum, quo cognoscitur primo. Quapropter idipsum vnū, numeri principium est, ea ratione qua numerus est.

Et quo primo cognoscitur,hoc ipsum vnū.Quapropter vnū,numeri principium ſm q̄ numerus.

parte.1.

Ostendit

Universidad de Deusto
Biblioteca

I Rō mensura est quæ primo inuenitur in quantitate discreta.

Ostendit ꝙ ratio mensuræ primo inuenitur in discreta quantitate, quæ est numerus dicēs, ꝙ id quo primo cognoscitur quātitas ☾ est ipsum vnum ☽.i. vnitas quæ est principium numeri. Nam vnū in aljs ſpectebus quātitatis non est ipsum vnum, sed aliquid cui accidit vnum, sicut dicimus vnam manum aut vnā magnitudinem. Vnde sequitur ꝙ ipsum vnum quod est prima mensura, sit principiū numeri ſm ꝙ est numerus. Deinde cum dicit.

Hinc & in cæteris mensura dicitur id quo primo vnūquodq; cognoscitur. Atq; mensura vniuscuiusq; est vna in longitudine, in latitudine, in pfunditate, in celeritate. Pondus enim atq; celeritas cōmune est in contrarijs. Duplex est enim ipſorum vtrūq;, velut pondus est, & quod quātumuis habet momentū, & quod exceſſus habet momenti. Et celeritas item, & quæ quantūuis habet motū, & quæ motus habet exceſſum. Est enim quędam & ipſius tardi celeritas, & pondus etiam leuioris.

K

Tex. cō. 3. parte. 3.

Hinc autē & in aliis dicit metrū, quo primo vnūquodq; cognoscitur. Et metrū, id est mensura vniuscuiusq; vnu, in longitudine, in latitudine, in profunditate, in grauitate & velocitate. Grauitas enim & velocitas cōmune est in cōtrarijs. Duplex enim eorum vtrūq;. Vt graue, & quod est vt quantamcunq; habēs inclinationem, & quod est habēs exceſſum inclinationis. Et velocitas, & quātumcunq; motus habens, & exceſſum motus. Est enim velocitas quædā & tardi, & grauitas leuioris.

L Quale sit mensura a quantitate differeta ad alias ſpēs deriuetur.

Ostendit qūo deriuetur in alias ſpēs quātitatis, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit ad quas ſpecies quantitatis deriuetur dicēs, ꝙ hinc. ſ. ex numero & vno quod est principium numeri dicitur mensura in aljs quātitatibus, id. ſ. quo primo cognoscitur vnūquodq; eorū. Et id quod est mensura cuiuslibet generis quantitatis, dicitur vnū in illo genere. Et hoc exemplificat in tribus generibus. ſ. in dimēſionibus quæ sunt. ſ. lōgitudo, & latitudo, & profunditas. Et in ponderibus, in hoc ꝙ dicit, in grauitate. Et in motibus, in hoc ꝙ dicit, in velocitate, quod referatur ad mensuram temporis. Et de dimēſionibus quidem nulli dubium erat quin quantitates eſſent, & ꝙ proprie eis primo competeret mensurari. Sed de grauitate & velocitate poterat eſſe dubium, eo ꝙ magis videnť eſſe qualitates q̄ quantitates. Et ideo dicit, qūo pertinent ad genus quantitatis, & qūo competit eis mensurari dicēs, ꝙ grauitas & velocitas habent aliquid cōe in contrarijs, quia. ſ. in vno contrariorū inuenitur alterum. Nā graue est aliquo modo leue, & ecōuerſo: & velox est aliquo modo tardum. Vtrūq; enim eorum est duplex. Sicut graue, vno modo dicitur abſolute. ſ. quod habet inclinationē, vt feratur ad medium ſine hoc ꝙ conſideret quantum habeat de tali inclinatione. Et ſic non pertinet ad genus quātitatis, nec cōpetit ei mensurari. Alio modo dicitur graue per cōparationem ad aliud. ſ. ꝙ excedit alterum in inclinatione prędicta, vt. ſ. dicamus ꝙ terra est grauis in cōparatione ad aquā, & plumbum in comparatione ad lignum. Sic igitur rōne huius exceſſus, inuenié aliqua rō quātitatis & mensuræ. Et ſimiliter velox dicitur dupliciter. Vno modo abſolute. ſ. quod habet motū quēcunq;. Et alio modo quod habet exceſſum motus. Et vno modo cōperit ſibi rō quantitatis & mensuræ. Alio modo tion. Et vt exponat quod dixerat de conditione grauitatis & velocitatis in contrarijs, ſubdit ꝙ in ipſo tardo inuenié velocitas, inquantū id quod est ſimpliciter & abſolute tardum, per exceſſum ſe habet ad tardiora. Et ſimiliter grauitas inuenitur in leui, ſicut aer est leuis ad terram, & grauis ad ignem comparatus.

In his autem vniuerſis, mensura atq; principium, vnū quid est & indiuiſibile. Nā & in lineis, ipſa pedali, vt indiuidua vti ſolent. Vbiq; enim vnum quid ipſum mensurā atq; indiuiſibile quærunt. Hocautē ſimplex, aut qualitate, aut quātitate est ſimplex. Vbi igitur fieri nō poſſe videtur, vt auferatur quicquā, aut addatur, hoc est exacta mensura. Idcirco numeri mensura est exactiſsima. Quippe cum vnitatē diffinientes, indiuiſibilem eſſe penitus dicant. In cæteris autē tale per imitationē ſumunt. In paſſu nanq; ac libra ſemperq; in maiore magis latere poteſt, ſi quippiam ablatum atq; additū fuerit q̄ in minore. Quare a quo primo id fieri ſenſu non poſſe putāt, id oēs & humidorū & ſiccorum menſuram, & ponderis ac magnitudinis faciunt. Atq; quantū ipſum ſcire tunc arbitrant, quādo per menſuram hanc ſciunt.

N

O

apparte. 4.

In omnibus autem his, metrum, id est mensura & principiū vnum aliquid & indiuiſibile. Quoniā & in lineis vtimur quaſi idiuiſibili, pedali vbiq;. Nāq; metrum vnū aliquid quærunt & indiuiſibile. Hoc autē aut ſimpliciter, aut quali, aut quanto. Vbicunq; quidē igitur videť non eſſe auferre, aut addere, hoc est certum metrum. Quapropter numerus certiſsimum. Vnitatem enim ponunt omnino indiuiſibilē. In aliis vero imitantur tale. A ſtadio enim & talēto, & ſemper maiore, latebit vtiq; & additū aliquid & ablatum, magis q̄ a minore. Quare a quo primo ſm ſenſum non cōtingit, hoc omnes metrum faciunt, & humidorum, & ſiccorum, & grauitatis, & magnitudinis. Et tunc putant cognoſcere quantum, quando cognoſcunt per hoc metrum.

Alia sunt mensuri metrum.

P

Ostendit qualiter à numero deriuetur ratio mensuræ ad alia, & primo hoc manifeſtat ſimul in dimenſionibus & ponderibus. Secundo in velocitate motuū, ibi: ☾ Et motu ſimplici ☽ Dicit ergo primo, ꝙ hoc modo deriuat ratio mēſuræ à numero ad alias quātitates, ꝙ ſicut vnum quod est menſura numeri est indiuiſibile, ita in omnibus aljs generibus quātitatis aliquod vnum indiuiſibile est menſura & principium. Sicut in menſuratione linearum vtitur homines quaſi indiuiſibili, ☾ menſura pedali ☽ .i. vnius pedis. Vbiq; enim quæritur pro menſura aliquid indiuiſibile, quod est aliquod ſimplex vel ſm qualitatem, vel ſēm quantitatem. Sēm qualitatem quidem, vt album in coloribus, quod quodāmodo est menſura colorum, vt dicetur infra. Secundum quantitatem vero, vt vnitas in numero, & menſura pedalis in lineis. Aſsignat autē rationem quare menſuram oportet eſſe aliquid indiuiſibile, quia ſcilicet hoc est certa menſura, à qua non poteſt aliquid auferri vel addi. Et ideo vnum est menſura certiſsima, quia vnum quod est principium numeri est omnino indiuiſibile, nullamq; additionem aut ſubtractionē ſuſcipiens manet vnū. Sed menſuræ aliorum generum quantitatis imitantur hoc vnum quod est indiuiſibile, accipiētes aliquid minimum pro menſura ſēm ꝙ poſsibile est. Quia ſi acciperetur aliquid magnum, vtpote ſtadium in longitudinibus, & talēntum in ponderibus, lateret ſi aliquod modicum ſubtraheretur vel adderetur, & ſemper in maiori menſura hoc magis lateret q̄ in minori. Et ideo omnes accipiunt hoc pro menſura tam in humidis, vt est oleum & vinum: quàm in ſiccis, vt est granum & hordeum: quàm in ponderibus & dimenſionibus, quæ ſignificantur per graue & magnitudinem, quod primo inuenitur tale, vt ab eo non poſsit aliquid auferri ſenſibile vel addi, quod lateat. Et tunc putant ſe cognoſcere quantitatem rei certitudinaliter, quando cognoſcunt

Mensura habet rōnē indiuiſibilis. Tex. cō. 7.

Q

Mensura debet esse certa.

A do cognoſcunt per huiuſmodi menſuram minimā. Deinde cum dicit.

Motum quoq;, ſimplici motu, velociſsimoq; mēſurant. Breue enim hic tempus habet. Quapropter & in aſtrologia tale vnum principium est & menſura. Cæli nanq; motū vniformem eſſe celerrimumq; ſupponunt, quo cæteros iudicāt motus. Muſica etiā menſura est primus ſenſibilis ſonus, quia minimum est, & elementum item in voce. Atq; hæc omnia hoc pacto ſunt vnū, non vt cōmune quid ipſum vnum de iſtis dicatur, ſed vt est dictum.

Tex. cō. 4. Parte. 5.

B

Et motum ſimplici motu & velociſsimo. Paruiſsimum enim hoc habet tēpus. Quapropter in aſtrologia, tale vnum principium & metrū. Motū enim regularem ſupponūt, & velociſsimum eum qui cæli, ad quem alios iudicant. Et in muſica diеſis, quia minimum. Et in voce elementū. Et hæc omnia vnū aliquid, non ita vt cōmune aliquid quod vnum, ſed ſicut dictum est.

Motus sim. pfectionis est mensura omniū aliorū motuum.

Manifeſtat idem in velocitate motuum dicēs, ꝙ etiam motum mēſurant hoīes ☾ motu ſimplici ☽ .i. vniformi, & velociſsimo quod habet minimū de tpe. Et ideo in aſtrologia accipiunt tale principium ad menſurandum. Accipiunt enim motum ☾ primi cæli ☽ .ſ. motum diurnū, qui est regularis & velociſsimus, ad quē iudicant & menſurāt omnes alios motus. Et quia ex velocitate & tarditate motuum contingit grauitas & acuitas in ſonis, vt determinat in muſica, ſubdit exemplum de menſuratione ſonorum dicens, ꝙ in muſica prima menſura ☾ diеſis est ☽ .i. differentia duoꝝ ſemitonorum. Tonus enim diuiditur in duo ſemitonia inæqualia, vt muſica probat. Et ſimiliter in voce, menſura est elementum, quia etiā breuitas & lōgitudo vocis, velocitatem & tarditatem motus conſequitur. Omnes autem iſtæ menſuræ ſunt aliquid vnum, non ita ꝙ aliqua menſura ſit cōis omnibus, ſed quia quęlibet menſura in ſe est aliquid vnum, vt dictum eſt.

C

Non ſemper autem menſura una est numero, ſed interdum & plures: vt plurimi ſenſibiles ſoni duo, qui non auditum, ſed ad rationes accōmodantur, & voces plures qbus metimur. Diameter quoq; duabus mēſuris, & latus itidem, omnesq; magnitudines menſurantur. Sic ipſum igitur unum omnium est menſura, ꝓpterea ꝙ cognoſcimus ea ex quibus ſubſtantia cōſtat, diuidentes aut per quantitatē, aut per formam. Et idcirco ipſum vnū indiuiſibile est, quia primum ſingulorum indiuiſibile est. Non ſimiliter autē omne indiuiſibile est, ueluti pes atq; unitas, ſed aliud est penitus, aliud ad ſenſum indiuiſibile ſumi ſolet, ut iam antea diximus. Omne nanq; cōtinuum fortaſſe diuiſibile est.

D

Parte. 6.

Non ſemper autem numero unum metrum, uerum aliquādo plura, vt dieſes duæ, quæ non ſm auditum, ſed in rōnibus. Et uoces plures quibus menſuramus. Et diameter duobus menſuratur, & latus, & magnitudines omnes. Sic itaq; metrum omnium quod unum, qui cognoſcimus ex quibus est ſubſtantia, diuidentes aut ſm quātitatem, aut ſm ſpeciem. Et ideo quod unum, indiuiſibile, quia quod primū ſingulorum indiuiſibile. Non ſimiliter autem omne indiuiſibile, ut pes, & unitas. Sed hoc quidem oīno, illud uero indiuiſibile ad ſenſum uoluit, ſicut dictū est iam. Nā forſan oē cōtinuū est diuiſibile.

Post quā oſtendit Philoſophus vbi ſit primo vnum habens rōnem menſuræ, hic determinat quædā circa menſuras cōſideranda. Et est primum, ꝙ licet id quod est mēſura habeat rōnem vnius, inquantū accedit ad indiuiſibilitatem, non tū neceſsariū est vnū numero eſſe quod mēſurat. Sed aliqū plura ſunt menſurantia, ſicut in melodijs ☾ ſunt duæ dieſes ☽ .i. duo ſemitona. Sed propter paruitatē nō diſcernitur ſm auditum. Na ſenſus non percipit differētiam valde paruorum, ſed eoꝝ differentia percipitur ☾ in rōnibus ☽ .i. ſm diuerſas rōnes proportionum, quia ex diuerſis ꝓportionibus numeralibus cauſant. Similiter etiā voces quibus etiam menſuramus, plures ſunt. Quātitas enim vnius metri vel vnius pedis, mēſurāť ex diuerſis ſyllabis, quarū aliæ ſunt breues, & aliæ lōgæ. Similiter etiā est diameter circuli vel quadrati, & etiā latus quadrati, & quælibet magnitudo menſuraē duobus. Nō enim inueniť quātitas ignota niſi per duas quantitates notas. Hoc autē dicto cōcludit epilogādo, quæ ſupra dicta ſunt. ſ. ꝙ vnū est mēſura omniū. Cuius ratio est, quia vnū est, ad quod terminat diuiſio. Ea vero ex quibus est ſubſtantia uniuſcuiusq;, cognoſcunť per diuiſionē ſiue reſolutionē totius in cōponentia, ſiue ſint partes ſm quantitatē, ſiue ſint partes ſēm ſpēm, vt materia & forma, & elementa corporū mixtorū. Et ideo oporter id quod est per ſe vnum, eſſe indiuiſibile, cum ſit menſura qua cognoſcitur res, quia quod in ſingulis est primū in cōpoſitione & ultimum in reſolutionē, est indiuiſibile, & per hoc cognoſciť res, vt dictum est. Sed tū non ſimiliter in omnibus inueniť indiuiſibile, ſed quædam ſunt oīno indiuiſibilia, ſicut vnitas quæ est principiū numeri. Quædā vero nō ſunt omnino indiuiſibilia, ſed indiuiſibilia ſm ſenſum, ſm quod voluit autoritas inſtituētium tale aliquid pro menſura, ſicut menſura pedalis, quæ quidem indiuiſibilis est proportione, ſed nō natura. Nam oē continuum forſan diuiſibile est. Dicit autē forſan ꝓpter diſtinctionē quorundā ponentiū magnitudinē cōponi ex indiuiſibilibus, vel ꝙ magnitudines naturales non diuidunť in infinitū, ſed ſolę mathematicæ. Eſt. n. inuenire minimā carnē, vt tangit. j. Phyſi. Deinde cum dicit.

E Nō omnis mēſura est quid vnū numero.

F

G Tex. cō. 56

Semper autē menſura generis est eiuſdē. Magnitudinum enim magnitudo est (vt patet) mēſura, & ſingularum longitudinis longitudo, latitudinis latitudo, uocis uox item uocis, ponderis pondus, unitas unitatum. Sic enim dicere oportet, ſed non numerū dicere numeroꝝ eſſe menſurā. Oportebat tamen ſi ſimiliter mēſura est aſsignanda. Sed qui hoc cēſet, nō ſane ſimiliter cenſet. ſed perinde atq; ſi unitatū unitates menſuram, ſed non unitatem cenſeret. Numerum autem unitatum multitudinem eſſe conſtat.

Semper autē cognatum est metrum. Magnitudinum quidem enim magnitudo. Et ſm unūquodq;, longitudinis longitudo, & latitudinis latitudo, uocis uox, grauitatis grauitas, unitatū unitas. Sic enim oportet accipere. Sed non ꝙ numerorū, numerus. Et quidem oportebat ſi ſimiliter, ſed non ſimiliter dignificant, ſed ac ſi unitatum unitates dignificarēt metrum, ſed nō unitatem. Numerus autem, plura litas unitatum eſt.

parte. 7.

H

Mēſura est homogenes mēſurato.

Ponit ſēm quod conſiderandum est circa menſurā dicens, ☾ ꝙ metrū ☽ .i. mēſura ſemper debet eſſe cognatum, ſcilicet eiuſdem naturæ vel menſuræ cum mēſurato. Sicut menſura magnitudinum debet eſſe magnitudo, & nō ſufficit ꝙ cōueniat in natura cōi, ſicut oēs magnitudines cōueniunt. Sed oportet eſſe conuenientiā menſuræ ad menſuratum in natura ſpeciali ſm vnumquodq;, ſic ꝙ longitudinis ſit lōgitudo mēſura, latitudinis latitudo, vox vocis, & grauitas grauitatis, & vnitatū vnitas. Sic enim oportet

accipere

Universidad de Deusto
Biblioteca

accipere vt abſcȝ calumnia loquamur. Sed nō ꝙ numero rum menſura ſit numerus. Numerus autē nō habet rōnem menſuræ primæ, ſed vnitas. Et ſi vnitas menſura eſt ad ſignificandum conuenientiā inter menſurā & menſuratum, oportet dicere ꝙ vnitas ſit menſura vnitatum, & non numeroꝝ. Et tamen ſi rei veritas attēdaē, oportebit hoc etiā cōcedere ꝙ nūerus eſſet menſura numeroꝝ; aut etiā vnitas numerorū ſimiliter acciperet. Sed non ſimilr dignum videtur dicere vnitatē eſſe menſurā vnitatum, & numerū numeri, vel vnitatē numeri, propter differentiā quæ videtur eſſe inter vnitatē & numerū. Sed iſtā differentiā obſeruare, idē eſt ac ſi quis dignum diceret ꝙ vnitates eſſent mēſuræ vnitatum, ſed nō vnitas, quia vnitas differt ab vnitatibus vt ſingulariter ,latum ab his quę pluraliter proferunē. Et ſimilis ratio eſt de numero ad vnitatē, quia numerus nihil aliud eſt ꝙ pluralitas vnitatum. Vnde nihil aliud eſt dicere vnitatem eſſe menſuram numeri, ꝙ vnitatem eſſe menſuram vnitatum. Deinde cum dicit. K

Dicimus & ſcientiā ob idem ſenſumue rerū eſſe menſurā, quia aliqd per ipſa cognoſcimus. Nā menſurantur potius ꝙ menſurant. Verum id nobis accidit perinde atq; ſi alio nos metiente ipſi quanti ſumus ex eo cognoſcimus, quia cubitum totiēs nobis accōmodauit. Protagoras vero mēſuram omnium hominem eſſe dixit, perinde atq; ſi ſcientem aut ſentientē dixiſſet. Et hos propterea quod alter ſenſum, alter ſcientiam habet, quæ quidem ſubiectorū menſuras dicimus eſſe. Nihil itaq; egregium dicens, aliquid dicere videtur.

Text.cō.5. Parte.8. Et ſcientiam autem rerum metrū dicimus, & ſenſum propter idem, quia cognoſcimus aliquid ipſis. Sed menſurātur, magis ꝙ menſurant. Sed accidit nobis, veluti ſi alio nos mēſurante, cognoſcamus quāti ſumus, per cubitum ad tantū noſtri adiicere. Protagoras vero hominē ait oīum eſſe metrum, ac utiq; ſi ſcientē diceret aut ſentientē. Hos autē, quia habēt, hic quidē ſenſum, ille vero ſciētiā quæ dicimus eſſe metra eoꝝ quæ ſubiiciuntur. Nihil itaq; dicētes ſuperabundans, videntur aliquid dicere. L

Alia littera addicere.

Eſſe mēſurā cōpetit ſenſui & ſciētię ſm quandā ſimilitudinē M

Oſtendit qualiter menſura transfertur ad quędā ſecundum ſimilitudinem dicens, ꝙ cum dictum ſit ꝙ menſura eſt qua quantitas rei cognoſcitur, dicemus ſcientiam eſſe menſuram rerum ſcibilium, & ſenſum rerum ſenſibilium, quia ipſis aliquid cognoſcimus ſenſu. ſ. ſenſibilia, & ſcientia ſcibilia. Non tū eodē modo ſicut menſura. Nā per menſuram cognoſcit aliquid ſicut per principium cognoſcendi, per ſenſum autē & ſcientiā ſicut per potentiā cognitiuā, aut habitū cognoſcitiuū. Sic igitur per hanc ſimilitudinē dicunē menſuræ, quia ſm rei veritatē magis menſurātur, ꝙ menſurent. Non enim ꝙa nos aliquid ſentimus, aut ſcimus, ideo ſic eſt in rerum natura. Sed ꝙa ſic eſt in rerū natura, ideo vere aliquid ſcimus, aut ſentimus, vt dicitur. ix. Methe. Et ſic accidit nobis, ꝙ in ſentiēdo & ſciēdo ꝙ mēſuramur per res quæ extra nos ſunt. Nobis autē cognoſcentibus & mēſurātibus, ſicut aliquo alio nos menſurāte, cognoſcimus quāti ſumus in quātitate corporali per menſuram cubitalē applicatā nobis. Et ſic ſicut cubitus exterius appoſitus eſt menſura quātitatis corporalis noſtræ, ita res ſcitæ vel per ſenſum apprehēſæ, ſunt mēſuræ per quas pōt ſciri, vtrū vere cognoſcamus aliqd per ſenſum vel per intellectū. Si qua vero ſciētia eſt, quæ eſt cauſa rei ſcitę, oportet ꝙ ſit eius mēſura. Vt ſciētia artificis eſt menſura artificiatoꝝ, quia vnūquodq; artificiatū ſm hoc perfectū eſt, ꝙ attingit ad ſimilitudinē artis. Et hoc mō ſe habet ſcientia rei reſpectu oīum. Sed Protagoras dixit hoſtem eſſe mē ſuram oīum rerum inquantum eſt ſciens aut ſentiens, quia ſcientia & ſenſus ſunt mēſura ſubſtantiarum. ſ. ſenſibilium & ſcibilium. Dicebant enim Protagorici, vt in quarto habitū eſt, ꝙ res ſunt tales, quia ſic ſentimus eas, vel ſic opinamur in eis. Cum igitur nihil ſuperabundans vel magnū dicant, videnē tamen aliquid dicere, quia occulte inſinuāt quæ dicere volunt. Deinde cum dicit. N Text. 3.15

Eſſe igitur vnius, maxime eſſe per id nomē quod ſegregant menſurā quādam & propriiſsimam quātitatis, deinde etiā qualitatis dilucidum iam ex hiſce quæ diximus fuit. Erit autem tale aliud ſi quātitate, aliud ſi qualitate diuiſibile ſit. Quapropter vnum ipſum indiuiſibile eſt, aut ſimpliciter, aut vt rationem vnius ſubit.

Quod quidem igitur vni eſſe maxime eſt ſm nomen quod determinat metrum quoddā, & maxime quātitatis, deinde qualitatis, palam. Erit autem tale, hoc quidē ſi eſt indiuiſibile ſm quantitatē, illud aūt ſi ſm qualitatē. Propter quod indiuiſibile eſt quod vnum, aut ſimpliciter, aut inquantum vnum. Parte.9. O

Epilogat quæ dicta ſunt. ſ. ꝙ de ratione vnius eſt, ꝙ ſit menſura. Et hoc maxime ꝓprium eſt, prout eſt in quantitate, deinde in qualitate, & in aliis generibus, quia id quod eſt menſura, debet eſſe indiuiſibile, aut ſcdm quantitatem, aut ſcdm qualitatem. Et ita ſequitur ꝙ vnum ſit indiuiſibile, aut ſimpliciter, ſicut vnitas quæ eſt principiū numeri, aut ꝟ ſecundum quid ꝟ .i. inquantum eſt vnum, vt dictum eſt in aliis menſuris. Lectio. iij.

In ſubſtantia autem vtro modo ſeſe habet atq; natura, quærendum eſſe videtur, vt in dubitationibus olim tranſegerimus, quid nā eſt ipſum vnū, & quomodo de ipſo accipere oportet. Vtrum ſit ſubſtātia perinde atque Pythagorici prius dixerunt, & poſterius Plato: an natura potius ipſi quædam ſubiiciaē. Et quomodo notius oporteat dici, an vt ii dixerunt qui verſabantur circa naturam. Illorum enim quidā concordiam ipſum vnum, quidam aerem, quidā infinitum ipſum eſſe dicebant. P

Tex. cō. 6. Parte. 10. SEcundum ſubſtantiā vero & naturam quęrendum eſt vtro modo ſe habeat, quēadmodum in dubitationibus tractauimus, qd quod vnum eſt, & qūo oportet de eo ſuſcipere, vtrum velut ſubſtantia aliqua exiſtente ipſo vno, ſicut Pythagorici dicunt prius, & Plato poſterius: aut magis ſupponiē aliqua natura. Et qūo oportet notius dici & magis, ſicut q de natura. Illorū enim alius dixit amicitiā eſſe quidem vnum, alius aerem, alius infinitum. Q

Sermo de vno ſ. ſm ſubſtātiam ſuam.

POSTQVAM oſtēdit Philoſophus qūo vnum ſit in quantitate primum ſm quālibet rōnem menſuræ, & exinde ad alia genera deriuēt, nūc determinat de vno qualiter ſe habeat ad ſubſtantiā, vtrum. ſ. vnum ſit ipſa ſubſtātia rei, & diuiditur in tres partes. In prima mouet qōnem, & ponit opiniones diuerſas. In ſcda autē determinat veritatem, oſtendendo ꝙ vnum & ens nō ſunt ſubſtantia eoꝝ de quibus dicuntur, ibi: ☩ Si itaq; nullum, ☧ In tertia cōparat vnum ad ens, ibi: ☩ Quia vero idem ſignificant, ☧ Dicit ergo primo, ꝙ quia tam manifeſtū eſt qualiter vnū ſm ꝙ habet rōnem mēſurę ſe habet in quātitate, & in aliis generibus, quærendū eſt de vno qūo ſe habeat quantū pertinet ad ſubſtātias & naturas rerum. Quæ quidē dubitatio eſt mota ſuperius in. iij. lib. in quo motę ſunt qōnes diuerſæ. Eſt autē dubitatio vtrum hoc ipſm quod dicit vnū, ſit ſubſtantia

Parte. 5ę O

Dubitatio mota in tertio. Tex. cō. 11.

ſubſtantia aliqua & per ſe ſubſiſtens, vt dixerūt Pythagorici, et poſtea Platonici eos ſequētes: aut magis ei quod eſt vnum ſupponē quædā natura ſubſiſtēs, ſm quā notius & magis debet dici quid eſt quod dicit vnum. Et hoc ſuppoſuerunt naturales, quoꝝ vnus dixit amorē eſſe aliqd quod eſt vnū, ſicut Emped. qui ponebat quatuor principia materialia. ſ. quatuor elementa, quibus priora dicūt eſſe principia agentia, quę ipſe ponebat. ſ. amorē & odium. Inter q̄ præcellit amor inquantū perfectum & bonorū principiū. Vnde ſi id quod eſt primum principiū dicitur vnum, cōſequitur ſm opinionē eius, ꝙ amor ſit illud quod eſt vnū. Quod eſt conueniens inquantū amor vniſonem quandam iudicat amātis & amati. Alius vero. ſ. Diogenes ponēs aerem principium omnium rerum, dixit aerē eſſe id quod eſt vnum. Alius vero dixit infinitum eſſe id quod eſt vnum, ſicut Meliſſus, quia poſuit eſſe vnum ens infinitum & immobile, vt patet in primo Phyſi. Deinde cum dicit. A Opinio Pythagoricorū & Platonicorū de entitate vel ſubſtantia vnius. Opinio naturaliū antiquoꝝ de ſubſtantia vnius. Tex. 9. 15. & inde. B

Quod ſi nihil vniuerſalium ſubſtātia eſſe poteſt, vt in ſermonibus de ſubſtātia, & de eo quod eſt, iam diximus: neq; idipſum ſubſtantia. vt vnū quid præter ipſa multa eſſe poteſt. Eſt enim cōe. Sed vt prędicatum dūtaxat, neq; ipſum vnum tale eſſe poteſt. Id enim quod eſt, ipſumq; vnum, maxime de omnibus vniuerſaliter prædicantur. Quare neq; genera ipſa naturæ quædam, & ſubſtantiæ ſeparabiles ſunt a cæteris. Neq; ipſum vnū ob eaſdem cauſas genus eſſe poteſt, ob quas neq; id quod eſt, neque ipſa ſubſtantia eſſe poteſt. Parte. 2.

Si itaq; nullum vniuerſalium eſſe ſubſtantiam eſt poſsibile, ſicut in ſermonibus de ſubſtātia & de ente dictū eſt. Nec ipſum hoc ſubſtantia, niſi vnū aliquid præter multa, poſsibile eſt eſſe. Cōmune nāq;. Sed ſi vt prædicatum ſolum, palā ꝙ neq; ipm vnum. Nām ens & vnū vniuerſaliter prædicant de omnibus maxime. Quare nec genera naturæ quædā & ſubſtātiæ ſeparabiles ab aliis ſunt. Nec vnum genus contingit eſſe propter eaſdem cauſas, propter quas quidē nec ens, nec ſubſtantia. C

Determinat dubitationem. Tex. 9. 15. & inde. Nec ens nec vnum poſſe ſubſtā. nec ꝙ ſe eſt neq; ꝙ eſt cauſa & principiū. Tex. cō. 57 D

Determinat propoſitam qōnem dicens, ꝙ vnum nō eſt ſubſtantia ſubſiſtens, de qua dicitur ꝙ ſit vnū. Probat autem hoc dupliciter. Primo rōne. Secūdo ſimilitudine, ibi: ☩ Adhuc ſimiliter. ☧ Dicit ergo q̄ probatum eſt ſuperius in. vij. ſ. in quo agebat de ente, & præcipue de ſubſtātia, ꝙ nullum vniuerſalium eſſe poteſt ſubſtātia, quæ. ſ. per ſe ſit ſubſiſtens, quia omne vniuerſale cōe eſt multis. Nec poſsibile eſt vniuerſale eſſe ſubſtantiā ſubſiſtentē, quia ſic oporteret ꝙ eſſet vnū præter multa. Et ita non eſſet cōe, ſed eſſet quoddā ſingulare in ſe. Niſi forte diceretur cōe per modū cauſæ. Sed alia eſt cōitas vniuerſalis, & cauſæ. Nam cauſa non ꝓdicaē de ſuis effectibus, quia non eſt idē cā ſuiſpſius. Sed vniuerſale eſt cōe, quaſi aliquid prædicatū de multis. Et ſic oportet ꝙ aliquo modo ſit vnū in multis, & nō ſeorſum ſubſiſtēs ab eis. Sed oportet ens & vnū magis vniuerſaliter & cōiter de omnibus prædicari. Non ergo ſunt ipſa ſubſtantia ſubſiſtens, quæ dicitur ens vel vnum, ſicut Plato poſuit. Per hanc rōnem cōcluditur, ꝙ nulla genera ſunt aliquæ naturæ & ſubſtātiæ per ſe ſubſiſtentes, quaſi ſeparabiles ab aliis, de quibus dicuntur. Quod etiam ſuperius inter qōnes fuit dubitatum. Nec tamen hoc pro tanto dicitur, ꝙ vnum ſit genus. Eadem enim rōne vnum nō poteſt eſſe genus, quia nec ens, quia nec vniuoce prędicatur, & propter alia quæ ſuperius in tertio tacta ſunt. Et ex eadē ratione vnum & ens non poteſt eſſe ſubſtantia ſubſiſtens. Deinde cum dicit. Tex. 2.10. Tex. cō. 10

Prætereа rē in vniuerſis ſimiliter ſeſe habere neceſſe eſt. Id autē quod eſt, ipſumq; vnū, paribus modis dicunē. Quare cum in hiſce quæ qualia ſunt, ſit quod ipſum vnum & quædam natura, & in iis etiā quæ ſunt quāta, modo eodem, patet quærendū eſſe omnino quid nā ſit ipſum vnum: quēadmodum & quid id quod eſt, qppe cū non ſit ſatis naturā ipſius idipſum eſſe afferere. At vero eſt quidem ipſum vnū in coloribus color, vt albedo: ſi cæteri colores ex hac atq; nigredine fieri videntur. Nigredo vero priuatio eſt albedinis, quēadmodum & luminis tenebræ. Sunt enim hæ priuatio luminis. Quare ſi ea q̄ ſunt, eſſent colores: ea profecto quæ ſunt, numerus quidam eſſent. At quorum nam numerus? Nempe colorum, vt luce clarius extat, & ipſum vnū eſſet qd vnum, velut albedo. Pari modo ſi ea quæ ſunt, cauſata eſſent, numerus eſſent ꝓfecto. Senſibiliū tamē primorum ſonorū, ſed non numerus ipſorum eſſet ſubſtantia. Vnūq; ipſum aliquid eſſe ſubſtātia, cuius non ipſum vnum, ſed prius ſonus ſenſibilis eſſet. Similiter & ſi voces eſſent, numerus eſſent elementorum, & ipm vnum, elementum eſſet vocale. Si figuræ etiā rectis ex lineis cōſtantes eſſent, figurarū numerus eſſent, & ipm vnū triangulus eſſet. Eadem eſt & in cæteris generibus ratio. Quare ſi in affectibus, ſi in q̄litate, ſi in quantitate, ſi in motu, numeri ſunt vt quippiam vnum. Atq; numerus aliquorum eſt, & ipſum vnū, quid vnum, ſed non id eſt ipſius ſubſtantia: & in ſubſtātiis ꝓfecto rem ita ſeſe habere neceſſe eſt. Res enim eodem modo ſeſe habet in vniuerſis. Patet igitē ipſum vnum in omni genere quandam eſſe naturam, & rei nullius prorſus idipſum eſſe naturam. Sed vt in coloribus vnū ipſum, quærere colorem vnum oportet, ſic & ipſum in ſubſtantia vnū, ſubſtantiam vnam quærere oportet. E F G

Adhuc autē ſimiliter in omnibus neceſſe eſt ſe habere. Dicuntur autem æqualiter ens & vnū. Ergo qm̄in qualitatibus eſt aliquid quod unū & aliqua natura, & ſimiliter in quātis, palam quia & totaliter quærendū quid quod unū, quēadmodum & quid ens, tanquā non ſufficiēs qđ hoc ipſum, ipſius natura. At uero & in coloribus eſt aliquid quod color unus, puta albus. Deinde alii ex hoc & nigro videnē geniti. Nigrum uero priuatio albi eſt, ut lucis tenebra. Hæc enim eſt priuatio lucis. Quare ſi entia eſſent colores, eſſent utiq; numerus qdā entia. Sed quoꝝē palam utiq; quia colorum. Et ipſum vnum, eſſet utiq; aliquid unū, puta albū. Similr autem & ſi melodiæ eſſent, numerus utiq; eſſent, dieſum equidem. Sed nō numerus ſubſtantia ipſorum. Et ipſum vnum eſſet utiq; aliquid, cuius ſubſtantia nō ipſum vnum, ſed dieſis. Similiter autē & in ſonis, elementorum eſſent utiq; entia numerus, & ipſum unū elementū uocale. Et figuræ rectilineæ, figurarum utiq; eſſet numerus, & ipſum unum trigonum. Eadem autē ratio & in aliis generibus. Quare ſi quidē in paſſionibus, & in qualitatibus, & in quātitatibus, & in motu numeris exiſtentibus, & uno aliquo in omnibus: numerus eſt quorundā, & ipſum unum aliquid vnū, ſed non hoc ipſius ſubſtantia, & in ſubſtātiis neceſſe eſt ſimiliter ſe habere. Similr enim ſe habet in H Tex. cō. 7 Parte. 3.

omnibus.

oibus. Quod quidē igitur vnum in omni genere est qđ ꝙ natura, & nullius natura hoc ipsum quod vnū, palam. Sed sicut in coloribus colorem vnum quærendum ipsum quod vnum, sic etiam in substantia, substantiam vnam ipsum vnum.

Ostendit idē ex similitudine dicēs, ꝙ oportet ꝙ vnum similiter se habeat in oibus generibus, qꝫ ens & vnū equaliter de oibus generibus p̄dicanē. In oibus autē generibus quæritur aliqđ quod est vnū, quasi ipsa vnitas non sit ipsa natura quæ dicit vna, sicut patet in qualitatibus & quātitatibus. Vnde manifestū est, ꝙ in oibus generibus non est sufficiens dicere, ꝙ hoc ip̄m quod est vnū, sit natura ipsius quod vnū dicit, sed oportet quærere qđ est, quod est vnū Q. ens. Et ꝙ in qualitatibus & quātitatibus oporteat quærere quid est quod dicit vnum, manifestat per exempla, & primo in coloribus. Quærimus enim aliqđ quod est vnū, sicut albū quod est primū inter colores. Vnde si in quolibet genere est vnū id quod est primū, oportet ꝙ album sit vnū in genere coloꝝ, & quasi mensura aliorū colorū, quia vnusquisq; color tāto perfectior est, quāto magis accedit ad albū. Et ꝙ album sit primū in coloribus, ostendit, quia colores medij generanē ex albo, & nigro, & ita sunt posteriores. Nigrum etiā est posterius albo, qꝫ est priuatio albi, sicut tenebræ priuatio lucis. Non autē sic est intelligendū, & nigrum sit pura priuatio, sicut tenebræ, cum nigrum sit species coloris, & per cōsequens natura coloris in eo seruetur: sed qꝫ in nigro est minimū de luce, quæ facit colores. Et sic cōparatur ad album, sicut defectus lucis ad lucē. Et quia in coloribus quærit aliquid quod possit dici primū & vnū. s. album, manifestum est, ꝙ si omnia entia colores essent, haberent quidem aliquē numerum. Non tū ita ꝙ numerus esset ipse res subsistentes, sed esset numerus aliquarum rerū subsistentium. s. colorum. Et per cōsequens esset aliquid quod subijceretur ipsi vni. s. albū. Et similiter esset si oīa essent melodia, quia entia haberēt aliquē numerum, qui quidē esset numerus diesum siue tonoꝝ. Sed tū numerus nō est ipsa substātia entium. Et per cōsequēs oporteret quærere aliquid quod esset unum. s. quod est diesis. Non tū ita ꝙ ipsum vnū esset substātia. Et similr si oīa entia essent toni, esset quidē numerus entium, quia aliquoꝝ subiectoꝝ ipsi numero. s. ☩ elementoꝝ ☧ .i. literarum. Et per consequens litera vocalis quę est prima inter literas, cum sine ea cōsonantes sonū reddere non possint, essent vnū. Similr si oīa essent figuræ rectilineæ, numerus esset aliquoꝝ subiectorū. s. figurarum, & vnū esset triangulus, quæ est prima rectilinea figura. Oēs enim figuræ rectilineæ in triāgulum resoluunt. Et eadē ratio est in oibus generibus. Si igitur ita est ꝙ in oibus alijs generibus. s. passionibus, & qualitatibus, & quātitatibus, & in motu inuenitaē numerus & vnū, & numerus, & vnū non sunt substantia eoꝝ de quibus dicunē, sed numerus dicit de quibusdā substātijs, & sic vnū requirat aliquod subiectū quod dicat vnum, necesse est ꝙ similiter se habeat in substantiis, quia ens & vnū similiter p̄dicantur de oibus. Manifestum est igit ꝙ in quolibet genere est aliqua natura, de qua dicitur vnū, nō tū ita ꝙ ipm vnū sit ipsa natura, sed quia dicitur de ea. Et sicut in coloribus cum dicimus vnū, quærimus aliquē colorē qui dicatur vnum, sic in substātia cum dicimus vnū, necesse est quærere aliquā substantiam, de qua dicat ipsum vnum. Et hoc primo & principaliter dicit de eo, quod est primū in substantijs. Quod inquiret inferius, & per consequens de alijs generibus &c. Deinde cum dicit.

Idem aūt ipsum vnum quod id quod est, quodā modo significare patet, ex eo sane quia sequitur paribus modis prędicamenta, & nō est in vllo neq; in substātia, neq; in qualitate, sed perinde sese habet vt id quod est. Et idē ex eo quia nō insuper quicquam aliud prędicatur, cum dicitur homo ac vnus homo, sicut neq; ipsum esse quid est præter substantiā, vel quale, vel quantum. Neq; esse ipsum vnius est, præter ipsum vniuscuiusq; esse.

Quia vero idem significant aliqualiter vnum & ens, palam per assequi æqualiter categorias: & quia non sunt in nulla vna, vt neq; in qđ est, neq; in quale, sed simil'r se habet sicut ens. Et per hoc qđ vnus homo nō prędicat alterum aliquid ab hoīe, quēadmodum nec esse, præter quid, aut quale, aut quantum. Et vni esse, id quod vnicuiq; esse.

Quia eandē rōnem dixerat de ente & de vno, ostēdit ꝙ ens & vnū aliqualiter idē significant. Et dicit aliqualiter, quia ens & vnum sunt idem subiecto, differunt tm̄ sola ratione. Vnū enim addit in diuisionē supra ens. Dicit enim vnum, ens indiuisibile vel indiuisum. Ostēdit autem ꝙ significant idē tribus rōnibus, quarum prima est, ꝙ vnum consequit omnia alia p̄dicamenta, & nō est in aliquo vno p̄dicamento tm̄, neq; in substantia, neq; in quantitate, neq; in aliquo alio, sicut se habet & de ente. Secūo quia cum dicitur vnus hō non aliquā naturā aliā ab hoīe p̄dicat, sicut nec ip̄m qđ est ens p̄dicat aliā naturā à decē p̄dicamentis, quia si p̄dicaret aliā naturā, oporteret abire in infinitum, quia etiā illa natura dicetur vnum & ens. Et sic vnū vnicuiq; idem est. Et si ens de eis p̄dicaret aliam naturā, p̄cederetur in infinitum. Si autē non, pari rōne standum sunt in primo. Tertia ratio est, quia vnū quodq; dicitur vnum inquantū est ens. Vnde per dissolutionē, res ad nō esse redigunē. Videtur autē in hac determinatione Philosophus sibi cōtrarius esse. Nā primo dixit, ꝙ vnum & ens nō sunt substātia eorum de quibus dicuntur. Hic aūt dicit, ꝙ vnū & ens non p̄dicant aliquā aliā naturā ab his de quibus dicuntur. Sciendū est igitur ꝙ substātia dicitur dupliciter. Vno mō suppositum in genere substātiæ, quod dicit substātia prima & hypostasis, cuius ꝓprie est subsistere. Alio modo quodquidest, quod etiā dicit natura rei. Secūm ergo Platonis opinionē, cum vniuersalia essent res subsistentes significabāt substantiā non solum secūo modo, sed primo. Aristo. vero ꝓbat in. vij. ꝙ uniuersalia nō subsistūt. Vnde sequit ꝙ vniuersalia non sunt substantię primo modo, sed secūo modo tm̄. Propter quod dicitur in prędicamentis, ꝙ secūæ substantiæ quæ sunt genera & species, non significāt hoc aliqđ quod est substantia subsistens, sed ☩ significant quale quid ☧ .i. naturā quandā in genere substātiæ. Sic igit Philosophus supra ꝓbauit, ꝙ vnum & ens nō significant substantiā quæ est hoc aliquid, sed oportet quærere aliqđ quod sit vnū & ens. Sicut quærit aliquid quod sit hō vel animal, vt Socrat. vel Plat. Postmodum vero ostendit ꝙ significāt naturā eorū de qbus dicunē, & nō aliqđ additū sicut accidētia. In hoc. n. differūt cōia ab accidētibus, q̄ us vtrisq; sit cōe nō esse hoc aliqđ, qa cōia significant ipsam naturā suppositorū, non autē accidentia, sed aliquā naturā additā. Hoc autē non cōsiderans Auicē. posuit ꝙ vnū & ens sunt p̄dicata accidētalia, & ꝙ significant naturā additam supra ea de quibus dicunē. Deceptus enim fuit ex æquiuocatione vnius. Quod quidē ſm ꝙ est principiū numeri habens rōnē mēsuræ in genere quātitatis, significant quādam naturā additā his de qbus dicit, cū sit in genere accidentis. Sed vnū quod conuertit cum ente circuit oīa entia. Vnde nō significat aliquā naturā determinatā ad aliquod genus. Simil'r etiā deceptus est ex æquiuocatione entis. Nā ens quod significat cōpositionē, ꝓpositionis est p̄dicatum accidentale, qa cōpositio sit per intellectum ſm determinatum tp̄s. Esse autē in hoc tempore vel in illo, est accidentale p̄dicatum. Sed ens quod diuidit per decem prædicamenta, significat ipsas naturas decem generum ſm ꝙ sunt actu vel potentia. Lectio. iij.

Modis

Modis aūt ipsum vnum ac multa pluribus opponuntur, quorum vno modo ipsum vnum multitudoq; opponūtur, vt indiuisibile ac diuisibile. Quod est. n. aut diuisum, aut diuisibile, id multitudo dicitur quædam. Quod vero est indiuisibile, aut non diuisum, id dicitur vnum.

Opponuntur autem vnum & multa secundum plures modos. Quorum vno vnum multitudo, vt indiuisibile & diuisibile. Quod quidem enim diuisum aut diuisibile, multitudo quædam dicitur: indiuisibile vero, aut non diuisum, vnum.

POSTQVAM Philosophus determinauit de vno secundum se, hic determinat de vno per comparationem ad multitudinē, et diuiditur in partes duas. In prima determinat de vno & multitudine, & de his quæ ad ea cōsequūtur. In secunda determinat de contrarietate quæ inter vnū & multa inuenitur, eo ꝙ specialem difficultatē habeat consideratio eius. tbi ☩ Quontam aūt differre contingit abinuicem. ☧ Prima diuiditur in duas. In prima ostendit quomodo vnum opponitur multitudini. In secunda determinat de his quæ consequuntur ad vnum & multitudinē. ibi ☩ Est aūt vnius. ☧ Circa primū tria facit. Primo ostendit secundum quid accipienda sit oppositio quæ est inter vnū & multa dicens, ꝙ licet vnū & multa multis modis opponantur vt patet intra, eorum tamē vnus & principalior est secundū ꝙ vnum & multitudo opponūtur vt diuisibile et indiuisibile, qa hic oppōnis modus attenditur secundum propriā rationē vtriusq;. Ratio. n. multitudinis consistit in hoc qđ est esse diuisa ad inuicē, aut diuisibilia. Dicit aūt diuisa propter ea quæ actu a seinuicē separata sunt, & propter hoc multa dicitur. Diuisibilia aūt propter ea quæ nō sunt actu separata, sed appropinquāt separationi, sicut humida, vt aer, & aqua, & alia his similia, in quibus propter facilitatem diuisiōis, multitudinē dicimus. Dicitur. n. multa aqua & multus aer. Ratio vero vnius consistit in hoc, ꝙ est esse indiuisibile, aut nō esse diuisum. Dicitur. n. & cōtinuū vnū quia nō est actu diuisum, licet sit diuisibile. Secūo ibi.

Cū igitur oppositiones quatuor modis sumātur, & horū alterū vri priuatio dicat, erūt hęc profecto cōtraria, & neq; vt contradictoria, neq; vt relatiua.

Quoniam ergo quatuor modis oppositiones dicuntur, & horum secundum priuationem dicitur alterum, contraria vtiq; erunt: & neq; vt cōtradictio, neq; vt ad aliquid dicta.

Ostendit ad quod genus oppōnis prędictus modus oppōnis reducatur dicēs, ꝙ cum quatuor sint oppōnis genera, quorū vnum est oppō quæ dicitur ſm priuationē, manifestū est ꝙ vnū & multa nō opponūtur vt cōtradictio, neq; ad aliquid, quæ sunt duo genera oppositionis, sed opponuntur vt contraria. Et quidē ꝙ non opponantur secundum cōtradictionē manifestū est, quia neutrū eorū verificatur de nō ente. Nō ens. n. neq; vnū, neq; multa est. Oporteret aūt alteram partem cōtradictionis verificari tam de ente quam de non ente. Similiter etiā manifestū est, ꝙ non opponuntur vt ad aliquid dicta. Nam vnum & multitudo dicuntur absolute. Sed cum dixerit ꝙ vnum & multitudo opponūtur vt indiuisibile & diuisibile, quæ videntur opponi ſm priuationē & habitum, cōcludit tamen ꝙ vnum & multitudo opponūtur vt contraria. Oppositio. n. quæ est ſm priuationē & habitum, est principiū oppositionis quę est secūdum cōtrarietatē, vt infra patebit. Alterum. n. contrariorum semper est priuatio, sed non priuatio pura. Sic. n. nō participaret naturā generis, cum cōtraria sint eodem genere. Oportet igitur ꝙ vtrunq; contrariorū sit natura quędā, licet alterum eorū ꝓticipet naturam generis cū quodā defectu, sicut nigrū se habet ad albū, vt supra dictū est. Quia igitur vnum nō signāt priuationē puram, non. n. significat ipsam indiuisionē, sed ipsum ens indiuisum, manifestū est ꝙ vnū & multitudo nō opponuntur ſm priuationē purā & habitū, sed sicut contraria. Tertio ibi.

Dicitur autem ipsum vnum ac declaratur ex ipso suo cōtrario, ex diuisibili inquā indiuisibile, et propterea ꝙ multitudo magis sensibilis est, & diuisibile quam indiuisibile ipsum. Quare multitudo prius est ob sensum ipso indiuisibili ratione.

Dicitur aūt ex cōtrario, & ostenditur ipsum vnū ex diuisibili indiuisibile, propter magis sensibilem multitudinē esse, & diuisibile quā indiuisibile. Quare ratiōe prior multitudo idiuisibili ꝓpter sensum.

Respōdet tacite quæstioni. Quia. n. dixerat ꝙ vnū se habet ad multitudinē vt diuisibile ad indiuisibile, indiuisibile aūt videtur priuatio esse diuisibilis, cū priuatio sit posterior habitu & forma, videē sequi ꝙ vnū sit posterius multitudine, cū tamē supra dixerit ꝙ vnū est principiū multitudinis, ex quo cognoscitur. Ad huius igit obiectionis solutionē videndā cōsiderādū est, ꝙ ea quæ sunt priora secundū naturā & magis nota, sunt posteriora & minus nota quo ad nos, eo ꝙ rerum notitiā per sensum accipimus. Cōposita autem & confusa prius cadunt in sensu, vt dicitur in primo phys. Et inde est, ꝙ cōposita prius cadūt in nostrā cognitionē. Simpliciora aūt quę sunt priora & notiora ſm naturā, cadunt in cognitionē nostrā per posterius. Inde est ꝙ prima rerum principia nō diffinimus nisi per negatiōes posteriorum, sicut dicimus ꝙ pūctum est, cuius pars non est, & Deū cognoscimus per negatiōes, inquātum dicimus deū incorporeum esse, immobilē, infinitū. Sic igitur licet vnū prius ſm naturā sit multitudine, tamē secundū cognitionē nostrā diffinitur & nominatur ex priuatione diuisionis. Et propter hoc Philosophus dicit ꝙ ☩ ipsum vnū dicitur ☧ .i. nominat, ☩ & ostēditur ☧ .i. cognoscitur ex suo cōtrario, sicut indiuisibile ex diuisibili. Propter hoc ꝙ multitudo est magis sensibilis quam vnū, & diuisibile magis quam indiuisibile. Vnde multitudo, ratione prius est quā indiuisibile, nō quidē secundū ordinē naturæ, sed propter sensum qui est principium nostræ cognitionis. Sed contra ea quæ hic Philosophus determinat, duplex dubitatio consurgit. Prima quidē circa hoc quod dicit, ꝙ vnum & multa opponūtur vt cōtraria. Hoc. n. videtur impossibile, quia vnum cōstituit multitudinē. Vnū aūt cōtrariorum nō cōstituit aliud, sed magis destruit. Sciendū igitur est ꝙ cum cōtraria differant ſm formā, vt infra dicetur, cum dicimus aliqua esse contraria, accipiendū est vtrunq; eorū secundum ꝙ habet formā, nō autem secundū ꝙ est pars habētis formā. Corpus. n. ſm ꝙ absq; anima accipitur vt forma habens, opponitur animali, vt inanimatū animato. Secūdum vero ꝙ accipitur nō quasi aliquod perfectū & formatū nō opponitur animali, sed est pars materialis ipsius. Et sic etiā videmus in numeris. Nam binarius secundum ꝙ est quoddā totum, speciem & formā determinatā habēs est diuersum specie a ternario. Si vero consideretur absq; hoc ꝙ sit perfectū per formā, est pars ternarij. Sic igitur & ipsum vnū secundum ꝙ cōsideratur vt in se periectum, & speciem quandā habēs, opponitur multitudini, quia quod est vnum, nō est multa neq; ecōtra. Prout vero considerat'r, vt nō completū ſm ſpēm & formā, sic non opponitur multitudini, sed est pars eius. Secunda aūt dubitatio oritur circa hoc quod dicit, ꝙ multitudo est prior ratiōe quā vnū. Cum. n. vnū sit de ratione multitudinis, eo ꝙ multitudo nō est aliud quam aggregatio vnitatū, si ipsum vnū est posterius rōne quā multitudo, sequitur ꝙ in rōne vnius et multitudinis, est quidā circulus, ita ꝙ necesse sit per vnū

titudinem

Universidad de Deusto
Biblioteca

I titudine intelligi vnitatẽ,et ecõuerso. Circulus aũt in ratiõi bus terũ non suscipitur, quia esset idẽ eodem notius & minus notũ, quod est impossibile. Dicendum igit̃ q̃ nihil prohibet aliquid esse prius & posterius in eodẽ, ſm rationẽ ſm diuersa in eo cõsiderata. In multitudine. n. considerari potest, & q̃ multitudo est, & ipsa diuisio. Rõne igitur diuisionis prior est quam vnũ ſm rationẽ. Nã vnum est, quod nõ diuiditur. Secundum aũt q̃ est multitudo, posterius est vno ſm rõnem, cum multitudo dicat̃ aggregatio vnitatũ. Diuisio aũt quæ pręsupponitur ad rõnem vnius, ſm q̃ cõuertitur cum ente, nõ est diuisio quãtitatis continuæ, quæ præintelligit̃ vni quod est principiũ numeri. Sed est diuisio quã causat cõtradictio, prout hoc ens & illud, dicuntur diuisa, ex eo q̃ hoc nõ est illud. Sic ergo primo intellectu nostro cadit ens, & deinde diuisio, & post hoc vnũ quod diuisionẽ priuat, & vltimo multitudo quæ ex vnitatibus cõstituit. Nã licet ea quæ sunt diuisa, multa sint, nõ habent ĩ rõnẽ multorum, nisi postquã huic & illi attribuitur q̃ sit vnum. Quãuis etiã nihil prohiberet dici rõnẽ multitudinis depẽdere ex vno, ſm q̃ est mensurata per vnũ, quod iã ad rationem numeri pertinet. Deinde cum dicit.

Qõ aliquid sit altero prius & cõtra rationẽ.

K

Est autem ipsius quidem vnius, (vt & in diuisione contrariorum descripsimus) ipsum idem & simile atq; æquale. Multitudinis autem, ipsum diuersum & dissimile & inæquale.

Tex.c. 10. Parte.4.

Est aũt vnius quidẽ, (sicut & in diuisione contrariorum descripsimus) idem & simile & æquale. Pluralitatis vero, diuersum & dissimile & inæquale.

Vnius ac multitudinis partes, quę. Lect.9, &.10.

L

Determinat de his quæ causant̃ ex vno & multo, & circa hoc duo facit. Primo ponit ea quæ consequunt̃ vnũ & multa dicens, q̃ sicut superius in quinto dictum est, vbi diuisit siue distinxit quot modis dicãtur cõtraria, ad vnum consequitur idẽ & simile & æquale. Nã idẽ est vnũ in substantia, simile vnum in qualitate, æquale vero vnũ in quãtitate. Ad pluralitatẽ vero ptinent cõtraria horum. s. diuersum & dissimile & inæquale. Nã diuersa sunt quoꝝ nõ est substãtia vna, & dissimilia quæ nõ habẽt qualitatẽ vnã, & inæqualia quę non habent vnã quantitatẽ. Secundo ibi.

Atqui cũ multipliciter idẽ dicat̃, vno quidẽ modo numero interdũ dicimus ipsum. Alio vero modo, si & rõne sit & numero vnũ, veluti tu & forma & materia idẽ es, quod tu ipse & vnũ. Præterea si ratio primæ substantię vna sit, veluti lineæ rectæ æquales sunt eædem, & æqualia item quadrata: & tamen sunt plura, verum æqualitas in ipsis est vnitas.

parte.5.

M

Dicto vero eodem multipliciter, vno quidẽ modo ſm numerum, quod dicimus aliquando ipsum. Hoc aũt si rõne & numero vnum fiunt, vt tu tibiipsi & specie & materia vnum. Amplius aũt si ratio primæ substantiæ vna fuerit, vt æquales lineæ rectæ eadem & æqualia, & isagonia, & tetragonia, & etiam plura. Sed in his æqualitas vnitas.

Tractat de partib' vnius, & primo de identitate quę est ipsa,

Ostendit quot modis dicãt̃ prædicta, & circa hoc duo facit. Primo distinguit modos eoꝝ quæ consequuntur ad vnum. Secdo distinguit mõs eorum quæ cõsequuntur pluralitatem. ibi ¶ Quare palam q̃ diuersum & dissimile. ☞ Circa primum duo facit. Primo ostendit quot modis dicitur idem. Secdo quot modis dicitur simile. ibi ¶ Similia vero, & si nõ sunt &c. ☞ Aequale vero nõ distinguit, quia non dicitur multipliciter, nisi forte ſm diuersas spẽs quãtitatis. Ponit ergo tres modos quibus dicitur idẽ. Cũ. n. idẽ sit vnum in substantia, substantia aũt dupliciter dicatur. s. ipsum suppositum, & natura siue spẽs, tripliciter dicitur idẽ. Vel ſm suppositum solum, vt hoc albũ, hoc musicum, si Socr. sit albus vel musicus. Vel solum per naturã suppositi siue rõnem aut spẽm eius, sicut Socr. & Pla. sunt idẽ humanitate. Vel ſm vtrunq;, sicut Socr. est idẽ Socr. Hos igitur tres modos Philosophus assignãs dicit, q̃ cum idẽ multipliciter dicatur. Vno modo dicitur idem ſm numerum, quod aliquando dicimus ipsum, sicut si dicamus, Socr. est hõ, & ipsum est albũ. Cum. n. hoc pronomẽ ipsum sit relatiuũ, relatiuũ aũt idẽ suppositũ referat, vbicunq; ponit̃ hoc quod dico ipsum, designat̃ q̃ sit idẽ suppositum numero. Alio modo dicitur idem si fuerit vnũ, non solum vnitate suppositi, vt hoc lignum, & hoc albũ: sed simul rõne & numero, vt tu tibiipsi es idẽ & specie & materia: vt materia referatur ad suppositũ quæ est indiuiduatiõis principium, & species pro natura suppositi accipiat̃. Tertio modo dicitur idẽ quando ¢ ratio primæ substantæ ☞. i. suppositi est vna, licet suppositũ nõ sit vnum. Et hoc est idẽ specie vel genere, sed non numero. Ponit aũt exẽplum in quantitatibus ſm opinionẽ, eoꝝ qui ponebãt quantitates esse substantias rerum, ſm quã quidem opinionem plures lineæ rectæ sunt sicut plura supposita in genere substantiæ, mẽsura aũt lineæ est sicut species eius. Vnde multæ lineæ rectæ æquales, sunt vnum ſm hãc põnem, sicut diuersa supposita sunt vnum quæ cõicant in vna ratione speciei. Et quia mathematici vtuntur lineis in abstractiõe, apud eos plures lineæ æquales rectæ accipiunt̃ vt vna. Et similiter plura ¢ tetragona ☞. s. figuræ quatuor angulorꝝ quæ sunt æqualia quantitate, & sunt ¢ isagona ☞. i. æqualium angulorum, accipiuntur vt idem. Et æqualitas in eis est quasi vnitas ſm rationem speciei. Deinde cum dicit.

Tex.c. 10. Parte.4.

N

O

P

Q

Similia vero dicuntur, si non simpliciter quidẽ eadem sint, neq; substantia nõ differãt subiecta, sint tamẽ eadẽ forma: vt quadratũ maius, simile est minori: & inæquales etiã lineæ. Hę nãq; similes quidẽ sunt, eędẽ aũt absolute nõ sunt. Quædã etiam si eandẽ habeãt formã, in quibus intẽtio fit atq; remissio, & non magis neq; minus talia sint similia sane dicũtur. Quædam insuper si affectus quidẽ sit idẽ vnusq; specie, magis autem minusue talia sint, vel ut alba, similia dicuntur esse, propterea quod ipsorum forma est vna. Sũt & quæ similia dicuntur si plura eadem habeant quã diuersa, aut simpliciter, aut ea quæ sunt in prõptu: vt stannũ argẽto simile dicitur, aut ignis auro, quia ratione est flauus.

Tex. c. 1. parte.6.

Similia vero, si nõ eadẽ simpliciter entia, nec ſm substantiam in differentia subiectam, sed si ſm spẽm eadem sint. Vt maius tetragonum, minori simile: & inæquales rectę. Hæ nãq; similes quidem, eædem vero simpliciter non. Alia si eandem spẽm habentia in quibus maius & minus sit, nec maius sit nec minus. Alia si sit eadem passio & vna species, vt album, valde & minus similia dicuntur esse, quia vna species ipsorum. Alia si plura habẽt eadem qua altera, aut simpliciter, aut quæ in promptu, vt stannum argento, vel auro ignis, aut rubicundum & ruffum.

Similitudo quotuplex modis.

Ostendit quot modis dicitur simile, & ponit quatuor modos, quorum primus respondet tertio modo eius quod dicitur idem. Quia. n. idem est vnũ in substãtia, simile vero vnum in qualitate, oportet illud ſm quod dicitur simile, se habere ad id ſm quod dicitur idem, sicut se habet qualitas ab substantiam. Et quia vsus est equalitate quasi vnitate in substantia, vtitur figura & proportione quasi qualitate. Attendendum etiam q̃ cum qualitas & quantitas sundentur in substantia, vbi est vnitas substantiæ, sequitur q̃ sit vnitas quãtitatis & qualitatis: non tamen vnitas nomẽ aũt a quãtitate & qualitate, sed a principaliori. s. substãtia.

Et ideo

A Et ideo vbi est vnitas substantiæ, non dicitur similitudo vel æqualitas, sed idẽtitas tantũ. Ad similitudinẽ ergo vel æqualitatẽ requiritur diuersitas substãtiæ. Et propter hoc dicit q̃ similia dicũtur aliqua, licet non si sint simpliciter eadẽ ſm spẽm substãtiæ, & si non sint etiã in differẽtia ſm substantiã subiectã quæ dicitur suppositũ, sed sunt eadem ſm speciẽ aliquo modo, sicut maius tetragonũ dicitur esse simile minori tetragono, quãdo. s. anguli vnius sunt æquales angulis alterius, & latera æquales angulos continentia sunt proportionalia. Sic igitur patet q̃ hæc similitudo attenditur ſm vnitatem figuræ & proportionis. Et similiter multæ rectæ lineæ inæquales nõ sunt eædẽ simpliciter, licet sint similes. Potest aũt & hic considerari q̃ quando est vnitas ſm rõnem perfectã speciei, dicitur idẽtitas: quando aũt est vnitas nõ ſm totã rõnem speciei, dicitur similitudo. Vt si quis dicat q̃ ea quæ sunt vnũ genere, sunt similia:

B ea vero quæ sunt vnũ spẽ, sunt eadem, vt videntur innuere exẽpla posita. Nã lineas rectas æquales, & tetragona æqualia dixit habere idẽtitatem adinuicẽ, tetragona aũt inæqualia, & rectas lineas inæquales habere similitudinẽ. Sciẽs modus est si aliqua conueniunt in vna forma quæ nata sit suscipere magis & minus, & tamẽ participet illa forma sine magis & minus, sicut albedo recipit intensionem & remissionẽ. Vnde si aliqua sunt alba æqualiter sine magis & minus, dicũtur similia. Tertius modus est quando aliqua cõueniũt in vna forma aut passione, etiã ſm magis & minus, sicut magis albũ & minus albũ, dicuntur similia, quia est ¢ vna spẽs ☞. i. qualitas ipsorũ. Quartus modus est ſm q̃ aliqua dicũtur similia, non propter vnã qualitatem tantũ, sed cõsideratione multorum, vt dicãtur illa esse similia quæ in pluribus conueniunt quã differãt, vel simpliciter, vel quãtum ad ea quæ in prompta apparent. Sicut stannũ argento dicitur simile, quia in multis conueniunt.

C Et sic ignis auro, & crocus rubeo. Deinde cum dicit.

Quare patet diuersum quoque atq; dissimile pluribus dici modis. Atq; ipsum quidem aliud, & ipsum idem, oppositio modo se habent. Quapropter omne quodcũq; aut aliud est, aut idẽ. Illud autẽ dicitur, si materies & ratio nõ sit vna. Quocirca tu es & propinquus diuersus. Tertiũ vero vt ea quę in ipsis sunt mathematicis. Diuersum igit̃, aut idẽ propter hoc omne ad omne dicitur, q̃ vnũ atq; ens dicitur. Nõ. n. ipsius eiusdẽ est contradictio. Quapropter non dicitur in hisce quæ nõ sunt, ipsum vero nõ idẽ dicitur. De iis autẽ dicitur vniuersis quæ sunt. Aut. n. vnũ est aut nõ vnũ aptũ ens esse ac vnum. Diuersum igitur atq; idem hoc opponuntur pacto.

parte.7.

D

Quare palã q̃ diuersum et dissimile multipliciter dicitur. Et hoc quidem aliud oppositę & idem. Propter quod omne ad omne, aut idem aut aliud. Hoc autẽ si non & materia & ratio est vna. Quapropter & tu & propinquus diuersus. Tertium aũt vt quæ in mathematicis. Diuersum quidẽ igitur aut idẽ propter hoc omne ad omne dicitur, quæcunq; dicunt & vnum & ens. Non. n. contradictio est ipsius eiusdẽ, Quapropter non dicitur in nõ entibus. Non idem autẽ dicitur. In entibus vero omnibus dicitur. Aut. n. vnum, aut non vnum, aptũ natum & ens & vnum. Diuersum igitur & idem ita opponuntur.

Parte. seq. Determinat de pluribus modis diuersitatis, & primo 5 modos

Prosequitur de illis quæ cõsequuntur ad pluralitatẽ, & primo de dissimili & de diuerso. Secdo de differẽti. ibi ¢ Differentia vero & diuersitas &c. ☞ Dicit ergo primo q̃ quia idẽ & diuersum opponũt̃, & simile & dissimile: idẽ aũt & simile multipliciter dicunt̃, manifestũ est q̃ diuersum & dissimile multipliciter dicentur, quia. s. quando vnum oppositorum dicitur multipliciter, & relinquum, vt dicitur in primo topicorum. Omissa aũt multiplicitate dissimilis quia facile apparet qualiter modi eius accipiantur per oppositũ ad modos similis, ponit tres modos eius quod est diuersum. Quorũ primus est q̃ diuersum dicit̃ omne quod est aliud per oppositum ad idem. Sicut. n. idem dicebatur omne quod est ipsum, quod est relatiuum idẽtitatis, ita diuersum dicitur esse quod est aliud, quod est relatiuum diuersitatis. Et propter hoc vnũquodq; ad aliud comparatum, aut est idem aut diuersum. Alius modus est quãdo non est vna materia & vna ratio, sicut tu & propinquus tibi, diuersi estis. Tertius autem modus est, sicut in mathematicis, vt si dicantur lineæ inæquales diuersæ. Et quia diceret q̃ oẽ ad oẽ est idẽ aut diuersum, ne quis crederet hoc esse verum, tam in entibus quam in non entibus, remouet hoc dicens. Diuersum aut idem dicit̃ omne ad omne in his quæ dicũtur vnum & ens, non aũt in non entibus. Idem. n. & diuersum non opponuntur vt contradictoria, quorũ alterum necesse est verum esse de quolibet ente, aut non ente, sed opponuntur vt contraria, quæ non verificantur nisi de ente. Et ideo diuersum non dicitur de non entibus. Sed non idem, quod contradictorie opponitur eidem, dicitur etiam de non entibus. Sed in omnibus entibus dicitur idẽ aut diuersum. Omne. n. quod est ens & vnum in se, comparatum alteri, aut est vnum ei, & sic est idem, aut nõ vnum, aptum natum esse vnum, & sic est diuersum. Sic igitur diuersum & idem opponũntur. Si quis aũt obijciat q̃ diuersum & idem nõ sunt in omnibus entibus, cum idem sequatur vnitatem substantiæ, diuersitas aũtem substantiæ pluralitatem, dicendum est, q̃ quia substantia radix est aliorũ generum, illud quod est substantiæ, transfertur ad omnia alia genera, sicut de eo quod quid est. Philosophus dixit supra in septimo. Deinde cum dicit.

E

diffile, quę totiens dñr quotiẽs idẽ &cõtr. capitulo primo

Omne ens omni enti, aut idẽ est aut diuersum.

F

Differẽtia inter diuersum & nõ idem

Idem & diuersum p̃prie sunt in substantia, trãsumpte aut̃ in omnib' generibus.

G

Differẽtia vero & diuersitas aliud est. Diuersum. n. & id a quo est diuersum non est necesse aliquo diuersum. Omne. n. aut diuersum est, aut idẽ, q̃cquid sit ens. At id quod differt, ab aliquo sane differt, quare necesse est idem quid esse quo differunt. Hc aũt idẽ genus est aut spẽs. Omne. n. quod differt, a it genere, aut spẽ differt. At genere quidẽ differũt ea, materia quoꝝ nõ est cõis, neq; mutua generatio. Vt ea quorũ est alia prædicamẽti figura. Speciẽ aut ea quorum genus est idem. Genus vero dicit̃, quo ambo ea quæ differunt, idem per substantiam esse dicuntur. Quare contraria sunt differentiæ, & contrarietas est differentia quædam.

Tex.c.14.

H

Differẽtia vero & diuersitas aliud. Diuersum. n. a quo est diuersum nõ necesse aliquo esse diuersum. Omne nãq; diuersum aut idẽ quodcũq; est ens. Differens vero ab aliquo, aliquo differens. Quare necesse ipsum, idẽ aliqd esse, quo differũt. Hoc aũt ipsum idẽ genus aut spẽs. Omne nãq; differens, differt aut genere, aut specie. Genere quidẽ, quorũ non est cõis materia, nec generatio adinuicẽ, quorum cunq; alia figura categoriæ. Specie vero, quorum idem est genus. Dicitur autem genus, ſm quod ambo idem dicuntur, ſm substantiam differentia. Contraria vero differentia sunt, & contrarietas differentia quædam.

Tex.c.15.

Ostẽdit q̃ quo differat dñia et diuersitas dicẽs, q̃ aliud est dñia, aliud diuersitas. Duo. n. quorum vnũ est diuersum ab altero, nõ est necesse per aliquid esse diuersa. Possunt. n. esse

Tractat de differẽtijs est ꝑ multitudinis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuersa ſeipſis. Et hoc ex prædictis patet, quia quodcunq; ens alteri comparatum, aut eſt diuerſum, aut eſt idem. Sed quod eſt differens ab aliquo, oportet q̃ per aliquid ſit differens. Vnde neceſſe eſt, vt id quo differentia differunt, ſit aliquid idem in illis quæ non ſic differũt. Hoc autem quod eſt idẽ in pluribus, vel eſt genus, vel eſt ſpẽs. Vnde omne differens, differt aut genere aut ſpẽ. Genere quidẽ differunt, quorum non eſt communis materia. Dictum eſt. n. ſupra in octauo q̃ licet materia non ſit genus, tamẽ ab eo quod eſt materiale in re, ſumitur ratio generis. Sicut natura ſenſibilis eſt materialis in hoſe reſpectu rationis. Et ideo illud quod non communicat in natura ſenſibili cum hoſe, eſt alterius generis. Et quia ea quæ non cõueniunt in materia, non generãtur adinuicem, ſequitur ea genere eſſe diuerſa, quorũ non eſt generatio adinuicem. Quod etiam neceſſe fuit addere propter ea quæ non habent materiã, ſicut accidẽtia ſunt. Vt ſint genere diuerſa quæcunq; ſunt in diuerſis prædicamentis, vt linea & albedo, quorum vnum non fit ex alio. Specie vero differentia dicũtur, quorum eſt idẽ genus, & ſm formam differunt. Dicitur autem genus quod prædicatur de duobus ſpẽ differentibus, ſicut de hoſe & de equo. Contraria autem differunt, & contrarietas eſt differentia quædam. Deinde cum dicit.

Quos diffinguitur diuerſum & differens. Tex. cõ. 6.

K

Hoc autem bene a nobis eſſe ſuppoſitum, ex inductione patere poteſt. Omnia. n. differentia & eadem non ſolum diuerſa eſſe videntur, ſed quædam genere ſunt diuerſa, quædam ſunt in eadem prædicamenti ſerie collocata. Quare eodẽ in genere ſunt, & genere eadem ſunt. Definitum eſt autẽ alio in loco, quæ genere eadem ſunt aut diuerſa.

parte. 9.

L

Quod autem hoc bene ſupponimus, palam ex inductione. Omnia enim differentia, videntur eadem, & non ſolum diuerſa entia. Sed hæc quidem genere diuerſa, hæc autẽ in eadẽ coelementatiõe categorię, quare in eodẽ genere & in eadẽ ſpecie. Determinatũ autẽ eſt in aliis q̃ ſunt genere eadẽ, & quę diuerſa.

Quod dixerat de differentes, inductione declarat. Te. cõ. 13. & lect. 11.

Probat per inductionem quod dixerat de rõue differentiæ, quia omnia differentia videntur eſſe talia. ſ. q̃ non ſolũ ſunt diuerſa, ſed aliquo modo diuerſa, ſicut hęc quidẽ diuerſa ſunt genere. Hæc autẽ ſunt in eodem prædicamẽto & in eodem genere, ſed differunt ſpecie, & quædam ſunt eadem ſpẽ. Quæ aut ſunt genere eadem aut diuerſa, determinatum eſt in aliis, id eſt in quinto huius. Lectio. v.

M

parte. 1.

Quoniã autem fit vt ea quæ differunt, magis minuſue differant, & quædam ſane maxime differẽtia.

QVoniam autem differre contingit abinuicẽ differentia plus & minus, eſt aliqua maxima differentia.

Tractat de ꝓtrarietate quę eſt ſpecies differẽtię.

POSTQVAM Philoſophus determinauit de vno & multo, & de his quæ ad ea conſequuntur, quorum vnũ eſt contrarietas quæ eſt differentia quædã, vt dictum eſt, hic determinat de contrarietate, quia eius conſideratio ſpecialem habet difficultatem. Et diuiditur in partes duas. In prima oſtendit q̃ contrarietas eſt differentia maxima. In ſecũda inquirit, vtrum contraria differant genere, aut ſpẽ. ibi ¶ Diuerſum autem ſpẽ ab aliquo &c. ⊦ Prima diuiditur in duas. In prima determinat de contrarijs. In ſecũda de medijs. ibi ¶ Quoniam vero contrariorum conuenit &c. ⊦ Prima diuiditur in duas. In prima oſtẽdit naturã contrarietatis. In ſecũda mouet quaſdam dubõnes circa prædeterminata. ibi ¶ Quoniam aũt vnum vni contrariũ eſt. ⊦ Prima diuiditur in duas partes. In prima oſtendit quid ſit cõtrarietas. In ſecũda determinat de contrarietate per cõparationem ad alias ſpecies oppoſitionis. ibi ¶ Prima vero cõ-

Infra le. 7.

Lect. ſeq.

trarietas &c. ⊦ Circa primum duo facit. Primo oſtendit diffinitionẽ cõtrarietatis. Secũdo ad diffinitionẽ aſsignatam reducit oẽs alias diffõnes, quæ de cõtrarijs aſsignãtur. ibi ¶ Neceſſe eſt alios terminos &c. ⊦ Circa primũ duo facit. Primo ponit diffõnem cõtrarietatis. Secũdo ex diffinitione aſsignata quædã corollaria concludit. ibi ¶ At vero maximũ in vnoquoq; genere &c. ⊦ Circa primũ duo facit. Primo oſtendit aliquã eſſe differentiã maximã hoc modo. In quibuſcunq; eſt inuenire magis & minus, eſt inuenire maximũ, eum nõ ſit procedere in infinitũ. Sed contingit differre aliquid ab altero magis & minus, ergo & contingit aliqua duo maxime differre. Et ita eſt aliqua differẽtia maxima. Secundo ibi.

N

Inf. ger. 6.

Atq; hanc contrarietatem dico. Eſſe aũt hanc maximam differentiam, ex inductione patere poteſt. Etenim ea quidem quæ genere differunt, mutuam ad ſe viam non habẽt, ſed plurimum diſtant, & interſeſe comparabilia non ſunt. Ad generationes eorum quę ſpecie differunt, ex contrariis ſunt porro vt ex extremis. Extremorum vero diſtãtiam maximã eſſe conſtat, quare patet & contrariorum maximã eſſe.

O

Parte. 2.

Et hanc dico cõtrarietatẽ. Quia vero maxima eſt differentia, palam ex inductione. Genere nãq; differentia, non habẽt viã in inuicem, ſed diſtãt magis, & incõparabiliter. Differentibus vero ſpẽ, generationes ex contrariis ſunt vt vltimis. Vltimorũ vero diſtantia, maxima eſt. Quare & quæ contrariorum.

Cõtrarietas eſt differentia maxima differẽtiarum ſub vna diuiſibili ꝓpinqua.

P

Oſtendit q̃ contrarietas ſit maxima differẽtia per inductionem. Quæcunq; n. differũt, aut differunt genere, aut differunt ſpẽ. Illa aũt quæ differũt genere, non ſunt cõparabilia adinuicẽ, ſed magis diſtãt quam poſsit in eis accipi magis & minus differre. Hoc. n. accipitur in illis quoꝝ eſt trãſmutatio inuicem. Intelligitur. n. proceſſus quidam & via tranſmutationis de vno in aliud per hoc primo q̃ magis differunt, & poſtea minus, & ſic quouſq; vnum tranſmutatur in alterum. In illis autem quę differunt, genere, nõ eſt accipere huiuſmodi viã tranſmutationis vnius in alterũ. Vnde in eis nõ eſt accipere magis & minus differre, & per conſequens nec maxime differre, & ſic in differentibus genere non eſt maxima differentia. In illis vero quæ differũt ſpẽ, oportet maximã differẽtiam eſſe inter contraria, quia generationes mutuæ ſunt ex cõtrarijs ſicut ex vltimis. Generatur quidẽ medium ex extremo, aut econuerſo, aut etiã medium ex medio, vt pallidũ ex nigro vel ex rubeo, nõ tñ huiuſmodi generatiões ſunt ex duobus quaſi vltimis. Cũ. n. in generatione, ex nigro procedit pallidum, adhuc vlterius põt procedere ad aliqd magis differẽs. Sed cũ iã peruenerit ad albũ, nõ poteſt vlterius procedere ad aliquid magis differẽs a nigro. Et ſic ibi eſt ſtatus ſicut in vltio. Et propter hoc dicit q̃ gnõnes fiunt ex cõtrarijs ſicut ex vltimis. Sed manifeſtũ eſt q̃ diſtãtia vltimorũ ſemper eſt maxima. Relinquitur ergo q̃ inter ea quæ differũt ſpẽ, maxime differunt contraria. Cum aũt oſtendimus q̃ ea quæ differunt genere non dicũtur maxime differre, & tamẽ eſt aliqua maxima differentia, ſequitur q̃ contrarietas non ſit aliud quã maxima differentia. Deinde cum dicit.

Q

Atqui id quod eſt maximum in vnoquoq; genere, eſt perfectum. Maximum. n. id eſt, cuius non eſt exceſſus: & perfectum id, cuius ſumi quicquam extra nõ poteſt. Perfecta nãq; differentia finem habet, perinde atq; cætera propterea perfecta dicuntur, q̃ finem habent. Nihil autem eſt extra finẽ. Eſt. n. ipſe finis extremum in omnibus, atq; continet. Idcirco nihil eſt extra finem, neque vllius indiget ipſum perfectum. Contrarietatem igitur differentiam eſſe per

A

eſſe perfectam, ex hiſce patet. Cum aũt pluribus contraria modis dicantur, ſic & perfectum comitabitur, vt ipſius contrarietatis ratio competit.

Parte. 3.

Perfectum quid.

Finis.

At vero maximum in vnoquoq; genere perfectũ. Maximum enim, cuius non eſt exceſſus. Et perfectũ cuius non eſt adhuc extra ſumere aliquid poſsibile. Finẽ enim habet perfecta dria, ſicut & alia eo q̃ finẽ habeant dicũtur perfecta. Nihil aũt extra finem. Vltimũ autem in omni, & continet. Propter quod nihil extra finẽ, nec eget aliquo quod perfectũ. Quod quidem igitur contrarietas eſt differentia perfecta,

Parte. 3. Datur maxima dria. Vbi magis & minus maximũ.

Te. cõ. 14.

B

ex his palam. Multipliciter autem dictis contrariis, ſequetur q̃ perfecte, ita ſicut vtiq; quod eſt contrariis eſſe exiterit ipſis.

Primũ cor ollarij q̃ cõtrarietas eſt ꝓfecta differentia.

Maximũ quid.

Perfectum quid.

Finis quid.

Te. cõ. 15.

Inducit duo corollaria ex prẽmiſsis, quorũ primum eſt q̃ contrarietas ſit perfecta differentia. Quod ſic probatur. Maximum in vnoquoq; genere eſt idem quod perfectum eſt. Quod patet ex hoc q̃ maximum eſt quod non excedit̃, & perfectum eſt extra quod non poteſt aliquid ſumi. Et ſic eadem videtur eſſe differentia maximi & perfecti. Et q̃ perfectum ſit extra quod non poteſt aliquid ſumi, patet quia omnia dicũtur perfecta, eo q̃ deueniunt ad finem. Extra finem autem nihil eſt, quia finis eſt id quod eſt vltimũ in omni re, & quod continet rem. Vnde nihil eſt extra finem. Nec id quod perfectum eſt, indiget aliquo exteriori, ſed totum continetur ſub ſua perfectione. Et ſic patet q̃ perfecta differentia eſt quæ peruenit ad finem. Et ſic cum contrarietas ſit maxima differentia, vt probatum eſt, ſequit̃ q̃ ſit differentia perfecta. Sed quia contraria dicuntur multipliciter, vt poſtmodum dicetur, non omnia contraria dicuntur perfecte differentia. Sed ita conſequitur quilibet contraria perfecte differre, ſicut competit eis eſſe contraria, quibuſdam. ſ. primo, & quibuſdam ſecundario.

C

Quæ cum ita ſint, patet vni plura contraria eſſe non poſſe. Neq; enim extremo quicquam magis extremum eſſe poteſt, neq; vnius interualli plura ſunt duobus extrema.

Parte. 4.

His enim entibus, palam quod non contingit vni plura contraria eſſe. Nec enim vltimo vlterius. Et erit vtiq; aliquid. Nec diſtantiæ vnius, plura ſunt quam duo vltima.

Nõ ꝓtingit plura vni eſſe contraria.

Secundum corollarium ponit dicens, q̃ cum prędicta ſint vera, manifeſtum eſt quod non conuenit plura eſſe cõtraria vni. Quod quidem probat dupliciter. Primo quia

D

contrarietas eſt maxima & perfecta differentia quaſi vltimorum. Vnius autem diſtantiæ non poſſunt eſſe plura vltima quam duo. Sicut videmus q̃ vnius rectæ lineæ ſunt duo puncta extrema. Nec iterum vltimo eſt aliquid vlterius. Vnde impoſsibile eſt ſi contrarietas eſt vna diſtãtia, q̃ vni contrariorum contrarientur aliqua duo quaſi vltima. Nec q̃ vnum contrarietur magis, & alterum minus, quia id quod contrariaretur minus, non eſſet vltimum, ſed aliquid haberet vlterius.

Parte. 5.

Oĩnoq; ſi contrarietas qdẽ eſt differẽtia, duoꝝ vero eſt dria, perfecta quoq; dria duorũ erit profecto. Totaliter autem ſi eſt contrarietas differentia. Differentia vero duorum. Quare & perfecta.

Probat idem alio modo dicens. q̃ contrarietas eſt differentia quædam. Omnis autem differentia eſt aliquorũ duorum. Vnde & perfecta differẽtia eſt duorum. Et ſic vnum vni tantum eſt contrarium. Deinde cum dicit.

At vero cæteras etiã cõtrariorũ diffõnes veras eſſe neceſſe eſt. Et enĩ perfecta dria plurimũ differt. Extra enim ea quę gñe differunt, nõ fit vt quicquã ſumat̃, neq; extra quæ ſpẽ differũt. Demonſtratũ eſt enim differẽtiã ad ea quæ ſunt extra genus nõ eſſe, horũ aũt hęc maxima eſt vt patuit. Et ea quæ plurimũ eodem in gñe differũt, cõtraria ſunt. Perfecta enim horum differentia maxima eſt. Et ea rurſus quæ in eodẽ ſuſceptiuo plurimũ dĩnt, cõtraria ſunt. Eſt enim eadẽ cõtrariorũ materies. Et ea inſup quæ ſub eadẽ potẽtia plimũ differũt. Scictia enim vna circa vnũ genus verſat̃, in quibus differẽtia perfecta maxima eſt.

E

Neceſſe aũt & alios terminos eſſe veros contrariorũ. Etenim plurimũ differt perfecta differentia. Genere autem differentibus nõ eſt magis extra accipere, his quæ ſpecie. Oſtenſum enim quia ad ea quæ ſunt extra genus, nõ eſt differẽtia. Horũ aũt hæc maxima. Et in eodẽ genere plurimum differentia cõtraria. Maxima nãq; differẽtia horum quæ perfecta. Et quæ in eodẽ ſuſceptiuo plurimũ differẽtia. Eadẽ enĩ eſt materia cõtrariis. Et quę ſub eadẽ potentia plurimũ differẽtia. Etenim ſcientia circa vnũ genus, quæ vna in quibus perfecta differentia maxima.

Parte. 6.

F

Oſtendit q̃ omnes diffinitiones de contrarijs datæ ſm prædictam diſſinitionẽ contrarietatis verificantur. Et ponit ¶ quatuor terminos ⊦ .i. diffinitiones contrariorum ab aliis aſsignatas, Quarum prima eſt q̃ contraria ſunt quæ plurimum differunt. Hoc enim verificat ſm prædicta, cũ contrarietas ſit perfecta differentia quæ facit plurimum differre. Manifeſtũ eſt enim ex prædictis q̃ in his quę differunt genere, nõ eſt accipere quid magis differens his, quæ differunt ſpecie, quia ad ea quæ ſunt extra genus, non eſt differentia, vt dictum eſt. Eorum vero quæ differunt ſpecie, maxima differentia eſt contrariorum. Et ſic ſequitur q̃ cõtraria ſunt quæ plurimum differunt. Scẽda diffinitio eſt, q̃ contraria ſunt quæ plurimũ differunt in eodem genere. Quæ etiam verificatur ſm prædicta, quia contrarietas eſt perfecta differẽtia. Maxima autem differẽtia eorũ quę ſunt in eodem genere eſt pefecta differẽtia. Vnde relinquitur q̃ contraria ſunt quæ plurimum differunt in eodem genere.

Quatuor diffinitiones datæ ab aliis de cõtrarietate reducit̃ ad ſdictã.

G

Tertia diffinitio eſt, q̃ contraria ſunt quæ plurimũ differunt in eodem ſuſceptibili. Quod etiã verificatur ex prædictis, quia eadem eſt materia contrariorum, cum ex inuicem generentur. Quarta diffinitio eſt q̃ contraria ſunt, quæ plrimũ differũt ¶ ſub eadem potẽtia ⊦ .i. arte vel ſcia. Nam ſcientia eſt potentia rõnalis, vt in nono dictũ eſt. Et hæc etiã diffinitio ex prædictis verificatur, quia vna ſcia eſt circa vnum genus. Cum igitur contraria ſint in eodem genere, oportet q̃ ſint ſub eadem potentia ſiue ſcientia. Et quia contrarietas eſt perfecta differentia in eodem genere, oportet q̃ contraria plurimum differant eorum quæ ſunt ſub eadem ſcientia. Lectio. vj.

Tex. c. 1. Lect. 2.

H

Atqui prima contrarietas habitus eſt priuatio, nõ tamen omnis. Multipliciter enim priuatio dicitur. Sed ea quæ eſt perfecta.

PRima vero contrarietas, habitus & priuatio eſt. Sed nõ omnis priuatio. Multipliciter enim priuatio. Sed quæcunq; perfecta fuerit.

Tex. c. 11. Parte. 1.

POSTQVAM Philoſophus diffinuit contrarietatem, hic comparat ipſam ad alias ſpecies oppoſitionis, & circa hoc duo facit. Primo proponit quod intendit. ſ. q̃ contrarietatis principiũ eſt oppoſitio priuationis & habitus. Secundo manifeſtat quod ſuppoſuerat. ibi ¶ Si ergo opponuntur &c. ⊦ Circa primum duo facit. Primo enim proponit quod principium contrarietatis eſt priuatio &

habitus dicens, ꝙ prima contrarietas est priuatio & habitus, quia scilicet in omni contrarietate priuatio & habitus includitur. Sed ne aliquis crederet ꝙ idem esset opponi ſm priuationem & habitum & ſm contrarietatem, subiũgitur ꝙ non omnis priuatio sit contrariũ, quia priuatio sicut in superioribus habitũ est, multipliciter dicitur. Aliquando enim quocunq; modo, si non habeat quod natum est habere dicitur esse priuatio. Sed talis priuatio nõ est cõtrarium, qa talis priuatio non ponit aliquã naturam oppositam habitui, licet supponat subiectum determinatũ. Sed priuatio dicitur esse contrarium, quæcunq; fuerit perfecta priuatio. Cum aũt priuatio ſm id quod est, nõ recipiat magis & minus, non potest dici perfecta priuatio nisi ratione alicuius naturę, quæ perfectã distantiam habeat ad habitũ. Sicut non omnis priuatio albi est contraria albo, sed priuatio magis distans ab albo, quã oportet fundari in aliqua natura eiusdẽ generis, maxime distante ab albo. Et ſm hoc dicimus ꝙ nigrum est contrariũ albo. Deinde cum dicit.

Cætera vero contraria per hæc ipsa dicentur, partim propterea ꝙ habent, partim ex eo quia faciunt aut sunt effectiua, partim quia sunt acceptiones aut abiectiones horum, aut aliorum contrariorum.

Alia autem contraria ſm hoc dicentur. Hoc quidem per habere. Alia vero per facere aut facta esse. Alia autem per acceptiones esse & abiectiones horũ, aut aliorum contrariorum.

Secundo ostẽdit qualiter ab ista prima cõtrarietate, alia contraria deriuentur, dicens, ꝙ alia cõtraria ⁊ dicuntur ſm hoc ϸ. ſm priuationem & habitum diuersimode. Quædam enim dicuntur contraria in eo ꝙ habẽt in se inclusam priuationem & habitum, sicut albũ & nigrum & calidum & frigidum. Alia per hoc ꝙ actu faciunt priuationem & habitum, sicut sunt calefaciens & infrigidans. Aut per hoc ꝙ sunt virtute actiua priuationis & habitus, sicut calefactiuum & infrigidatiuum. Alia vero per hoc ꝙ sunt acceptiones dictorum, sicut calefieri & infrigidari. Aut per hoc ꝙ sunt abiectiones eorum, sicut corruptio caliditatis & frigiditatis. Et nõ solum aliqua dicunt contraria per hoc, ꝙ dicunt dictas habitudines ad prima contraria, sed etiam per hoc ꝙ habent habitudines easdem ad contraria sequentia. Sicut si dicamus ꝙ ignis & aqua sunt contraria, quia habent calidum & frigidum, quæ etiam dicebantur contraria per hoc ꝙ includunt priuationẽ & habitum. Deinde cum dicit.

Si igitur oppões sunt, contradictio, priuatio, contrarietas, & relatio. Atq; harum prima est contradictio, & contradictionis nullum est medium, fit autẽ vt inter contraria sit aliquod medium, patet contradictionem idem atq; contrarietatem non esse.

Si ergo opponuntur contradictio, & priuatio, & contrarietas, & ad aliquid. Horum autẽ primũ contradictio. Contradictionis autem nihil est medium. Contrariorum autem contingit. Quod quidem nõ idem contradictio & contraria, palam.

Manifestat quod supposuerat. s. ꝙ prima cõtrarietas est priuatio & habitus, & hoc dupliciter. Primo per syllogismũ. Secundo per inductionẽ, ibi ⁊ Palã autem & per inductionẽ &c. ϸ Circa primũ duo facit. Primo ostendit ꝙ cõtrarietas non est contradictio dicens, ꝙ cum quatuor modis aliqua alicui opponantur. Vno modo vt contradictio, sicut sedens nõ sedenti. Alio modo vt priuatio, sicut cæcus videnti. Tertio modo vt contrarietas, sicut nigrum albo. Quarto modo ad aliquid, sicut filius patri. Inter ista quatuor genera oppositionis primũ est contradictio. Cuius ratio est, quia contradictio includitur in omnibus aliis tanquam prius & simplicius. Opposita enim ſm quodcunq; oppositionis genus impossibile est simul existere. Quod quidem contingit ex hoc, ꝙ alterum oppositorũ de sui ratione habet negõnẽ alterius. Sicut de ratione cæci est ꝙ sit non videns. Et de rõne nigri ꝙ non sit album. Et similiter de ratione filij est ꝙ non sit pater eius cuius est filius. Manifestum est autẽ ꝙ in contradictione non est aliquod medium. Necesse est enim aut affirmare aut negare, vt supra in quarto manifestum fuit. Contrariorum autem cõuenit esse mediũ. Et sic manifestum est ꝙ cõtrarietas & contradictio non sunt idem. Deinde cum dicit.

Priuatio vero quædam est cõtradictio. Aut enim id quod oino habere nequit, aut id quod nõ habet, aptum est tamen habere, priuatum est aut omnino, aut ex parte aliqua definitum. Iam enim multis hoc dicimus modis, vt in aliis locis distinximus. Quare priuatio quædam est contradictio, aut in potentia definita, aut comprehensa cum susceptiuo. Quocirca contradictionis quidem medium non est, priuationis autem alicuius est. Omne enim æquale est, aut non æquale. At non omne æquale est, aut inæquale: nisi in eo dũtaxat quod est susceptiuum æqualitatis.

Priuatio vero cõtradictio quædam est. Aut enim quod impossibile est totaliter habere. Aut si quod aptũ natũ habere non habeat, priuatũ est aut totaliter, aut aliqualiter determinatũ. Multipliciter enim iã hoc dicimus, sicut diuisum est a nobis in aliis. Ergo priuatio, quædam est contradictio, aut in potentia determinata, aut concepta cum susceptiuo. Quapropter contradictionis quidem non est medium. Sed priuationis alicuius est. Aequale nãq; aut non æquale omne. Aequale vero, aut inæquale non omne, nisi solum in susceptiuo æqualitatis.

Ostendit qualiter se habeat priuatio ad contradictionẽ, manifestans qualiter conueniant, & qualiter differant. Dicit ergo ꝙ priuatio est quædã contradictio. Dicitur enim priuatio vno modo, quando aliquid nõ habet quod nullo modo natum est habere, vt si diceremus ꝙ lapis nõ habet visum. Alio modo dicitur aliquid priuari, si non habeat quod natum est habere, sicut animal si nõ habeat visum. Et hoc dupliciter, vno modo qualitercunq; non habeat. Alio modo si non habeat cum aliqua determinatione, puta in tempore determinato, aut aliquo modo determinato, quia priuatio multipliciter dicit sicut supra habitũ est in quinto & nono. Ex his ergo patet ꝙ priuatio est quædã contradictio. Et quidem ꝙ sit cõtradictio patet ex hoc, ꝙ aliqd dicitur priuatũ ex hoc ꝙ non habet. Sed ꝙ non sit cõtradictio absoluta, sed cõtradictio quædã, patet ex hoc ꝙ cõtradictio de sui ratione nõ requirit neq; appitudinẽ, neq; etiã essentiã alicuius subiecti. Verificatur enim de ente & de nõ ente quocũq;. Dicimus enim ꝙ animal non videt & lignũ nõ videt, & ꝙ nõ ens nõ videt. Sed priuatio de necessitate regrit aliquod subiectũ, & quãdoq; etiã requirit aptitudinẽ in subiecto. Quod enim est oino nõ ens, nõ dicitur priuatũ. Et ideo dicit ꝙ priuatio aut est in determinata potentia. s. cũ aptitudine ad habitũ, aut saltẽ ⁊ cõcepta cũ susceptiuo ϸ .i. cũ subiecto, licet nõ habẽte aptitudinẽ ad habitũ. Sicut si dicamus vocẽ inuisibile, aut lapidem rẽ mortuã. Et ideo contradictio non potest habere medium, sed priuatio aliquo modo medium habet. Necesse est enim omne aut æquale aut non æquale esse, siue sit ens siue non ens. Sed nõ necesse est dici de omni ꝙ sit æquale aut inæquale, sed solum

solũ hoc necesse est in susceptiuo æqualitatis. Sic igit oppositio cõtradictionis omnino est immediata, oppositio vero priuationis est immediata in determinato susceptiuo, non autem est immediata simpliciter. Ex quo patet ꝙ contrarietas quę nata est habere medium, propinquior est priuationi quã contradictiõr. Nondum tamen habetur ꝙ priuatio sit contrarietas.

Quod si generatiões ex cõtrariis in materia fiũt, e forma aũt fiunt, formæq; habitu aut ex aliqua formæ priuatione, patet omnem quidem contrarietatem priuationem quandam esse.

Si itaq; generatiões ipsi materiæ ex cõtrariis fiũt, quia aut ex specie, & ex speciei habitu, aut priuatione aliqua speciei & formæ: palam quia contrarietas priuatio quædam vtiq; erit omnis.

Restat tertio ostendendum ꝙ contrarietas sit priuatio, & circa hoc duo facit. Primo ostendit per syllogismum ꝙ contrarietas sit priuatio hoc modo. Omne illud ex quo fit generatio, aut est spẽs siue quicunq; habitus spẽi, aut est priuatio spẽi siue cuiuscunq; formę. Omne quidem dicit, quia est duplex generatio. Generatur enim aliquid simpliciter in genere substantię, & ſm quid in genere accidentiũ. Generationes enim sunt ex contrarijs in materia. Manifestum est ergo ꝙ omnis contrarietas est aliqua priuatio. Si enim alterum extremorum in qualibet generatione est priuatio, & vtrũq; contrariorum est extremum gñationis, quia contraria generantur ex inuicem, sicut album ex nigro, & nigrum ex albo, necesse est ꝙ semper alterum contrariorum sit priuatio.

Priuationem aũt non oẽm fortasse contrarietatẽ esse. Et causa est in promptu. Fit enim vt id quod caret, multipliciter sit priuatũ. Ea nãq; contraria sunt, e quibus extremis mutationes fieri solent.

Priuatio vero non ois forsan contrarietas. Causa vero quia multipliciter cõtingit priuari priuatum. Ex qbus enim permutationes extremis contraria.

Ostendit ꝙ non omnis priuatio est contrarietas, quod etiam supra dixerat, dicens: Non omnis priuatio est cõtrarietas. Et causa huius est, quia priuatiũ contingit multipliciter priuari. Quocũq; enim mõ id quod natũ est habere aliquã formã, nõ habeat illã, dici põt esse priuatiũ, siue sit in dispõe propinqua ad formã illã, siue remota. Sed cõtrariũ est semper in dispõe remota, quia cõtraria sunt ex quibus fiũt permutationes sicut ex extremis. Vnde supra dictum est, ꝙ sunt maxime distantia. Aliquid enim priuari dicitur albedine si nõ sit album, siue sit pallidum, siue quocũq; alio colore coloratum. Sed non ideo dicitur esse contrariũ, nisi quando est maxime distans ab albo. s. quando est nigrum. Vnde manifestum est ꝙ non ois priuatio est contrarietas. Ex hoc etiam apparet ꝙ cum priuatio nihil aliud requirat nisi absentiam formæ, supposita tantũ habitudine in subiecto, sine hoc ꝙ determinet aliquam dispositionẽ in subiecto, per quã subiectum sit propinquum formæ vel distãs ab ea, ꝙ priuatio non significat aliquam naturam in subiecto, sed presupponit subiectum cum aptitudine. Contrarium vero requirit determinatam dispõnem subiecti, ſm quam maxime differat a forma. Vnde de necessitate aliquã naturam significat in subiecto, quæ est eiusdem generis cũ forma absente, sicut nigrum est in genere albi. Considerandum est etiam ꝙ est duplex priuatio, quædam quæ habet immediatum ordinem ad subiectum formæ, sicut tenebra habet immediatũ ordinẽ ad diaphanũ. Et inter huiusmodi priuationem & formã oppositã est mutua trãsmutatio. Aer enim de lucido fit tenebrosus, & de tenebroso fit lucidus. Quædam autem priuatio est quæ non comparatur ad subiectum formæ nisi mediante forma, cum sit vt quædã corruptio eius, sicut cæcitas est corruptio visus, mors est corruptio vitæ. Et in talibus non est mutua conuersio, sicut supra in nono habitum est. Cũ igitur hic ostendit contrarietatem esse priuationem ex mutua trãsmutatione, quæ est in contrarijs & priuatione & forma, manifestum est ꝙ non dicitur ista esse contrarietas quæ est corruptio formę, sed quę habet immediatum ordinẽ ad subiectum formæ. Et sic cessat illa obiectio quæ ponitur in prędicamentis, ꝙ a priuatione ad habitum non fit reuersio. Contraria autem trãsmutantur inuicem. Deinde cum dicit.

Patet etiam ꝑ inductionẽ. Omnis enim cõtrarietas alterius contrariorũ priuationẽ habet, sed nõ oia similiter carẽt. Inęqualitas enim æqualitatis, dissimilitudo similitudinis, vitiũ virtutis ꝓuatio est, vt patet.

Palã aũt & per inductionẽ. Omnis enim contrarietas habet priuationem alterius contrariorũ. Sed nõ similiter omnia. Nam inęqualitas ęqualitatis, & dissimilitudo similitudinis, & malitia virtutis.

Ostendit per inductionem ꝙ contrarietas sit priuatio, & hoc dupliciter. Primo inducendo in singulis contrarijs. Secũdo reducẽdo ad prima contraria, ibi ⁊ Sufficit aũt & si prima &c. ϸ Circa primũ duo facit. Primo ostendit per inductionẽ ꝙ contrarietas sit priuatio dicens, ꝙ hoc quod supra rõne syllogistica ostensum est, palã est etiam per inductionẽ. Quia omnis contrarietas inuenitur habere priuationem alterius contrariorum. Semper enim duorum contrariorum vnum est defectiuum respectu alterius. Sed tamen non in omnibus contrarijs similiter inuenitur vnum priuatio alterius, vt infra dicetur. Et ꝙ vnum contrariorũ sit priuatio alterius ex hoc apparet, quia inæqualitas est priuatio æqualitatis, & dissimilitudo si multitudinis, & malitia virtutis. Deinde cum dicit.

Differt aũt vti diximus. Aliud enim priuatũ dicitur, si solum careat. Aliud si quando aptũ est habere nõ habeat, vt in ætate aliqua, aut in aliquo, aut præcipuo, aut oino. Quocirca quorundam est medium. Aut neq; bonus homo est, neq; malus. Quorundã nõ est, sed sit aut par, aut impar necesse est. Præterea sunt quæ definitum subiectum habent, sunt quæ nõ habent. Quare per priuationem semper contrariorum alterum dici patet.

Differt aũt vt dictum est. Hoc quidem enim si solum sit priuatũ, hoc aũt si est, aut quãdo, aut in quo, vt si certe ætate aliqua, aut principali, aut omnino. Quapropter horum quidem medium est, sed neq; bonus homo neq; malus. Aliorum vero non est, sed necesse esse aut parem, aut imparem. Amplius alia quidẽ habẽt subiectum determinatũ, alia autem nõ. Quare palam quia semper alterum contrariorum dicitur ſm priuationem.

Ostendit ꝙ diuersimode vnum contrariorum est priuatio alterius. Hoc enim contingit secundum diuersam rationem priuationis. Quæ quidem diuersitas attenditur dupliciter. Vno modo ex hoc ꝙ priuatio potest dici, vel quia solum aliquod priuatum est modo quocunq;. Vel quia est priuatum in aliquo tempore determinato, vel in aliqua parte determinata. In tempore quidem determinato, sicut si sit priuatum in aliqua ætate. In parte autem determinata, sicut si sit priuatum in aliqua parte principali. Aut ⁊ etiam in omni ϸ .i. in toto. Dicitur enim aliquis insensatus, si in ætate perfecta discretione careat, non autem in

I puerili ætate. Eo similiter aliquis nudus, non si aliqua pars eius non sit recta, sed si plures aut principales partes intectæ remaneant. Et propter istam diuersitatem priuationis quæ in cõtrarietate includitur, cõtingit q̃ quorundã contrariorum est medium, & quorundã non. Inter bonũ enim et malum medium est. Est enim aliquis hõ neq; bonus neq; malus. Dicitur enim bonus hõ ſm virtutẽ. Nam virtus est quæ bonũ facit habentẽ. Non aũt omnis qui caret virtute malus est. Nam puer caret virtute, & tñ non dicitur malus. Sed si in etate, in qua debet hẽc virtutem nõ habeat, malus dicitur. Vel etiã si aliqs virtute careat quantum ad aliquos actus minimos, & quasi indifferentes ad vitã, non dicit malus, sed solum si careat virtute quantum ad actus principales & necessarios ad vitam. Sed par & impar in nũeris non habent mediũ, quia numerus dicitur impar ex hoc q̃ quocunq; modo caret paritate. Alia vero diuersitas priuationis est, q̃ priuatio quædam determinat sibi subiectum, quædam vero non. Dictum est enim supra q̃ id quod caret aliquo, etiam si nõ natum sit habere, q̃nq; dicitur priuatum. Ex hac aũt diuersitate priuationis potest cõtingere in aliquibus contrarijs, q̃ habeant medium vel non habeant, sicut si dicamus, q̃ cũ homo dicat̃ bonus ſm virtutes politicas, si malum quod includit priuationem boni requirat determinatum subiectum, ruiticus q̃ non participat cõuersatione ciuili, nec bonus nec malus est bonitate vel malitia ciuili. Sic igitur patet ex prædictis, quod alterum contrariorum dicitur ſm priuationem. Deinde cum dicit.

Cur quædã sunt cõtraria immediata, & q̃dam nõ.

Scãs diuersitas.

K

Sat autem est etsi ipsa prima generaq; contrariorum ita dicantur, vnum inquam ipsum & multa. Ad hęc enim cætera reducuntur.

Parte. 9. Tex. c. 17.

Sufficit aũt & si prima, & genera contrariorum, puta vnum & multa. Alia nãq; ad hæc reducuntur.

L

Vnũ & multa sunt prima cõtraria, & cũ ipsa sint priuatiue opposita ergo & alia.

Lectio. 5.

Ostendit idem reducẽdo ad prima contraria, dicens q̃ sufficit ad ostendẽdum q̃ alterum contrariorũ sit priuatio, si hoc inuenitur in primis cõtrarijs, quæ sunt genera aliorũ contrariorum, sicut sunt vnum & multa. Et q̃ ista sint prima cõtraria patet ex hoc, q̃ omnia alia contraria reducuntur ad illa. Nam ad vnum & multa reducuntur æquale & inæquale, simile & dissimile, idem & diuersum. Differẽtia aũt, diuersitas quædam est, & contrarietas differẽtia quędã vt supra habitum est. Et sic patet q̃ oĩs contrarietas reducitur ad vnum & multa. Vnum autem & multa opponũtur, vt diuisibile & indiuisibile, vt supra habitũ est. Et ita relinquitur, q̃ oĩa contraria, priuationem includãt. Lectio. vij.

Lectio. 4.

Cum autem vnum vni contrarium sit, dubitauerit quispiam quonam modo opponuntur vnum & multa, & æquale aduersatur magno ac paruo.

M

parte. 1.

QVoniam autẽ vnum vni contrarium est, dubitabit aliquis quomodo opponuntur vnum & multa, & æquale magno & paruo.

POSTQVAM Philosophus ostendit quid est cõtrarietas, hic determinat quasdã dubitationes circa prædeterminata, & circa hoc duo facit. Primo mouet dubõnes. Secdo prosequitur eas, ibi, Vtrum enim semper in oppositione dicimus &c. ☞ Oriũtur aũt dubitatiões ex hoc quod supra dictum est, q̃ vnum vni cõtrariũ est. Quod quidẽ in duplici oppositione fallere videtur. Nã vnum & multa opponunt̃, cum tñ & multis opponantur pauca. Similiter aũt & æquale videtur opponi duobus. s. magno & paruo. Vnde relinquitur dubitatio qũo prædicta opponũtur. Si enim opponant̃ ſm contrarietatẽ videtur falsum esse quod dictũ est, q̃ vnũ vni contrarium est. Deinde cum dicit.

Parte. seq. Tex. c. 14. Dupl. dubitatio.

Ipsum enim vtrum, dicere semper in oppositiõe solemus, veluti vtrum sit album an nigrum, & vtrũ album sit an non album. Vtrum aũtem homo sit an album non dicimus nisi ex suppositione quærentes ceu uter accesit, Cleon ne an Socrates? Sed non necesse est vllo in genere hoc pacto interrogare. Sed & hoc illinc est profectum. Sola enim opposita nequeũt simul esse, quo & hic vtitur cum interrogat, vter accesit? Nã ii simul accedere possent, ridicula talis esset interrogatio. Quod si & hoc pacto fieri potest, in oppositionem similiter cadit, in vnum inquam & multa, veluti vterq; venerit, an alter.

N

parte. 3.

Secũdo dicit ꝙ de prædicto principio & similibus nõ potest esse simpliciter demonstratio, sed potest esse demõstratio ad hoiem. Quod aũt non possit simpliciter demonstrari, probat ex hoc ꝙ nõ contingit facere syllogismũ ad hoc principium demonstrandũ ex aliquo principio magis noto, quod oporteret si contingeret illud principium simpliciter demonstrare. Sed ad hoiem contingit hoc principiũ demonstrare, qui concedit aliquid aliud licet minus notũ, & hoc negat. Deinde cum dicit.

Ad eum vero qui dictiões oppositas veras simul
G afferit esse, ei qui falsum id esse ostẽdit, tale quippiã est sumendum: Quod si idẽ erit quod illud, nõ posse inquã vno eodem tempore idẽ esse atq; non esse, nõ tamen idem videbitur esse. Hoc.n. pacto dũtaxat id demõstratur ad eum, qui dictiones oppositas de eodem veras asserit esse posse.

Ad dicentẽ aũt oppositas dictiones ei qui falsum id esse ostendit, sumendũ aliquid tale, quod idẽ quidem erit ei quod est, non contingere idẽ esse & non esse ſcdm vnum & idẽ tempus, nõ videbitur aũt esse idem. Sic enim solum vtiq; demonstrabitur ad dicẽtẽ, cõtingere oppositas dictiones verificari de eodẽ.

Excludit opinionẽ negãtium illud principium, & diuiditur in partes duas. Primo disputat contra negantes hoc principium. Secũdo ostendit quomodo ad hanc opinionem possit responderi, ibi ☙ Soluet aũt. ❧ Circa primũ duo facit. Primo disputat contra negãtes hoc principiũ simpliciter. Secũdo descendit ad spãles opiniones, ibi ☙ Cito aũt. ❧ Circa primum duo facit. Primo ponit modũ disputãdi cõtra hũc errorem dicẽs, ꝙ ille qui contra ponẽtem contradictorias propõnes esse veras vult ostẽdere ꝙ sit falsum, debet sumere aliquid tale quod idem sit huic principio. i. non contingere idem esse & non esse, ſm idem tempus, sed non videatur idẽ. Si enim videretur idẽ, non concederetur ab aduersario. Si aũt nõ esset idem, non posset concludere propositũ: quia huiusmodi principiũ non potest ex notioribus ostendi. Et ideo hoc solũ modo potest sumi demonstratio contra dicentem, ꝙ contradictoria verificantur de eodem: vt, scilicet illud quod sumitur sit idem conclusioni, sed non videatur idem.

Disputat contra negãtẽ tamũ principium. Lect. 6. pt. prima.

H Modũ disputãdi cõtra ꝓdictos docet.

Quibus itaq; inter sese cõicare nomẽ, disputareq; placet, ii seipsos intelligendos præstare debent. Nã si idipsum

Universidad de Deusto
Biblioteca

si idipsum non fiat, quonã pacto inter ipsos cõicatio nominis, disputatioq; fieri potest? Nominum igitur vnũquodq; notum esse oportet, & aliquid significare, & non plura, sed solũ vnum. Quod si plura significet, id desinetur oportet ad quid illorũ ipsum nomen pro præsenti vsu mentẽ ducere liber. Qui igitur hoc esse, & hoc non esse dicit, is sane quod omni nõ esse dicit, id dicit non esse. Quare quod nomen significat, id non significare dicit. Hoc aũt est impossibile. Quare si quippiã hoc significat, esse inquã hoc: fieri non potest vt contradictio de eodem sit vera.

Futuros itaq; inuicem rõne communicare, oportet aliquid ipsorum intelligere. Non facto aũt hoc, quomodo est cõmunicatio his adinuicẽ sermonis? Oportet igitur nominum vnumquodq; esse notũ, & K significare aliquid, & non multa, solũ aũt vnum. Si autem plura significet, manifestum facere ad quod fert nomẽ eorũ. Dicens itaq; esse hoc, & nõ esse hoc, quod totaliter esse dicit non dicit. Quare quidem quod significat nomen, hoc non inquit significare. Hoc autem impossibile. Quare siquidem significat aliquid esse hoc, contradictionem verificari impossibile de eodem.

Arguit tribus rationibus contra negãtes primũ principium in generali.

Secõ procedit ad disputandũ cõtra prædictũ errorem, & circa hoc facit tres rationes, quarũ prima est: q; si duo homines debeant adinuicem cõicare rationẽ, vt. s. vnus alteri rationem suam cõmunicet disputando, oportet vnũ ipsorũ intelligere aliquid, quod ab alio dicitur: qa si hoc nõ esset, non cõicarent adinuicem in sermone fm rõnem. Et ita frustra acciperetur disputatio contra eum, qui hoc negaret. Si autem vnus ex eis intelligeret quod alius dicit, oportet q; L vnũquodq; nominũ quę proferuntur, sit notũ in sua significatione: & per cõsequens q; significet aliquid, & nõ multa, sed solũ vnũ. Et significet multa, q; manifestẽ ad quod illorum multorũ significãdum vtatur noie. Alias nesciret vnus, quod alius vellet dicere. Hoc igitur suppositio q; nomẽ significet vnũ, manifestum est q; ille qui dicit esse hoc, & nonest hoc: puta q; Socr. est homo, & non homo: illud vnum quod attribuit Socrati, quod. s. est homo, negat, cũ adiungit q; nõ est homo. Et sic negat iã quod primo significauit. Vnde relinquitur q; nomẽ nõ significet id quod significat, quod est impossibile. Sequitur ergo q; si nomẽ aliquid determinate significat, q; impossibile est cõtradictionẽ verificari de eodem. Secundam rationem ponit ibi.

Præterea si quippiam ipsum nomẽ significat, atq; hoc vere dicitur, id necessario sit oportet. At quod necessario est, id fieri non potest vt interdũ non fit, M Non ergo fit, vt contradictoria de eodem sint vera.

Adhuc aũt si quid significat nomẽ, & hoc verificatur, oportet & hoc ex necessitate esse. Quod auté ex necessitate est, noncontingit tunc nõ esse. Oppositas igitur non contingit dictiones & negationes verificari de eodem.

Quæ talis est. Si nomẽ significet aliquid, & hoc quod significatur per nomẽ verificatur de eodẽ, de quo primo prędicatur nomen, necesse est hoc inesse ei de quo prędicatur nomen, dum propositio vera fuit. Manifestũ est. n. q; hæc condõnalis est vera, si Socr. est homo, Socrates est homo. Omnis autẽ condõnalis vera est necessaria. Vnde necesse est q; si consequens sit verũ, q; antecedẽs sit verũ, quoniã concluditur q; necesse est quãlibet propositionẽ esse verã dum vera est. Sed quod est aliquãdo non contingit tũc nõ esse quia necesse esse, & nõ contingens nõ esse æquipollent. Ergo dum hæc est vera, Socra. est homo, nõ cõtingit hanc esse verã, Socra. non est homo. Et sic patet q; non cõtingit oppositas affirmationes & negationes simul verificari de eodem. Tertiam rõnem ponit ibi. N

Præterea si non magis affirmatio sit quã negatio vera, qui dicit hominẽ, aut non hominem, nõ magis dicet verum. Videbitur aũt hominẽ ipsum nõ equũ esse dicens, aut magis, aut non minus dicere verum, quam si nõ hominẽ esse dicat. Quare si equũ etiã dicat eundem esse, verũ similiter dicet. Oppositę nãq; vere similiter dicebatur. Fit igitur vt idẽ homo sit atq; equus, aut quippiam animalium cæterorum. Atq; nulla quidẽ rõnum istarum, demonstratio est absolute: est tamẽ ad eũ demõstratio qui hæc ponit.

Adhuc autẽ si nihil magis dictio quã negatio verificatur, dicens hominem, aut nõ hoiem, nihil magis verum dicet. Videbitur aũt vtiq; nõ equum esse, O dicens hominem, & magis aut non minus verũ dicere, quam non hoiem. Quare & equuũ dicens esse eũ dem, verum dicet. Oppositas enim similiter erat verum dicere. Accidet igitur eũdẽ, hoiem esse & equũ, aut aliorũ aliqđ animalium. Demõstratio quidẽ igitur nulla horum est simpliciter. Ad ponẽtẽ tamẽ hęc demonstratio.

Quæ talis est. Si affirmatio non est vera, magis quam negatio ei opposita, ille qui dicit Socratẽ esse hominẽ, nõ magis verum dicit quam ille, qui dicit Socratem non esse hominem. Sed manifestum est q; ille qui dicit hominem non esse equum, aut magis verũ dicit, aut nõ minus quam ille, qui dicit hominem non esse hominem. Ita ergo per locum a simili vel a minori, verum dicet, qui homine dicet non esse equum. Sed si opposita contradictorie sunt simul vera si hæc est vera, homo non est equus, & hæc erit vera, homo est equus. Et ita sequitẽ q; homo si equus & quodcunq; aliud animalium. Sed quia posset aliquis calũniari prædictas rationes, ex hoc q; ea quæ assumuntur in eis sunt minus nota quam conclusio quæ intenditur, ideo respondet dicens q; nulla prędictarum rationum est demonstratiua simpliciter, sed tamen potest esse demonstratio ad hoiem qui ponit hanc rationẽ, quem oportebit concedere ea quę assumuntur, licet sint minus nota simpliciter quã id quod negat. Deinde cum dicit. Excludit tertiam calumniam. P

At enim & ipsum quispiam Heraclitũ, si hoc interrogasset pacto, fateri cito coegisset, nũquam oppositas dictiones veras de eodem esse posse. Nunc vero non animaduertẽs quid dicit, hanc sibi sumpsit opinionẽ. Omnino autem si id quod ab ipso dicitur verum sit, neq; idipsum verum etiã erit, idem inquam vno eodemq; tẽpore esse atq; non esse posse. Nã vt & diuisis non magis est affirmatio quã negatio vera, sic si vtrũq; atq; cõplexum, vt vna quædã sit affirmatio, non magis ipsa negatio quam totum ipsum fuerit verum, vt affirmatio positum. Q

Cito aũt & vtiq; quis & ipsum Heraclitum hoc interrogans modo, cogeret confiteri nunquã oppositas dictiones posibile esse de eisdem verificari. Nũc autem non intelligens seipsum quid quidẽ dicit, hãc accipit opinionem. Totaliter aũt si quod dicitur ab ipso est verum, neq; vtiq; ipsum hoc verũ erit. Dico aũt idem contingere scẽm vnũ & idẽ tempus, & esse & non esse. Quemadmodum enim & diuisis ipsis, nihil magis affirmatio quã negatio verificatur, eo-

dem modo

A dem modo & simul vtriq;, & simul complexi, velut vna quadam affirmatione existẽte, nihil magis, negatio quã totum vt in affirmatiõe positũ, verum erat.

Disputat cõtra Heraclitum qui negabat primũ principium. Lect. 9m. parte. 9.

Excludit prædictum errorẽ descẽdendo ad spãles opinãtes, & primo ad Heraclitum. Secundo ad Pythagorã, ibi. ☞ Simile autem. ☜ Ponebat aũt Heraclitus duo, scilicet q; affirmatio & negatio sit simul vera. Ex quo sequebatur q; omnis propositio tam affirmatiua quam negatiua sit vera. Itẽ ponebat q; inter affirmationẽ & negationẽ sit aliquod mediũ. Et sic sequebatur q; contingeret nec; affirmationẽ nec; negationẽ esse verã. Et p cõsequẽs oẽm propositionẽ esse falsam. Primo ergo inducit rõnem cõtra primũ. Secõ cõtra scẽm ibi ☞ Adhuc autẽ. ☜ Dicit ergo q; de facili aliquis hoc modo disputãdo ad hominẽ coget ipsum Heraclitum, qui fuit autor huius ꝓpositionis, cõfiteri q; oppositæ propositiones non verificantur de eodẽ. Videtur enim hãc opinionem accepisse q; verificetur de eodem, ex hoc q; nõ intellexit seipsum quid diceret. Hoc aũt modo cogeretur negare quod dicit, quia si illud quod dictum est ab eo, verum est. s. q; contingat idem fm vnum & idẽ tẽpus esse & nõ esse, sequitur q; hoc ipsum non erit verũ. Sicuti enim si diuisim accipiãtur affirmatio & negatio, non magis vera est affirmatio quã negatio: ita & si accipiantur affirmatio & negatio simul tanquam ex eis vna affirmato fiat, nõ erit minus negatio vera huius totius compositi ex affirmatiõe & negatione, quam ipsa tota affirmatio cõposita. Manifestum est enim q; contingit aliquã propositionẽ copulatiuam esse verã, sicut aliquam simplicẽ propositionẽ, & contingit accipere eius negationẽ. Siue autem illa copulatiua cõponatur ex duabus affirmatiuis, sicut cum dicitur Socr. sedet & disputat: siue ex duabus negatiuis, sicut cum dicit verũ esse Socratem nõ esse lapidẽ nec; asinũ: siue ex affirmatione & negatione vt cum dicitur, verũ est Socratẽ sedere & nõ disputare: semper tamẽ copulatiua verificata sumitur in virtute vnius affirmatiuæ. Et ille qui dicit eã esse falsam, assumit negationem quasi totius copulatiue. Qui ergo dicit simul esse verum, hoiem esse & non esse, assumit hoc vt quandã affirmationẽ: & hoc non esse verũ, est eius negatio. Si ergo affirmatio & negatio est simul vera, sequitur q; hæc etiã negatio sit vera, qua dicitur nõ esse verum. s. q; affirmatio & negatio sint simul vera. Oportet enim si aliqua negatio est simul vera cum affirmatione sibi opposita, q; omnis negatio sit simul vera cum affirmatione sibi opposita. Eadẽ enim est ratio in oibus. Deinde cũ dicit. C

Præterea si non sit vt quicquam vere affirmetur, & id ipsum erit vtiq; falsum, nullã inquã affirmationem dicere esse verã. Quod si sit verum, soluetur id profecto quod ab hisce dicitur qui talibus obstant, atq; omnino disputationem e medio tollunt.

Adhuc autẽ si nihil est vere affirmare, hoc ipsum vtiq; falsum erit dicere, nullam veram affirmationẽ existere. Si autem est aliquid, soluetur vtiq; quod dicitur ab his qui talia instant, & penitus auferentibus disputare. D

Destruit seipsum erroꝛ. Vera. Sicut puta hoc. s. vtiq; q; nulla affirmatio sit vera.

Heraclitus nimis auferens disputationem.

Inducit rationẽ cõtra hoc quod ponebatur q; nulla affirmatio sit vera. Si. n. nihil contingat verũ affirmare, qui aũt dicit nullã affirmationẽ verã esse, aliquid affirmat, hoc. s. q; verũ sit nullã affirmationẽ esse veram, ergo hoc ipsum falsum erit. Et si aliquid affirmatiue dictum verum sit, remanebitur opinio taliũ qui contra omnia instant. Et qui ista positione vtũtur, auferunt totaliter disputationem: quia si nihil est verum, non potest aliquid concedi ex quo disputatio possit procedere. Et si affirmatio & negatio sint simul vera, non erit significare aliquid per sermonẽ, vt supra dictum est. Et sic cessabit disputatio. Deinde cum dicit.

Simile est hisce quæ dicta sunt, & id quod a Pythagora dicebatur. Etenim ille rerũ omniũ hoiem mensuram esse dicebat, nil aliud ex eo nimirũ innuens, quam id esse certo quod cuiq; videtur atq; apparet. Quod si fiet, euenit profecto vt idem sit & nõ sit, & bonũ sit & nõ bonum, cæteraq; omnino quæ per oppositas dictiones dicentur, propterea quod perlæpe idẽ his malũ esse videtur, & id est mensura quod cuiq; apparet atq; videtur. E

Simile autem dictis est, & quod dicitur a Pythagora. Etenim ille dixit omniũ rerũ esse mensurã hominẽ, nihil aliud dicens, quã quod videtur vnicuiq; hoc & esse firmiter. Hoc autẽ facto idẽ accidit & esse & non esse & bonum & malum esse, & alias secundũ oppositas dictiones dicta, propter multotiẽs his qui dem videri esse hoc bonum, his autem contrarium. Mensuram autem esse, quod videtur vnicuiq;. F

Arguit cõtra Pythagorã de primo principio. Lectio. 2.

Descendit ad opinionẽ Pythagoræ, & dicit q; id quod dictum est a Pythahora, simile est dictis ab Heraclito, & ab aliis qui ponũt affirmationẽ & negationẽ simul esse veram. Dicit. n. Pythagoras q; homo est mensura omniũ rerum. s. fm sensum & intellectum vt in nono dictũ est, quasi esse rei sequatur apprehẽsionem intellectus & sensus. Et sic qui dicit hominẽ esse mẽsurã omnium, nihil aliud dicit quam hoc esse verum, quod videtur vnicuiq;. Quo posito sequitur q; idem sit & non sit, & q; idem simul sit bonum & malũ. Et simile est in aliis oppositis, eo q; multotiens videtur hominibus aliquibus aliquid esse bonũ, & aliis videtur cõtrarium, & ipsum videri est mensura rerum fm opinionem Pythagoræ, vt. s. tantum sit verum rem esse, inquantum videtur. Lectio. vj. G

Soluetur autem hæc dubitatio, si prius contemplabimur vnde orta hæc existimatio fuerit.

Cap. 5. SOluetur autem vtiq; huiusmodi dubitatio, considerantibus vnde venit principium existimationis huius.

Lect. prin. parte. 2. Lect. prin. parte. 10. Tollit motiua pdicti errorꝛis. H

POSTQVAM Philosophus disputauit cõtra ponentes contradictoria simul verificari de eodem, hic ostendit quomodo hęc rõ possit ab eorum mẽtibus remoueri. Et diuiditur in partes duas. In prima ostẽdit propositum. In secũda inducit quędã corollaria ex dictis, ibi. ☞ Quare manifestum. ☜ Prima pars diuiditur in partes duas. In prima ostendit quomodo prędicta rõ in aliqbus solui possit. In secũda ostendit in quibus possit solui, & in quibus nõ, ibi. ☞ Ad habentes igitur. ☜ Circa primũ tria facit. Primo proponit modũ quo prędicta rõ in aliquibus solui possit, dicens q; dubõ prædicta ex qua aliqui mouentur ad ponendum cõtradictoria simul verificari de eodẽ poterit solui, si quis consideret vnde principium sumpsit hæc positio. Secundo ibi.

Quibusdã enim ex physicorum opinione naturalium, orta fuisse videtur. Quibusdã ex eo quia non omnes eadem de eisdem cognoscunt, sed aliis hoc dulce, aliis contrarium esse videtur.

Videtur enim quibusdam quidem ex physiologorum opinione, aliis autem ex non eadem de eisdem omne cognoscere, sed his quidem delectabile hoc videri, his autem contrarium.

Ponit sollicta motiua

Assignat duplex principiũ prędictæ positionis, dicẽs q; quibusdã videtur q; principiũ dictæ opinionis sit ex opinione naturaraliũ philosophorũ, qui posuerunt aliquid nõ fieri ex nõ ente. Aliis aũt videtur q; principiũ sumpserit ex

hoc quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

I hoc quod non oēs eadē iudicant de eisdē. Sed quibusdam videtur hoc esse delectabile, & aliis cōtrariū. Ex hoc enim sequitur ꝙ opposita sint simul vera, si quis credat ꝙ omne quod videtur alicui sit verum. Tertio ibi.

Nihil enim ex nō ente, sed oē ex ente fieri, opinio fere oīm naturaliū est cōis. Cum igitur ex perfecte albo, minimeq; nō albo, fiat ac oriat non albū. Si nūc generet nō albū ex eo quod est non albū, ex nō ente ipsum illoz scientia fiet, nisi idē & nō albū esset & albū. At nō difficile est hanc soluere dubōnem. Dictum est enim in naturali sciētia, quonā pacto ex nō ente, & quo pacto ex ente fiunt ea quę generantur.

Nihil enim ex nō ente fieri, omne aūt ex ente, fere omnium est cōmune dogma eorū qui de natura. Quoniā igitur non albū fit ex albo perfecte existēte, & nequaquā ex nō albo. Nunc aūt factū nō albū, fiet vtiq; ex nō ente non albo, quod fit non albū. Quare ex non ente fiet vtiq; scām illos, si non existit, non album idem & album. Nō difficile aūt dissoluere dubitationem hanc. Dictū est enim in phy sicis, quomodo ex nō ente fiunt quæ fiunt, & quomodo ex ente.

K

Manifestat qūo ex prēmissis duobus principijs dicta opinio sequatur, & qūo soluatur. Et primo qūo sequaē ex opinione naturalium physicoz. Secdo qūo sequatur dicta opinio ex eo ꝙ creditur, quodcunq; videtur esse verum, ibi. ¶ Sed est similiter. ⊦ Dicit ergo primo, ꝙ fere oīum eorū qui de natura tractauerūt, cōmune dogma est ꝙ nihil fit ex nō ente, sed omne quod fit, fit ex ente. Manifestū est etiā, ꝙ aliquid sit nō album ex eo quod est perfecte album, nō aūt fit albū ex non albo. Vlterius etiā manifestum est ꝙ nō albū sit ex eo, quod nō est non albū. Quod exinde patet, ꝙ id quod nō est non albū, sit non album, sicut quod non est nigrum fit nigrū. Sic igitur illud ex quo fit non albū, est album, & non est nō albū. Quod nō potest intelligi tanquā penitus sit non ens nō albū, quia sic videretur sequi ꝙ aliqd fieret simpliciter ex nō ente. Sicut si diceremus ꝙ ignis fit ex non igne, qūo intelligebāt ꝙ illud quo fit ignis sit penitus non ignis. Sic. n. videbatur eis ꝙ sequeret, ꝙ fieret aliqd ex nō ente. Et propter hoc ponebāt quod in eo ex quo fit ignis, erat ignis latens, vt patet ex opinione Anaxagoꝛę, quę ponitur in primo physi. Similiter credebāt, ꝙ si aliqd fit non albū ex eo ꝙ nō est non album, ꝙ nihilominus nō album prꝫexisteret in eo ex quo fit nō albū, vt dictum est. Sequebaē etiā ſm eos qd illud ex quo fit nō albū, esset albū & non album simul, nisi ponatur ꝙ aliquid fiat ex nō ente. Sed hanc dubitationē, vt ait Philosophus, non difficile est soluere. Expositum. n. est in primo physicorū, qūo aliquid fiat ex ente, & qūo ex non ente. Dictum est. n. ꝙ aliquid fit ex nō ente in actu, & ente in actu per accidens. Sed ex materia quæ in potētia est, fit aliquid per se. Accidit enim factioni ꝙ materia ex qua fit aliquid, fuerit subiecta formę & priuationi. Et sic nō oportet, ꝙ id ex quo aliquid fit, simul sit ens & non ens in actu, sed ꝙ de se sit potentia ad ens & non ens. i. ad formā & priuationem, Deinde cum dicit.

Contra ꝓmum motiuum.

Lect. 5. Te. cō. 33.

Solū motiui. Te. cō. 75. Lect. 12.

M

Atq; fidē vtriſq; similiter opinionibus eoz ac imaginationibus adhibere, qui inter sese cōtendūt, insignis demētię est. Constat enim alterꝝ ipsorū necessario dicere falsum. Patet autē ex hisce quæ fiunt in sensu. Nunquā enim idē aliis dulce, aliis contrariū videt, si nō corruptū atq; infectū instrumnetū eius habeāt sensus, q dictos sapores discernūt. Quod cū est tale, alteri putādi sunt mēsura, alteri nō putādi. Idē & in bono & honesto, ac turpi, & istiusmodi cæteris est cēsendum. Illud enim censeri, nō aliud esse constat quā tot esse ea putare oportere, quot hisce videntur q vi su digitū submittunt, atq; faciunt vt ex vno duo tūc videantur, propterea quod illis tot esse vidētur. Et rursus vnum. Nam hisce qui visum non mouent, ipsum vnum, non plura, sed vnum esse videtur.

N

Sed & similiter attēdere vtriſq; opinionibus & phātasiis ad ipsos dubitātium, stultum. Palā enim ꝙ alterū ipsorum necesse est mentiri. Palam aūt hoc ex his quæ fiunt scām sensum. Nunquā enim videtur idē his quidē dulce, his aūt contrariū non corruptis & priuatis alteris scām organū sensus, et iudicatoriis dictorū saporū. Hoc aūt existēte tali, alteros qdē existimādum mensurā esse, alteros aūt non putādū. Similiter aūt hoc dico, & i bono, & i malo, & pulchro, & turpi, & in aliis talib⁹. Nihil enī differt hoc dignificare, quā q apparēt submittētibus sub visu digitū, & facientibus ex vno videri duo, oportere esse, propter apparere tanta, & iterum vnum. Non mouentibus enim visum, vnum apparet quid vnum.

O

Contra secundū motiuum. Ibi, sequi.

Remouet prædictā opinionē ſm ꝙ cātur ex alio principio, quod est opinari omne quod videtur esse verū. Et primo remouet hoc principium. & scdo cām eius, ibi. ¶ Totaliter aūt. ⊦ Dicit ergo primo ꝙ sicut stultū est propter prædicta opinari, ꝙ contradictoria simul verificantur de eodē, similiter ¶ etiam est stultū attendere ⊦. i. assentire prę dictis vtriſq; opinionibus philosophorū dubitātium contra seipsos. Manifestum est enim ꝙ necesse est alterū eorū mentiri. Et hoc palam est ex his quæ apparent ſm sensum. Nunquā enim idē videtur his quidē dulce, aliis amarum, nisi in alteris eorū sit aliqua corruptio aut priuatio ſm organum sensus, & ſm virtutem quæ iudicat de ſaporibus. Huiusmodi autē corruptiōe in alteris eorū existente, existimandum est ¶ alteros eorum esse mensurā, ⊦ id est accipiēdum est eorum iudicium quasi regulā & mensurā veritatis. Illorū. s. in quibus nō est corruptio. Nō aūt hoc putandum est & de alteris in quibus est corruptio. Et sicut hoc manifestū est in cognitione sensus, similiter dicendū est in bono & malo, in pulchro & turpi, & huiusmodi omnibus quę per intellectū cognoscūtur. Si. n. quibusdā videaē ſm intellectū hoc esse bonum, aliis aūt malū, standum est eorū iudicio in quibus nō est aliqua corruptio ſm intellectum, nec ex praua cōsuetudine, neq; ex praua affectione, neq; ex aliqua huiusmodi cā. Nam si quis dicat ꝙ nihil minus dignum est credere his quā illis, nihil hoc differt quā si diceret, ꝙ ea quę apparēt ¶ hoibus ponētib⁹ sub visu digitū, ⊦ id est mouentibus oculū digito, & ex hoc facientibus ꝙ id quod est vnū videantur duo, ꝙ propter hoc oporteat esse duo, quia apparent. Et iterū oporteat esse vnū, quia qū aliqs non mouet oculū, apparet vnū id quod est vnū. Manifestū est. n. ꝙ iudicādū est de vnitate rerum, ſm id quod visus iudicat nulla extranea passione existēte in eo. Nō autē ſm quod iudicat ex prædicta passione. Sic autem iudicat vnū esse duo, quia spēs vnius visibilis duobus modis redditur organo visus quando mouetur, & ſm vtriusq; dispositionem peruenit ad organum sensus communis, quasi essent duo visa. Deinde cum dicit.

P

Quare ex hypothesi aliqui ponūt vnū esse tui duo.

Omnino aūt absurdum esse videtur ex eo de veritate iudicium facere, qa res quæ hic sunt mutari videntur, & nunquā in eisdē persistere. Oportet enim ex hisce veritatē venari, quæ semper eodē modo se habent, mutationēq; nullam suscipiunt. Talia vero sunt ea quæ sunt in cælo. Hæc enim non interdū talia,

A talia, interdum alia: sed semper eadem videntur, nullāq; mutationem suscipere.

Totaliter autē incōueniēs est videri præsentia permutātia, & nunquā permanentia in eisdē, ex hoc de veritate iudicium facere. Oportet enim ex semper scām eadem habentibus, & neq; vnā permutationē facientibus verum venari. Talia autē sunt quæ scām mundum. Hęc enim non quandoq; quidem talia, ite tum autem alia videntur. Eadem autē semper, & per mutatione nulla participant.

Impugnat ratiō. fcti motiui qn̄ ponit. &c. ibi.

Excludit cām propter quam ponebant omne quod videtur esse verū. Hoc. n. ponebant aliqui, qa existimabāt res oēs esse in continuo fluxu, & ꝙ nulla natura esset in rebus fixa & determinata. Et sic sequebatur ꝙ rē esse talē nō erat nisi videri. Cōtra hoc ergo ponit quinque rationes, quarū prima talis est, ꝙ totalē incōueniēs est sumere iudicium de tota veritate ex hoc, ꝙ ista sensibilia quæ sunt prope. s. vicina nobis, permutanē & nunquā permanent. Oportet aūt magis venari verum ex his, quæ semp se habent eodē mō, & non patiūtur aliquā permutationē quātū ad substantiā suam, licet appareat in eis motus ſm locum. Talia. n. sunt ¶ quæ cōtinent mundum ⊦. s. corpora cælestia ad quæ cō para cta hæc corpora corruptibilia, quasi nullius sunt quāti tatis, vt mathematici probant. Corpora aūt cælestia sunt semper eadem & non videntur quandoq; talia, & alia vice alia, sed nulla permutatione participant, quę. s. sit in eorum substantia. Scdam rationem ponit ibi.

B

Iudicium de veritate rerum ex mobilibus non sumendum est nō ex mobilibus, &c.

Prꝫterea si est motus atq; aliqd mouetur, oē autē quod motu cieē ex aliquo atq; ad aliqd pergit, id sane quod mouet, in illo esse ex quo mouetur, & non in ipso esse, & ad hoc moueri, atq; in hoc esse, sīia ip sorū oportet, vel non sunt simul cōtradictoria vera.

C

Adhuc aūt si motus est, & motū aliquid, mouetur aūt omne ex aliquo ad aliquid, oportet igitur quod mouetur, esse & adhuc in illo ex quo mouebit, & nō esse in ipso. Et ad hoc moueri & fieri in hoc, secundū contradictionem aūt non verificari scām ipsos.

Quæ talis est. Si motus est in istis inferioribus, oportet ꝙ id quod mouetur sit aliquid, & etiā oportet ꝙ id quod mouetur, moueatur ex aliquo, & etiam ad aliquid. Vnde oportet id quod mouet adhuc esse in eo ex quo mouetur, & nondum esse in eo ad quod mouet, sed moueri ad ipsum & cōtinue fieri in ipso. Et sic aliqua affirmatio determinate est vera, & aliqua negatio, & non oportebit ꝙ contradictio verificetur de eodē: quia ſm hoc nihil moueretur. Si. n. idem foret esse in termino ad quem, & non esse, nulla ratio esset quare moueretur ad terminum, ad quem aliquid quod nondum est in illo: quia tam esset ibi. Tertiam rationem ponit ibi.

D

Et si ea quæ sunt hic, fluunt cōtinue rōne quātitatis atq; mouentur, idq; quispiā ponet: & si veritatis metas egreditur, cur rōne qualitatis non manēt? Videtur. n. ex eo quoq; de eodē cōtradictoria prædicare, qa quantū in corporibus manere nō putāt. Quapropter idē & quatuor cubitoz esse censent. At substantia ad qualitatem accōmodatur, atq; hæc est definitæ naturæ, quantitas vero indefinitæ.

Et si scām quātum cōtinue præsentia fluūt & mouentur, & quis hoc ponat equidē nō verum existēs, propter qd scām quale nō manet? Videtur enim nō minime quæ scām cōtradictiones eiusdē prædicari, & existimare quantum non manere in corporibus, propter & esse quadricubitū idem & non esse. Substantia aūt scām quale, hoc quidem determinate naturæ, quantum autem indeterminate.

E

Ad cuius euidentiam sciendum est, ꝙ Heraclitus vidēs aliqd augeri longo tempore, puta per vnum annum ſm aliquam determinatam quantitatem & modicā, existimauit ꝙ qualibet parte illius temporis aliquod augumentum fieret, sed insensibile propter paruitatem quātitatis quæ augetur. Et ex hoc inductus fuit ad credendum, ꝙ oēs res etiam quæ videntur quiescentes, etiam insensibiliter mouerētur continue, sed post lōgum tps sensibiliter eorum motus appareret. Est aūt hoc falsum quod de augmēto opinabatur. Non. n. continue fit augmētum, ita ꝙ in qualibet tpis parte aliquid crescat, sed disponitur ad augmentum corpus per aliquod tps, & tunc crescit vt Art. expressius manifestat in octauo physi. Dicit ergo ꝙ si corpora præsentia hic apud nos continue fluunt & mouentur ſm quātitatem, & si hoc aliquis vellet concedere, licet nō verum sit, non est rō quare non possit aliquid moueri ſm quantitatem. Videtur. n. ꝙ non parum hæc opīo quæ ponit contradictiones simul esse eiusdē, prædicet ex eo quod existimat ꝙ quantum non remanet in corporibus, & sic opinantur ꝙ id sit & non sit simul quadricubitum. Sed substantia rei determinatur ſm quale, id est ſm aliquā formam. Quale aūt est determinatę naturæ in rebus, & si quantum sit indeterminatum propter motum, vt dictum est. Quartam rōnem ponit ibi.

Non. n. cōtinue augetur, Te. cō. 62. Lect. 13.

F

Prꝫterea cur medico cibū hunc sumere iubente, sumūt? Nō est. n. hoc panis potius quā nō panis, quare nihil refert comedant an nō comedāt. Nūc vero quia ille circa ipsum verū dicit, atq; est eis cibus quē ille iussit, hunc ipsum sumūt. Et tn nō oportebat, nō permanēte in sensibilibus natura fixa vlla, sed subeuntibus semper motū cōtinuoq; fluentibus vniuersis.

G

Adhuc propter quid iubente medico hunc cibū offerre, offerunt? Quid enim magis panis est aut nō est? Quare nihil vtiq; aliquid habebit comedere, aut non comedere? Nunc autem vt verum dicentes circa ipsum, & existente iusso cibo hoc, offerunt hunc. Quāuis nō oportebat, nō permanēte vlla natura firmiter i sensibilib⁹, sed semp oībus motis & fluētib⁹.

Quę talis est. Si in rebus nihil est fixum, neq; quantū ad esse neq; quantum ad non esse, propter quid deserunt hunc cibū quem medicus iubet, & non alīū? Scām. n. dictā opinionem, quid magis est panis, vel non panis? quasi diceret, non magis p̄dicatur de eo affirmatio quā negatio. Et sic nihil differt ꝙ comedat, vel non comedat. Sed nos videmus ꝙ ipsi offerūt hūc cibum quem medicus iubet, quasi habētes verum iudicium de ipso cibo, & quasi hic cibus vere sit ille cibus de quo medicus iuber. Hoc autem non oporteret si nulla natura sic per certitudinem maneret in sensibilibus, sed omnia semper mouerentur & fluerent. Quintā rationem ponit ibi.

H

Prꝫterea si alteramur semper, & nūquā idē manemus, qd mirū si eadē nobis vt ipsis ægrotātibus nūquā videnť? Etenim hisce, qa nō perinde habitu sunt dispositi atq; cū sani erāt, iō nō similia videť ea quæ sensu percipiūtur, ipsa qdē nullā subeuntia ob idipsū mutationē. Impressiones aūt in sensu ipsis ægrotātibus efficientia diuersas, ob sensuū instrorum variam dispōnem, & nō eadē. Ergo & cum dicta mutatio fit, eodē mō rē sese hīe, fortasse necesse est. Quod si non mutamur, sed idem manemus, erit in rebus profecto

quippiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quippiam manens.

Adduc ſi ſemper alteramur, & nunquã permanemus idẽ, quid mirabile ſi nunquã eadem nobis videtur quemadmodũ laborãtibus? Etenim his propter nõ ſimiliter diſponi ſcm habitũ, & quãdo ſani erãt nõ ſimilia videnť quæ ſcm ſenſus ipſa tamen nulla propter hoc pmutatione participãtia ſenſibilia, impreſſiones aũt alias faciẽtia laborãtibus, & nõ eadẽ. Eodẽ itaq; mõ hñe & dicta permutatiõe facta, forte neceſſariũ eſt. Si aũt nõ permutamur, ſed ſi idem permanemus entes, erit vtiq; aliquid manens.

K Quæ talis eſt. Cũ ſm opinionẽ p̃dictam ponatur, ꝙ propter continuã mutationem quæ eſt in rebus, non ſit aliqua veritas in rebus fixa, ſi ſit verum eſſe quod eſt videri, neceſſe eſt dicere ꝙ nos hoies q de rebus alijs iudicamus, aut ſumus in motu, aut non. Si.n. ſemper alteramur, & nunquam permanemus eodem modo nos habentes, non eſt mirabile ſi res nõ eodem modo videntur ſe habere nobis, ſicut accidit infirmis. Quia.n. tranſmutati ſunt & non in eadẽ diſpoſitione ſe habent ſicut quando ſani erant, nõ videtur eis ſenſibilia quæ percipiunt per ſenſum qualia uidebãtur eis ante infirmitatem. Nã eis qui habent guſtum infectum, etiam quæ ſunt dulcia videntur eis amara vel inſipida. Et ſiſe eſt in alijs ſenſibilibus. Non tamen propter hęc ſenſibilia ſunt permutata, ſed faciunt alias impreſſiones infirmis, propter hoc ꝙ ſenſus eoꝝ alio modo ſe habent. Si ergo nos homines in continua tranſmutatione exiſtentes, de rebus alijs diuerſimode iudicamus, non eſt hoc imputandum rebus, ſed nobis ipſis. Si aũt nos non permutamur, ſed ſemper permanemus eodem modo nos habentes, ergo in rebus erit aliqd permanens, & per conſequens aliqua veritas determinata, de qua poſſumus præciſe diudicare. Nõ.n. ſolũ iudicamus de rebus alijs, ſed etiã de natura humana. Deinde cũ dicit.

L Eorũ igitur ſnias, qui dubõnes dictas hñt ex rõne nõ eſt facile diſſoluere, ſi nõ aliqd ponãt, atq; huiuſce nõ vlterius poſtulent rõnẽ. Sic.n. oĩs rõ, oĩſq; demõſtratio fieri ſoler. Nihil.n. ponẽtes, diſputationẽ atq; rõnem oĩno tollunt. Quare nõ erit ad tales homines rõ. At hiſce qui per dubõnes traditas dubitãt, facile eſt obuiã ire, atq; ea diſſoluere quæ in ipſis faciũt dubõnem: idq; ex hiſce quæ dicta ſunt patet.

Ad habẽtes quidẽ igitur dubõnes dictas, ex rõne nõ facile diſſoluere, non ponẽtibus aliquid, & horũ nõ ad hæc rõnem exquirẽtibus. Sic.n. oĩs rõ & omnis demonſtratio fit. Nihil.n. ponentes, interimunt totaliter diſputare, & totaliter rõnem. Quare ad tales quidẽ nõ eſt ſermo. M Ad dubitãtes aũt, ex datis defectibus facile obuiare & diſſoluere facientia dubitationem in ipſis. Palam aũt ex dictis.

Oſtendit a quibus prædicta opinio remouetur, & a quibus non: & dicit ꝙ ſi qui incidunt in prædictas opiniones non propter aliquam rõnem, ita ꝙ ex pertinacia nõ concedant aliquid neq; inquirãt rõnem eorum quæ dicũtur, ſed pertinaciter inhæreãt his quæ opinabantur, nõ facile eſt eis ſoluere huiuſmodi opinionem. Omnis.n. rõ demonſtratio fit hoc modo. ſcõcedendo & exquirendo rõnem alicuius dicti. Sed illi qui nihil concedunt, interimunt diſputationẽ & oẽm argumentatiuã rõnem. Vnde ad eos nõ poteſt haberi ſentẽtia rõcinatiõis, per quã a ſuo errore tollantur. Sed ſi aliqui ſunt qui dubitant propter aliquos defectus, puta, quia non bene aliqua intelligunt, facile eſt obuiare tali errori ſoluendo ea quæ faciunt in eis dubõnem. Et hoc palã ex prædictis in quibus ſoluit dubitationes, quæ poterant ad prædictam poſitionem inducere. Deinde cum dicit.

Qui ex pti nacia errãt nõ ſunt facile curabiles.

N Quare perſpicuum ex his euaſit, cõtradictorie oppoſita de eodẽ vno in tempore vere dici nõ poſſe: neq; cõtraria, propterea quod cõtrarietas oĩs p̃ priuationẽ atq; habitũ dicitur. Quod qdem patet, ſi rõnes contrariorum ad principiũ reſoluãtur. Similiter neq; qcquã eorũ quæ media ſunt, de vno prædicari eodẽq; poteſt. Nã ſi ſubiectũ ſit albũ, dicẽtes ipſum nec nigrũ eſſe, falſo dicimus. Accidit.n. album ipſum eſſe atq; nõ eſſe. Etenim alterꝝ complexorũ de ipſo vere dicetur. Hoc aũt eſt contradictio albi.

O Quare manifeſtũ ex his, quod nõ contingit oppoſitas dictiones de eodẽ ſcm vnũ tps verificari: neq; contraria, propter dici ſcm priuationẽ oẽm cõtrarietatẽ. Palã aũt hæc ad principiũ reſoluentibus rõnes cõtrariorũ. Similiter aũt neq; intermediorũ nullũ poſſibile eſt prædicari de vno & eodẽ. Albo enim exiſtente ſubiecto, dicentes ipſum eſſe neq; albũ neq; nigrum, mẽtientur. Accidit.n. albũ eſſe ipſum, & nõ eſſe. Alterꝝ enim complexorũ verificabitur de ipſo. Hæc autem eſt contradictio albi.

Inducit tria corollaria ex dictis, quorum primũ eſt, ꝙ manifeſtum eſt ex prædictis, ꝙ oppoſitæ propõnes nõ verificãtur de eodẽ ſm vnum & idẽ tps. Et per cõſequẽs ex hoc pater, ꝙ neq; etiã contraria pũt ſimul verificari de eodem. Et hoc ideo, quia oĩs contrarietas dicitur ſm priuationem. Semper.n. alterũ contrariorũ eſt priuatio. Et hoc palam eſt, ſiquis velit rõnes contrariorum reducere ad primum principiũ. De rõne.n. nigri eſt priuatio albi. Cũ igitur priuatio ſit quædam negatio habens ſubiectum determinatum, manifeſtum eſt ꝙ ſi contraria de eodẽ verificarentur, oporteret ꝙ affirmatio & negatio ſimul verificarẽtur de eodẽ. Nõ ſolum aũt duo contraria non pũt ſimul verificari de eodẽ, ſed etiam nullum mediũ poſſibile eſt prædicari de vno & eodem, de quo prædicatur alterum extremorum. Ex his enim quæ dicta ſunt in decimo manifeſtũ eſt ꝙ mediũ inter contraria eſt habens priuationẽ vtriuſq; extremorum, ſiue ſit noĩatum vno nomine, ſiue pluribus, ſiue innoĩatũ. Vnde medium inter album & nigrũ, vtpote rubeum vel citrinũ, habet in ſui rõne ꝙ neq; ſit albũ neq; nigrum. Si quis igitur aliquo ſubiecto exiſtente albo, dicat ipſum eſſe rubeum, ſimul dicit ipſum eſſe neq; album neq; nigrum. Et ita mẽtitur. Sequitur.n. q̃ id ſubiectum, ſimul album ſit & nõ ſit. Quod ſi verum eſt de illo ſubiecto, ꝙ ſit neq; album neq; nigrũ, oportet ꝙ verificetur de eodem altera pars copulatiue, quæ cõtradictoria eſt eius quod eſt album eſſe. Et ita ſequitur ꝙ ſi medium & extremum verificatur de eodem, ꝙ contradictoria de eodem verificẽtur. Q Scm corollarium ponit ibi.

Neq; igitur ſi vt Heraclitus, neq; ſi vt Anaxagoras cẽſebat, dicamus, ſit vt vere dicamus. Alioquin euenier vt de eodẽ contraria prædicentur. Cũ.n. in quouis cuiuſuis partẽ eſſe dicit, tunc nõ magis dulce dicit eſſe, quã amarum, aut reliquarum quamuis cõtrarietatum. Si quidem in quouis quodq; non potẽtia ſolum, ſed actu ſegregatumq; ineſt.

Neq;.n. itaq; ſcm Heraclitum contingit verum dicere, neq; ſcm Anaxagorã. Si aũt non, accidet cõtraria de eodẽ prędicari. Cũ.n. in omni dicat oĩs eſſe partẽ, nihil magis dicit eſſe dulce quã amarũ, aut reliquarũ quarũcunq; cõtrarietatẽ. Siquidẽ in omni exiſtit non potentia ſolum, ſed actu & ſegregatum.

Cõcludit.n. ꝙ ſi affirmatio et negatio nõ ſit ſimul uera, ꝙ neq; opinio Heraclitiſ eſt vera, neq; opinio Anaxa. Et q dem de

A dem de opinione Heraclitiſ patet ex dictis. Vnde hoc manifeſtat de opinione Anaxa. dicens, ꝙ ſi nõ ſit falſa opinio Anaxa. ſequitur contraria prædicari de eodem. Et per cõſequens contradictoria. Quod ſic patet. Ponebat enim Anaxa. quodlibet fieri ex quolibet, & omne quod fit, ex aliquo fit. Vnde non cogebatur ponere aliquid fieri ex nihilo, & ſic ponebat quodlibet eſſe in quolibet. Cũ igitur poneret partẽ cuiuslibet eſſe in quolibet, puta partẽ carnis eſſe in oſſe, & partem albi in nigro, & econuerſo, ſequitur ꝙ totum non magis erit dulce q̃ amarum. Et ſimile eſt de alijs contrarietatibus. Et hoc ſi pars cuiuslibet eſt in quolibet toto non ſolũ in potẽtia, ſed in actu & ſeparatim. Hoc aũt addidit, qa id q̃d ſit ex aliquo, oportet prꝫexiſtere in eo potẽtia non actu. Et ſic contraria prꝫexiſtituntur in eodẽ in potẽtia, nõ in actu. Et hoc nõ eſt eſſe ſeparatim cõtraria in aliquo, qa eadẽ eſt potẽtia cõtrariorum. Sed Anaxa. neſciebat diſtinguere ĩter potẽtiã et actũ. Tertiũ corollariũ põit ibi.

B Similiter nõ fit, vt dictiones omnes aut verę ſint, aut falſæ, tum ob alias complures ſane difficultates, quæ ob hanc concludi poſitionẽ accumulariq; poſſunt: tũ ẽt ex eo quia ſi vniuerſæ ſunt falſæ, neq; idipſum ſi quiſpiã dixerit, verum dicet. Sin omnes ſint verę, ſi falſas dixerit eſſe, non falſe dicet.

Similiter autẽ neq; oẽs falſas neq; veras dictiones poſſibile eſſe, & propter alia multa collectarũ vtiq; difficultatũ propter hãc põnẽ: & quia falſis qdẽ exiſtẽtibus oĩbus, neq; hoc ipſum qs dicẽs verę dicet. Veras aũt falſas dicẽs eſſe omnes, non mentietur.

C Concludit.n. ex prædictis falſam eſſe vtrãq; opinionẽ, & illorum qui dixerunt omnes propoſitiones eſſe veras, et qui dixerũt oẽs falſas. Et hoc manifeſtũ eſt propter multa difficilia & grauia conſequentia ad has opiniones quæ collectæ ſunt, & hic, & ſuperius in quarto. Et ſpecialiter propter hoc, ⁊ quia ſi oẽs propoſitiones ſunt falſæ. ⊦ Qui aũt dicit: Omnis propoſitio eſt falſa, quãdam propoſitionem dicit. Vnde nõ dicet verum. Et ſimiliter ſi oẽs propoſitiones ſint verę, ille qui dicit omnes eſſe falſas, nõ mentietur, ſed dicet verum. Propter quod deſtruitur poſitio ponẽtis omnia eſſe vera. Lectio. vij.

Omnis aũt ſcia p̃ncipia q̃dã circa vnũqq̃q; eoꝝ q̃ ſub ſe cadũt, atq; cãs q̃rit. Vt medicina, aut corporũ exercendoꝝ facultas, & quęq; cęterarũ effectricũ, mathematicarũue. Nã hæ quęq; genus quippiã defini tum ſibi aſſumẽs, quod quidẽ ſit in reꝝ rõne, entiſq; ſubeat rõnẽ, circa idipſum verſatur, pertractationẽq; facit, non tamen vt ens eſt, entis ſubiicit rõni. At hæc alia quædam eſt ſcientia præter illas.

Omnis autem ſcientia quærit aliqua principia, & cauſas circa vnũquodq; eorũ quæ ſub ipſa ſcibiliũ: puta medicatiua, & exercitatiua, & reliquarum vnaquęq; factiuaꝝ, & doctrinalium. Vnaquęq; enim harum circunſcribens aliquod genus ſibiipſi, circa hoc negociatur, tanq̃ exiſtens & ens, nõ inquãtum autem ens. Sed altera quędam hæc præter has ſcientias eſt ſcientia.

POSTQVAM Philoſophus oſtẽdit de qbus ſit cõſideratio huius ſciẽtię, hic cõparat iſtã ſcientiã ad aliaſt & circa hoc tria facit. Primo oſtendit quid ſit propriũ particularium ſciẽtiarum. Secũdo oſtẽdit differemiã particulariũ ſcientiatũ adinuicem, ibi. ⁊ Quoniam autem eſt quædam. ⊦ Tertio comparat iſtam ad alias, ibi. ⁊ Quoniã autem eſt quædam entis ſcientia. ⊦ Circa primum duo facit ſm duo, qus dicit pertinere ad particulares ſcientias. Dicit

E Oĩs ſcia particularis q̃ ſit principia & cãs circa proprium ſubiectum.

ergo primo, ꝙ oĩs ſcientia particularis quærit aliqua principia & cãs, circa propriũ ſcibile qđ ſub ipſa continet. Dicit aũt aliqua principia & cãs, qa nõ oĩs ſcia cõſiderat oẽ genus cauſæ. Et ponit exẽplũ de medicatiua q̃ eſt circa ſanitatẽ, & de exercitatiua quæ eſt circa exercitia ordinata ad bonã valitudinẽ corporis, & ſimiliter de qualibet ſciẽtia alia ⁊ ſiue ſit factiua ⊦ i. practica ⁊ ſiue doctrinalis ⊦ i. theorica, qa vnaquæq; harũ ſcіarũ particularũ circũſcribit & accipit ſibi aliquod determinatum genus entis, circumſcribẽs illud & diuidens ab alijs entibus, & de illo ſolo determinans. Negociatiue.n. circa hoc genus entis quaſi circa aliquod ens, ſed non inquantum eſt ens. Sed hoc. ſ. conſiderare de ente inq̃tũ eſt ens, pertinet ad quandã ſciam quæ eſt alia præter omnes ſcientias particulares. Secundo ibi.

F Dicta aũt q̃q; ſciaꝝ ipſum quid eſt, aliquo mõ in vnoquoque gñe ſumẽs, reliqua mollius aut exactius demonſtrare conať. Sumunt aũt ipſum quid eſt aliæ p ſenſum, alię ſupponẽtes. Quapp & ex tali patet inductione, ſubę & ipſius quid eſt, demõſtrationẽ nõ eſſe.

Dictaꝝ aũt ſciaꝝ vnaquęq; ſumens aliqualiter qđ quideſt in vnoquoq; genere, tentat oſtẽdere reliqua debilius aut certius. Sumunt aũt qđquideſt hęc quidem per ſenſum, hæc autem ſupponentes. Propter quod & palam ex tali inductione, ꝙ ſubſtãtię & eius quod quid eſt non eſt demonſtratio.

Vnaquęq; p ticularium ſcientiarũ ſupponit aliqualiter qđquideſt, in quocunq; genere conſideretur. Vñ & in primo poſteriorũ dictũ eſt, ꝙ de ſubiecto oportet ſupponere, & qa eſt, & quid eſt. Et hoc ſuppoſito. ſ. qđ qđ eſt, quo quælibet ſcientia vtit tãq; medio ad demonſtrãdũ aliqua ſicut paſſiones, & hmõi, tentat demõſtrare aut debiliꝰ, aut certius, quia in quibuſdã ſcientijs eſt certior modus demõſtrãdi ſicut in mathematicis. In quibuſdã aũt debilior ſicut in naturalibus. Et quia dixerat ꝙ aliæ ſcientiæ aliqualiter ſupponũt quodquid eſt, ideo ſubiungit ꝙ q̃dã ſciẽtiæ ſumunt qđquid eſt per ſenſum, inquãtũ ex accidẽtibus ſenſibilibus deueniũt in cognitionẽ eſſentiæ rei. Quędã vero ſumunt quodquideſt ſupponentes ab alijs ſciẽtijs, ſicut particulare ab vniuerſalibus. Et ſic manifeſtum eſt ꝙ in ſcientijs particularibus non eſt demonſtratio de ſubſtantia rei, nec de eo quodquideſt. Vtrũq; igitur horũ de quibus particulares ſcientiæ non ſe intromittunt pertinet ad vniuerſalem ſcientiam, id eſt conſiderare de ſubſtãtia & ente & qđ ditate rei. Deinde cum dicit.

Vnaquęq; p ticularium ſcientiarũ ſupponit aliqualiter qđquideſt, ſed diuerſimode. Tex. cõ. 1. Lect. 1. G

Cũ vero de natura ſit ſcia q̃dã, patet & ab actiua & ab effectiua ipſam eſſe diuerſam. Effectricis.n. principiũ motus in eo quod eſt efficit. & nõ in eo quod efficitur eſt: atq; hoc eſt, aut ars q̃dã, aut alia q̃dã facultas. Similiter & ipſius actiue motus principiũ nõ eſt in ipſa re agenda, ſed potius in hiſce qui agũt. Naturalis vero circa ea quę motionis in ſeipſis principiũ habent, verſatur. Sciẽtiam igitur naturalem, neceſſario neq; actiuam, neq; effectricem, ſed contemplatricem eſſe ex hiſce quæ diximus innoteſcit. Sub horũ enim generum vnum ipſa cadat, neceſſe eſt. H

Quoniã aũt eſt quędã ſcia de natura, palã quia & a practica altera & factiua erit. Factiuę quidẽ.n. in faciente, & nõ in facto, motus principium. Et hoc eſt, ſiue ars aliqua, ſiue aliqua potentia. Similiter autem & practicæ non in agibili, magis autem in agentibus motus. Quæ aũt phyſici circa habẽtia in ſe motus principium eſt. Quod quidem igitur neq; actiuã neq; factiuam, ſed ſpeculatiuã neceſſariũ eſſe natura-

Universidad de Deusto
Biblioteca

I lem scientiam, palam ex his. In vnum enim aliquod horum generum necesse cadere ipsa.

Ostendit differetiã particulariũ sciẽtiarum adinuicem, & primo scientię naturalis ad scientias operatiuas. Secũdo scientiæ mathematicę ad naturalẽ, ibi. ¶ Qm̃ aũt quod qd est. ☽ Dicit ergo primo, ꝙ cum sit q̃dã particularis scia de natura, oportet ꝙ sit altera ¶ & practica ☽. i. actiua et factiua. Dis. n. scientia operatiua, vel est actiua vel factiua. Ad quam differentiam cognoscendã sumendũ est qd supra in nono habitum est. s. ꝙ agere & facere differunt. Nã agere ꝓprie dicitur ſm operationẽ quæ permanet in agente, & nõ transit in materiam exteriorẽ, sicut intelligere & sentire & hmõi. Facere aũt est ſm operationẽ trãseuntẽ in materiã exteriorẽ quæ permutatur, sicut calefacere, secare, & alia. Est ergo scientia actiua ex qua instruimur ad recte exercẽdum operationes quæ actiones dicuntur, sicut est scientia moralis. Factiua autem scientia est per quam recte aliquid facimus, sicut ars fabrilis, & alia huiusmodi. Ab vtraq; autem harum operatiuarum scientiarum scientia naturalis altera est, quia factiuæ scientiæ nõ habent principium motus in facto, sed in faciente. Et hoc principiũ est sicut ars, quæ est principiũ sicut dirigẽs, siue potẽtia aliqua q̃ est principiũ sic ea exequẽs. Et silr ¶ scientiæ practicę ☽. i. actiuę nõ habẽt principiũ motus in eo in quo agit, sed magis in agẽtibus. Sed illa quæ pertinent ad considerationẽ sciẽtiæ naturalis, sunt habentia principiũ motus in ipsis, cũ natura sit principiũ motus in eo in quo est. Manifestũ est igitur ꝙ scia naturalis nõ est actiua neq; factiua, sed speculatiua. Necesse est n. ꝙ scia naturalis cadat in vnũ aliqd horũ generũ. s. actiua, vel factiua, vel speculatiua. Vñ si nõ sit actiua, vel factiua, sequitur ꝙ sit speculatiua. Deinde cum dicit.

Te. cõ. 16. Agere & facere differuut.

Duplex scia practica.

Naturalis scia nõ est practica, sed speculatiua

Atqui cũ ipsum quid est vnaquæq; sciẽtiã aliquo modo scire necesse sit, atq; hoc principio vti, non latet oportet, quonam modo diffiniendũ sit philosopho naturali, & quo pacto substantię rõ sit ab eo sumenda vtrũ vt ipsum simum, an potius vt cõcauum ipm. Hoꝝ. n. rõ qdẽ simi, cũ ipsi⁹ rei materia: rõ aũt cõcaui sine materia dr. Simitas. n. in naso fieri solet. Quapropter & ipsius rõ cum hac ipsa est assignata. Est enim simus cõcauus nasus. Patet igitur & carnis, & oculorum, & reliquorum partiũ rationẽ semper esse cum materia assignandam.

Quoniã aũt quodquidest necessariũ vnicuiq; aliqualiter scientiæ scire, & hoc vti principio, oportet nõ latere qliter diffiniẽdũ naturali, & qualiter substątię rõ sumẽda vtrũ vt simũ, aut magis vt cõcauũ. Hoꝝ. n. simi rõ quidem cũ materia dicitur ea quæ est rei, quæ autem concaui sine materia. Simitas. n. in naso fit, propter quod & ratio ipsius cum hoc dicta est. Simus enim est nasus concauus. Manifestũ igitur ꝙ & carnis & oculi & reliquarum partium, cum materia semper rationem reddendum.

Differt scia naturalis a mathematica pp diuersos modos diffiniẽdi.

Ostendit differentiã mathematicæ ad naturalem, & dicit, ꝙ cum ita sit ꝙ necessarium sit vnicuiq; scientiarũ cognoscere aliqualiter quodquidest, & vti eo quasi principio ad demonstrãdũ, oportet ꝙ ſm diuersum modũ diffinitionis diuersificẽt scientię. Et ita ad cognoscẽdum qualiter scientia naturalis differat ab alijs, oportet nõ latere quẽ modum seruet naturalis in diffiniẽdo, & qualiter sit sumenda diffinitio in sciẽtia naturali: vtrũ. s. sicut diffinitur simum, aut sicut diffinitur concauum. Diffinitio autẽ simi est cum materia sensibili. Sed diffinitio cõcaui est sine materia sensibili. Quia. n. simitas nõ ẽ nisi circa determinatã materiã sensibilẽ, quia non est nisi in naso: & pp hoc rõ simi oportet ꝙ accipiatur cum materia sensibili. Hæc est enim diffinitio simi. Simus est nasus concauus. Sed in diffinitione cũ caui siue curui nõ ponitur aliqua materia sensibilis. Sicut igitur in diffinitione simi ponit materia sensibilis, ita oportet ꝙ in diffinitione carnis & oculi & aliarum partiũ, reddatur materia sensibilis. Et similiter est de alijs rebus naturalibus. Et ex hoc accipitur differentia, inter mathematicã & scientiam naturalem, quia naturalis scientia est de his in quorum diffinitionibus ponitur materia sensibilis. Mathematica vero est de alijs, in quarum diffinitionibus non ponitur materia sensibilis, licet habeãt esse in materia sensibili. Deinde cum dicit.

Quoniã autẽ est scientia quædã ipsius entis ea rõne, qua est ens ac separabile, cõsiderandũ est, vtrũ eadẽ, an diuersa potius a naturali scientia sit ponenda. Naturalis itaq; circa ea versat quę motionis in seipsis principiũ habent. Mathematica vero est quidẽ cõtẽplatrix q̃dã, & circa imobilia versat & ipsa, ac non separabilia, vti patet. Est ergo circa ens separabile atque immobile, alia quędã ab his vtrisq; diuersa, si tñ sit in ratione reę quędã substãtia talis separabilis in quam atq; immobilis, qđ quidẽ eniremur postea demõstrare. At si qua est in rõne reę talis natura, ibi ꝓfecto & ipsum diuinũ erit, idq; erit principiũ primũ atq; principiũ maxime. Patet igit gña cõtẽplatiuarũ tria esse, sciaꝝ naturalẽ, mathematicã, & theologiã.

Quoniã aũt est quædã scientia entis inquantũ ens & separabile, considerandũ vtrũ quidẽ naturali eadẽ ponẽdũ esse hanc aut magis alterã. Naturalis quidẽ igitur circa habẽtia motus principiũ in ipsis est. Mathematica autem, speculatiua quidem & circa manẽtia quædam hæc, sed non separabilia. Circa separabile igitur ens & immobile, altera ab his sciẽtijs ambabus est aliqua, siquidem existit aliqualis substantia talis: dico autem separabilis & immobilis, quod quidem tentabimus ostẽdere. Et siquidem est aliqua talis natura in entibus, hoc vtiq; erit alicubi, & quod diuinum, & hoc vtique erit primum & principaliſſimũ principiũ. Palã igitur ꝙ tria gña speculatiuarũ scientiarũ, sunt naturalis, mathematica, theologia.

Differt mathaph. ab alijs scientijs 3 tribꝰ. Prio ꝙ sit ad subiectũ separabile tantum.

Comparat istam scientiã ad alias scientias particulares, & circa hoc tria facit. Primo cõparat istam scientiam ad alias scientias particulares, quantum ad modum separationis. Secundo quantum ad nobilitatem: ibi. ¶ Optimũ quidem genus &c. ☽ Tertium quãtũ ad vtilitatem, ibi. ¶ Dubitabit autem. ☽ Dicit ergo primo, ꝙ est quædã sciẽtia de ente inquantum est separabile. Non. n. solũ pertinet ad hãc scientiam determinare de ente in communi, quod est determinare de ente inquãtũ est ens, sed etiam pertinet determinare de entibus separatis a materia secundũ esse. Vnde considerandum est, vtrum ista scientia ad quam pertinent hęc duo, sit eadẽ cũ scientia naturali aut altera ab ea. Et ꝙ sit altera manifestat, quia scientia naturalis est circa ea quę hñt in seipsis principium motus, & sic oportet ꝙ naturalia habeant determinatã materiã, quia nihil mouetur nisi qđ habet materiã. Sed mathematica speculat circa immobilia, quia ea quoꝝ rõ accipit sine materia sensibili, oportet ꝙ eodẽ mõ eoꝝ rõ sit sine motu, cum motus nõ sit nisi in sensibilibus. Sed hęc de quibus considerat mathematica, non sunt separabilia a materia & motu ſm esse, sed solũ secundum rationem. Oportet igitur ꝙ circa illud ens, quod est separatum a materia & motu ſm esse & omnino immobile, sit quædam scientia alia & a mathematica, & a naturali. Et hoc dico si tñ sit aliqua talis substãtia præter sensibilia, q̃ sit oino imobilis. Et hoc dicit, ga nõdũ est ꝓbatũ aliquã talem

A talem substantiam esse. Sed hoc ostendere intendit. Si autẽ est aliqua talis natura in entibus, scilicet quę sit separabilis & immobilis, oportet ꝙ ¶ talis natura sit alicubi, ☽ id est ꝙ attribuatur alicui substantiæ. Et id quod habet istam naturam erit quoddam diuinum & quoddam principalissimum omnium, quia quanto aliquid est simplicius & formalius in entibus, tanto est nobilius & prius & magis causa aliorum. Et sic patet ꝙ hæc scientia quæ considerat huiusmodi entia separabilia, debet vocari scientia diuina, & scientia de primis principijs. Et ex hoc vlterius concludit, ꝙ tria sunt genera speculatiuarũ sciẽtiarũ. s. naturalis quę considerat ea mobilia, quæ in sui diffinitione materiam sensibilem recipiunt: & mathematica quæ considerat immobilia, quæ non recipiunt materiam sensibilem in sui diffinitione, licet habeant esse in materia sensibili, & theologia quæ est circa entia penitus separata. Deinde cũ dicit.

Metaphysicia diuina & quare.

B Atq; genus quidẽ sciẽtiarũ cõtẽplatiuarũ est præstãtissimum. Harum autem ipsarum præstabilissima est ea quam vltimo diximus. Circa nanq; præstabilissimũ eorum quæ sunt in rõne rerũ, versatur. Præstabilior. n. atq; deterior quæq; suo dici subiecto solet.

Optimum quidem igitur speculatiuarum genus, harum autem ipsarum vltima dicta. Circa honorabilissimum enim est entium. Melior autẽ & deterior vnaquæq; dicitur secundum proprium scibile.

Tertio ẽstũ ad vltimã.

Comparat istã scientiã ad alias quãtũ ad vniuersalitatem & dicit. Dubitabile est, vtrum istã sciam quæ est circa entia separabilia, oporteat poni vniuersalẽ sciam entis inquãtum est ens, aut non. Et ostendit ꝙ sic, quasi per diuisionẽ. Manifestum est enim ꝙ prædictæ scientiæ operatiuæ non sunt vniuersales. Et ideo eas prætermittit. Sed inter speculatiuas scientias, manifestum est ꝙ quælibet mathematicarũ scientiarum est circa vnum aliquod genus determinatum. Vniuersalis autem scientia communiter de omnibus est. Vnde nulla mathematicarum scientiarum est communis oſum entium. Sed de naturali manifestum est, quia si naturales substantiæ quæ sunt substãtiæ sensibiles & mobiles, sunt primæ inter entia, oportet ꝙ naturalis sciẽtia sit prima inter scientias: quia ſm ordinẽ subiectoꝝ est ordo scientia

Metaphysicia ostẽdit oim nobiliſſima, esse & ẽre.

C Dubitauerit autem quispiam si eius quod est sciẽtiam, vt ens est vniuersalem ponere oportet, nec ne. Mathematicarũ. n. quęq; scientiarũ circa quid definitum genus versat, vniuersalis aũt de oibus est cõis. Si substantię igitur naturales primę sint oium, naturalis quoq; prima scientiarũ omniũ erit. Sin vero sit alia quędam natura, substantiaq; separata, atq; immobilis: aliam ipsius scientiam esse, priorẽue scientia naturali, atq; vniuersalem hoc ipso antecedit.

D Dubitabit autem quis, vtrum entis inquantũ ens scientiam vniuersalẽ oportet poni, aut non. Mathematicarum quidẽ. n. vnaquęq; circa vnum aliquod genus determinatum est. Quę aũt vniuersali conueniunt de oibus. Si quidem igitur naturales substantię primę entiũ sunt, et naturalis vtiq; prima sciẽtiaꝝ erit. Si aũt est altera natura & substãtia separabilis & immobilis, alteram necesse & scientiam ipsius esse, & priorem naturali, & vniuersalem eo ꝙ priorem.

Cõparat istã scientiã ad alias quãtũ ad vniuersalitatem & dicit. Dubitabile est, vtrum istã sciam quæ est circa entia separabilia, oporteat poni vniuersalẽ sciam entis inquãtum est ens, aut non. Et ostendit ꝙ sic, quasi per diuisionẽ. Manifestum est enim ꝙ prædictæ scientiæ operatiuæ non sunt vniuersales. Et ideo eas prætermittit. Sed inter speculatiuas scientias, manifestum est ꝙ quælibet mathematicarũ scientiarum est circa vnum aliquod genus determinatum. Vniuersalis autem scientia communiter de omnibus est. Vnde nulla mathematicarum scientiarum est communis oſum entium. Sed de naturali manifestum est, quia si naturales substantiæ quæ sunt substãtiæ sensibiles & mobiles, sunt primæ inter entia, oportet ꝙ naturalis sciẽtia sit prima inter scientias: quia ſm ordinẽ subiectoꝝ est ordo scientia

Metaphysicia ostẽdit oim nobiliſſima, esse & ẽre.

rum, vt iam dictũ est. Si autem est alia natura & substãtia præter substantias naturales, quæ sit separabilis & immobilis, necesse est alterã sciam ipsius esse ꝙ sit prior naturali. Et ex eo ꝙ est prima, oportet ꝙ sit vniuersalis. Eadẽ. n. est scientia quæ est de primis entibus, & quæ est vniuersalis. Nam prima entia sunt principia aliorum. Lectio. viij.

Cum autẽ ipsum ens simpliciter pluribus modis dicatur, quorum vnus est hisce qui per accidens dicitur, de tali ente primo considerandũ esse videtur.

Caꝑ. 7.

QVoniam autem simpliciter ens secundũ plures dicitur modos, quorum vnus est qui secundum accidens dicitur, considerandum primo de sic ente.

Tex. cõ. 4. Te. cõ. 39. & inde. F

POSTQVAM Philosophus recollegit ea quæ prędicta erant de consideratione huius scientię, hic incipit recolligere ea quæ dicta sunt tã in sexto huius. q̃ in libro physicorum de ente imperfecto. Et primo de ente per accidẽs. Secundo de motu, ibi. ¶ Est autem. ☽ Circa primũ duo facit. Primo ponit ea quæ dicta sunt de ente per accidens. Secundo ea quæ dicta sunt de causa per accidẽs, ibi. ¶ Quod autem genere huius. ☽ Circa primum duo facit. Primo dicit de quo est intentio, dicens ꝙ quia ¶ ens simpliciter, ☽ id est cõiter acceptũ multis modis dicit. Inter quos vnus modus est ſm quod dicitur ens per accidens, vt puta cum dicimus musicum esse album, quæ quidem in quinto superius manifesta sunt, prius q̃ dicatur de ente per se, considerãdum est de ente per accidẽs, vt huiusmodi ente remoto, ab solutior fiat ſm de ente per se.

¿Determinat de ente implicẽto.

T.c.7. Primo de ente ꝓ accidens.

Nullam itaq; scientiarum quę traditæ sunt circa ipsum accidens versari, considerationemq; facere patet. Neq; n. extruendarum ędium facultas, id quod accidit hisce qui ędibus vtentur considerat: vt si cũ dolore habitauerint, an cum voluptate. Neq; ars texendi, neq; fuendi, neq; etiam conficiendi epularum facultas, sed quęq; proprium munus, qđ ad seipsum accommodatur, tantum considerat. Hoc autem est suus proprius finis. G

Quod quidem igitur nulla traditarum scientiarũ negociatur circa accidẽs, palam. Neq; n. ędificatiua considerat quid accidet vtentibus domo, puta si triste aut contrarie habitabunt: neq; textiua, neq; coriatiua, neq; coquinaria. Quod autem secundum ipsam proprium, vnaquęq; harum considerat scientiarum solum. Hoc autem est proprius finis.

Secundo prosequitur quod proposuit, & circa hoc duo facit. Primo ostendit ꝙ ad nullam scientiam pertinet considerare de ente per accidens. Secundo remouet huiusmodi ens, & ens quod significat veritatẽ propositionis a consideratione huius scientiæ. ibi. ¶ Quod autem vt vero. ☽ Circa primum duo facit. Primo ostẽdit ꝙ nulla sciẽtia cõsiderat de ente per accidens. Secũdo ꝙ nec considerare põt. ibi ¶ Quod autem videlicet contingens. ☽ Circa primũ duo facit. Primo inducendo manifestat ꝙ nulla scientia cõsiderat de ente per accidens, dicens manifestũ esse ꝙ nulla sciẽtia tradita nobis negociatur circa accidens. Non aũt accipitur hic accidens pro eo quod est in aliquo genere accidentis, sicut albedo est quoddam accidens. Sunt enim multæ scientiæ quæ circa huiusmodi accidentia sunt, quia huiusmodi accidentia, & ſm se habent speciem quãdã & causas determinatas in subiecto, & accidentia dicuntur, quia non per se, sed in alio hñt esse. Accipit autẽ hic accẽs pro ente ꝓ accẽs, sicut albũ esse musicũ est per accidens. Hmõi enim neq; aliquam spẽm habẽt in se, neq; aliquã cãm determinatam. Et circa huiusmodi ens non negociat aliqua scientia.

Accidens dupliciter.

H

Universidad de Deusto
Biblioteca

I Et hoc manifestat inducendo. Ars.n. ædificatiua non considerat quid per accidens eueniat habitantibus in domo quam facit, vtrum accidat eis aliquod triste, aut habitabūt ꝙ ibi cōtrarie, ꝙd est prosperē. Hoc.n. accidit domui. Similiter ars textiua non cōsiderat qūd accidat vtētibus pāno texto, nec ꝙ contraria ḡd accidat vtētibus calceis, nec ꝙ coquinaria de his quæ ꝓ accidēs se habēt ad cibū, puta qs eo vtatur ad superfluitatē vel ad necessitatē tm. Sed vnaquæq; harū scientiarū considerat id quod solū est proprium sibi, & subiectū, & per se accidentia eius. Et in hoc est finis considerationis cuiuslibet scientiæ. Secundo ibi.

Nulla scētia ē de ente ꝓ accīs secādo mō probatur i dustiue.

Finis cuiuslibet scīe q.

K Neq; quēq; vt est musicus, vlla grāmatica considerat, neq; asserit eū qui est musicus si grāmaticus fuerit, fore simul vtrūq;, cum antea non esset. Quod aūt non semp est ens, id fiebat profecto, quare simul musicam grammaticāue fiebat. Hoc aūt nulla scientiarū earū quærit, quę omniū sentētia scientiæ sunt, nisi sophistica tātum. Hęc.n. sola circa accīs ipsum versat. Idcirco Plato non male dixit, cum circa id quod nō est, sophisticam versari dixisset.

Neq; inquantum musicū & grāmaticum, neq; existentem musicū, quia factus grāmaticus, simul erunt ambo, prius non ens. Quod aūt nō semper ens factū & hoc. Quare simul musicus factus est & grammaticus. Hoc autem nulla quærit confesse existētium scientiarum, nisi sophistica. Circa accidens.n. hęc sola negociatur. Propter quod Plato non male dixit, dicēs circa non ens sophisticam versari.

I dē probat tōne.

L Assignat causam quare nulla scientia considerat ea quæ per accidens sunt. Ratio enim est quia quod per accidens est, non est proprie ens, sed magis non ens, sicut non est per se & proprie vnum. Nam vnum & ens conuertuntur. Omnis aūt scientia est de ente. Vñ relinquitur ꝙ nulla scientia sit de eo, quod est per accidēs. Dicit ergo ꝙ musicus est etiam grāmaticus, non inquantum est musicus. Et si contingat de aliquo qui sit musicus, ꝙ fiat grāmaticus, non simul factus est ambo, grāmaticus. s. & musicus, cum prius non fuerit vtrunq;. Sed si aliquod ens est modo, & nō fuit semper ens, oportet ꝙ sit factum. Si igitur hoc ꝙ dico musicus est grammaticus est quoddam ens, cum non semper fuerit, sequitur ꝙ simul vtrūq; factum, scilicet musicum & album, quia cuiuslibet entis est aliqua generatio. Vnde cum non simul facta sint, manifestum est ꝙ hoc totum quod est musicum grammaticum, non est aliquod vnum & ens. Nec est instantia de hoc ꝙ in generatione substantiarum præexistit materia, quæ est ingenita, quia forma non fit proprie, sed compositum vt in septimo probatum est. Materia autem præexistit non quasi ens actu, sed potentia tātum. Hic autem musicus præexistit in actu. Cū igitur ille qui erat musicus fit grammaticus, est generatio grammatici tantum, non autem totius, quod est, musicum grammaticum. Vnde hoc totum non est aliquid vnum & ens. Et propter hoc nulla scientia quæ est vere scientia, & certitudinem habet, considerat de ente per accidens. Sed sola sophistica circa ipsum negociatur, & ad decipiendū vtitur eo quod est per accidens, ac si per se esset. Vnde fit fallacia accidentis quæ est efficacissima ad decipiendum etiam sapientem, vt dicitur in primo elenchorum. Vnde Plato non male dixit, dicens ꝙ versatur circa non ens, quia versatur circa ens per accidens. Deinde cum dicit.

Sophistica sola negociatur circa ens per accidēs vt efficacissimo medio ad decipiēdū. Cap. 4.

Atqui fieri non posse vt scientia sit accidentis perspicuum fuerit, si quid nam sit ipsum accidens enitamur videre. Eorum igitur quę sunt, alia semper dicimus & necessario esse. Atque necessitas est hic sumenda, & non ea quæ violenta dicitur: sed ea qua in demonstrationibus vtimur. Alia plerūq;. Alia neque necessario, neque plerunque, sed vt contigerit: veluti si frigus fuerit cum sol est in cane, quod quidē neque semper est necesse, neque plerunq; fieri solet, sed interdum accidere potest. Est igitur id accidens qđ fit quidem, nō semper autem fit, neq; necessario, neque plerūq;. Atq; accidēs quod quidnā sit diximus. Cur autem rei talis non est scientia patet. Omnis.n. scientia eius est sane quod est semp aut plerūq;. Atq; accidens in neutro est ipsorum.

M

N

O

Quod aūtem neque cōtingens est esse accidentis scientiam, manifestum est tentantibus scire quid est accidens. Oē itaq; dicimus esse, hoc quidē semper & ex necessitate. Necessitate aūt non ſm violentiā dicta, sed secundum ꝙ vtimur in his quę secundum demōstrationes, hoc autem vt in plus, hoc autem neq; vt in plus, neq; semper & ex necessitate, sed ut cōtingit: puta sub cane vtiq; fiet frigus. Sed hoc neque vt semper & ex necessitate, neq; ut in plus fit. Accidet tamen aliquando vtiq;. Est itaq; accidens quod fit quidem, non autem semper, neq; ex necessitate, neq; vt in plus. Quid quidem igitur est accidēs, dictum est. Quia autem non est scientia talis, palā. Scientia quidem enim omnis, semper entis, aut in plus: accidens autem, in neutro horum est.

P

Ostendit ꝙ etiā non possit esse cōsideratio alicuius scītiæ de ente per accidens, & hoc dupliciter facit. Primo ex diffinitione de ente per accidens, dicēs ꝙ manifestum erit, ꝙ non contingit esse scientiā de ente, per accidens, si consideremus quid sit ens per accidens. Ad quod considerandū vtitur quadam diuisione trimembri, dicens quod eorum quæ dicuntur esse quædam sunt semper & ex necessitate, non quidem secundum quod necessitas pro violentia sumitur, sed ſm ꝙ vtimur necessitate in demonstrationibus, puta dicentes necessarium esse ꝙ triangulus habet tres angulos æquales duobus. Sic enim necessarium dicimus quod impossibile est nō esse. Quædam vero sunt vt in pluribus, sicut ꝙ homo nascatur cum quinque digitis in manibus. Hoc enim non semper est ex necessitate, cum contingat aliquem nasci cum sexto digito, sed est vt in pluribus. Quædam vero nec sunt vt in pluribus, neque semper ex necessitate, sed contingenter eueniunt, sicuti ſ. frigus fiat sub cane, ꝫ id est in diebus caniculatibus. Sed nō semper & ex necessitate, neque in pluribus, sed tamen quandoque accidit etiam huiusmodi ens. Quia autem raro accidit, & non semper & ex necessitate, neque vt in pluribus, vocātur ens per accidens. Quæ enim semper vel in pluribus contingunt, vel ita se habent ꝙ vnū est causa alterius, vel ambo reducunt in vnā causam quæ per se est causa vtriusq;. Et vtroque modo cōtingūt. Si quidē causa indefic ienter producit effectum suū, erit quod dicitur ex necessitate. Si autem possunt deficere propter aliquod impedimentū, erit vt in pluribus. Si aūt ita sit ꝙ duorū vnum nō sit causa alterius, neque habeant vnam causam per se communem, quæ coniungat ea simul, eorum coniunctio erit raro. Sicut in hoc ꝙ aliquis eo musicū ædificare. Nam ædificationis causa est a musica, sed ab arte ædificatiua, quæ est oīno alia a musica. Similiter est in præmisso exemplo. Nam ꝙ sit feruor caloris sub cane, est a sole appropinquante nobis. Quod aūt sit frigus, est ex aliqua alia causa, puta ex Saturno, aliquo modo coniuncto Soli. Vñ hoc est ꝙ accīs, ꝙ Sole dies caniculares faciēte, frigus sit. Sic igitur manifestū est qđ est ens ꝙ accīs, quia neq; qđ est in maiori parte, neq; qđ est semper.

Q

Omnis

Non fuit nō esse scītia nec pars ei⁹ se ſ. futur. ente per accidens, pro batur. Primo ex diffinitione Ens per accidens, quid. Necessitas duplex.

A Omnis autem scīēria est de eo quod semper, aut in plus, vt probatū est i primo posteriorū. Vnde manifestū est ꝙ scia nō pōt esse de eo qđ est per accīs. Secundo ibi.

At vero eius quod est per accīs nō esse principiū, causasq; tales, quales sunt eius qđ est per se, luce clarius extat. Erunt.n. oīa necessario. Nam si hoc quidē est, cum hoc sit, hoc autē itidem est, cum hoc sit. Atq; hoc non vt contingens, sed necessario, necessario nimirū & id erit, cuius hoc erat causa, vsq; ad id qđ effectus vltimus dr. Hoc aūt per accīs erat. Quare oīa necessario erunt. Atq; id quod esse & nō esse, & fieri atq; nō fieri pōt, ex hisce quæ sunt penitus tollit. Et si cā quoq; nō esse, sed fieri supponat, eadē profecto eueniēt. Oē.n. quoduis necessario fiet. Si.n. cras defectio fuerit si hoc fuerit factū, atq; hoc si aliud quippiam, & hoc rursus si aliud, atq; hoc mō si a finito tēpore, qđ est ab hoc núc vsq; ad accedentē diē tps auferatur, peruenietur tandem ad id quod est. Quare cum hoc sit, oīa posteriora necessario euenient. Quibus efficitur, vt vniuersa necessario fiant.

B

Quod aūt secūdū accīs entis non sunt causæ & pncipia talia, qualia qđē scđm se entis, palā. Erūt.n. oīa ex necessitate. Si.n. hoc quidē est huiꝰ entis, hoc aūt huius, hoc aūt nō vt cōtingit, sed ex necessitate erit, cuius hęc erat causa vsq; ad vltimū dictū causatū. hoc autem erat scđm accidens. Quare ex necessitate omnia erunt, & quod vtrūq; contingit, & accidere, & fieri, & non omnino ex generatis aufertur. Et si nō existens, sed quę fit causa supponatur, eadem accident. Omne.n. ex necessitate fiet. Si enim cras eclipsis fiet si hoc fuerit, hoc autem si alterum aliquid, & hoc si aliud, & hoc itaq; modo a finito tempore, eo quod a nunc vsque cras, ablato tempore, veniet & quandoque ad existens. Quare siquidē hoc est, omnia ex necessitate quę post hoc fient, vt omnia ex necessitate fiant.

C

Inducit ad idem manifestandū ꝙ ens per accidens non habet causas & principia talia, qualia habet ens p se, & sic de eo nō pōt esse scientia, cū ois scientia sit ex principijs & causis. Quod quidē sic probat. Quia si ens per accidēs haberet per se causas, omnia essent ex necessitate. Entia.n. per se talem causam habent, qua posita de necessitate sequitur effectus. Et si aliqua causa sit ad quam non de necessitate sequitur effectus, sed vt in pluribus, hoc est propter impedimentum, quod per accidens contingit. Et sic si ens per accidens tollatur a rebus, omnis causa per se, de necessitate inducet suum effectum. Sic ergo si ens per accidēs de necessitate habet causam per se, qua posita ex necessitate sequitur effectus, licet forte eam poni non sit necessarium, nihilominus tamen sequitur ꝙ omnia ex necessitate eueniant. Quod sic patet. Sit enim aliquid præteritum vel pręsens quod sit causa futuri effectus. Hoc quidem iam positum est. Sed posita causa, vt tu dicis, ex necessitate sequitur effectus. Si igitur hoc præsens vel præteritum quod iam positum est, est causa huius entis futuri, & illud alterius non quocunque modo, sed ita ꝙ ex necessitate sequatur effectus. Posita enim causa, ex necessitate erit illud cuius causa iam posita est, & hoc vsque ad vltimum causatum. Sed hoc ponebatur esse per accidens. Et sic quod ponebatur per accidēs, erit ex necessitate. Vnde sequitur ꝙ omnia sint ex necessitate, & ꝙ a rebus auferatur, ꝫ quod ad vtrūq; contingit, ꝫ id est qđ est casuale fortuitū, ꝫ & accidere, ꝫ id est ens per accidēs. Et ꝫ fieri ꝙ non fieri, ꝫ id est possibile esse & non esse vel fieri & non fieri. Sed quia posset aliquis obuiare huic ratio

D

Secūdo ex eo ꝙ caret principijs & causis.

ni dicendo, ꝙ causa futurorum contingentium nō est iam posita vt præsens & præterita, sed adhuc est contingentes ut futura, & propter hoc effectus sunt adhuc contingentes, cō sequenter hanc obuiationem remouet. ibi. ꝫ Et si non existens. ꝫ Dicens ꝙ eadem inconuenientia accident, si ponatur ꝙ causa futurorum contingentium nō sit iam ens quasi præsens vel præterita, sed quæ in fieri, & quasi futura. Sequitur enim ꝙ omnia ex necessitate accidāt sicut & prius. Si enim causa illa futura sit, oportet ꝙ sit futura in aliquo tempore determinato, & determinate distincto a præsenti nunc, puta cras. Si ergo eclipsis quæ est per se causa quorundam futurorum accidentium sit futura cras, & omne quod fit, sit ex aliqua causa, oportet ꝙ ipsa eclipsis, quæ est futura cras fiat ꝫ si hoc fuerit ꝫ. i. propter aliquid præexistēs, & hoc iterum propter aliud, & sic semper propter anticipationem vel ablationem causarum, auferetur aliqđ a tempore quod est inter præsens nunc & eclipsim futurā. Vnde cum illud tempus sit finitum, & omne finitum consumatur ablato quodam, quādoq; erit deuenire ad aliquā causam nunc existentem. Quare si illa iam ponitur, omnes futuri effectus consequuntur ex necessitate. Et ita omnia ex necessitate euenient. Ergo cum hoc sit impossibile, manifestum est ꝙ ea quæ sunt per accidens, non habent causam determinatam, qua posita, ex necessitate consequantur. Ea autem omnia quæ circa hoc dici possunt, supra in sexto posita sunt. Deinde cū dicit.

E

F

Tex. c. 4.

Id aūt quod verum est ens, & non per accidens, in mentis complexione consistit, atq; in hac est affectꝰ. Quapropter circa id quidem, quod ita est, principia non quęruntur. Circa vero id quod est extra, ac separabile. Id autem quod est per accidens, nō est necessarium, sed indefinitum. Atque talis entis causę inordinatę sunt, ac infinitæ.

G

Quod autem vt vere ens, & secundū accidēs, hoc quidem est in complexione mentis, & passio in hac, propter quod circa sic quidem ens, non quæruntur principia. Circa autem quod extra ens, & separabile. Hoc autem non necessarium, sed infinitum, dico autem quod secundum accidens. Talis autem inordinatę & infinitę causę.

Tā ens ꝙ accidens q̄ ens vt vere, longe sunt a cōsideratione metaph. Lib. 6. Te. cō 4. & inde.

H

Oēndit ꝙ ens per accidens, & ens quod significat veritatem propositionis prætermittendum est in ista scientia, dicens ꝙ est quoddam ens ꝫ quod est vt vere ens, ꝫ id est quod significat veritatē propōnis quæ in cōpositione cōsistit, & est per accidens. Sed primū cōsistit in cōpōne intellectus, & est quędā passio circa operationē animæ. Vñ huiusmodi entis non quæruntur principia in scientia, quæ cōsiderat de ente qđ est extra aīam, & est separabile, vt supra dictū est. Aliud aūt. ſ. ens per accidens nō est necessarium, sed indeterminatū, & ideo non habet causam ordinatam. Sed eius sunt infinitæ causę & non habentes ordinem adinuicem. Et ideo de tali ente non considerat ista scientia.

Deinde cum dicit.

Id autem quod alicuius gratia fit, in iis est quę natura fiunt, aut a mente proficiscūtur. Fortuna aūt est, cum quippiam horum fuerit per accidens ortū. Nā vt & ens aliud p se, aliud per accidens est, sic & causa est. Fortuna autem causa est per accidēs in hisce, quę per electionem alicuius gratia fiunt.

Quod aūt gratia huius, in his quę a natura fiūt & a mente est. Fortuna aūt est, quando aliquid horum fiunt secundū accidens. Sicut.n. & ens est hoc quidē secundū se, hoc aūt secundum accidens, sic & causa. Fortuna autem causa secundū accidens in factis, secūdum electionem eorum quę gratia huius.

I. Colligit hoc quod dictū est de causa ꝑ accidēs. ſ. de fortuna, in ſecūdo phyſic. & dicit hic quatuor circa fortunā. Primo quid ſit. Et ad hoc inueſtigandū prætermittit, ꝙ ◁ id quod eſt gratia huius ▷. i. aliquid eſſe ꝓpter ſinē, inuenitur & in his quæ ſunt ſm naturā, et in his quæ ſunt ab intellectu. Et hoc manifeſtū eſt in ſecdo phyſi. Et adiungit ꝙ fortuna eſt in his quæ fiūt ꝓpter aliqd, ſed ſm accidens. Sicut enim inuenit ens per ſe & ens per accidens, ita & cā ꝑ ſe, & cā ꝑ accidēs. Sic igitur fortuna eſt cauſa ꝑ accidēs ◁ in his quæ ſiunt gratia huius, ▷ id eſt propter ſinem, non quidē a natura, ſed ſm electionem. Sicut ſi aliquis eligat fodere in agro vt plantet arborem, & inueniat theſaurum: hoc dicimus eſſe per accidens, quia eſt præter intentionem. Et hoc eſt a fortuna. Secundo ibi.

Fortuna. Te. cō. 49. & inde. Fortunæ quid. Te. cō. 49. Lect. 4.

Quapropter circa eadem mens, fortunaq; verſatur. Electio nanq; ſine mente non eſt.

K

Propter quod circa eadem fortuna & mens. Electio enim non ſine mente.

Oſtendit in quibus ſit fortuna, & dicit ꝙ cum electio nō ſit niſi a mente vel intellectu, oportet ꝙ circa eadem ſit fortuna & intellectus. Vnde in rebus carentibus rōne non eſt fortuna, ſicut plantæ, lapides, & bruta animalia. Neq; etiam eſt in pueris qui carent vſu rationis. Tertio ibi.

Foruna in quibus.

Cauſæ vero ſunt indefinitæ, a quibus id fieri poteſt quod proficiſcitur a fortuna. Quocirca rationi humanæ eſt immanifeſta. Et per accidens quidem cauſa eſt, abſolute vero rei nullius cauſa eſt.

Cauſæ aūt infinitæ, a quibus vtiq; fiet quod a fortuna. Propter quod incerta humanæ cognitioni, & cauſa ſecundum accidēs. Simpliciter aūt nullius.

L

Oſtendit ꝙ fortuna eſt incerta, dicens ꝙ infinitæ ſunt cauſæ a quibus aliquid poteſt fieri a fortuna, ſicut patet in exemplo poſito. Poteſt.n. aliquis inuenire theſaurū fodiens in terra, vel ad plantandum vel ad faciēdum ſepulchrum, & propter infinita alia. Et quia omne infinitum eſt ignotum, ideo fortuna eſt incerta humanæ cognitioni. Et dicitur eſſe cā ſm accidens. Nullius autem eſt cā ſimpliciter & per ſe. Quarto ibi.

Fortuna incerta.

Eſt autem fortuna bona ac mala, cum bonū euenerit aut malum. Proſperitas vero fortunæ ac infortunium eſt circa horum magnitudinem.

Bona autem fortuna & mala, cum bonum aut malum euenerit. Proſperitas autem & infortunium, circa magnitudinem horum.

M

Oſtendit qualiter fortuna dicitur bona vel mala, & dicit ꝙ dicitur bona vel mala ex eo ꝙ bonum & malum fortuito euenit. Sed ſi ſit magnum bonum quod fortuito euenit, dicitur euſortunium. Si ſit magnum malum, dicitur infortunium. Quinto ibi.

Fortuna q̄ bona quæ mala ſit

Cum aūt nihil per accidens prius ſit eo, quod eſt per ſe, neq; profecto cauſæ per accidens, cauſis per ſe erūt priores. Quod ſi fortuna & caſus cœli ſunt cauſæ, prior mens cauſa erit atq; natura.

Quoniā aūt ſcdm accidēs nullū prius his q̄ ſcdm ſe, neq; igitur cauſa. Si igitur fortuna aut caſus cauſa cœli eſt, prius intellectus cauſa & natura.

Fortuna q̄ eſt ſima rerū cauſa.

Oſtendit ꝙ fortuna nō eſt prima cauſa rerū. Nullum.n. per accidens eſt prius his quæ ſunt ſm ſe. Vnde neq; cauſa per accidens eſt prior ea quæ eſt per ſe. Et ſic ſi fortuna & caſus quæ ſunt cauſæ per accidens, ſint cauſa cœli, oportet ꝙ per prius ſint cauſæ intellectus & natura, quæ ſunt cauſæ per ſe. Lectio. ix.

Atqui eoꝝ quæ ſunt, quædam actu tantū, quędam potētia ſunt atq; actu. Horum aūt aliud eſt ens, aliud quantum, aliud ex numero cæterorum. Non eſt aūt vllus motus præter res ipſas. Mutatur.n. ſemper id quod mutatur per ipſius entis prædicamēta. Atq; in hiſce cōe nihil eſt prorſus quod nullo eſt in prædicamento. Vnunquodq; aūt dupliciter cunctis ineſt, vt hoc: aliud.n. eſt ipſius forma, aliud eſt priuatio. Et quale: aliud.n. eſt albū, aliud nigrū. Et quantū: aliud.n. eſt perfectum, aliud imperfectum. Et in latione ſimili modo, aliud eſt ſupra, aliud infra, aut leue, aut graue. Quare tot ſunt ſpecies ipſius quod eſt, quot motus mutationiſue ſpecies ſunt.

N

Caſ. 2.

O

Eſt aūt hoc quidem actu ſolū, hoc aūt potentia, hoc aūt potentia & actu, hoc quidē ens, hoc aūt quantū, hoc aūt reliquorū. Non eſt aūt aliquid motus præter res. Permutatur.n. ſemper ſecundum entis categoria. Commune autem in his nullum eſt, quod neq; in vna categoria. Vnunquodq; aūt dupliciter exiſtit in omnibus, vt puta ꝙ hoc: iſtud forma quidem ipſius, hoc autem priuatio. Et ſecundum quale: hoc quidem album, hoc aūt nigrum. Et ſcdm quantum: hoc quidem perfectum, hoc aūt imperfectum. Et ſecundum lationem, hoc quidem ſurſum, hoc aūt deorſum, hoc eſt autē leue, hoc autē graue. Quare motus & ꝑmutatiōis tot ſpecies, quot entis.

P

POSTQVAM Determinauit Philoſophus de ente per accidēs, hic determinat de motu: & diuiditur in partes tres. In prima determinat de motu ſm ſe. In ſcda de infinito quod eſt quædam paſſio motus & aliorum continuorum. ibi ◁ Infinitum autem. ▷ In tertia determinat de diuiſione motus in ſuas ſpecies. ibi ◁ Prętermittatur autem. ▷ Prima diuiditur in partes duas. In prima oſtendit quid ſit motus. In ſcda oſtēdit in quo ſit. ibi ◁ Et ꝙ eſt i mobili. ▷ Circa primū tria facit. Primo præmittit quædā quaſi neceſſaria ad diffiniendum motum. Scdo diſtinguit ipſum. ibi ◁ Diuiſio aūt &c. ▷ Tertio probat diffinitionem bene eſſe aſſignatā. ibi ◁ Quod aūt bene. ▷ Circa primū ponit quatuor, ex quibus cōcludit quintū, quorum primū eſt ꝙ ens diuiditur per actū & potentiam. Et hoc eſt quod dicit ꝙ entiū quoddam eſt actu ſicut primū mouēs, quod Deus eſt: quoddam potentia tantum, vt materia prima: quoddā potentia & actu, ſicut omnia intermedia. Vel eſſe actu tantum dicit id quod iam perfecte habet formā, puta quod ꝑfecte iam eſt albū. Eſt aūt potentia tantū, quod nondū habet formā, puta ꝙ nullo modo eſt albū. Actu aūt & potentia eſt, ꝙ & ſi nondum perfecte habet formā, eſt tamen in moueri ad formā. Scdm eſt ꝙ ens diuiditur per decē prædicamēta, & hoc eſt quod dicit, ꝙ entium quoddam eſt ꝑ ſe. i. ſubſtantia, quoddam eſt quantum, quoddam quale, & ſic de alijs generibus. Tertiū eſt ꝙ motus nō habet aliquā aliā naturā ſeparatā a rebus alijs, ſed vnaquæq; forma ſm quod eſt in fieri, eſt actus imperfectus qui dicitur motus. Hoc.n. ipſum eſt moueri ad albedinē, quod eſt albedinem incipere actu fieri in ſubiecto. Sed nō debet eſſe in actu perfecto. Et hoc eſt quod dicit, ꝙ motus nō eſt aliquid prēter res. Omne.n. quod mutatur, mutatur ſm ꝑdicamēta entis. Et ſicut nō eſt aliquid cōe decem prædicamentis ꝙ ſit genus eorum, ita nō eſt aliquod genus cōe omniū motuū. Et propter hoc motus nō eſt aliquod vnum prędicamentum diſtinctum ab alijs prędicamentis, ſed ſequitur alia prædicamenta. Quartum eſt ꝙ in vnoquoq; genere inuenitur aliquid dupliciter. ſ. ſm perfectionem & imperfectionem, ſicut in genere ſubſtantiæ vnū eſt vt forma, & aliud vt priuatio. Et in genere qualitatis hoc eſt, quod eſt perfectū vt album

Q

A albū quod habet perfectum colorē: & hoc eſt vt nigrum, quod eſt imperfectum in genere coloris. Et in quantitate vnum eſt perfectum quod dicitur magnū, & aliud imperfectū quod dicitur parū. Et in vbi in quo ◁ eſt locatio ▷ i. motus localis, eſt rurſum & deorſum, et graue & leue, ſm ꝙ graue dicitur quod actu ſubſidet, & leue quod actu ſupereminet. Et horū vnum eſt vt perfectū, & aliud vt imperfectū. Et rō huius eſt, quia omnia genera diuiduntur per contrarias differentias. Contrariorum aūt ſemper alterum eſt vt perfectum, alterum vt imperfectum. Ex his quatuor cōcludit quintum. ſ. ꝙ tot ſunt ſpēs motus & permutationis, quot ſunt ſpēs entis. Quod quidē non dicit eo ꝙ in quolibet genere entis ſit motus, ſed quia ſicut ens diuiditur per actum & potentiam, per ſubſtantiam & quantitatē, & huiuſmodi, & ſm perfectū & imperfectum, ita & motus. Et hoc ſequitur ex eo quod dictum eſt, ꝙ motus non eſt præter res. Quomodo autem differant permutatio & motus, infra dicetur. Deinde cum dicit.

Tot ſunt motus ſpēs quot et entis. ſ. per motum ac quiſiti.

B

Cum aūt eorū quæ in vnoquoq; genere collocantur, quoddam actu, quoddam potentia ſit. Actū eius quod eſt potentia vt eſt tale, motum eſſe dico.

Diuiſo autē ſecundum vnumquodq; genus, hoc quidem potentia, hoc autem actu, eius quod potentia inquantum tale actum, dico motum.

Diffinitio motus.

Diffinit motū, & primo ponit diffinitionē ipſam, dicēs, ꝙ cū ens ſm vnumquod ꝓ genus entis diuidatur per potētiam & actum, motus dicitur eſſe actus eius quod eſt in potentia inquantum huiuſmodi. Secundo ibi.

Atq; vera eſſe ea quæ dicimus, hinc perſpici poteſt. Nā cum ædificabile tale eſt, tum ipſum vt ædificatur actu dicimus eſſe. Atq; hoc eſt ædificatio. Similiter & medicatio, & ambulatio, ac ſaltatio, & iſtiuſmodi cætera. Fit aūt vt tunc res moueatur, cum eſt hic ipſe actus, & neq; prius, neq; poſterius. Atq; actus eius quod eſt potentia cum actu eſt, ac nō vt ipſum, ſed vt mobile eſt, operatur, motus nimirum eſt.

C

Quod aūt verū dicimus, hinc palā. Cum.n. ędificabile inquantū tale, ipſum dicimus eſſe actu inquantū ędificatur: & eſt hæc ædificatio. Similiter doctrinatio, ambulatio, curatio, ſaltatio, orbatio. Accidit autē moueri cū fuerit actu eodem, & neq; prius, neq; poſterius. Iam potentia entis cum actu ens operatur, non inquātū ipſum, ſed inquātū mobile, motus eſt.

Exponit vltā partē diffinitionis motus.

D

Exponit poſitā diffinitionē, & circa hoc duo facit. Primo exponit id quod ponitur in diffinitione ex parte ſubiecti motus. Scdo id quod ponitur in diffinitione quaſi genus motus. ibi ◁ Horum quidem.n. eſt. ▷ Circa primum duo facit. Primo exponit hanc particulā eius quod eſt in potentia. Scdo hanc inquantū huiuſmodi. ibi ◁ Dico aūt inquantum. ▷ Dicit ergo primo, ꝙ ex hoc manifeſtum eſt verum eſſe motum eſſe hoc quod dictum eſt. Manifeſtum eſt.n. ꝙ ædificabile ſignat aliquid exiſtens in potentia. Et iſta potentia ſignificatur eſſe reducta in actū per hoc quod dicitur ædificari. Et iſte actus vocatur ædificatio. Et ſimiliter in omnibus alijs motibus, vt in ambulatione & alteratione & huiuſmodi. Dicitur aūt aliquid moueri, cum huiuſmodi fiat in actu, & huiuſmodi fuerit in potentia, & nō prius nec poſterius. Cum ergo ita ſit, ſequetur ꝙ motus eſt alicuius exiſtētis in potentia, cum ſit reductum ad actum. Et hoc dico. ſ. ꝙ ſit reductum ad actum inquantū eſt mobile. Nā mobile dicitur aliquid per hoc ꝙ eſt in potētia ad moueri, & ſic reducitur huiuſmodi potentia in actū quando mouetur actu. Non aūt habet reduci in actum per motum, id quod in potentia eſt ◁ inquantū ipſum, ▷ id eſt ſm id quod actu eſt, & ſm ſeipſum. Nam hoc etiam eſt in actu antequam incipiat moueri. Neq; etiā reducitur ad actum per motum, ſm ꝙ eſt in potentia ad terminum motus, ꝙdum mouetur adhuc remanet in potentia ad terminū motus. Sed ſolum per motum reducitur aliquid in actum, de illa potētia quæ ſignificatur cum dicitur ◁ aliquid eſſe mobile, ▷ id eſt potens moueri. Deinde cum dicit.

B

Atq; vt mobile, dico hoc pacto. Eſt.n. ꝙs potentia ſtatua, attamē nō æris actus vt eſt æs, eſt motio. Non eſt.n. idē eſſe æris atq; alicuius potentiæ. Nam ſi eſſe idē ſimpliciter rōneue, gris actus motus quida nimirū eſſet. Nō eſt aūt idē. Patet aūt in cōtrarijs. Nā valere quidē poſſe, ac ægrotare poſſe, nō eadē ſunt, ſed diuerſa. Eſſet.n. idē ægrotare atq; valere. Subſtantia aūt, & id quod valet atq; ægrotat vnū & idē eſt, ſiue humiditas ſit ſiue ſanguis. Cum vero non ſit idem, quēadmodum neq; color eſt idem atq; viſibile, patet actū poſſibilis ea rone qua poſſibile eſt, motum eſſe.

F

Dico aūt inquantum hic. Eſt.n. æs potentia ſtatua, ſed tamē non æris actus inquatum æs eſt, motus eſt. Non.n. idem eſſe æri, & potētiæ alicui. Quod ſi idē erat ſimpliciter & ſcdm rōnem, erit vtiq; æris actus motus quidam. Nō eſt aūt idem. Palam aūt in cōtrarijs. Poſſe quidem.n. ſanari & poſſe laborare non idem. Eteni hic ſanari & laborare idem eſſent. Subiectum aūt & ſanum & languens, ſiue humiditas ſiue ſanguis idem & vnum. Quoniam aūt non eſt idem, quemadmodum neq; color idem & viſibile, poſſibilis inquantum poſſibile actus, motus eſt.

Exponit hāc particulā poſitam in diffinitione motus. ſ. inquātum huiuſmodi, uel inquantū tale. Ad cuius expoſitionem dicit ꝙ æs eſt in potētia ad ſtatuā. Et ſic idem eſt ſubiectum æs, & ęs in potentia ad ſtatuam. Tamen non eſt idem rōne. Sed alia eſt rō æris inquantum æs, & alia eſt rō æris inquantū habet aliquā potētiam. Et hoc eſt quod dicit, ꝙ non eſt idē æri eſſe, & alicui potentię. Si.n. eſſet idem ſimpliciter ſm rōnem, tunc ſicut motus eſt actus æris inquantum eſt æs in potentia, ita eſſet actus æris inquantum eſt æs. Sed nō eſt idem ſm rōnem æs, & potentia æris. Et hoc manifeſtum eſt in potentia contrariorum, quia poſſe ◁ ſanari & poſſe laborare, ▷ id eſt infirmari nō eſt idē ſm rōnem. Ratio.n. potentiæ ſumitur ex actu. Vnde ſi poſſe ſanari & poſſe infirmari eſſet idem ſm rōnem, ſequeretur ꝙ idem eſſet infirmari & ſanari, quod eſt impoſſibile. Sicut igitur non eſt eadem potentia ad vtrunq; contrariorū ſm rōnem potētię, ſed eſt eadem ſubiecto. Idem.n. eſt ſubiectū quod poteſt eſſe ſanum & languēs, ſiue illud ſubiectum ſit quicunq; humorum in corpore animalis, ſiue ſanguis qui eſt naturalior & magis proprius vitæ, & animalium nutrimento poſſit eſſe cā ſanitatis & ægritudinis. Quia ergo poſſe ſanari & poſſe infirmari non eſt idem ſm rōnem, manifeſtum eſt ꝙ neutrum horum eſt idem ſm rōnem cum ſuo ſubiecto, quia quæ vni & eidem per ſe ſunt eadem, ſubſunt icem ſunt eadem perſe. Quia ergo non eſt idē ſm rōnem æs, & æs in potentia ad ſtatuā, ſicut neq; color & viſibile quod eſt potens videri, ideo necellarium fuit ꝙ in diffinitione motus, dicto ꝙ eſt actus exiſtentis in potentia adderetur inquantum huiuſmodi. Deinde cum dicit.

G

Exponit aliam partem diffinitionis motus.

Nunc igitur eſſe, atq; tunc rem moueri cū eſt iſte actus, & neque prius, neq; poſterius, patet. Fit.n. vt quodq; interdum operetur, interdum nō operetur, ceu ædificabile inquantum ædificabile eſt, atq; ædificabilis actus inquantum ædificabile ædificatio eſt.

H

I Nam actus ipsius aut est ędificatio, aut domus. At cū est domus, tunc non est (vt patet) ædificabile. Aedificabile vero ædificatur. Necesse est ergo actum ipsius ædificationem esse. At ædificatio motus est quidam. Eadem & ad cæteros accommodabitur motus rō.

Quod quidem .n. est hic, & quod accidit tūc moueri quādo fuerit actu sic, & nec prius nec posterius pāli. Contingit .n. vnūquodq; aliquādo quidē actu esse, aliquādo aūt non. Puta ædificabile inquātū ędificabile, & ędificabilis actus inquantū ædificabile, ędificatio est. Aut enim hæc domus est, aut ædificatio actus. Sed cum domus fuerit, non adhuc ædificabile erit. Aedificatur aūt ædificabile. Necesse igitur ædificationem actum esse. Aedificatio autem motus quidam. Eadem autem ratio & in aliis motibus.

K

Exponit id qđ ponitur in diffinitione motus tāquā genus.

Exponit id quod ponit in diffinitione motus tāquā genus, dicens manifestum esse cp hoc sit motus, qa dico motus tunc est, quia tūc accidit moueriꝯ qñ hic ꝑ .i. actus existentis in potentia fuerit actu, & neq; prius neq; posterius. Manifestum est .n. cp vnūquodq; mobilū contingit aliqñ esse actu, aliquando nō. Sicut ædificabile inquātū ædificabile quandoq; est in potētia, & quandoq; est in actu. Dicit aūt cp ædificabile inquantum ędificabile, quia materia domus est ad duo in potentia. s. ad formā domus, & ad hoc cp ædificetur. Et quod ad vtrunq; contingit esse, quandoq; in potentia quandoq; in actu. Sed potētia quæ est in materia domus ad hoc cp ædificetur, significatur in hoc cp dicitur ædificabile. Tunc ergo ædificabile inquantū ædificabile fit actu, qñ ędificatur. Et sic ædificatio est actus ædificabilis, inquantum ædificabile. Quod sic probat, quia materia domus non est in potētia nisi ad duos actus. s. ad ędificationem domus & ad formā. Aedificabile aūt significat quandam potētiam in materia domus existentē. Oportet igitur cum omni potētiæ respondeat aliquis actus, cp potētiæ significatæ per hoc quod dico ædificabile, rñdeat alter duorum actuum. s. vel forma domus, vel ædificatio. Sed non est actus ædificabilis inquantū ædificabile forma domus, quia aduenīente forma domus non est adhuc ædificabile, sed est iam ædificatum. Sed ædificabile est actu, quādo ędificatur actu. Necesse est igitur cp ædificare sit actus ædificabilis. Aedificare aūt est quidā motus, & sic motus est actus ædificabilis. Et eadem ratio est de omnibus alijs motibus. Vnde manifestum est cp motus est actus existentis in potentia. Deinde cum dicit.

L

M Atq; patet nos de ipso motu recte dixisse, & ex hīsce quæ cæteri de ipso dixerunt, & quia non est facile ipsum aliter definire. Neq; .n. quicquam alio in genere ipsum ponere potest.

Quod aūt bene dictum est, palā est qbus alii dicūt de ipso, et ex eoq; nō facile est aliter ipsum diffinire. Neq; .n. in alio poterit aliqs genere ponere ipsum.

Probat diffinitionem positam esse bene assignatam, & primo ponit probationē in generali, dicēs cp manifestū est motū esse bene diffinitum, ex his quæ alij dixerunt de motu diffinientes ipsum. Et iterum ex eo cp non potest de facili aliter diffiniri. Non .n. potest poni in alio genere nisi in genere actus. Secundo ibi.

Probat diffinitionem prędicti in generali.

Neq; qui aliter de ipso dicere recte dixisse videt, id ita esse inde sane patebit. Quidā .n. diuersitatē, & inæqualitatē, & id etiā qđ nō est, ipsum esse dixerūt.

Palam autem ex quibus dicunt. Hi quidem alteritatem & inæqualitatem & non ens.

Ponit ea quæ alij dixerunt de motu, dicens cp quidā dixerunt motum esse alteritatem, & quidam inæqualitatem, & quidam nō ens. Forte ideo quia illud quod mouetur recedit ab eo quod prius erat, & dum mouetur semper alio & alio modo se habet, & magis appropinquat ad terminum. Tertio ibi.

N Quod diuersi dixerint alij esse motū.

Nihil tamē siue sit diuersum, siue inæquale, siue non ens, necessario moueri videtur. At neq; ipsa mutatio, aut ad hęc, aut hisce, magis quam expositū est.

Quorum nullū necesse moueri. Sed nec permutatio, neq; in hoc, neq; ex his magis quam oppositis.

Ostendit prædictas diffinitiones non esse conuenientes. Nec ꝑ .n. cōueniunt motui ex parte subiecti quod mouetur. Si .n. motus esset nō ens vel inæqualitas vel alteritas, sequeretur cp omne non ens vel alterū vel inæquale moueretur. Sed nullum horum necesse est moueri. Nō est igitur motus quod dictum est. Idem etiā apparet ex parte terminorum motus, qui sunt terminus a quo, & terminus ad quē. Nō .n. magis est motus ad non ens, vel inæqualitatē, vel alteritatē, quam ad oppositā horum: neq; magis est motus ex his, quam ex oppositis. Contingit .n. moueri ex nō ente ad ens, & econuerso: & de alteritate ad similitudinem, & ab ęqualitate ad inæqualitatem, & econuerso. Quarto ibi.

O R̄ probat allorū dicta.

Ponēdi autem motum in hisce causa fuit, motum indefinitum quoddā esse videri. Alterius vero principia seriei, indefinita sunt sane, ex eo quia sunt priuatiua. Nihil enim ipsorum aut hoc aliquid, aut tale, aut cæterorum quicquam est prædicamentorum.

Causa aūt in hoc ponēdi, quia infinitū aliqd videtur esse motus. Alterius coelemētationis aūt principia, quia priuatiua sunt indeterminata. Neq; .n. hoc, neq; tale nullū ipsorū, neq; reliquoꝝ ꝑdicamentoꝝ.

P

Ostendit quare ꝑdicto modo diffinierunt motū, dicens cp ista est causa quare posuerūt motū in prædicta quasi genera, quia motus videtur esse aliquid indeterminatum, & illa sunt indeterminata quæ sunt priuatiua. Et ideo motum posuerunt quasi priuationem quandā. Et sciendum cp, sicut in primo huius dictū est, Pythagorici posuerunt duos ordines: in quorum vno quē dicebant ordinem bonorum, posuerunt illa quæ videbantur perfectionē habere: sicut lucem, dextrum, masculum, quietem, & huiusmodi. In alio aūt ordine quem sub malo constituebant, posuerunt tenebras, sinistrum, fœminam, motum, & huiusmodi. Et omnia huiusmodi dicebāt esse indeterminata & priuatiua, qa nullum istorum videbatur significare ꝯ neq; hoc ꝑ .i. substantiā, ꝯ neq; tale ꝑ .i. qualitatem, neq; aliquod aliud prædicamentorum. Quinto ibi.

Ponit motiones antiquorum.

Lect. 5.

Q

At vt videatur motus indefinitū esse, cā fuit illud nō posse inquā, aut in potētia rerū ipsum, aut in actu poni. Neq; .n. id quod esse pōt quātū, neq; id quod est actu quantū, necessario iā mouet: & motus actus quidē esse quidā videtur, imperfectus tn̄. Cuius rursus illud est cā, ipsum inquā possibile, impfectū esse, cuius est actus: & propterea difficile est accipere qd nā sit ipse. Necesse est .n. ipsum aut in potētia, aut in priuatione, aut in actu simplici ponere. At nihil horꝝ esse possevidet. Quare restat id qđ dictū est esse, atq; actū quē dicim⁹, q difficilis qdē est cognitu, pōt aūt esse.

Cur aūt videatur indeterminatus, causa quia nec in potentia entium, neq; in actum est ponere ipsum. Neq; .n. possibile quātū esse, mouetur ex necessitate

neq;

A neq; quod actu quantum, motusq; actus quidem videtur aliquis, imperfectus aūt. Causa autem, qa imperfectum quod posibile, cuius est actus. Et propter hoc difficile ipsum sumere quid est. Aut enim in priuationem necesse est poni, aut in potentiam, aut in actum simplicem. Horum autem nullū videtur contingens. Quare relinquitur, quod dictum est esse & actum, & non actu dictum, videre quidem difficile, contingentem autem esse.

Causa ꝓpter quā motus inter indeterminata ponat.

Dicit causam quare motus inter indeterminata ponat, & dicit cp causa huius est, qa motus neq; poterat poni in genere potētiæ, neq; in genere actus. Si enim esset in genere potētiæ, sequeretur cp quicquid est in potētia ad aliquid, puta ad esse quantum, moueretur ad illam quātitatem. Sed hoc non est necessarium, quia etiam anteq; incipiat aliquid moueri ad quātitatem, est in potētia ad quātitatem illam. Neq; etiam mouetur qñ iam actu est quātum ſm illā quātitatem, ad quam erat in potētia, sed tūc iam terminatus est motus. Sed oportet cp motus sit actus quidam, vt supra probatum est. Sed est actus imperfectus. Et huius causa est, qa illud cuius est actus, est imperfectum. Et hoc est ens posibile siue ens potētia. Si enim esset actus perfectus, tolleret totam potētiam quæ est in materia ad aliquod determinatum. Vnde actus perfecti nō sunt actus existentis in potentia, sed existētis in actu. Motus autem ita est existētis in potētia, cp nō tollit ab eo potētiam. Quādiu enim est motus, remanet potentia in mobili ad id quod intendit per motū, sed solum potentia quæ erat ad moueri tollitur per motū, & tū non rotaliter, quia id quod mouetur, adhuc i potētia est ad moueri, quia omne quod mouetur, mouebitur, propter diuisionem motus cōtinui, vt probatur in .6. physicorum. Vnde relinquitur cp motus est actus existētis in potētia, & sic est actus imperfectus & imperfecti. Et propter hoc difficile est accipere quid sit motus. Videtur enim cp aūt necesse sit ponere motum in genere priuatiōis, sicut patet ex præmissis diffinitionibus. Aut in genere potētię. Aut in genere actus simplicis & perfecti. Quorum nullum cōtingit esse motum. Vnde relinquitur cp motus sit id quod dictum est, scilicet actus, et cp nō dicatur actus perfectus. Quod quidem difficile est videre, sed tn̄ cōtingens est esse, quia hoc posito nullum sequitur incōueniens. Quidam autem diffinierunt, dicētes, cp motus est exitus de potentia in actū, nō subito. Sed errauerunt, quia necesse est cp in diffinitione exitus ponatur motus, cum sit species motus. Et similiter in diffōne eius quod est subito, ponit tempus, & in diffinitione temporis motus. Deinde cum dicit.

Tex. cō. 33.

B

C

Paret & motum in ipso mobili eē. Est enim actus huius ab eo quod est motiuum.

D Et quod est motus in mobili palā. Actus est enim huius a motiuo.

Motus est subiectiue in mobili.

Ostendit in quo sit motus, & primo ostendit cp in mobili, quia omnis actus est in eo cuius est actus. Sed motus est actus mobilis à mouente causatus. Vnde relinquitur quòd sit in mobili. Et quod sit actus mobilis, ex superioribus patet. Secundo ibi.

Motiui quoque actus non alius est, amborum nanq; actum esse oportet.

Et motiui actus non alius est. Oportet quidem enim esse actum amborum.

Motus est actus motiui & mobilis.

Ostendit qualiter se habeat motus ad mouens, & proponit duo. s. cp motus est actus motiui, & cp non est alius motus q est actus motiui, & q est mobilis. Oportet enim motus esse actus amborum. Tertio ibi.

Est enim hoc quidem motiuum, quo potest: hoc autem mouens, quo agit.

E Et motiuum quidem enim est in posse, mouens autem in operari.

Probat motum esse actum motiui.

Primum eoꝝ duoꝝ ꝓbat. s. cp motus sit motiui actus. Illud enim actus ē alicuius, quo fit actu. Sed motiuum dr̄ ex eo cp est potens mouere, mouens aūt in operari, id est in eo quod est esse actu, & ita cum mouens dicatur ꝓpter motum, motus erit actus motiui. Quarto ibi.

At ipsius mobilis, est actiuum. Quare perinde amborum vnus est actus.

Sed est actiuū mobilis. Quare similiter vnus amborum actus.

Probat cp idē motus sit actꝰ motiui & mobilis.

Probat secundum ꝓpositorū. s. cp vnus motus sit actus motiui & mobilis, hoc modo. Dictum est enim cp motus est actus motiui inquantum facit motum. Est autem mobilis inquantum fit in eo motus, sed motiuum facit illum motum qui est in mobili & non alium. Et hoc quod est dicit cp mouens est actiuum mobilis. Vñ relinquit cp vnus motus sit actus & mouētis & mobilis. Quinto ibi.

F

Atq; vt vnius ad duo, & duorum ad vnum idem est interuallum, & vt accliue atq; decliue, esse tamen vnum est: similiter res sese habet & in hisce, quorū alterum mouetur, alterum mouet.

Quemadmodum eadem distātia vnius ad duo, & duoꝝ ad vnū, & ascēdentis & descēdētis, sed eē non vnum. Similiter autem & in mouente & in moto.

Manifestat hoc per exempla & dicit, cp vna est distantia duorum ad vnū, & vnius ad duo. Sed differt rōne. Propter quod diuersimode significatur. s. per duplum & dimidium. Similiter vna est via ad ascendēdum & descendendum, sed differt rōne. Et propter hoc dīr hi ascendentes & illi descendētes. Et ita est de mouente & moto. Nam vnius motus ſm substantiam est actus vtriusq;, sed differt rōne. Est enim actus mouentis vt à quo, mobilis aūt vt in quo, & nō actus mobilis vt à quo, neq; mouentis vt in quo. Et ideo actus mouentis dicitur actio, mobilis vero passio.

G

Hinc liꝰ exiſtit non oia ꝑdicamenta esse adinuicem realiter distincta.

Sed si actio & passio sunt idem ſm subam, videtur cp non sint diuersa prædicamenta. Sed sciendum cp prædicamenta diuersificantur ſm diuersos modos prædicandi. Vnde idem ſm cp diuersimode de diuersis prædicatur, ad diuersa prædicamenta pertinet. Locus enim ſm quòd prædicatur de locāte, pertinet ad genus quātitatis. Secundum autem quod prædicatur denominatiue de locato, constituit prædicamētum vbi. Similiter motus ſm cp prædicatur de subiecto in quo est, cōstituit prædicamētum passionis. Secundum aūt cp prædicatur de eo à quo est, constituit prædicamentum actionis. Lectio. x.

H

Infinitum autem est, aut id quod impossibile est per transire, ex eo quia non est aptum vt per ipsum transitio fiat perinde, atq; vox inuisibilis dici solet: aūt id quod habet sine fine transitionem, aut quod vix, aut quod est aptum quidem habere, non habet tamen transitionem vel finem.

Cap. 9.

INfinitum autem aut quod impossibile pertransire eo cp non sit natum pertransiri, quemadmodum vox inuisibilis: aut pertransitionem habens imperfectam, aut quod vix, aut quod natum est habere & non habet pertransitionem aut terminum.

Tractat de Infinito.

POSTQVAM Philosophus determinauit de motu, hic determinat de infinito quod est passio motus & cuiuslibet quāti vniuersalis, & circa hoc tria facit. Primo distinguit quod modis dr̄ infinitum. Secundo ostendit cp nō est infinitum actu. ibi. ꝯ Separabile qdem. ꝑ Tertio quo-

modo

Universidad de Deusto

I modo infinitum inuenit in diuersis. ibi. ¶ Infinitū autē. ☽ Circa primum duo facit. Primo ostendit quot modis dicitur infinitū in actu. Secūdo quot modis dē infinitum in potētia. ibi. ¶ Adhuc aūt appositione. ☽ Circa primū considerādum est ꝙ omne finitum diuidendo pertrāsitur. Vnde infinitum ꝓprie est quod mensurando pertrāsiri nō potest. Tot ergo modis dē infinitum, quot modis dē intransibile. Vtrūq; traūt dicitur quatuor modis. Quorum primus est ſm quod infinitum siue intransibile dē quod nō potest transiri mensurando, eo ꝙ nō est natum ſm suum genus p transire. Sicut dicimus pūctum, aut vnitatem, aut aliquid quod nō est quātum & mensurabile, esse infinitum seu intransibile. Per quem modum vox dicitur inuisibilis, quia nō est de genere visibilium. Secundo modo dicitur infinitum vel intransibile quod nōdum est pertransitum, licet inceptum sit. Hoc enim est quod dicit (habēs trāsitionem imperfectam.) Tertius modus est ſm ꝙ dē infinitū vel intransibile quod vix trāsitur. Vt si dicamus ꝓfunditatem maris infinitam, vel altitudinem cœli, vel aliquā viā lōgam immēsurabilem seu intrāsibilem seu infinitam, qa excedit vires mēsurantis, licet in se sit trāsibilis. Quartus modus est ſm ꝙ dē infinitum illud quod natū est hr̄e trāsitionem aut terminum ſm suum genus, sed nō habet. Puta si sit linea aliqua interminata. Et hoc est vere & proprie infinitum. Secundo ibi.

Præterea aut appōne est, aut ablatiōe, aut vtroq;. Adhuc appositione, aut ablatione, aut vtroq;.

Infinitum in potētia aripiciter.

Ostendit quod modis dicitur infinitum in potētia, & dicit ꝙ dicitur infinitum vno modo de appositione sicut numerus. Semper enim cuilibet numero dato est apponere vnitatem, & sic numerus est augmentabilis in infinitum. Alius modus ſm ꝙ infinitum dicitur ablatione & diuisione, ſm ꝙ magnitudo dē diuisibilis in infinitum. Tertius modus contingit vtrinq; sicut tēpus dē infinitum, & diuisione, qa cōtinuum est: & appositione, qa numerus est. Et similiter ēt in motu infinitum est. Deinde cum dicit.

Separabile igitur ipsum quid per se infinitum eē non potest. Nam si infinitum ipsum neq; magnitudo neq; multitudo, sed substantia: & non accidens, indiuisibile erit profecto. Diuisibile enim aut magnitudinem, aut multitudinem esse constat. Quod si indiuisibile fit, infinitum non erit, nisi perinde, atq; vox est inuisibilis. At neq; illi qui dicunt infinitū eē, ipsum hoc pacto ponunt: neq; nos quærimus si sit idētidem ipsum. Sed vt hēt sine fine transitionē.

Separabile quidem itaq; ipsum aliquid ens, sensibile autem non possibile esse. Si enim nec magnitudo est nec multitudo, substantia autem ipsum infinitum & non accidens, indiuisibile erit. Quod enim diuisibile, aut magnitudo, aut multitudo. Si autem indiuisibile, non infinitum, nisi sicut vox inuisibilis. Sed non sic dicunt, neque nos quærimus, sed tanquam impertransibile.

Ostendit ꝙ non sit infinitum in actu, circa quod sciēdū est ꝙ Platonici posuerūt infinitum separatum à sensibilibus, & posuerunt ipsum esse principium. Naturales aūt philosophi posuerūt infinitum in rebus sensibilibus, nō ita ꝙ ipsum infinitum esset substātia, sed ꝙ esset accidens alicui corpori sensibili. Primo ergo ondit ꝙ nō est infinitum separatum. Secūdo quod nō est infinitū actu in sensibilibus. ibi. ¶ Quod autem in sensibilibus. ☽ Circa primū ponit tres rōnes, quarum prima est, ꝙ si ipm infinitum est quædam suba per se exist̄es, & nō accidēs alicui subiecto, oportet ꝙ ipm infinitū sit absq; magnitudine & multitudine, quia magnitudo & numerus sunt subiectū infiniti. Si autē est sine magnitudine & multitudine, oportet ꝙ sit indiuisibile, quia omne diuisibile, aut est magnitudo, aut multitudo. Si aūt est indiuisibile nō est infinitum nisi primo modo, sicut vox dicit inuisibilis: quo modo nō inquirimus nos nūc, nec ipsi, sed de infinito intrāsibili ſm quartum modū. Ergo de primo ad vltimū si infinitum sit substātia separata per se existens, nō erit vere infinitum. Et sic ista positio destruit seipsam. Secūdam rōnem ponit ibi.

Præterea quonā pacto ꝓ se infinitū eē pōt, si neq; numerus, neq; magnitudo per se esse potest, quorū per se affectus quidam ipsum est infinitum?

Adhuc quo ꝓtingit per se esse infinitum, si non & numerus & magnitudo quorū passio infinitum?

Sōa rō. Ter. cō. 3 & inde. O

Quæ talis est. Infinitum est passio numeri & magnitudinis. Sed numerus & magnitudo non sunt per se existentia separata, vt in primo ostēsum est, & infra ostendetur, ergo multo minus infinitum separatum est. Tertiam rationem ponit ibi.

Præterea si per accidēs est, nō erit elemētum profecto rerum, vt infinitum: quēadmodum nec ipsum inuisibile locutionis est elemētum, & tamē vox est inuisibilis. Perspicuum autē est, infinitum sic eē non posse, vt actu sit, & substantia, sicuti dicūt. Erit enim quęuis pars ipsius quam sumunt infinita. Est enim idem eē infiniti ac infinitum (vt patet) si infinitum substantia sit, & non in subiecto. Quare sit vt ipsum aut indiuisibile sit, aut in infinitum sit diuisibile. At fieri nequit, vt idem multa sit infinita. Vt enim pars aeris est aer, sic & infinitum est pars quęuis infiniti, si substantia quędam & principium sit, vt dicunt. Impartibile igitur atq; indiuisibile est. At eē non potest id tale quod actu est infinitum. Necesse est enim ipsum rōnem quantitatis subire. Per accidens ergo infinitum ipsum eē videtur. Quod si ita sit, dictum est antea non posse id principium dici. Sed illud cui accidit ipsum, aut aerem, aut par. Hæc autem inquisitio vniuersalis esse videtur.

Adhuc sic secundum accidēs, non vtiq; elemētum entium, inquantum infinitū, quēadmodum neq; inuisibile loquelę, quāuis vox inuisibilis. Et quod nō est actu eē infinitū, palam. Erit enim quęcunq; ipsius infinita pars accepta. Infinito enim eē, & infinitū idē, si quidem substantia infinitum & non de subiecto. Quare aut indiuisibile, aut in īfinita diuisibile si partibile. Multa autē esse idē impossibile infinita. Quēadmodum enim pars aer aeris, sic infinitum infiniti, si est substantia & principium. Impartibile igitur & indiuisibile. Sed impossibile actu eē infinitū. Quantum enim necesse esse. Secundum accidēs igitur exisiit. Sed sic dictum est ꝙ nō contingit ipsum eē principium, sed illud cui accidit aerem aut parem. Hæc quidē igitur inquisitio vniuersalis.

Ter. rō ad idem.

Quæ talis est. Si infinitum ponitur sepatatum à sensibilibus, aut ponitur vt substantia per se exiſtens, aut vt accidens inhærens alicui subto separato, puta magnitudini aut numero quæ sunt separata ſm Platonicos. Si autē ponatur esse accidens tūc ipsum infinitum, non erit principium entium inquātum hoc est infinitum, sed magis subiectū infiniti. Sicut principium locutionis nō dē inuisibile, sed vox, quāuis vox sit sic inuisibilis. Si aūt infinitum sit substāta, & non prædicetur de aliquo subiecto, etiam manifestū est ꝙ non potest esse actu infinitum. Aut enim est diuisibile, aut

A aut indiuisibile. Si aūt est diuisibile, & infinitum hoc ipm quod est infinitum est substantia, oportet ꝙ quælibet pars eius accepta sit infinita, quia idem est infinito esse & infinitum, si ¶ infinitum est substantia, ☽ id est si infinitum prædicat ꝓpriam rōnem eius quod est infinitum. Vnde sicut quælibet pars aquæ est aqua, & quelibet pars aeris est aer, ita quælibet pars infiniti est infinita, si infinitū est substantia diuisibilis. Quare oportet dicere, ꝙ aut sit indiuisibile infinitū, aut sit diuisibile in multa infinita. Sed hoc est impossibile ꝙ multa infinita cōstituant vnū infinitum, quia infinitum non est maius infinito, omne aūt totū maius est sua parte. Relinquitur igitur ꝙ infinitū sit indiuisibile. Sed impossibile est ꝙ id quod est indiuisibile sit actu infinitū, quia infinitum oportet esse quātū. Relinquitur igitur ꝙ nō sit substātia, sed accidens. Sed si est accidens, non est principium ipsum infinitum, sed illud cui accidit, vt dictū est, siue sit aer, vt quidam naturales posuerunt, siue sit par, vt posuerunt Pythagorici. Relinquitur igitur ꝙ infinitū non possit esse substantia simul & principium entium. Et vltimo cōcludit ꝙ hæc inquisitio est vniuersalis excedens naturalium considerationem. Deinde cum dicit.

B Hinc autem emergere potest, neq; in rebus sensibilibus ipsum esse. Nam si hęc est ratio corporis superficie terminari, non erit infinitum vllum, aut intelligibile, aut sensibile corpus.

Quod autem in sensibilibus non est, hinc palam. Si enim corporis ratio superficiebus determinatur, non erit vtique infinitum corpus, neque sensibile, neque intellectuale.

Probat infinitū actu nō esse in sensibilib⁹, primo ꝙ nō corp⁹. C

Probat ꝙ infinitum actu nō sit in sensibilibus, et primo probat hoc per rationes ꝓbabiles. Secundo per rōnes naturales, ibi. ¶ Naturaliter aūt. ☽ Dicit ergo primo, ꝙ manifestum est ꝙ infinitum actu non est in sensibilibus. Et ostendit duo. Dicit ergo primo, ꝙ in sensibilibus nō est corpus infinitum. De ratione enim corpis est, ꝙ sit superficie determinatum. Sed nullum corpus determinatum superficie est infinitum, ergo nullum corpus est infinitum, ¶ neq; sensibile, ☽ id est naturale, ¶ neq; intellectuale, ☽ id est mathematicum. Secundo ibi.

At neque etiam numerus erit vt separatus ac infinitus. Numerus enim omnis, aut id quod numerū habet, numerabile est.

Neq; numerus vt separatus & infinitus. Numerabile enim numerus, aut habens numerum.

Secūdo ꝙ nō nūerus. D

Dicit ꝙ in sensibilibus non est numerus infinitus hoc modo. Omnis numerus & omne habens numerum est numerale. Sed nullum numerale est infinitum, quia numerale est per transibile numerando: ergo nullus numerus est infinitus. Hæc autem rōnes non sunt naturales, quia nō sumūtur ex principijs corporis naturalis, sed ex quibusdam principijs cōibus & ꝓbabilibus, nō ex necessarijs: quia qui ponerent corpus infinitum, non poneret ipsum terminari superficie. Hoc enim est de rōne corporis finiti. Et qui ponerent multitudinem infinitorum, non poneret eam numerū, quia numerus est multitudo mensurata per vnum, vt in decimo habitum est. Nullum autem mensuratum infinitum est. Deinde cum dicit.

Duę istę rationes nō necessario, sed ꝓbabiliter ꝓpositō inferūt. Ter. cō. 22.

Naturaliter aūt ex hisce perspicuū erit. Nec enim cōpositum esse potest, nec simplex. Compositū enim non erit corpus, si elemēta multitudine sunt finita. Aequalitatem enim inter contraria esse oportet, & vnum ipsorum infinitum non esse. Nam si quouis excessu corporis alterius potentia superetur, finitū ab infinito corpore corrumpetur. Vnumquoq; etiā infinitum esse non pōt. Est enim id corpus, quod vndequaq; dimensionem habet. Infinitum aūt est qđ sine fine est extensum dimensione. Quare corpus infinitum, erit sane infinitum omni dimensione. H

Naturaliter aūt ex his palam. Nec enim cōpositū possibile eē, nec simplex. Cōpositum quidem enim non erit corpus, si finita sunt elemēta multitudine. Oportet enim æquari cōtraria, & etiam nō esse vnū ipsorum infinitum. Si enim cuicūq; deficit alterius corporis virtus, corrumpetur ab infinito finitum. Vnumquodq; autem impossibile infinitū esse. Corpus enim est quod omnino habet distensionem, infinitum autem infinite distat. Quare infinitum corpus omnino erit infinitum.

Probat idē quod supra rōnib⁹ nāl̄ibus. F

Ostendit ꝙ non sit infinitum in actu in sensibilibus per rōnes naturales, & primo ex parte actiui & passiui. Secundo ex parte loci & locati. ibi. ¶ Adhuc sensibile. ☽ Actiuū autem & passiuum, locus & locatum sunt proprietates corporis naturalis inquantū hmōi. Et ideo dicit ꝙ istæ rōnes sunt naturales. Dicit ergo primo, ꝙ si corpus aliquod sensibile est infinitum, aut erit corpus simplex, aut erit corpus compositum siue mixtum. Et primo ostendit, ꝙ corpus cōpositum non possit esse infinitum, supposito quod corpora simplicia q̄ sunt elementa corporum compositorum sunt finita multitudine. Quod ita probat, quia oportebit ꝙ vel omnia sint infinita in quantitate, aut ꝙ vnum sit infinitum alia finita. Aliter enim nō posset componi corpus infinitum ex elemētis multitudine finitis. Non aūt potest esse ꝙ vnum eorum sit infinitum & alia finita, quia in corpore mixto oportebit aliqualiter adæquari contraria ad hoc, ꝙ corpus mixtum cōseruetur. Aliter enim vnum eorum qđ esset excedens, corrumperet alia. Si autem vnum sit infinitum, & alia finita, nō est æqualitas, cum non sit ꝓportio infiniti ad finitū. Vnde corpus mixtum nō posset cōsistere, sed infinitum corrumpet alia. Sed quia posset aliquis dicere, ꝙ corpus quod est finitum quantitate est potētius virtute, & ita fit æqualitas, puta si quis dicat quod in corpore mixto sit aer infinitus & ignis finitus, ideo subiungit, quod cuius virtus vnius corporis quod ponitur infinitum, deficiat à virtute alterius cuiuscunq; quod ponitur finitum, nihilominus finitum corrumperet ab infinito. Corporis enim finiti necesse est esse virtutem finitam. Et ita ignis finitus habebit virtutem finitam. Si ergo abscindat ab aere infinito, aer æqualis igni habebit minorem virtutem, q̄ habeat totus aer infinitus, ꝓportionatā tī virtuti ignis. Sit ergo virtus ignis centupla virtuti aeris. Si ergo accipiamus centuplum de aere ab aere infinito, habebit æqualem virtutem cum igne, & ita totus aer infinitus habebit maiorem virtutem infinitam cuī ignis, & corrumpet ipsum. Non est ergo possibile quod in corpore mixto sit vnum elementum infinitum, & alia finita. Similiter nō est possibile quod oīa sint infinita, quia corpus est quod dicitur in omnem dimensionem. Infinitum aūt est quod habet dimensionem infinitā. Vnde oportet quod corpus infinitū habet ex omni parte dimensionem infinitam, duo aūt corpora non possunt esse simul. Sic ergo duo infinita non possunt coniungi in vnum. Secundo ibi.

Nullū mixtum posse esse infinitū ꝓbat. G

At vero neq; vnum simplex corpus infinitū esse potest, neq; (vt quidam inquiunt) ꝓter elementa id ex quo hæc generant. Non est enim ꝓter elemēta istiusmodi corpus. Omne enim in id dissoluitur ex quo constat. Ꝓter aūt simplicia corpora id non videtur, neq; ignis neq; aliud quīcq̄ elementorum. Absq; hoc enim esse inquam ipsorū aliquid infinitū, impossibile est ipsum vniuersum: & si sit & infinitū, H

aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

I aut esse vnum quid ipsorū, aut fieri perinde vt Heraclitus asserebat omnia dicens tandem fieri ignem. Eadem & ad aliud vnum accōmodabitur ratio, qđ præter elementa naturales philosophi faciunt. Omne enim ad contrarium ex contrario, vt ad frigidum ex calido solet mutari.

Neq; vnum aut simplex contingit infinitū eē corpus, neq; vt dicunt quidam præter elementa ex quo generant hoc. Non enim est tale corpus præter elementa. Omne enim ex quo est, dissoluit in hoc. Nō videt aūt hoc circa simplicia corpora, nec ignis, nec aliquid aliud elemētorum vllū. Sine enim eo quod est infinitum esse aliqđ ipsorū, impossibile omne: & fit finitum, aut eē, aut fieri vnum aliquod ipsorum. Quēadmodum Heraclitus ait, fieri aliquando ignē.

K Eadem autem ratio & in vno quod faciunt præter elementa physici. Omne enim permutatur ex contrario, puta ex calido in frigidum.

Nullū corp⁹ simplex posse eē infinitum p̄bat.

Ostendit q̄ non potest esse aliquod corpus simplex infinitum. Non enim est possibile q̄ sit corpus simplex præter elementa, ex quo oīa generant, sicut quidam posuerunt vaporem, quia vnumquodq; resoluitur in ea ex quibus componitur. In nullis autem videmus resolui corpora mixta nisi in quatuor elementa. Nō est ergo aliquod corpus simplex præter quatuor elementa. Sed neq; ignis, neq; aliquod aliud elemētorum pōt esse infinitum: quia impossibile eēt aliquod elementorum esse, præter id quod esset infinitum, quia illud repleret totum vndiq;. Et etiamsi esset aliquod finitum, oporteret q̄ cōuerteretur in illud infinitum, propter excessum ipsius uirturis: sicut Heraclitus manifeste posuit, q̄ aliq̄ omnia sint conuertenda in elementum ignis, propter nimium excessum virtutis eius. Et eadem ergo ratio est de vno corpore simplici, quod quidem faciunt naturales præter ipsa elementa. Oportet enim q̄ habeat quandam contrariam repugnantiam in ordine ad alia elemēta, cum permutatio fiat ex illo vno solo corpore ad alia. Omnis aūt rerum permutatio sit ex cōtrario in cōtrarium. Cū igitur vnum cōtrariorum corrumpat alterum, sequitur q̄ si illud corpus quod ponitur præter elementa sit infinitū, quod corrumpat alia. Prætermittit autē hic Philosophus de corpore cœlesti, quod est præter ipsa quatuor elemēta: non tamen habet aliquam cōtrarietatem siue repugnantiā ad ea, nec constituunt ex eo naturaliter corpora. Non enim naturales Philosophi ponentes corpus infinitum actu, peruenerūt in notitiam huius quintæ essentiæ vel naturæ. Sed tamen in libro de cœlo Aristoteles probat etiam de corpore cœli quod circulariter mouetur, quod non sit infinitum

M actu. Deinde cum dicit.

Præterea omne sensibile corpus alicubi est, & idē est totius locus ac partis, vt terrę.

Adhuc sensibile corpus alicubi, & idem locus totius & partis, puta terrę.

Oē corpus sensibile ē in loco secūdm̄ mathematicū. Id⁹ ē locālis totiꝰ & partis.

Ostendit q̄ non est corpus sensibile infinitum rōnibus acceptis ex parte ipsius loci & locati, & ponit tres. Circa quarū primam p̄mittit duo necessaria. Quoꝝ primū est, q̄ omne corpus sensibile est in loco. Et dicit notanter sensibile ad dīam corporis mathematici, cui non attribuitur locus et tactus nisi p̄ similitudinem. Aliud est q̄ idem est locus naturalis totius & partis. ſ. in quo naturaliter qescit, & ad qđ. ſ. naturaliꝰ mouetur. Sicut patet de terra & parte terę. Vtriusq; enim locus naturalis est deorsum. His autem duobus positis proponit rationem, ibi.

Quare si partium sit similium, immobile erit, aut semper feretur. At hoc fieri nequit. Cur enim deorsum potius q̄ sursum, aut ad quēuis locum mouebitur? Vt si gleba fuerit, quorsum hęc mouebitur, aut vbi quiescet? Corpus enim eiusdem generis locus est infinitus. Occupabit ne igitur totum locum? At qui fieri potest? Quæ nam igitur quies? & quis motus ipsius erit: An vbiq; mouebitur? Nō ergo motu ciębitur. An omnem ad locum mouebitur? Non ergo quiescet inquam nec stabit.

N

Quare siqdem eiusdem spēi, immobilis erit, aut semper feretur. Hoc aūt impossibile. Quid enim magis deorsum q̄ sursum aut vbicunq; ? Puta si gleba fuerit, vbi hæc mouebitur aut manebit? Locus enim ipsius connaturalis corporis infinitus. Obtinebit igitur totum locum, quomodo? Et quæ igitur mansio & motus? Si vbiq; manet, non mouebitur. Si autē vbiq;, non igitur stabit.

O

Probat corpus nō esse infinitū ex parte loci & locati q̄tuor rationibus.

Et est rō talis. Si ponatur corpus sensibile infinitum, aut est totum unius spēi sicut corpora similium partium, sicut aer & terra & sanguis & hmōi. Aut erit diuersarum spērū ut partibus. Si aūt est eiusdem spēi quantum ad omnes partes, sequetur quod aut totum erit immobile & semper qescens, aut totum semper mouebitur. Quorū vtrumq; est impossibile & repugnans sensui. Sed quod oporteat alterum sequi, ostendit cum dicit. ⊢ Quid enim magis deorsum? ⊣ Iam enim suppositum est q̄ idem est locus naturalis totiꝰ & partis. Manifestum est etiam quod vnūquodq; corpus, cum est in loco suo naturali quiescit. Cum aūt est extra naturalem locum suū, naturaliter mouetur ad ipsum. Si igitur totus locus in quo est corpus similiū partū infinitum, ēt naturalis, opꝫ q̄ sit nālis cuilibet parti, et ita ipꝫ totī & q̄libet pars qescit. Si vero nō est ei naturalis, ergo & totū & pars, erunt extra ꝓprium loco. Et ita totū & q̄libet ps eius mouebitur semp. Non enim pōt dici quod aliqua pars loci sit naturalis totī & partibus eius, & aliqua pars ināturalis: quia si corpꝰ esset infinitum, & omne corpus esset in loco, oportet quod locus ēt sit infinitus. In loco autem infinito non pōt inueniri rō diuisionis, quare aliquid eius sit naturalis locus corporis, & aliud nō naturalis locus: qđ oportet esse aliquam determinatam ꝓportionem & distantiam loci naturalis ad non naturalem, quod in loco infinito nō pōt inueniri. Hoc est ergo quod dicit, quod nō magis moueb itur corpus infinitum aut pars eius, deorsum q̄ sursum, vel versus quācūq; aliam partem: quia in loco infinito nō pōt sumi aliqua determinata ꝓportio harum partium. Et ponit exemplum, vt si ponamus terram esse infinitam non erit assignare rōnem, quare magis moueatur vel quiescat hic q̄ ibi: quia totus locus infinitus est connaturalis similiter ipsius corporis infiniti, quod est in loco. Vnde si aliqua pars loci est cōnaturalis glebe, & similiter alia pars: & si vna non est cōnaturalis, nec alia. Si igitur corpus infinitū sit in loco, obtinebit totum locum infinitum. Et quomodo poterit simul esse quies & motus? Quia si vbiq; qescit, non mouebitur: aut si mouebitur vbiq;, sequitur q̄ nihil quiescat. Deinde cum dicit.

P

Probat nō posse dari infinitū cor pꝰ homine gemum.

Sin vero sit disimilium partiū, disimilia etiam erunt & ipsa loca. Atq; primo quidem ipsius vniuersi non erit vnum, nisi tantūmodo tactu. Deinde partes aut erunt infinitę specie, aut finitę. At finitæ nequeunt esse. Erunt enim aliq; quidem infinitę, aliq; vero non infinitę, si vniuersum est infinitum: vt ignis vel aqua. Tale autem corruptio est contrariis ipsis, vt antea diximus. Si vero sint ifinitæ ac simplices, & loca infinita erunt profecto, & infinita ēt elemēta. Quod si id eē nequeat, fintq; ipsa loca finita, & vniuersum ipsum finitum esse necesse est.

Si autem

Q

R

S

T

V

A Si aūt disimile totū, disimilia & loca. Et primū quidem nō vnum corpus oīs, nisi tactu. Deinde aūt finita hęc erunt, aut infinita specie. Finita qdem igitur non possibile. Erunt enim hæc quidem infinita, hæc aūt non, si omne infinitum, puta ignis aut aqua. Corruptio autem quod tale contrariis. Si autem infinita, & simplicia, & loca ifinita, & erūt infinita elemēta. Si autem hoc impossibile, & loca finita & omne necesse est finitum esse.

Probat nō posse dari ī finitū corpus, hetero gēneum.

Prosequitur Philosophus alteram partem disiunctiuę. ſ. si totum non est similium partium: dicens quod primo sequitur quod ⊢ corpus omnis, ⊣ id est totius, si sit partium disimilium specie, non sit vnū nisi in tangendo, sicut acervus lapidum est vnus. Quę autem sunt diuersarum specierum non possunt esse continua, sicut ignis & aer & aqua.

B Et hoc non est esse vnum simpliciter. Item si istud totum constat ex disimilibus partibus specie, aut essent infinita specie ita. ſ. quod sint infinitæ species diuersæ, partes totī. aut essent finita specie, ita. ſ. quod diuersitas specierum quæ est in partibus aliquo certo numero concludatur. Sed qđ impossibile sit esse finita elementa secundum speciem, patet ex eo quod in ꝓcedenti rōne est positum. Non enim eēt possibile ex partibus numero finitis cōstitui totum infinitum, nisi vel omnes partes essent infinitæ quantitate: quod est impossibile, cum corpus infinitum oporteat ad quamlibet partem infinitum esse, vel saltem quod aliqua pars vel aliquæ partes infinitatem habeāt. Sequitur igit quod si totum est infinitum & partes specie diuersæ infinitæ numero, quod quędam earum sint infinitæ in quantitate, & qdā finitæ: puta si poneretur quod aqua esset infinita, & ignis finitus. Sed hoc ponere induxit corruptionem in cōtrariis, quia id quod est infinitum corrumpet alia, vt supra ostensum est. Non est igitur possibile quod sint finita numero.

C Sed si sunt infinitæ ꝑm spēm primæ partes vniuersi, quas oportet opponere partes simplices? sequitur quod loca erūt infinita, & quod elemēta erunt infinita. Quorum vtrumq; est impossibile. Cum enim vnumquodq; corpus simplex habeat locum sibi cōnaturalem diuersum à loco corporis alterius ꝑm spēm, si sint infinita corpora simplicia ꝑm speciem diuersa, sequetur quod ēt sint infinita loca diuersa specie. Quod patet esse falsum. Nam species locorum sunt sub aliquo numero determinato, quæ sunt sursum & deorsum, & huiusmodi. Elemēta etiam esse infinita impossibile est, quia sic sequereē quod essent ignota, & eis ignotis omnia ignorarentur. Si ergo impossibile est elementa esse infinita, necesse est quod loca sint finita, & per cōsequens qđ totum sit finitum. Deinde cum dicit.

Omnino autem impossibile est corpus infinitum esse, ac locum corporum esse, si omne corpus sensibile grauitatem habeat vel leuitatem. Aut enim ad medium, aut sursum feretur. At fieri nequit, vt aut totū infinitum graue sit, aut leue, aut dimidium leue, dimidium graue. Quonam pacto diuiseris, aut quo pacto ipsius infiniti alia pars supra, alia infra, aut vltima, aut media fuerit?

D Totaliter autem impossibile infinitum esse corpus & locum corporibus, si omne corpus sensibile aut grauitatem, aut leuitatē habet. Aut enim ad medium, aut ad sursum ferretur. Impossibile autem infinitum, aut omne, aut dimidium quodcunq; istorum passum esse. Quomodo enim diuides? Aut quomodo infiniti erit hoc quidem deorsum, hoc autem sursum, aut extremum, aut medium?

Secundam rōnem ponit, dicēs, quod cum oē corpus sensibile habeat locum, impossibile est quod aliquod corpus sensibile sit infinitum: hac positione facta quod omne corpus sensibile habeat grauitatem, aut leuitatem. Quod quidem verum erat ꝑm opinionem antiquorum naturalium ponētium corpus infinitum actu. Sed ipse opinatur quod si aliquod corpus sensibile, nō habens grauitatem neq; leuitatem. ſ. corpus cœleste: vt ꝓbauit in libro de cœlo & mundo. Et ideo hoc induxit sub cōditione quasi ab aduersarijs cōcessum, sed nō simpliciter verū. Si ergo omne corpus sensibile est graue vel leue, & est aliquod corpus sensibile ifinitum, oportet q̄ sit graue vel leue, & per cōsequēs quod feratur sursum vel ad medium. Diffinitur enim leue quod fertur sursum, & graue quod fertur ad medium. Sed hoc est impossibile inuenire in ifinito, neq; in toto, neq; in parte. Nō enim inuenitur medium in aliquo corpore nisi ꝓportione habita ad extrema in diuidēdo totum. Infinitū vero nō potest diuidi ꝑm aliquam ꝓportionem. Vnde nō pōt ibi inueniri sursum & deorsum, nec extremum & medium. Cōsiderandū aūt q̄ hęc rō valet ēt si ponatur corpus tertium, quod neq; est graue neq; leue. Tale enim corpus naturaliter mouetur circa medium, qđ nō potest in corpore infinito inueniri. Deinde cum dicit.

Tex. cō. 16

R ō est efficax ēt absolute.

E

Præterea omne corpus sensibile est in loco, loci vero sunt species sex, impossibile est autem has in ifinito corpore esse.

Adhuc omne sensibile corpꝰ in loco. Loci āt spēs sex. Impossibile aūt in infinito corpore hoc esse.

Tertia rō ad idem.

Hic Philosophus ponit tertiā rōnem, quæ talis est. Omne corpꝰ sensibile est in loco. Sed loci, species sunt sex. ſ. sursum, deorsum, dextrum, sinistrum, ante, & retro. Quæ quidem impossibile est attribui corpori infinito, cum sint qdā extrema distātiarū, & sic corpori infinito impossibile ē attribuere locum. Non est igitur aliquod corpus sensibile infinitum. Nō autem dicit q̄ sint sex spēs loci, asserere intēdens q̄ ista loca distinguūtur in elemētis, quia motus eorum nō distinguunt nisi sursum & deorsum: sed quia sicut ab infinito corpore remouētur sursum & deorsum, ita oēs aliæ differentiæ loci. Quartam rōnem ponit ibi.

G

Omnino aūt si locus infinitus esse non possit, & corpus infinitum esse non potest. Id enim quod in loco alicubi est, hoc autem aut supra, aut infra, aut in aliqua alia sex differētiarum esse significat, quarum vnaquæq; finis est quidam, vt patet.

Totaliter autem si impossibile locum infinitum esse, & corpus impossibile. Quod enim in loco, alicubi est. Hoc autē significat aut deorsum, aut sursum, aut reliquorum aliquod. Horum autem vnumquodq; terminus aliquis.

Quarta rō ad idem.

H

Quę talis est. Omne corpus sensibile est in loco. Sed impossibile est esse locū infinitū, ergo impossibile est esse corpus infinitum. Quomodo autem impossibile sit locum eē infinitum, ex hoc ꝓbatur. De quocunq; enim p̄dicatur cōmune aliquod, oportet prædicari aliquod eorum quę sunt sub illo cōmuni: sicut quod est aīal, oportebit quod sit in aliqua specie animalis. Et quod est homo, oportet, q̄ sit aliquis hō. Et similiter qđ est in infinito loco, oportet q̄ ⊢ sit alicubi ⊣. ſ. in aliquo loco. Esse aūt in aliquo loco, est esse vel sursum vel deorsum, vel ꝑm aliquā aliam spēm, quarū nullam possibile est esse infinitam, qa vnūquodq; horū est terminus alicuius distātię: ergo impossibile est esse locum infinitum, & similiter corpus. Deinde cum dicit.

De q̄ p̄dicatur eōe p̄dicat & alqđ sub eōe cōtentum. Infinitum repugnat cuilibet speciei loci.

Ipsum autem infinitum nō est idem in motu, magnitudine, atq; tempore, vt vna quædam natura, sed posterius dicitur ob prius. Veluti motus quidem dicitur infinitus, quia prius ita dicitur magnitudo, su-

pra

pra quam fit motus, aut quæ alteratur, aut accrescit. Tempus autem propter motum.

Infinitum autem nō idem in magnitudine & motu & tempore, vt vna quædam natura. Sed quod posterius dicitur secundum prius, puta motu secundū magnitudinē in qua mouetur, aut alteratur, aut augetur. Tempus autem propter motum.

Ostendit quomodo infinitum in potētia in diuersis inueniatur, & dicit q̄ inuenitur in magnitudine & motu & tempore, & nō vniuoce p̄dicatum de eis, sed p̄ prius & posterius. Et semper quod est in eis posterius dicitur infinitū, ſm q̄ id quod est prius est infinitum: sicut motus ſm magnitudinem, in quam aliquid mouet localiter, aut augetur, aut alteratur. Et tēpus dr̄ infinitum ſm motum, quod sic intelligendum est. Infinitum enim diuisione, attribuit continuo, quod primo attribuitur magnitudini, ex qua motus habet continuitatem. Quod manifestum est in motu locali, quia partes motus localis accipiuntur ſm partes magnitudinis. Et similiter manifestum est in motu augmenti, qa ſm additionem magnitudinis, augmētum attenditur. Sed in alteratione nō est ita manifestum. Sed tñ etiā ibi aliqualiter verum est, quia qualitas ſm quam fit alteratio, per accidens diuiditur ad diuisionem magnitudinis. Et iterū intēsio & remissio qualitatis attēditur ſm quod subiectum in magnitudine existens, aliquo modo vel perfectiori vel minus p̄fecto participat qualitatem. Ad continuitatem autē motus, est & tempus cōtinuum. Nam tps ſm se cum sit numerus, nō habet cōtinuitatē, sed solū in subiecto. Sicut decem mēsuræ pānī cōtinuæ sunt, eo q̄ pānus quoddam cōtinuū est. Eodē igit̄ ordine oportet q̄ infinitum de istis tribus dicatur sicut & continuum. Lectio. xj.

Eorum autem quę mutantur, aliud mutatur p̄ accidens, vt musicum ambulatur: aliud ex eo quia aliquid eius mutat̄, mutari simpliciter dicitur, vt quæ per partes mutātur. Sanatur enim corpus, quia oculus sanat̄. At enim & quod ipſum primo mouetur, & hoc est quod per se mobile est.

Cap. 10. PErmutatur autem quod permutatur, hoc quidem secundum accidens, vt musicum ambulare. Hoc aūt eo q̄ huius aliquid permutatur, simpliciter dicitur permutari, puta quæ secundum partes. Sanatur enim corpus, qa oculus. Est aūt aliqd & qđ ipſum primum mouetur, & hoc est per se mobile.

Tractatus de diuiſiõe motus. POSTQVAM Philosophus oñdit quid est motus, & determinauit de infinito quod est passio q̄dam motus, hic determinat de partibus motus, & diuiditur in duas partes. In prima diuidit motum in suas partes. In secunda manifestat cōcomitantia motum & partes eius, ibi. ¶ Simul secūdum totum. ☞ Prima diuiditur in partes tres ſm tres diuisiones motus, quarum tamen vna sub altera accipitur, vtpote diuidens aliquod membrum præcedentis diuisionis. Circa primum duo facit. Primo diuidit motum ex parte mobilis. Secundo ex parte mouentis, ibi. ¶ Est autem aliquid. ☞ Dicit ergo primo q̄ tribus modis aliquid permutatur. Vno modo permutatur aliquid per accidens tātum, quādo. s. aliquid dicitur permutari ex eo q̄ illud in quo est, permutatur, siue sit in eo vt accidēs in subiecto, sicut musicum dicimus ambulare: siue sit forma substantialis in materia, vt aīa in moto corpore: siue quæcunq; pars moto toto: siue etiam cōtentum moto continente, vt nauta mota naui. Secundo modo dr̄ aliquid permutari simpliciter eo q̄ aliquid eius permutatur, sicut ea quæ mouentur ſm partem. Sicut corpus hominis dicitur sanari, quia sanatur oculus. Et hoc quidem est per se moueri, sed nō primo modo. Tertio modo dicitur aliquid moueri primo & per se, sicut si aliquod totum moueatur ſm totum, vt si lapis deorsum feratur. Deinde cum dicit.

Similis est & in mouēte distinctio. Aliud enim p̄ accidens, aliud per partem, aliud per se mouet.

Est autem aliquid & in mouente eodem modo. Mouet enim secundum accidens, hoc quidem secundum partem, hoc autem per se.

Ponit eandem diuisionem ex parte mouentis. Dī enim moues tripliciter. Vno modo moues ſm accidēs, sicut musicus ædificat. Alio modo ſm partem, sicut homo manu vulnerat & percutit. Tertio modo per se, sicut ignis calefacit, & medicus sanat. Deinde cum dicit.

Est aūt aliquid quod primo mouit, & aliqd quod mouetur: & insuper tempus, in quo, & ex quo, & ad qđ. Formę vero, & affectus, & locus, ad q̄ mouentur ea q̄ mouent, īmobilia sunt: vt scia, caliditas, & similia. Atq; non caliditas est motus, sed calefactio.

Est aūt aliqd mouens primū, est aūt aliquid quod mouet̄. Adhuc in quo tempore, & ex quo, & in qđ. Species aūt, & passiones, & locus, in quo mouentur, mota quę mobilia sunt: puta scientia, & caliditas. Est autem non caliditas motus, sed calefactio.

Ponit secūdam diuisionem motus seu mutatiōis, & circa hoc tria facit. Primo præmittit quædam quæ sunt necessaria ad diuisionem motus accipiēda. Secundo diuidit motionem. ibi. ¶ Quæ autem non ſm accidens. ☞ Tertio manifestat diuisionem mutationis, ibi. ¶ Quæ quidem igitur non ex subiecto. ☞ Dicit ergo primo, q̄ in qualibet mutatione inueniuntur quinq;. Est enim in omni mutatione aliquid quod est primum mouēs. Secūdo est aliquid qđ mouetur. Tertio est tps in quo fit mutatio, quia ois motus est in tēpore. Quarto est terminus ex quo incipit motus. Quinto est terminus in quem motus tendit. Non aūt diuiditur motus siue mutatio in suas species, ſm mouens, neq; ſm id quod mouetur, neq; ſm tempus: qa ista sunt cōmunia omni mutationi. Sed diuiditur ſm terminos ex quo, & in quē est motus. Et ideo duo vltimo posita manifestat, dicens, ¶ q̄ species ☞ .i. formæ ¶ & passiones ☞ .i. qualitates ¶ & locus ☞ sunt termini motuum, quia in ea mouemur ea quę mobilia sunt. Et dicit spēs, ꝓpter generationem & corruptionem. Passiones, propter alterationes. Et locum, ꝓpter loci mutationem. Et exemplificat de passionibus p̄ scientiā & caliditatem. Sed qa q̄busdā videbatur q̄ caliditas esset idem qđ alteratio, & sic sequeret̄ q̄ caliditas esset motus, & non terminus motus, ideo dicit q̄ caliditas nō est motus, sed calefactio. Deinde cum dicit.

Mutatio autem ea quę non per accidens est, non in omnibus est, sed in contrariis & in mediis, atque in contradictionem. Cuius fides ex inductione sumi potest. Mutatur autem id quod mutatur, aut ex subicto ad subiectum, aut ex non subiecto ad non subiectū, aut ex subiecto ad non subiectum, aut ad subiectum ex non subiecto. Dico autem id subiectum, quod affirmatione significatur. Quare necesse est tres mutationes esse. Ea enim quę est ex nō subiecto ad non subiectum, non est mutatio. Neque enim est inter contraria, neq; inter contradictoria. Propterea quod ibi non est oppositio.

Quæ aūt non secundum accidens permutatio nō in omnibus existit, sed in ctrariis, & in itermediis, & in contradictione. Huius autem fides ex inductione, Permutatur autem quod permutat̄, aut ex subiecto

A ecto in subiectum, aut ex non subiecto in non subiectum, aut ex subiecto in non subiectum, aut ex non subiecto in subiectū. Dico aūt subiectum quod affirmatione monstratur. Quare necesse est tres esse permutationes. Quę enim ex non subiecto in nō subiectum, non est permutatio. Neq; enim cōtraria, neq; contradictio est, quia non oppositio est.

Subdiuidit tertiā mēbrum ꝓmę diuisionis. Et ista diuisio omittit̄ pertres termi nos mot⁹.

Prætermissis duabus partibus primæ diuisionis, accipit tertiam, & eam subdiuidit ſm terminos. s. mutationē quæ non est per accidens, neq; ſm partem: dicēs q̄ permutatio quæ nō est ſm accidēs, non existit inter quoscūq; terminos, sed oportet q̄ termini eius sint vel cōtraria, sicut ē mutatio de albo in nigrum: vel intermedia, sicut mutatio de nigro in rubeum, & de rubeo in pallidum. Aut est mutatio inter cōtradictoria, sicut de albo in nō albū, aut ecōuerso. Tacet aūt de priuatiue oppositis, qa media sunt inter cōtradictoria & contraria, & sub eis intelliguntur. Et q̄ solum inter prædictos terminos fiat permutatio, ostēdit p̄ inductionem. Quatuor enim modis possunt variari termini mutationis. Aut ita q̄ vterq; sit affirmatiuus, vt si aliqd dicatur mutari ex albo in nigrū. Et hoc est quod dicit, Ex subiecto in subiectum. Aut ita q̄ vterq; sit negatiuus, vt si aliquid dicatur mutari de non albo in nō nigrum. Et hoc est quod dr̄, Ex non subiecto in nō subiectum. Aut ita q̄ terminus à quo sit affirmatiuus, et terminus ad quem sit negatiu⁹, vt si dicat̄ mutari de albo in nō albū. Et hoc est qđ dicit, Ex subiecto in nō subiectum. Aut ita q̄ terminus à quo sit negatiuus, & terminus ad quem affirmatiuus, vt si dicatur aliquid mutari de nō albo in albū. Et hoc est qđ dicit, Ex nō subiecto in subiectum. Exponit aūt quod dixerat subiectum. s. id quod affirmatiue significatur. Harū autem quatuor combinationū, vna est inutilis. Non enim est aliqua permutatio de non subiecto in nō subiectum. Duæ enim negationes, sicut non albū, & non nigrum, neq; sunt cōtraria, neq; cōtradictoria: qa nō sunt oppositæ. Possunt enim verificari de eodem. Multa enim sunt, quæ neq; alba neq; nigra sunt. Vnde cum mutatio sit inter oppositā, ut in primo physicorum probatum est, relinquitur q̄ de non subiecto in non subiectum, non sit p̄mutatio. Et sic est necesse solū tres esse permutationes. s. duas ſm contradictionem, & vnā ſm cōtrarietatem. Deinde cum dicit.

Ea igitur q̄ ad subiectum est ex non subiecto, per contradictionem generatio est, alia simpliciter, alia quædam, quæ est cuiusdam. Ea vero quę ad non subiectum est ex subiecto, corruptio est, alia simpliciter, alia quędam cuiusdam.

Quę quidem igitur non ex subiecto in subiectū secundum contradictionem, generatio. Quæ quidem simpliciter, simplex: quę autem alicuius, q̄dā. Quæ autem ex subiecto in non subiectum, corruptio.

Manifestat qđ sint p̄dictę tres mutationes, & circa hoc tria facit. Primo ostendit q̄ duę earū sunt generatio & corruptio. Secundo ostendit q̄ neutra earum est motus, ibi. ¶ Si itaq; nō ens. ☞ Tertio concludit q̄ mutatio dicatur motus, ibi. ¶ Quoniā aūt omnis motus &c. ☞ Dicit ergo primo q̄ trium p̄dictarum mutationū illa quæ est de nō subiecto in subiectum, existens inter cōtradictorios terminos, vocatur generatio. Sed hoc cōtingit dupliciter, quia aut est mutatio de non ente simpliciter, in ens simpliciter, & tunc est generatio simpliciter. Et hoc est quando mutabile subiectum mutatur ſm substantiam. Aut est de nō ente in ens non simpliciter, sed ſm quid: sicut de eo quod nō est album, in albo: & hæc est generatio quędam, et ſm qd. Illa vero mutatio quæ est de subiecto in nō subm, dicitur corruptio. Et similiter in hac distinguit, simpliciter & ſm quid, sicut in generatione. Deinde cum dicit.

Si igitur id quod non est multipliciter dicitur, & neq; moueri potest id quod in cōpositione diuisioneq; consistit: neq; id quod in potentia, quod quidē ei opponitur. Nam id quidem quod non est album, aut non bonum, moueri per accidens pōt. Esse enim id homo pōt, quod non est album. Id aūt quod non hoc simpliciter ē, nullo pacto moueri pōt. Fieri enī non pōt vt id quod non est moueatur. Impossibile est ꝓfecto generationem esse motum. Id enim quod haud est generatur. Nam & si q̄maxime per accidēs generatur, vere tñ de eo quod simpliciter generat̄ id dici pōt, inquam idipsum ē quod haud est. Simili modo etiam fieri nequit, vt ipsum idem quiescat. Hęc igitur difficilia accidunt. Et si omne qđ mouetur in loco fit, id aūt quod non est in loco non fit, erit enim alicubi, id profecto quod haud est, nō mouetur. Neq; ergo corruptio motus est. Motui nāq; motus contrarium est, aut quies. At corruptio contrarium est generationi.

Si itaq; nō ens dicitur multipliciter, & nec quod secundum cōpositionem aut diuisionē cōtingit moueri, nec quod secundum potentiam, quod simpliciter enti oppositum. Quod enim nō album aut non bonum tantū, contingit moueri secundum accidēs. Erit enim vtiq; homo quod non album. Quod autē simpliciter non hoc, nequaq̄. Impossibile enim non ens moueri. Si aūt hoc, & generationem motū esse. Generatur enim non ens. Si enim & q̄maxime secūdum accidens generatur, sed tñ verum dicere quod existit nō ens, de generato simpliciter. Similiter autem & qescere. Hęc itaq; accidunt difficilia. Et si omne quod mouetur, in loco: non ens autem, non est in loco. Erit enim vtiq; alicubi. Neq; itaque corruptio motus, cōtrarium enim motui motus, aut quies: corruptio autem generationi.

Neq; gña. tio ppie motus est neq; corruptio.

Ostendit Philosophus q̄ neutra harū mutationū est motus, & primo ostendit hoc de generatione. Secundo de corruptione, ibi. ¶ Neq; itaq; corruptio motus. ☞ Dicit ergo primo q̄ nō ens dr̄ multipliciter sicut & ens. Vno enī modo dr̄ quod est ſm cōpositionem & diuisionem ꝓpositionis. Et hoc cū non sit in rebus, sed in mente nō potest moueri. Alio modo dr̄ ens & non ens ſm potentiam & actū. Et id qđ est actu, est simpliciter ens. Quod aūt est ſm potentiam tātum, est nō ens. Dicit ergo q̄ neq; cōtingit moueri hoc nō ens, quod quidem est ſm potētiam ens, sed nō ens actu, & quod est quasi oppositum enti in actu simpliciter. Sed quare dixerit quod est oppositum enti simpliciter, manifestat, cum subdit: ¶ Quod enim nō albū. ☞ Ens enim in potētia quod opponitur enti in actu, quod nō est ens simpliciter, cōtingit moueri, quia qđ nō est nō album in actu, aut non bonum in actu, cōtingit moueri, sed tñ ſm accidēs. Nō enim ipsum non album mouetur, sed subiectū in quo est hæc priuatio quod est ens actu. Quod enim est nō album, pōt esse homo. Sed quod est nō ens in actu simpliciter, id est ſm substantiam, nequaq̄ contingit moueri, si inquam hæc oīa vera sunt, impossibile est non ens moueri. Et si hoc verum est, impossibile est generationē esse motum, quia nō ens generatur. Est enim generatio, vt dictum est, de nō ente in ens. Vnde si generatio simpliciter est motus, sequeretur q̄ nō ens simpliciter moueretur. Sed huic ꝓcessui posset aliquis obuiare dicens, q̄ nō ens non generat̄ nisi per accidens, per se enim generatur id quod est ¶ subiectum generationis ☞ .i. ens in potentia. Nō ens autem significat priuationem in materia. Vnde non generatur nisi per accidens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

accidens. Sed hanc obiectionem excludit, ibi. ¶ Si enim & cū maxime. ☞ Dicēs q̄ licet nō ens nō generatur nisi ſm accidens, tamen de eo quod generatur ſimpliciter, verum eſt dicere q̄ eſt nō ens. Et de quocūq; eſt hoc verum dicere, impoſſibile eſt id moueri, ergo ſubiectum mutationis impoſſibile eſt moueri. Et ſimiliter impoſſibile eſt ipſum quieſcere, q̄a nō ens ſimpliciter nō mouetur neq; quieſcit. Hæc enim inconuenientia accidunt, ſiquis ponit generationem eſſe motū. Ad oſtendendū aūt q̄ non ens nō mouetur, ſubiungit q̄ omne quod mouetur, eſt in loco: quia motus localis eſt prior motuum. Non ens aūt ſimpliciter, non eſt in loco, quia alicubi eſſet non ens. Igitur nō poteſt moueri, & ſic generatio non eſt motus. Et ex hoc vlterius oſtendit q̄ neq; corruptio eſt motus, ibi. ¶ Neq; itaq; corruptio. ☞ Quia motui nō contrariantur niſi motus vel quies. Sed corruptioni contrariatur generatio. Si ergo corruptio ſit motus, oportet q̄ generatio ſit vel motus vel quies. Quod nō poteſt eſſe, vt oſtenſum eſt. Deinde cum dicit.

Nō ens nō pōt eē in loco, & ꝓinde moueri localī, ergo nec ſm ꝑticulariter mouet.

K

Cum autem omnis motus ſit quędam mutatio, tres vero ſunt mutationes quas diximus, quarū duę quæ in contradictione conſiſtunt, generatio inquā atq; corruptio, motus non ſint, vt oſtendimus: neceſſe eſt motū eā eſſe ſolū mutationem, qua ex ſubiecto ad ſubm acceditur. Subiecta vero, aut ꝓtraria ſunt, aut media. Etenim priuatio ponit̄ ꝓtrariū. Atq; nudum & albū ac nigrum affirmatione ſignificantur.

Quoniā autem omnis motus permutatio quædā, permutationes autem tres dictę, harum aūt quæ ſecundum generationē & corruptionem nō motus, hę aūt quę ſecūdū ꝓtradictionē, neceſſe eſt eam quæ ex ſubiecto in ſubiectū mutationem eſſe ſolam. Subiecta aūt contraria aut intermedia. Etenim priuatio ponitur ꝓtrarium. Monſtratur aūt affirmatione, puta nudum & edentulum & nigrum.

L

Oſtendit quæ mutatio dicatur motus, dicens q̄ omnis motus eſt aliqua permutatio. Permutationes aūt ſunt ſolū tres, quarum duæ quę ſunt ſm contradictionem. ſ. generatio & corruptio non ſunt motus. Relinquitur ergo q̄ ſola mutatio. ſ. de ſubiecto in ſubiectum ſit motus. Et cum ſubiecta iſta inter quæ eſt motus oporteat eſſe oppoſita, neceſſe eſt q̄ ſint cōtraria vel intermedia, quia priuatio licet affirmatiue monſtretur, ſicut nudum, & edētulū, & nigrum: tamen ad contrariū reducitur, quia priuatio eſt prima contrarietas, vt in decimo oſtenſum eſt. Dicit aūt nigrum eſſe priuationem non ſimpliciter, ſed inquantum defectiue participat generis naturam. Lectio. xij.

Que mutatio ſit ꝓprie motꝰ.

Tex. cō. 15

Si igitur prædicamēta diuiſa ſint, & aliud ſubſtantia, aliud quantitas, aliud qualitas, aliud vbi, aliud ad aliquid, aliud ſit actio, aliud paſſio: tres motus eſſe neceſſe eſt, quantitatis, qualitatis, & loci.

M

SI igitur prædicamenta diuiſa ſunt ſubſtantia, & qualitate, loca, facere, aut pati, ad aliquid, & quā to neceſſe tres eſſe motus, qualis, quanti, & loci.

POSTQVAM diuiſit trāſmutationes in generationē & corruptionem & motū, hic ſubdiuiditur alterum mēbrum diuiſionis. ſ. motū, ſm genera in q̄bus poteſt eſſe motus: & circa hoc duo facit. Primo oſtendit in quibus generibus poſſit eſſe motus. Scdo oſtendit quot modis dicitur immobile, ibi. ¶ Immobile aūt quanto. ☞ Circa primū tria facit. Primo proponit quod intendit. Scdo probat propoſitum, ibi. ¶ Scdm ſubſtantiam aūt. ☞ Tertio concludit principalē intentionē, ibi. ¶ Quoniam aūt neq;. ☞ Dicit ergo primo, q̄ cum prædicamēta diuidātur per ſubſtantiam, qualitatem, et huiuſmodi, et in alijs generibus nō poſſit eſſe motus, erūt igitur tria genera entis in q̄bus poteſt eſſe motus, quæ ſunt qualitas, quantitas, & vbi: loco cuius ponit locum, quia nihil aliud ſignificat eſſe vbi, niſi eſſe in loco: & moueri ſm locū, nihil eſt aliud quam moueri ſm vbi. Non. n. motus ſm locū attribuitur ſubiecto loco, in quo eſt locus, ſed ei quod eſt in loco. Attēdēdum eſt aūt q̄ prætermittere videtur tria genera. ſ. quando, ſitū, & habere. Cum. n. ¶ Quando ſignificet eſſe in tempore, ☞ tēpus aūt ſit numerus motus, eiuſdē rationis eſt nō eſſe motum in genere quando, & nō eſſe motū in genere actionis & paſſionis, quæ ſignificant aliqualiter ipſum motum. Poſitio vero non addit ſupra Vbi, niſi ordinē partiū determinatum, quæ nihil aliud eſt quā determinata relatio partiū adinuicem. Habitus etiā importat habitudinem indumēti ad indutum. Et ſic eiuſdem rationis videtur eſſe q̄ non ſit motus in ſitu, & habere: & quod non ſit in ad aliquid.

N

Deinde cum dicit.

In ſubſtantia vero motus non eſt, ex eo quia nihil ſubſtantiæ contrarium eſt.

O

Secundum ſubſtantiam autem non, propter nullum eſſe ſubſtantię contrarium.

Probat propoſitum, & circa hoc tria facit. Primo oſtēdit q̄ non ſit motus in ſubſtāria. Secundo q̄ nō ſit motus in ad aliquid, ibi. ¶ Neq; ad aliquid. ☞ Tertio quod nō eſt motus in agere & pati, ibi. ¶ Neq; facientis & patientis. ☞ Oſtendit ergo primo quod ſm ſubſtātiam non poteſt eſſe motus, quia motus eſt mutatio de ſubiecto in ſubiectum. Duo ergo ſubiecta inter quæ eſt motus, ſunt contraria aut media. Cum igitur ſubſtantiæ nihil ſit contrarium. Relinquitur q̄ ſm ſubſtantiam non poſſit eſſe motus. Sed generatio & corruptio tātum, quorū termini ſunt oppoſiti ſm contradictionem, & nō ſm cōtrarietatem, vt ſupra dictū eſt. Videtur autem q̄ hoc quod dictum eſt ¶ ſubſtantiæ nihil eſt cōtrarium ☞ falſum eſſe, cum ignis manifeſte appareat cōtrarius aquæ. Et cum Ari. in primo de cœlo probauerit q̄ cœlum non eſt corruptibile, quia nō habet contrarium, alia vero corpora quæ ſunt corruptibilia, contrarium habent. Dixerunt igitur q̄dam q̄ toti ſubſtātiæ cōpoſitæ, nō eſt aliquid cōtrarium, quia oportet cōtrariorū eſſe vnum ſubiectū. Sed formæ ſubſtāciali nihil ꝓhibet eē contrarium. Dicebant enim q̄ calor eſt forma ſubſtantialis ignis. Hoc autem nō poteſt eſſe verū, quia formæ ſubſtātiales non ſunt ſenſibiles per ſe. Et iterum manifeſtū eſt q̄ calor & frigus in alijs corporibus ſunt accidētia. Quod autem eſt in genere ſubſtantiæ, nulli poteſt accidens eſſe.

Mot⁹ ſ⁹ dictus nō eſt in ſubā. Lectio. 11 An ſubſ ſit ſeſium. Lectio. 12. Te. cō. 20

P

Postea quia quęq; ex vniuoco fit suba. Nã & quę natura sunt suba, & alia. Aut enĩ arte, aut natura sũt, aut fortuna, aut casu. Ars igitur principium est in alio. Natura aũt principiũ in ipso. Hõ nanq; hoĩem generat. Reliquę vero causę horum priuationes.

Cõs forma fit ex agẽte vniuoco, vt quã. D fia inter artẽ & nãz

Tertio dicit qꝺ res acquirunt formã ex agẽtibus similibus, dicens quod quæcunq; substãtia, sit ¶ ex agente vniuoco, ꝫ id est simili ſm formam. Omnes enim subæ quæ generantur, generãtur aut à natura, aut ab arte, aut à fortuna, aut automato, ideſt ¶ casu ꝫ. i. per se vano. Differt aũt ars à natura, quia ars est principium agendi in alio. Natura autem est principium actionis & motus in eo quo est. Manifestum est autem quod ea quæ generantur, ab arte fiunt ex sibi simili. Aedificator enim per formam domus quam habet in mente, facit domum quæ est in materia. Et idem etiam apparet in natura, quia homo generat hominem. In quibusdam autem hoc non videtur. Non enim generantur ex sibi similibus in specie. Sicut calidum in cor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

poribus inferioribus generatur à sole non calido. Sed licet non sit similitudo ſm speciem, oportet tamē esse aliquam similitudinem, sed tamen imperfectam, quia materia inferiorum nō potest pertingere ad perfectam similitudinem superioris agentis. Et cum ita sit in his quæ fiunt ab arte & natura, manifestum est quod unumquodq; generatur à suo simili. Nam ¶ reliquæ causæ ♆ scilicet fortuna & casus sunt quasi defectus & priuationes naturæ & artis. Nam forma est intellectus agens præter intentionem, & casus natura agens præter intentionem. Vnde ea quæ fiunt à fortuna & casu, non assimilantur suis agentibus, cum fortuna & casus nō sint causæ per se, sed per accidens. Et ideo quodāmodo animalia quæ generantur ex putrefactione, videntur fieri casu, inquantum nō fiunt ex sibi similibus ſm speciem. Neq; etiam habent causam determinatam agentem in istis inferioribus, sed solum causam agentem superiorē.

Fortuna & casus, qd.

Deinde cum dicit.

K Atque substātię sunt tres. Atque alia est materies, quæ quidem hoc aliquid est, ex eo qa apparet. Quæ nanq; tactu, non copulatione sunt vnum, ea materies sunt & subiectum. Alia est natura, quæ quidem hoc aliquid est, ac habitus quidam, ad quam per ipsam pergitur generationem. Tertia est ea quæ ex hisce constat, ipsa inquam singularis, aut Socrates, aut Callias.

Tex.cō.14.

Substantię aūt tres sunt. Materia qdem hoc aliqd substantia in apparere. Nam quęcunq; sunt tactu & nō cōnascētia, materia & subiectū. Natura vero hoc aliquid inquātum habitus quidam. Amplius, tertia quę est ex his singularis, vt Socrates & Callias.

Suba triplex.

L Determinat de forma per comparationem ad substantiam compositam, & circa hoc tria facit. Primo diuidit substantiam in materiam & formam & compositum, dicens quod substantiæ sunt tres. Materia quantum ad id quod apparet, videtur esse substantia & hoc aliquid. Vnde primi naturales solam materiam posuerunt esse substantiam. Et hoc ideo quia viderunt quod in artificialibus quę fiunt per contactum, & non per naturalem vnionem, sola materia & subiectum videtur esse substantia. Nam formæ artificiales sunt accidentia. Item natura rei uidetur esse substantia & hoc aliquid. Natura autem rei est in quam terminatur naturalis generatio, id est forma quæ est quasi habitus quidam. Item tertia substantia est illa quæ componitur ex materia & forma, sicut sunt singularia, vt Callias & Socrates. Secundo ibi.

Antiqui solū māia putauerūt substātiam & quare.

In quibusdam igitur hoc aliqd non est præter cōpositā ipsam subam, vt forma domus nisi ars ipsa.

M Neq; est corruptio horū ac generatio, sed alio modo sunt atq; non sunt ipsa domus, quę sine materia est, atq; sanitas, & omne id cuius ars est effectrix. Sed si est, in iis est quæ natura fiunt. Quapropter nō male dixit Plato, formas eorum esse, quæ natura constant, si sint istorum alię formę: vt ignis, caro, caput, & quę sunt similis generis. Sunt enim vniuersa materies. Et ipsa vltima substantiæ eius, quæ maxime substantia dicitur.

Tex.cō.15.

In quibusdam igitur hoc nō est præter cōpositam substantiam, vt domus, si non est ars. Nec est generatio nec corruptio horum, sed alio modo sunt & nō sunt, vt domus quæ sine materia, & sanitas, & omne quod secundum artem. Sed si quidē in eis quę sunt natura. Quapropter non male Plato ait, quia species sunt quæcunq; natura. Siquidem sunt species aliq horum, vt ignis, caro, caput. Omnia enim materia sunt, & eius quę maxime substantię vltima.

N

Dicit quod in aliquibus formis manifestum est, quod non sunt præter substantiam compositam, sicut forma domus non est præter materiam. Forma enim domus est accidens, & materia domus est substantia. Accidens autem non est nisi in substantia. Sed hoc dico, nisi accipiatur forma domus ¶ vt ars, ♆ id est, pat est in mente artificis. Sic enim est præter materiam. Sed harum formarum artificialium prout sunt in mente artificis, nec est generatio nec corruptio. Domus enim quæ est sine materia in animo, & sanitas, & omnia hmōi, alio modo incipiunt esse & desinunt q̄ per corruptionem & generationem. ſ. per disciplinam, aut per inuentionem. Sed si aliquæ formæ sunt præter substantiam compositam hoc erit verum in formis naturalibus quæ substantiæ sunt. Vnde Plato non male dixit ¶ species ♆. i. formæ separatæ sunt formæ quæ sunt per naturam. Dico aūt q̄ non simplr bene dixit. Sed si sunt species aliæ aliquæ ab istis sensibilibus', quæ sunt caro, caput, & hmōi quæ sunt materia vltima substantiæ particularis cōpositæ, quæ est maxime substantia. Tertio ibi.

Q̄so formę artificiales & fabriles sint vel nō sint ꝑter māi.

O

Suba particularis maxie substātia est.

Mouentes igitur causæ antecedunt. At hæ quæ sunt vt ratio causæ, simul sunt. Cum enim homo est sanus, tunc & sanitas est. Figura etiam æneę pilæ, & ipsa ænea pila sunt simul. Si vero & posterius quippiam permanet, considerare oportet. In quibusdam enim nihil prohibere videtur, veluti si anima talis sit, non omnis, sed mens ipsa. Vt enim omnis permaneat, fieri fortasse non potest.

Tex. cō. 16. Te. cō. 17 Hinc hz. ex. ſſt. Intellectum esse formā e. positę subę & nō alijs ponderā.

P

Mouentes quidem igitur causę, velut prius factę existētes. Quę autem vt ratio, simul. Quando enim sanatur homo, tunc etiam sanitas est, & figura æreę sphęrę simul & ærea sphæra. Si autem posterius aliquid manet, perscrutandum est. In quibusdam enim nihil prohibet, vt si est anima talis. Non omnis, sed intellectus. Omne nanq;, impossibile forsan.

Causa efficies ꝓpe dicit effectū ab alia forma lis.

Ostendit q̄ formæ vniuersales non sunt præter substantiam compositam, & circa hoc duo facit. Primo manifestat propositum assignans differētiam inter causas formales & causas mouentes. Et dicit quod causæ mouentes præexistunt rebus factis. Et hoc necessarium est, quia causæ mouentes sunt principia motus, qui terminatur ad rem factam. Sed causa formalis quæ est causa, quasi ratio rei, simul incipit esse cum re cuius est forma. Tūc enim incipit esse sanitas, quando homo sanatur, & tunc incipit esse figura sphæræ æneæ, quando fit sphæra ænea. Vnde manifestum est quod formæ non sunt separatæ à substantijs compositis, quia si essent separatæ oporteret quod essent sempiternæ, cum non sint talium per se neque generatio neque corruptio, vt ostensum est. Et sic præessent substantijs his quarum sunt formæ. Sed quamuis formæ non præexistant substantijs compositis, perscrutandum tamen est si aliqua forma remaneat posterius, corrupta substantia composita. In quibusdam enim formis nihil prohibet quod remaneant post substantiam compositam. Puta si dicamus animam esse talem. Non tamen omnis anima, sed solus intellectus. Forsitan enim impossibile est omnem animam esse talem, vt remaneat corrupto corpore, quia aliæ partes animæ non habent operationem sine organis corporeis. Intellectus autem non operatur per organum. Dicit autem, Forsan, quia non erat præsentis intentionis hoc demonstrare. Sed hoc pertinet ad scientiam de anima. Et sicut aliæ partes animæ ab intellectu non remanent post substantiam compositam, sta etiam nec aliæ formæ rerum corruptibilium. Considerandum

Formę nō sunt separatę a substātijs cōpositis. Tex.cō. 9.

Q

Alia intellectiua corrūpit ꝓ corpore. nō cōrūpitur.

A Quid sensit Arist. de intellectiua anima.

dum autem hanc sententiam esse Aristotelis de anima intellectiua, quòd non fuerit ante corpus vt Plato posuit, neque etiam destruitur, destructo corpore, vt antiqui naturales posuerunt, non distinguentes inter intellectum & sensum. Non enim excipit animam intellectiuam a generatione aliarum formarum, quantum ad hoc q̄ formæ nō prę existunt substātijs compositis, sed solum quantum ad hoc q̄ non remanent post substantias compositas. Ex quo etiā patet q̄ non potest hoc deprauari, sicut quidam deprauare conantur dicentes intellectum possibilem tantum, vel agētem tantummodo esse incorruptibilem. Tum quia ponūt intellectum quem dicunt esse incorruptibilem, siue sit intellectus possibilis siue agens, esse quandam substantiam separatam, & sic nō est forma. Tum etiam quia si sit forma, sicut remanet corrupto corpore, ita etiam præexistit corpori. Et quantum ad hoc non esset differentia inter ponentes intellectum separatum esse formam hominis, & ponentes species separatas esse formas rerum sensibilium. Quod Arist. hic excludere intendit.

B

Patet igitur ideas ob hæc esse non oportere. Homo nanq; singularis hominem generat singularem. Similiter & in artibus fieri solet. Ars. n. medēdi ipsa ratio est sanitatis.

Te. cō. 18.

Palam itaq; q̄ nō oportet propter hoc esse ideas. Homo enim hominē generat, qui singularis aliquē. Similiter autem & in artibus. Medicinalis enim ars, ratio sanitatis est.

Secūdo excludit rationē propter quam ponebant ideas separatas. Ad hoc enim dicebant Platonici esse necessariū ponere ideas, vt substantiæ particulares sensibiles ad earū similitudines formarentur. Sed hoc nō est necessariū, quia in istis inferioribus inuenitur causa sufficiens formationis omnium eorum quæ fiunt. Nam agens naturale agit sibi similе. Homo enim generat hominem, non quidem vniuersalis singularem, sed singularis singularē. Vnde non est necessarium ponere hominem vniuersalem esse separatum, a quo hic homo singularis formam speciei accipiat vel participet. Et similiter manifestum est in his quæ fiunt ſm artem, quia ars medicinalis est quædam ratio sanitatis, & similitudo in ala, vt etiā supra ostensum est. Lectio. iiij.

Ideę nō sūt necessarię ad gñationē nec nā hūnec artificialium.

C

Te. cō. 15.

Causæ autem atq; principia, tum alio, tum eadem omnium sunt, si quispiam vniuersaliter dicat & similitudine rationis.

Te. cō. 19.

CAusæ autem & principia alia aliorum sunt, vt est, aut vt non, si quis dicat vniuersaliter & secundum proportionem eadem omnium.

POSTQVAM Philosophus determinauit de principijs substantiæ sensibilis, nūc intēdit inquirere vtrū sint eadem principia substantiarum & aliorū generum, aut alia & alia. Manifestum. n. est q̄ si sunt eadē, assignatis principijs substantię, assignata sunt principia omnium aliorū generum. Et circa hoc tria facit. Primo proponit veritatē. Secundo subiungit inquisitionē de veritate propositā. ibi. ¶ Dubitabit autem quis. ♆ Tertio recapitulando recolligit veritatem, ibi. ¶ Quærere. ♆ Dicit ergo primo q̄ quodammodo sunt alia aliorū & principia & causæ, & quodā modo sunt eadem omnium ſm vniuersalitatē, & ſm proportionem. Deinde cum dicit.

D

Cūq; entiū principia alia quo mō ea sint, & alicq; nō diuersa sint.

Dubitauerit autem quispiam, vtrum diuersa an eadem sint substātiarum elementa, principiumq;, et eorum quę sunt ad aliquid, & cęterorū prędicamentorum simili modo.

Dubitabit autem vtiq; aliquis, vtrū altera aut eadem sunt principia & elementa substantiarū, & eorum quæ sunt ad aliquid, & cuiuslibet categoriarum similiter.

E

Dubitatio. An omniū substantiarum sint eadē vel alię principia.

Inquirendo discutit veritatem præmissam, & circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationem. Secundo obiicit ad quæstionem, ibi. ¶ Sed si eadem inconueniens. ♆ Tertio terminat veritatē, ibi. ¶ Aut vt dicimus. ♆ Dicit ergo primo q̄ dubitatio est, vtrum substātiarum, & eorū quæ sunt ad aliquid & similiter, aliorū prædicamentorū, sint eadem principia, aut alia, & alia. Et ponit specialiter de ad aliqd, quia ea quæ sunt ad aliquid, remotiora videntur esse a substantia q̄ alia genera, ex eo q̄ sunt debilioris esse. Vnde & substantia inhærent mediantibus alijs gñibus, sicut æquale & inæquale, duplum & dimidium, mediante quantitate. Mouens autem & motum, pater & filius, dñs & seruus, mediante actione & passione. Et hoc ideo quia substantia est p se exīs, q̄litas aūt & qualitas sunt entia in alio. Sed relatiua non solū sunt in alio, sed ad aliud. Deinde cū dicit.

Relatio est magis remota a substantia quā alia gña.

F

At absurdum esse videtur, si eadē omniū sunt. Ex eisdem enim & ea quę sunt ad aliquid, & substantiæ ipsę cōstabūt. Quid igit hoc erit? Prēter. n. substātia cæteraq; prędicamenta, nihil est prorsus qđ sit ipsis cōmune. Elementum aūt prius est hisce, quorum est elementum. At neque etiam substantia elementum est horum, quę sunt ad aliquid, neq; quicq̄ etiā istorum est substantię elementum.

Sed incōueniens, si eadē omnium. Ex eisdem. n. erūt quę ad aliquid & substantia. Quomodo igitur hoc erit? Nam extra substantiam & alia prędicamenta, nihil est commune. Prius autem est elementum, q̄ quorum est elementum. At vero neque substantia elementum est, eorum quæ ad aliquid, neque horū aliquid substantiæ.

Hoc argūm̄ euidens cōtra vniuocationē entis.

G

Obiicit ad propositam quæstionē, & ponit duas rationes ad ostendendum q̄ non sunt eadem principia substantiæ, & aliorū generū. Quarum prima talis est. Si eadem sint principia substantiæ & aliorū generum, aut oportet q̄ illa principia eadem sint præter substantiā & alia genera, aut oportet q̄ sint in gñe substantię, vel in aliquo alio genere. Sed non potest dici q̄ sint extra substantiā & alia prædicamenta, quia oporteret q̄ essent priora tam substātia q̄ alijs prędicamentis. Prius. n. est principiū his quæ sunt a principio. Cum ergo id quod est prius inueniatur esse communius, sicut animal est prius homine, sequitur si aliquid est prius substantia & alijs generibus, q̄ aliquid sit commune substantiæ & alijs generibus. Et præcipue ſm opinionem Platonicorum, qui posuerunt vniuersalia esse principia, & vnum & ens quasi cōmunissima esse principia omnium. Neq; etiam potest dici q̄ principia cōmunissima oīum gerum sint in genere substantiæ, aut in genere ad aliquid, vel in aliquo alio genere. Cum enim principia sint homogenea his quæ sunt ab eis, non videt possibile q̄ substātia sit principium eorū quæ sunt ad aliquid, aut econuerso. Nō igitur eadem sunt principia substantiæ & aliorum generū.

Frima ꝓ.

H

Secundam rationem ponit ibi.

Prēterea quomodo eadē possunt esse omnia elementa? Fieri enim non potest vt elementorū quicq̄ sit idem, q̄ id quod ex elemētis cōponitur. Nam vt b, aut a. sit idem quod ba. minime fieri potest. Neq; igitur fieri potest vt elemētorum intelligibiliū quicq̄ ceu ipsum vnum, aut ipsum ens, elementa omniū sint. Hęc enim vnicuiq; compositorum etiā insunt. Eorum quoq; ipsorum nullum erit. neq; substantia, neque ad aliquid. At necessarium est. Nō sunt ergo omnium eadem elementa.

Amplius

Universidad de Deusto
Biblioteca

I Amplius quomodo contingit esse omnium elementa eadem? Nullum enim possibile esse elementum cum ex elementis compositio idem, vt ei quod est ba. b. aut a.

Te. cō. 21. Nec etiam intellectualium elementorum vt vnū aut ens. Insunt enim ea singulis compositorum. Nihil igitur erit eorum nec substantia nec ad aliquid. Sed necessarium. Non sunt igitur omnium eadem elementa.

Quæ talis est. Nullum elementum est idem cum eo qđ ex elemētis est compositum, quia nihil est causa aut elemētum suiipsius. Sicut huius syllabæ ba. elementum est hęc littera b. aut a. Et quia uidebatur hoc habere instātiā in principijs a Platone positis, quæ sunt vnum & ens, eo ꝙ vnūquodꝙ principiatorum est vnum & ens, ideo cōsequēter hoc excludit, dicens, ꝙ neqꝫ etiam intellectualium elementorum quæ sunt vnum & ens, possibile est aliquod esse idē cum his quæ sunt ex elementis. Vocat autem ea intellectualia, quia vniuersalia intellectu percipiuntur, & quia Plato ea ponebat separata a sensibilibus. Et ꝙ huiusmodi elemēta sint alia ab eis quoꝝ sunt elementa, probat, quia ꝫ hmōi elemēta ꝫ. t. unū et ens insunt singulis cōpositoꝝ ex eis, nullū aūt cōpositoꝝ ex eis inest alijs. Vñ patet ꝙ & ista elemēta differunt ab his quę sunt cōposita ex eis. Si igitur uerum est ꝙ elementa non sunt idem cum his quæ sunt ex elementis, si eadem sunt elementa substantiarum & aliorū generū, consequit ꝙ nihil eorū sit in genere substantiæ neqꝫ in alijs generibus. Sed hoc est impossibile, quia necesse est omne qđ est, esse in aliquo genere. Non igitur possibile est ꝙ sint eadem principia omnium. Deinde cum dicit.

An vti diximus, tum sunt, tum nō sunt, veluti corporum forsitan sensibilium: calidum quidem est vt forma, frigidū autem alio modo priuatio est, & materies id quod hęc est potentia primū per se. Et substantiæ aūt hęc sunt, & ea quæ ex hisce constant quorum hæc principia sunt. Aut si quid ex calido frigidoꝙ fit vnum: vt caro, vel os: id quod inde emergit, diuersum ab illis esse necesse est. Horū igitur eadem sunt elementa principiaue, alia vero sunt aliorum. Atꝙ omnium hoc quidē pacto principia dicere non possumus eadem esse, similitudine vero dicere possumus, perinde atque si quispiam dixerit tria principia esse, formam, priuationem, atꝙ materiam. Vergꝫ vnumquodꝙ istoꝝ circa vnumquodꝙ genus diuersum est, vt in colore, album, nigrū, superficies, lumē, tenebræ, aer. Ex his autem dies emergit & nox.

At vt dicimus, est quidem vt est, est autem vt non: puta forsan sensibilium corpoꝝ. Vt quidem species calidum, & alio modo frigidū priuatio, materia vero quod potentia hæc primum secundum se. Substantia vero, & hęc, & quæ ex his quorum sunt principia. Hoc autem siquidē ex calido et frigido fit vnū, vt caro aut os. Alterum enim necesse est ab illis esse quod factum est. Horum igitur eadem elementa & principia, aliorum vero alia. Omniū aūt ita quidem dicere non est, sed proportionaliter. Quemadmodū siquis dicat ꝙ principia sunt tria, species, & priuatio, & materia. Sed horū vnūquodꝙ; alterū circa genus vnumquodꝙ est. Vt in colore albū, nigrum, superficies, tenebræ, lumen, aer. Ex his autem dies & nox.

Soluit ꝓpositam dubitationem. Soluit propositam dubitationem, & circa hoc duo facit. Primo ostendit ꝙ eadem sunt principia omnium proportionaliter. Secundo ꝙ eadem sunt vniuersaliter, ibi.

Adhuc autem videre &c. Hæc enim duo supra posuerat dicens, ꝙ principia sunt eadem omnium vniuersaliter, & ſm proportionem. Prima pars diuiditur in duas partes ſm ꝙ duos modos assignat, quibus proportionaliter sunt eadem principia omnium. Secūda incipit, ibi. Amplius autem alio modo. Circa primum duo facit. Primo ostē dit quomodo proportionaliter sunt eadem. Secundo qūo & simpliciter sint eadē principia omniū prima, ibi. Amplius autem præter hæc. Circa primū duo facit. Primo ostendit ꝙ proportionaliter sunt eadem principia omniū quantum ad causas intrinsecas. Secundo quantum ad causas intrinsecas & extrinsecas simul, ibi. Quoniam autem non solum. Dicit ergo primo, ꝙ quodammodo est verꝫ dicere omnium eadem principia, & quodāmodo non. Et hoc ostendit dicens: Sicut si ponamus ꝙ sensibilium corporum sit principium, tanꝫ species & forma caliditū, & tāꝫ priuatio frigidum, et materia sensibilium corporum sit, id quod est ſm se in potētia ad hæc duo. Nam materia ſm se sumpta est principiū susceptiuū formæ & priuationis. Dicit autem, forsan, quia calidum non est forma substantialis corporum sensibilium, neqꝫ frigidum est priuatio, sed ambo sunt qualitates. Vtitur tamē eis tanꝫ forma & priuatione in genere substantiæ ad maiorem manifestationem. Vnde subiungit ꝙ & huiusmodi principia sunt substantię, nō sicut species in genere, sed sicut principia. Et iterū illa quæ sunt ex his quorum hęc sunt principia. t. ignis & aqua, ac si intelligamus ꝙ ignis componatur ex calido sicut forma et propria materia, & aqua ex frigido sicut ex priuatione & materia. Aut etiam si aliquid vnum fit ex calido et frigido commixtis, eorum sunt prædicta principia. s. calidum & frigidum & materia eoꝝ, quia necesse est id quod fit ex calido & frigido, esse aliquid diuersum ab illis. s. calido et frigido, & a primis corporibus quorum imaginamur hæc esse formas. Sic igitur horꝝ. s. simplicium corporꝝ, & cōpositorum ex eis, sunt eadem principia & elementa. Sed aliorū sunt alia proxima principia. Non autem omnium sunt eadēnisi proportionaliter. Sicut si aliquis dicat ꝙ sicut prædicta tria. s. calidum & frigidum & subiectum eorū se habent in generatione corporū simplicium, vt forma & priuatio & materia, ita in quolibet alio gñe illa tria sunt, quæ se habēt vt forma priuatio & materia. Sed ista diuersa sunt in diuersis generibus. Sicut in genere colorum, album est sicut species, nigrū sicut priuatio, & superficies sicut materia & subiectum. Et in genere distinctionis temporum, lumen est sicut species, tenebræ sicut priuatio, aer sicut materia & subiectum. Ex quibus tribus principijs constituuntur dies & nox. Deinde cum dicit.

Cum autem non solum ea quæ insunt sint causæ, sed etiam ea quæ sunt extra, veluti ipsum mouēs, patet principium, ac elementum diuersa esse. Vtrū vero causam esse, atꝙ; in hæc principium ipsum diuidi, & id quod mouet principium quoddam esse? Quare tria quidem sunt elementa similitudine rationis, causę vero atꝙ principia quatuor. Aliud autē est in alio, & prima causa vti mouens. Alii alia est sanitas, morbus, corpus, id quod mouet medendi facultas. Est forma, inordinatio talis, lateres, id quod mouet, ars est extruendi domus. Atꝙ in hęc principium ipsum diffunditur.

Quoniam autem non solum quę insunt causę, sed & eorum quę extra, vtputa mouens, palam quia alterum principium & elemētum. Causę vero ambo, & in hęc diuiditur principium: Quod vero aut mouēs aut fiſtens, principium est quoddam. Quare elementa secundum analogiam tria. Causæ autem & principia quatuor. Aliud vero in alio, & prima causa. Quare mouens

A re mouens aliud, alii sanitas, infirmitas, corpus, mouens medicatiua, Species, inordinatio talis, lateres, mouens ędificatoria. Et in ea diuiditur principium.

Principia extrinseca sunt ea, dē omniꝫ ſm proportionem. Dicta inter principiū & elementū.

Ostendit idem in causis extrinsecis, & circa hoc duo facit. Primo enim ostendit ꝙ computādo tam causas intrinsecas q̄ extrinsecas, sunt quatuor proportionaliter omniū. Secundo quomodo reducūtur ad tres, ibi. Quoniam vero mouens. Dicit ergo primo, ꝙ quia non solū sunt causæ ea quæ dicta sunt intrinseca rei, sed etiam ea quę sunt extra rem sicut mouens, manifestum est ꝙ principium & elementum differunt. Nam principium proprie dicitur qđ est extra sicut mouens. Nam ab eo est principium motus. Elementum autem proprie dicitur causa intrinseca ex qua cōstituitur res. Sed ambo dicuntur causæ. s. tam principia extrinseca q̄ intrinseca. Et principium quodammodo diuiditur in ea. s. intrinsecas causas & extrinsecas. Sunt enim quædam principia intrinseca, vt in quinto ostensum est. Sicut fundamentum est principium domus ſm materiā, & animal hominis ſm formam. Sed id quod est mouens, aut fiſtens id est quiescere faciens, est principium quoddam, sed non est elementum, quia elementum est ex quo fit aliquid, & est in eo, vt habitum est in quinto. Sic igitur manifestū est ꝙ ſm analogiam, id est proportionē, tria sunt elementa omnium, id est materia, forma, & priuatio. Dicūtur. n. priuationes esse elementū, non per se, sed per accidens, quia. s. materia cui accidit, est elemētū. Materia enim sub vna forma existens, habet in se priuationem alterius formæ. Sed causæ & principia sunt quatuor, vt addamus tribus elemētis causam mouentem. Non facit autem mētionem de causa finali, quia finis non est principium nisi ſm ꝙ est in intētione mouentis. Sic igitur causæ & principia omnium ſm analogiam sunt quatuor. s. materia, & forma: & priuatio, & principium mouens. Non tamen hæc sunt eadem in omnibus, sed alia in alijs. Sicut enim supra dictum est ꝙ spēs & materia & priuatio sunt alia in alijs, ita etiam prima causarum quæ est quasi mouens est alia in alijs. Et hoc manifestat per exēplum. Sicut in sanitatis, sanitas est sicut forma, infirmitas sicut priuatio, corpus sicut materia, sicut mouēs autem ars medicinalis. In ædificatiuis autem est species domus sicut forma, ⁊ inordinatio talis ꝫ. i. oppositio ordini quem requirit domus, est priuatio, lateres autem sicut materia, mouens autem est ars ædificatoria. Et sic in ista quatuor diuiditur principium. Deinde cum dicit.

At qui cum id quod mouet, in naturalibus quidē hominibus homo fit, in iis autem quæ a mente proficiscuntur, forma fit, aut contrarium, tum tres, tum quatuor causæ erunt. Medendi nanq; scientia sanitas quodammodo est. Et ædificandi facultas ędium forma. Hominem quoque generat homo.

Quoniam autem mouens in phyſicis quidem homo, in his autem quę a mente, species aut contrariū, modo quodam tres vtiq; erūt causę. Sic autem quatuor. Nam sanitas aliqualiter medicinalis, & domus species ędificatoria, & homo hominem generat.

Reducit prædicta quatuor ad tria, eo ꝙ mouens & forma reducuntur in idem specie tam in artificialibus q̄m in naturalibus. Dicit ergo ꝙ quia mouens in naturalibus est homo, inquantum habet formam, & in his quæ fiunt a mente siue intellectu mouēs est species cōcepta ab intellectu, aut etiam contrarium speciei per cuius remotionem species inducit, manifestum est, ꝙ quodammodo tres erunt causę in quantum mouens & forma sunt idem specie. Quodam vero modo erunt quatuor, inquātum. s. differunt numero. Sanitas enim aliqualiter est ipsa ars medicinalis. Et forma domus quodammodo est ipsa ars ædificatoria, inquātum. s. ipsa ars est similitudo quædam, & ratio formę quæ est in materia. Et similiter in rebus quæ generantur, in generante inuenitur similitudo formæ generati. Homo enim generat hominem. Deinde cum dicit.

Insuper præter hæc est, id quod est, omnium primum, omnia mouens.
Amplius autem præter hæc, vt primū omnium, mouens omnia.

Prima ſuci pia sūt ſm pliciter eadē omniū.

Ostendit ꝙ licet prima principia non sunt eadē in omnibus ſm rem, sed solum ſm proportionem, prima tamen principia sunt simpliciter eadem ostum. Et hoc ostēdit q̄tū ad tria. Primo quidē quātū ad hoc ꝙ inter causas quatuor assignatas, mouēs est causa prima, ga mouēs est qđ facit esse formā vel priuationē in materia. In gñe aūt mouentium, est deuenire ad aliqđ vnum mouens, vt ostensum est in libro octauo phyſicorum. Id igitur primum mouens vnū & idem, est primū principium omnium. Secundo ibi.

Tex. eō. 33. Lect. 9. Te. cō. 25.

At vero cum alia sint separabilia, alia non separabilia. Substantię sunt illa. Et idcirco causæ omnium sunt hęc, qa sine substātiis affectus motusq; nō sunt.

Quoniam autem sunt hęc quidem separabilia, illa autem inseparabilia. Substantiæ illæ. Et propter hoc omnium causę hęc, quia sine substantiis nō sunt passiones & motus.

Ostendit idem ſm aliud. Entium enim quædam sunt separabilia. s. substantiæ. Alia sunt inseparabilia. s. accidētia, quia passiones & motus & huiusmodi accidentia non possunt esse sine substantijs. Vnde manifestum est ꝙ principia prima in genere substantiæ sunt etiam causæ omniū aliorꝫ generum, non solum quantum ad primam causam mouentem, sed etiam quantum ad causas intrinsecas. Nam materia & forma substantiæ, sunt causæ accidētiū. Tertio ibi.

Deinde hęc erunt anima forsitan atq; corpus, aut mens, & appetitus & corpus.

Deinde erunt hęc omnia anima forsan & corpus, aut intellectus & appetitus & corpus.

Videt Aristote. velle corpora cęlestia esse animata.

Ostendit ulterius ꝙ etiam in genere substantiæ est deuenire in aliqua prima. Nā prima principia in genere substātiarū sunt substantiæ viuentes animatæ, ſm opi. Arist. ponentis cælestia corpora animata. Et sic prima principia in genere substantiæ vt materia & forma erunt anima & corpus, vel etiam corpus & intellectus vel desiderium. Nam anima corporis cęlestis si sit animarum, nō habet alias partes animæ nisi intellectum & appetitum. Aliæ enim partes ordinantur ad conseruationem corporum generabiliū & corruptibilium. Intellectus etiam & desiderii habet rationem causæ mouentis. Deinde cum dicit.

Præterea principia sunt eadē, alio modo similitudine rōnis, vt actus atq; potentia. At hęc, & alia sunt aliis, atq; alio modo. In quibusdam. n. idem interdū est actu, interdum potentia, vt vinum, vel caro, vel homo. Cadūt autem & hęc in causas iam prędictas. Forma. n. separabilis est, actus est. Et id qđ ex vtrisq; constat. Priuatio vero, vt tenebrę, aut ægrotans. Materies autem est potentia. Hoc est. n. id quod vtrūq; fieri potest. Alio vero modo potētia atque actu differunt, ea quorum nō est eadem materies, & quorum forma non est eadem, sed diuersa. Quemadmodum hominis causa sunt elementa, ignis, & terra vti materies, & ꝓpria forma. Et si quid aliud est extra, vt patet. Et prędter hęc sol, orbisq; obliquus: quę quidem

nęq;

neque materia sunt, neq; forma, neq; priuatio, neq; species eiusdem, sed mouentia.

Tex. cō. 26. Amplius autē alio modo proportionaliter principia eadem, vt actus & potētia. Sed & hęc alia, quia aliis & aliter. In quibusdam quidem enim idem quādoq; est actu, quandoq; potentia, vt vinum aut caro aut homo. Cadunt autē & hęc in dictas causas. Actus quidē enim species si sit separabilis. Et quod ex ambobus. Priuatio vero vt tenebræ aut laborans. Potētia autē materia. Hæc enim est quod potest fieri ambo. Aliter autem actu & potestate differunt, quorum non est eadem materia, & quorum non est eadē species, sed altera. Quemadmodum hominis causa elementa, ignis, & terra, vt materia: & species propria, & si quid aliud extra, vt pater: & prēter hæc sol, & K obliquus circul⁹: neq; materia entia, neq; species, neque priuatio, neq; forma, sed mouentia.

Secundus modus pōnēdi identitatem ꝑncipiōꝝ ſm proportionem.

Ponit alium modum ſm quē sunt eadem principia omnium proportionaliter, & dicit q̄ alio modo sunt eadem principia omniū proportionaliter, ita q̄ dicamus q̄ actus & potentia sunt principia omnium. Sed in hoc est differentia quantum ad duo. Vno quidem modo, quia alta potentia, & altus actus sunt principia in diuersis rebus. Alio modo quia aliter inuenitur potentia & actus in quibusdā, & aliter in alijs. Et hoc secundū primo manifestat dicēs, q̄ in quibusdā idē quandoq; est in actu & q̄nq; in potentia, vt patet in oibus gñalibus & corruptibilibus & mobilibus & cōtingentibus, sicut uinū & caro, & homo: q̄nq; sunt in actu q̄nq; ēt in potentia. Quędā vero semp sunt in actu, sicut substantiæ sempiternę. Et quia dixerat hūc modū, quo proportionaliter sunt principia eadem omnium, esse aliū modum a præassignato, consequenter ostendit quomodo reducātur in idem. Et hoc est quod dicit, q̄ hæc. s. actus & potentia cadunt in prędictas causas, quæ sunt forma, priuatio, materia, & mouens, quia forma est actus, siue sit separabilis a composito, vt Platonici posuerunt: siue etiam sit aliquid compositum ex ambobus. s. materia & forma. Et similiter priuatio est quodammodo actus vt tenebræ, aut laborans, id est infirmum. Materia vero est in potētia, quia ipsa ſm se potest fieri sub ambobus. s. sub forma & priuatione. Sic igitur manifestum est, q̄ actus & potentia in idē redeunt cum materia & forma & priuatione, & q̄ actus et potentia in diuersis vno modo differūt, quia non similiter est in omnibus, sed aliter & aliter. Et quia dixerat q̄ non solum aliter est potentia & actus in diuersis, sed etiā sunt alia in aliis. Hoc consequenter exponit dicens, q̄ alio modo potentia & actus differunt in diuersis, quorum non est eadem materia quæ est potentia, & quoꝝ nō est eadē species quæ est actus, sed diuersa. Sicut hominis causa, vt materia elementa. s. ignis &c. & causa, vt forma, species propria. s. anima, & causa mouēs est aliquod extrinsecum sicut pater est causa mouens ꝓpinqua, & causa remota sol, & ♌ obliquus circulus, ♓ id est zodiacus in quo mouetur sol, et alij planetæ, qui suo motu causant generationem & corruptionē in istis inferioribus. Huiusmodi autem causæ extrinsecæ neq; sunt materiæ, neq; formæ, neq; priuatio, neq; aliqd conformæ eis, aut eiusdem speciei, vt possit dici q̄ reducuntur ad has causas, sicut actus & potētia, sed sunt in alio genere causæ, quia sunt mouentia, & ipsa etiam reducuntur in actum. Alia vero ab homine habent materiam aliam propriam, & aliam formam propriam, & aliquod agens proprium.

Deinde cum dicit.

Præterea cernere oportet, causarum alias vniuersales, alias non vniuersales, dici posse. Omnium igitur prima principia sunt, id quod actu primū est

L Actus & potētia sūt principia oīum sed alia, & alia aliis.

Reducit hunc ſcdm modū ad primum. Forma cōpositi & priuationē tenet ex p te actus.

M Principia & causę hois quę, & q̄t.

hoc, & aliud quod potentia est. Atq; illa quidem vniuersalia non sunt. Singulare nanq; singularium principiū est, & homo hominis est vniuersalis. At nemo est prorsus, sed Peleus quidē Achillis, tui vero principium pater est, & hoc b. huiusce ba. omnino aūt b. ipsius simpliciter ba. Deinde iam ea quę sunt substātiarum, alia vero sunt aliorum causę & elementa, vt dictum est eorum quę genere in eodem non sunt eo lorum, sonorum, substantiarum, quantitatis, nisi ſm similitudine rationis. Eorum etiam quæ sunt eadē in specie, diuersa sunt non specie, sed qui singulorū: tua inquam materies, forma, & id quod mouet, & mea. Vniuersali vero ratione sunt eadem.

Adhuc autem videre oportet quod hæc quidem Tex. cō. 17 vniuersaliter est dicere, hęc autem non. Omnium. n. prima principia, quod actu primum hoc, & aliud qđ potentia. Illa quidem igitur vniuersalia non sunt. Principium enim singularium singulare, homo qui dem est hominis vniuersaliter, sed non est vniuersalis: verum Peleus, Achillis: tui vero, pater. Et huius syllabæ ba. b. & a. siue totaliter siue particulariter. Deinde iam quæ substantiarū aliæ aut aliorū causæ & elementa, sicut dictum est. Eorum quę non in eodem genere, colorum & sonorum & substantiarum & quantitatis prætereq; proportionaliter. Et eorum quæ sunt in eadem specie, diuersa nō specie, sed quia singularium, aliud tua materia, & species, & mouēs, & mea: vniuersali autem ratione, eadem.

Ostēdit q̄ oīum sint eadē principia vt. Act⁹ & potentia sint prima vtius principia.

Quia iam ostensum est, q̄ sunt eadem principia omniū proportionaliter, vult ostendere quomodo sunt omnium eadem vniuersaliter. Vtrūq; enim supra dictum fuit. Dicit ergo q̄ oportet videre quomodo principia aliqua dicuntur vniuersaliter, & aliqua nō vniuersaliter. Et prima principia maxime vniuersaliter significata, sunt actus & potentia. Nam hæc diuidunt ens inquantum huiusmodi. Hæc autem dicūtur principia vniuersalia, quia vniuersaliter significantur & intelliguntur, nō ita q̄ ipsa vniuersalia subsistētia principia sint, vt Platonici posuerunt, quia singularū non potest esse aliquod principium nisi singulare. Vniuersale enim principium est effectus vniuersaliter accepti, vt homo hominis. Sed cum non sit aliquis homo vniuersaliter subsistens, non erit aliquod principium vniuersale hominis vniuersalis, sed solum hoc particulare huius particularis: sicut si Peleus, Achillis est pater: tui vero, pater tuus. Et hæc litera b. huius syllabæ ba. Sed b. vniuersaliter accepta est principium eius quod est ba, vniuersaliter accepti. Sic igitur principia vniuersaliter significata sunt eadē omnium. Deinde inducit alium modum ſm quem principia substantiarum sunt vniuersaliter omnium, inquantum accidentia ex substātijs causantur. Sicut autem actus & potentia sunt vniuersaliter principia omniū, quia cōsequunt ens cōmune, ita oportet q̄ ſm q̄ descēdit cōmunitas principiatorum, descendat cōtas principiorū. Eoꝝ enim quæ non sunt in eodem genere, puta colorum, sonoꝝ, substātiarum, & quantitatis, sunt aliæ causę & elementa, vt dictum est, prætereq; q̄ proportionaliter sint eadem omniū. Eorum autem quę sunt in eadem specie, sed diuersa ſm numerum, sunt diuersa principia, non specie, sed numero. Sicut aliud est materia tua, & forma, & mouens: & aliud mea. Sed ſm vniuersalem rationem sunt eadem. Nam anima & corpus sunt materia & forma hominis. Huius autē hominis, hæc anima & hoc corpus. Deinde cū dicit.

Q Diuersitas ꝑncipiōꝝ substātiarū eiusdē speciei, sunt tā ex diuersitate & ꝓportionalitate cōtra ꝓpositionē diuersitas ꝓncipiorū. Hoc loco Maurlius deliratcōtra Thomistas, vt dē fen. 27.

Si quæratur autem quæ nā principia sint, aut elementa substantiarum, & eoꝝ quæ sunt ad aliquid, & qualium

A & qualium; vtrum sint eandem an diuersa: patet respondendum esse cuiusq; eadem esse, si vniuersaliter dicantur. Non eadē, sed diuersa, si diuidantur. Attamen hoc pacto & eadem omnium esse. Atq; hoc pacto eadem similitudine rationis, propterea q̄ materies est, forma, priuatio, id quod mouet. Et hoc etiā pacto substātiaꝝ causas, oium causas esse, qđ si tollantur, tollunt omnia. Insuper id quod primū est actu. Hoc autem pacto diuersa prima esse, quot sunt contraria ipsa, quę neq; vt genera dicuntur, neq; multipliciter dicuntur: & insuper materias ipsas. Quæ igitur sensiblium rerū principia sunt, & quot atq; quo pacto & eadem sunt & diuersa, satis iam diximus.

Tex. cō. 18 Quęrere vero quę principia aut elementa substātiarū, & ad aliquid, & qualitatum, vtrum eadem aut B diuersa: palam quia multipliciter dictorū sunt vniuq; cuiusq;. Diuersorū vero, non eadem, sed altera: prętereq; sic. Et omnium sic quidem eadē, aut eo q̄ proportionaliter, qa materia, species, priuatio, mouēs. Et sic substātiarum causę vt causæ omnium, quia destruuntur destructis. Amplius q̄ primū endelechia. Sic autem altera prima, quęcunq; contraria quæ nec vt genera dicuntur, nec vt multipliciter dicuntur & Tex. cō. 19 adhuc materia. Quæ quidem igitur principia sensibilium, & quot, & quomodo eadem, & quomodo altera, dictum est.

Recapitulat ea quæ dicta sunt in hoc capitulo. Dicit ergo q̄ quærere vtrum sint eadem principia & elementa substantiarum, & ad aliquid & qualitatum & aliorum genera: C aut diuersa, est quærere de multipliciter dictis, quia diuersorum non sunt eadem principia, sed diuersa, nisi quodāmodo. Omniū enim quodāmodo sunt eadē principia, aut ꝑm proportionem, sicut si dicamus q̄ in quolibet genere inueniuntur aliqua, quæ se habent vt materia & forma & priuatio & mouens, aut eo q̄ causę substantiarum sunt causæ omnium, quia destructis eis, alia destruūtur. Aut quia principia ♌ sunt endelechia, ♓ id est actus & potentia. Istis autē tribus modis sunt eadem principia omnium. Alio autem modo sunt diuersa principia, quia contraria quæ sunt principia rerum, & ipsa materia, non vniuoce dicuntur, quia non sunt genera. Nec etiam dicunē multipliciter quasi æquoca. Et ideo non possumus dicere q̄ sunt eadem simpliciter, sed secundum analogiam. Vltimo autem concludit qđ dictum est, quot sunt principia sensibilium, & quomodo sunt eadem aut diuersa. Lectio. v.

Principiter ostendit diuersę eadē principia oium.

D Cum autē tres sint substantiæ, duę quidem naturales, vna vero immobilis, de hoc deinceps dicendum esse videtur. Necesse est itaq; perpetuam aliquā substantiam immobilem esse. Substantię nāq; omnia cętera quæ sunt antecedūt. Atq; si oēs sunt corruptibiles, vniuersa profecto corruptibilia sunt. At impossibile est motum, aut ortum, aut corruptionē subire. Semper enim erat. Et tēpus simili modo. Est enim impossibile si tempus non fit, prius aut posterius esse. Et motus ergo perinde continuus est vt & tempus. Etenim tēpus aut est idem quod motus, aut est quidam motus affectus. Motus autem non est continuus vllus, nisi hisce qui loco accommodatur, & huius hisce qui est conuersio.

QVoniam autē tres erant substantiæ, duæ quidem quę physicę: & vna quę immobilis, de hac dicēdum est, quia necesse est esse sempiternam aliquam substantiam immobilem. Nam substantiæ, primę entium. Et si oēs corruptibiles, oīa corruptibilia. Sed impossibile motum aut fieri aut corrumpi. Semper enim erat. Nec tēpus. Nec enim possibile prius et posterius esse, cum nō sit tempus. Et motus ergo sic est cōtinuus vt tempus. Aut enim idem, aut motus est aliqua passio. Motus autem non est continuus, nisi qui secundum locum. Et huius qui circulo.

E

Sermo de substantia immobili.

POSTQVAM Philosophus ostendit quæ sunt principia substantiæ sensibilis, hic incipit determinare de substantijs immobilibus a materia separatis. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de hmōi substātijs ſm propriam opinionem. In secunda ſm opinionem aliorꝝ in sequenti libro, ibi. ♌ De sensibili quidem igit substātia. ♓ Prima in duas. In prima ostendit esse aliquam substātiam sempiternam, immobilem, a materia separatam. In secūda inquirit cōditionem huius substantiæ, ibi. ♌ Mouet aūt. ♓ Circa primum tria facit. Primo ostendit esse aliquam substantiam sempiternā. In secunda pertractat quandam quæstionem ex dictis occasionatā, ibi. ♌ Quāus dubitatio. ♓ Tertio ex solutione qōnis motæ ꝓcedit ad manifestationē veritatis prius inuentę, ibi. ♌ Quare nō fuit infinito tpe. ♓ Circa primum duo facit. Primo ostendit q̄ necesse est ponere aliquam substantiam sempiternam. Secundo ostēdit qualem oportet esse illam substantiam, ibi. ♌ Sed si fuerit motiuum. ♓ Dicit ergo primo quod supra dictum est, q̄ tres sunt substantiæ, quarum duæ sunt substātiæ naturales, quia sunt cum motu, vna sempiterna, vt cęlumialia corruptibilis, vt plātæ & aīalia. Et ꝑter has est tertia quę est immobilis, quæ non est naturalis. De hac dicendum est nunc. Ad cuius considerationem oportet prius ostendere, q̄ necesse est esse aliquam substātiam sempiternam, immobilē. Quod sic probat. Substantiæ sunt primæ inter entia, vt supra ostensum est. Destructis autem primis nihil remanet aliorum. Si igit nulla substantia est sempiterna, sed oēs sunt corruptibiles, sequet q̄ nihil sit sempiternū, sed ♌ oīa sint corruptibilia, ♓ idest nō semper existentia. Sed hoc est impossibile. Ergo necesse est esse aliquam substantiam sempiternam. Quod autem impossibile sit nihil esse sempiternum. Probat ex hoc q̄ impossibile est motū fieri ♌ aut corrūpi, ♓ idest de nouo incepisse, aut qđq; totaliter desiturū esse. Ostensum est enim in octauo physicorū q̄ motus est sempiternus simpliciter. Et videt impossibile q̄ tēpus non sit sempiternū. Quia si tempus aliqđ incepit, aut aliqđ desinet, sequet q̄ prius fuerit non esse temporis q̄ tempus, & iterum q̄ posterius erit non esse tpis q̄ tempus. Sed hoc nō potest esse vt videt, quia non est possibile esse prius & posterius nisi sit tempus, cum nihil aliud sit tempus, nisi numerus prioris & posterioris in motu. Et sic sequet q̄ tempus fuerit anteq; inciperet esse, & q̄ sit postq; esse desierit. Videt igitur necesse esse q̄ tēpus sit sempiternum. Et si tempus est continuum & sempiternum, necesse est q̄ motus sit cōtinuus & sempiternus: quia motus & tēpus, aut sunt idē, vt quidam posuerunt: aut tempus est aliqua passio motus, vt rei veritas habet. Est enim tempus numerus motus, vt patet in quarto physicoꝝ. Sed tamen non est accipiendum de omni motu, q̄ possit esse sempiternus & continuus. Nō enim hoc potest esse verum, nisi de motu locali. Est inter motus locales, solum de motu circulari, vt probatur in octauo physicorum. Deinde cum dicit.

Necesse est aliquā esse substātiam sempiternā immobilem.

Tex. cō. 5

Tex. cō. 9.

Tex. cō. 11 Impossē est tps & motū habuisse ꝓncipia vel desinere ee Lect. 2

Tex. cō. 10 & 30

H Tps vel est idem motui vel passio eius. Tex. cō. 10 & inde. Tex. cō. 77 Solus motus circularis pōt esse ęternus.

At non si sit motiuum vel effectiuū, nihil aūt operetur, motus non erit. Fieri. n. potest vt id quod potentiam habet, non operet. Nulla ergo prorsus erit vtilitas, & si substātias sempiternas fecerimus, pinde atq; ii qui formas in rōne rerum introduxerunt, nisi

quippiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

I quippiam principium insit mutare potes. Neq; igitur ipsa sufficiens est, neq; aliqua vlla substantia præter formas. Si n. nō operabit, motus ꝓfecto nō erit.

At vero si fuerit motiuū aut effectiuū, nō operās aūt aliqd, nō erit motus. Cōtingit. n. potētiā habēs, nō agere. Nihil ergo ꝓdest, nec si substātias faciam⁹ sempiternas, quēadmodū qui species, si non aliqua potens inerit principium trālmutari. Nō ergo neq; ipsa sufficiens, neq; alia substantia præter species. Nā si non egerit, non erit motus ęternus.

Necesse est aliquā esse substātiā sempiternā q̄ est actu mouēs tem.

Ostendit cuiusmodi substantiā necesse est esse sempiternā, & circa hoc tria facit. Primo q̄ ad sempiternitatē motus sustinēdā, necesse est ponere substātiā sempiternā semper mouentē vel agentē, dicens q̄ cum necesse sit, si motus est sempiternus, q̄ sit substantia motiua & effectiua sempiterna: vlterius oportet q̄ sit mouēs & agens in actu semꝑ, quia si esset ☾ motiua aut effectiua ☽. i. potens mouere & efficere motum, & non agens in actu, sequeretur q̄ non esset motus in actu. Non enim est necessarium si habeat potentiā mouendi, q̄ moueat in actu. Cōtingit enim id quod habet potentiam agendi non agere. Et ita motus non erit sempiternus. Ad hoc igit̄ q̄ motus sit sempiternus, necesse est ponere aliquā substantiā sempiternā mouentē & agentē in actu. Ex quo cōsequēter cōcludit, q̄ nihil prodest opinio Plato. ponentis substātias sempiternas, q̄ est insufficiēs ad sustinēdū sempiternitatē motus. Nō. n. ad hoc sustinendum prodest si fingamus aliquas substantias separatas sempiternas, nisi in eis sit aliquod principiū habens potentiā ad trāsmutandū, quod nō videtur cōuenire spectebus. Species. n. nihil aliud ponebantur q̄ vniuersalia separata. Vniuersalia autem inquantū hmōi, nō mouent. Nā oē principiū actiuū vel motiuū est aliqd singulare, vt supra dictū est. Sic igit̄ nec spēs sunt sufficientes ad sempiternitatē motus seruādā, nec alia substātia separata ꝓter spēs, sicut quidā posuerūt mathematica, inquantū huiusmodi sunt principia motus. Et si non sit aliqua substantia sempiterna agens, nō est motus sempiternus, quia motus principium est aliqua substātia sempiterna mouens & agens. Secundo ibi.

Positio idearū nō cōfert, sed auferr sempiternitatē motus.

Te. co. 17.

Nec ēt si operabit, suba aūt ipsius potētia est, nō ꝓpter⁹ motus erit. Q̄d. n. potētia est, id pōt nō esse. Sit ergo ꝓncipiū tale oportet, vt suba ipsi⁹ sit actus.

Adhuc neq; si ageret suba aūt ipsius potētia, nō erit motus æternus. Cōtingit. n. q̄d potētia est, non esse. Oportet igit̄ esse principiū tale, cuius suba est actus.

Aliqua est substantia sēpiterna q̄ est essentialit actus

Ostēdit vlterius q̄ oportet ad sempiternitatē motus, q̄ nō solū sit aliqua substātia sempiterna mouēs & agēs, sed ēt q̄ eius suba sit actus. Dicit ergo q̄ neq; est sufficiēs ad sempiternitatē motus, si substantia sempiterna agat: sed trī ꝑm suam substantiā sit in potētia, sicut si ponamus prima principia esse ignē, aut aquā ꝑm positionē antiquoꝝ naturaliū. Nō. n. poterit esse motus sempitern⁹. Si. n. sit tale mouēs, in cuius substantia admiscetur potentia, continget id nō esse. Quia quod est in potentia, contingit non esse, & per consequens continget q̄ motus non sit. Et sic motus non erit ex necessitate & sempiternus. Relinquitur ergo q̄ oporter esse aliquod primum principiū motus tale, cuius substātia nō sit in potentia, sed sit actus tantū. Tertio ibi.

Has igit̄ insuper substātias materiæ expertes esse oportet. Perpetuas enim esse oportet, si & aliud q̄ q̄ perpetuum sit.

Amplius igit̄ tales oportet esse substātias sine materia. Sempiternas. n. esse oportet, si & aliquid aliud sempiternum actu.

Aliqua est suba sempiterna immāīs.

Cōcludit vlterius q̄ oportet hmōi substātiā esse immaterialē. Dicit ergo q̄ amplius ex prædictis sequit̄, q̄ hmōi substantias quæ sunt principia motus sempiterni, oportet esse sine materia. Nam materia est in potentia. Oportet igit̄ eas esse sempiternas, si aliqd aliud est sempiternum, vtpote motus et tēpus. Et sic sequit̄ q̄ sint in actu. Hoc aūt vltimo concludit propter dubitationē quā cōsequēter inducet. Ex hoc igitur processu manifestū est, q̄ Ari. hic firmiter opinatus est & credidit necessariū fore, q̄ motus sit sempiternus, & similiter tempus. Aliter. n. non fundasset super hoc intentionem suā de inquisitione substātiaꝝ immaterialiū.

N

Ari. firmiter opinat⁹ est motū & tēs esse sempiternū. Lect. 2.

Sed tñ sciendū q̄ rōnes ab eo inductæ in octauo physicorū, ex quarū suppositione hic ꝓcedit, nō sunt demōstrationes simpliciter, sed probabiles rōnes. Nisi forte sint demonstrationes, cōtra positiones antiquoꝝ naturaliū de inceptione motus, quas destruere intendit. Et ꝑtermissis aliis rōnibus quas hic nō tangit, manifestū est q̄ rō quā hic posuit ad probandum sempiternitatem temporis, non est demonstrativa. Non. n. si ponimus tēpus q̄q; incepisse, oportet ponere prius, nisi quid imaginatū. Sicut cum dicimus q̄ extra cælum non est corpus, quod dicimus extra, non est nisi quid imaginatum. Sicut igitur extra cælum non oportet ponere locū, q̄is extra videatur locum significare, ita nō est necessarium q̄ tempus sit prius q̄ incipiat vel postq̄ desinet, licet prius & posterius videantur tēpus significare. Sed q̄is rōnes ꝓbantes sempiternitatē motus, & ꝑ is non sint demōstratiuę, & ex necessitate cōcludentes, tñ ea quæ hic ꝓbantur de sempiternitate & immaterialitate primæ substantiæ, ex necessitate sequunt̄. Quia si nō fuerit mūdus æternus, necesse est q̄ fuerit ꝓductus in esse ab aliquo prēxistente. Et si hoc nō sit æternū, oportet iterꝰ q̄ sit productū ab aliquo. Et cū hoc nō possit ꝓcedere in infinitū, ut supra in secūdo probatum est, necesse est ponere aliquam substantiam sempiternam, in cuius substantia non sit potētia, & per consequens immaterialem. Lectio. vj.

Rōnes a Ioh. inductę in physicis ad probandā sempiternitatē mot⁹ & ēt ꝓprias, non sunt demōstratiuę, sed probabiles. Quā ad hoc hic induit

O

Quāuis insurgat dubitatio. Necesse est quidem quod operatur posse, non omne autē quod pōt operari. Quo sit vt actum potentia antecedat.

P

Oſtendit q̃ neceſſe eſt eſſe plures hmõi ſubſtãtias, & circa hoc duo facit. Primo reſumit qđ oſtẽſum eſt de primo principio dicẽs, q̃ cũ aljs nihil dixerint demẽratiue de pluralitate ſubſtãtiarũ ſeparatarũ, nobis dicendũ eſt de hoc ꝓ ea quę ſunt ſuppoſita & determinata prius. Dictũ eſt.n. ſupra q̃ primũ principiũ entiũ eſt qđdã qđ nõ mouẽ, neq; ſm ſe, neq; ſm accidens, ſed mouet vnũ motũ qui eſt prim⁹ & ſempiternus. Quia.n. oẽ qđ mouetur, neceſſe eſt ab aliquo moueri (vt probatum eſt in 8. phyſi.) neceſſe eſt q̃ primũ mouẽs ſit oĩno immobile, & ſempiternus motus ſit a ſempiterno motore. Et vnum motum ab vno motore.

Te. cõ. 29. & inde.

Tex. cõ. 33.

Prætereq; lationẽ ſimplicem vniuerſi, quam primã ſubſtantiã immobilẽq; mouere dicimus. Alias lationes eſſe ꝑpetuas, vagãtiũ inquã ſtellaꝝ videmus. Corpus.n. cęleſte ſempiternum eſt, ac nunq̃ conſiſtit atq; quieſcit, vt in naturali philoſophia eſt demonſtratum. Harũ etiam quæq; lationũ profecto ab immobili per ſe, perpetuaq; ſubſtantia proficiſcatur neceſſe eſt. Natura nãq; ſtellaꝝ perpetua ſubſtatia q̃dã eſt. Et id qđ mouet, ꝑpetuũ eſt, & prius eo qđ motu cieť. Id & qđ ſubſtãtia prius eſt, ſubſtãtiã eſſe neceſſe eſt. Patet igitur tot neceſſario ſubas eſſe natura ꝑpetuas & ꝑ ſe immobiles, ſineq; magnitudine, ob eam cauſam quam antea diximus. Eſſe igitur ſuſtantias, & harum quenam ſit prima, quę ſecunda, eodẽ ordi quem inter ſeſe lationes ſtellarum habent, diluculũ eſſe videtur.

E

F

Videmus aũt ꝓter vniuerſi ſimplicẽ lationem, quã mouere dicimus primã exiſtentem ſubſtãtiam & immobilem, alias lationes planetaꝝ ſempiternas. Sempiternũ.n. & inſtabile circulare corp⁹. Oſtẽſum eſt autẽ in phyſicis de his. Neceſſe & harũ lationum vnãquãq; ab immobili moueri ſm ſe & ſempiterna ſubſtãtia. Aſtroꝝ.n. natura ſempiterna ſubſtãtia quędã ens, & mouẽs ſempiternũ, & prius eo qđ mouet. Et qđ prius ſubſtãtia, ſubſtãtiã eſſe neceſſe eſt. Palam itaq; q̃ tot ſubſtãtias eſſe neceſſe eſt, natura ſempiternas & immobiles ſm ſe, & ſine magnitudine, ꝓpter prædictam cauſam. Quot quidẽ igitur ſint ſubſtãtię, & harum quę prima & ſecunda ſecundũ ordinẽ eundẽ lationibus aſtrorum, palam.

Tex.c. 44.

G

Inueſtigat pluralitatẽ ſubarũ ſeparatarũ ex pluralitate ſẽpiternoꝝ motuũ & immobiliũ. Hoc i loco Anto. and. impugnat ſanctũ dõctores, ſed vide deten 29. 8. phy. t. c. 48. & i de. 71. & i de.

Motores orbium ne ceſſe ẽ eſſe ſubſtãtias.

H

Secundo oſtendit q̃ poſt primum principiũ neceſſe eſt ponere plures ſubſtantias immateriales ſempiternas dicẽs, q̃ præter ſimplicẽ motũ localẽ vniuerſi, q̃ eſt motus diurnus, quo totũ cælũ reuoluitur, & eſt vniformis, & eſt ſimpliciſsimus, quem motũ cauſat prima ſubſtantia immobilis, videmus aliquos motus locales planetaꝝ, qui etiã ſunt ſempiterni, quia corpus circulare. ſ. cælũ eſt ſempiternum. Vnde ſempiternitas motus nõ tollitur ꝑ corruptionẽ mobilis. Et¶ eſt inſtabile ☞. i. non potens quieſcere. Vnde motus iſte nõ intercipitur quiete. Et iſta ꝓbata ſunt in ſcientia naturali tam in libro phy. q̃ in libro de cęlo. Vnde neceſſe eſt q̃ quilibet horũ motuũ, moueatur a motore p ſe immobili & a ſubſtantia ſempiterna. Qđ quidẽ ideo neceſſe eſt, quia aſtra ſempiterna ſunt, & ſubſtãtiæ quædã ſunt. Vnde oportet q̃ mouẽs ea, ẽt ſempiternũ ſit & ſubſtãtia. Mouẽs enim eſt prius moto. Et qđ eſt prius ſubſtantia, neceſſe eſt eſſe ſubſtãtiã. Vnde manifeſtũ eſt qđ neceſſe eſt, quot ſunt lationes aſtroꝝ tot eſſe ſubſtãtias, quæ ſunt naturaliter ſempiternæ, & ſm ſe immobiles & ſine magnitudine, propter cauſam ſupra aſsignatã: quia. ſ. mouẽt tempore infinito, & ſic per cõſequens virtute infinita. Manifeſtum eſt igitur, q̃ ſunt aliquę ſubſtantię ímateriales ſm numerũ motuũ aſtrorũ, & q̃ eaꝝ ẽt ordo eſt ſm ordinẽ eorũdẽ motuum. Cõſiderandum eſt aũt q̃ poſt primã lationem Ariſt. nõ computat niſi lationes planetaꝝ, quia eius tẽpore nondum erat deprehenſus motus ſtellarũ fixarum. Vnde exiſtimauit q̃ octaua ſphæra in qua ſunt ſtellæ fixæ, eſſet primum mobile & motor eius eſſet primũ principiũ. Sed poſtea deprehẽſus eſt ab aſtrologis, motus ſtellarum fixarum in contrarium primi motus. Vnde neceſſe eſt q̃ ſupra ſphæram ſtellarum fixarum ſit alia circundans totum, quæ reuoluit totum cælum motu diurno. Et hoc eſt primum mobile qđ mouetur a primo motore ſm Ariſt. Sed Auicen. poſuit q̃ primum mobile mouetur immediate, nõ a primo principio, ſed ab intelligẽtia a primo principio cauſata. Cũ.n. primũ principiũ ſit vnũ ſimpliciſſimum, exiſtimauit q̃ ab eo nõ poteſt cauſari niſi vnũ, qđ eſt intelligentia prima, in qua qđẽ

Quid ſenſerit Auic. de primo mouente ſphę mobilis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

incidit aliqua pluralitas potentiæ, & actus, ſm q̃ acquirit eſſe ab eo. Comparatur enim ad id a quo dependet ſm ſuũ eſſe, ſicut potentia ad actum. Sic igitur primã intelligentia poteſt immediate cauſare plura. Nam ſm q̃ intelligit ſe prout habet aliquid de potentia, cauſat ſubſtãtiã orbis quẽ mouet. Secũdum aũt q̃ ſe intelligit prout habet in actu eſſe ab alio, cauſat animã ſui orbis. Secũm autẽ q̃ intelligit ſuũ principiũ, cauſat intelligentiã ſequentẽ quæ mouet inferiorem orbẽ, & deinceps vſq; ad ſphærã lunę. Sed hoc non habet neceſſitatẽ. Nam cauſa agens non eſt in illis ſubſtantijs ſuperioribus ſicut in rebus materialibus, vt neceſſe ſit ex vno tm̃ vnũ cauſari, quia cauſa & cauſatum in eis ſunt ſm eſſe intelligibile. Vnde ſm plura quæ poſſunt intelligi ab vno, poſſunt ab vno plura cauſari. Et ratis cõueniens videtur, vt primus motus rei corporalium, a quo omnes alij dependent, habeat pro cauſa principium immateriale ſubſtantiæ, vt ſit quędã cõnexio & ordo ſenſibiliũ & intelligibilium. De hoc aũt quod Philoſophus dicit, q̃ ordo ſubſtantiarũ ſeparatarũ eſt ſm ordinẽ motuũ & mobiliũ, põt eſſe dubitatio. Nam ſol maior eſt quantitate inter oẽs planetas, & eius effectus magis apparet in rebus inferioribus, & etiam motus aliorũ planetarũ ordinantur per motũ ſolis, & quodãmodo cõſequuntur ipſum. Vnde vr̃ q̃ ſubſtantia quæ mouet ſolem, ſit nobilior ſubſtantijs quæ mouent alios planetas, cũ tũ ſol nõ ſit ſuper oẽs alios planetas. Sed cum in corporibus id qd̃ eſt contineẽs ſit formalius, & per hoc dignius & perfectius, & cõparetur ad corpus contentum, ſicut ad partẽ totũ, ſicut dicitur quarto phyſicorũ, neceſſarium eſt q̃ cum ſphęra ſuperioris planetæ cõtineat ſphæram inferioris, q̃ planeta ſuperior ad quẽ ordinatur tota ſua ſphæra ſit altioris & vniverſalioris virtutis q̃ planeta inferior, & diuturniores operet effectus, vtpote propinquior exiſtens primæ ſphæræ, quæ per ſuũ motum cauſat ſempiternitatem, vt ſupra dictũ eſt. Et inde eſt q̃ ſicut dicit Ptolomeus in quadripartito, effectus ſaturni coaptanẽ ad vniverſalia loca & tempora, Iouis ad annos, Martis, Solis, Veneris & Mercurij ad menſes, Lunę autem ad dies. Et inde eſt q̃ effectus planetarum apparent in iſtis inferioribus ſm ordinẽ eorũdem. Nam primi tres ſuperiores videntur ordinari ad ea quę pertinent ad exiſtentiam rei ſm ſeipſam. Nam ipſa ſtabilitas eſſe rei attribuitur Saturno. Perfectio autem rei & bona habitudo correſpõdet Ioui. Virtus autem rei ſm q̃ ſe contra nociua tuetur & ea propellit, correſpondet Martι. Tres vero planetæ alij videntur proprijs effectum habere ad motum ipſius rei exiſtentis, ita q̃ Sol ſit vt vniverſale principiũ motus. Et propter hoc eius operatio in mutationibus inferioribus maxime apparet. Venus autem videtur quaſi proprijs effectũ habere magis determinatum, id eſt gñationẽ per quam aliquid cõſequitur ſpeciem, & ad quã. ſ. omnes motus alij ordinantur in iſtis inferioribus. Mercurius aũt videtur proprijs effectũ habere in multiplicatione. i. diſtinctione indiuiduorum in vna ſpecie. Et propter hoc varios habet motus. Et ipſe etiã cũ naturis omnium planetarũ miſcetur, vt aſtrologi dicunt. Lunæ autem proprie competit immutatio materiæ, & diſpoſitio ipſius ad recipiendũ oẽs impreſſiones cæleſtes. Et propter hoc videtur quaſi eſſe deferens impreſſiones cælestes, & applicans inferiori materiæ. Sic igitur quãto corpus cæleſte eſt ſuperius, tanto habet vniverſalioręm diuturniorem & potentioręm effectũ. Et cum corpora cælestia ſint quaſi inſtrumenta ſubſtantiarum ſeparatarũ mouentium, ſequitur q̃ ſubſtantia quæ mouet ſuperiorem orbem ſit vniverſalioris conceptionis & virtutis. Et per conſequens oportet q̃ ſit nobilior. Deinde cum dicit.

Multitudinẽ autẽ iam lationũ ex aſtrologia, quæ ſciẽtiarũ mathematicarũ philoſophia familiariſſima eſt, conſiderare oportet. Hęc. n. cõtẽplationẽ de ſubſtantia ſenſibili quidẽ, ꝑpetua aũt, facit: cæteras vero de nulla ſubſtantia, puta quę circa numeros, & geometria. Lationes itaq; plures eorũ eſſe quę feruntur, & iis etiã patet, q̃ mediocriter hanc materiã tetigere. Stellarum. n. vnaquæq; vagantiũ nõ vna, ſed pluribus lationibus fertur. Quot autẽ hę ſunt, nunc quidem nos dicimus, ea dicentes comprehenſionis gratia quę mathematicorum nonnulli dicunt, vt aliqua multitudo definita mente percipiatur. Poſtea vero quędam ipſos inquirentes, quædã ab inquirentibus interrogantes, ſi quid prẽter ea q̃ numero ſunt dicta videat hiſce q̃ circa hoc verſant, vtroſq; quidẽ amare, exactoribus aũt obtemperare credereq; oportet.

Pluralitatem vero lationũ, iã ex maxime propria philoſophia mathematicarũ ſcientiarum, intendere oportet ex aſtrologia. Hęc. n. de ſubſtantia ſenſibili quidẽ, ſempiterna aũt, facit theoriã. Alię vero de nulla ſubſtantia puta quę circa numeros, & geometria. Quod quidẽ igitur plures ſint eorũ quę feruntur lationes, manifeſtũ eſt & patẽ attingentibus. Pluribus enim q̃ vna, aſtrorũ errãtiũ vnũquodq; fertur. Sed quot ſunt hę, nunc quidem & nos quę dicũt mathematicorum quidã attentionis gratia dicimus, vt mẽte, aliqua pluralitas determinata ſuſcipiat. Reliquũ vero, hoc quidẽ q̃rentes ipſos oportet: illa vero perſuaderi a quęrentibus, ſi quid videatur prẽter modo dicta ab eo tractantibus. Amare quidem vtroſq;, perſuaderi vero a certioribus.

Inquirit quot prædictæ ſubſtantiæ ſint, & diuiditur in duas partes. In prima inquirit primo numerũ motuum cęleſtium. In ſecunda ex hoc concludit numerũ ſubſtantiarũ mouentium, ibi. ¶ Quare & ſubſtantia et principiũ. ☞ Circa primum duo facit. Primo oſtendit vnde accipiẽdus ſit numerus motuum cæleſtium. Secũdo ponit circa hoc opiniones diuerſas, ibi. ¶ Eudoxius vero. ☞ Dicit ergo primo q̃ pluralitatem lationum ſiue motuũ cæleſtium, oportet cõſiderare ex aſtrologia quæ maxime propria eſt ad hoc, inter ſcientias mathematicas. Ipſa nanq; ſola inter eas ſpeculatur de ſubſtantia ſenſibili & æterna. ſ. de corpore cæleſti. Aliæ vero ſcientiæ mathematicę de nulla ſubſtãtia cõſidrãt ſicut de arithmetica patet, quę eſt circa numeros, & de geometria quę circa magnitudines eſt. Numerus aũt & magnitudo ſunt accidẽtia. Qđ aũt ſint plures motus corporũ quæ feruntur in cęlo. ſ. planetarũ, manifeſtũ eſt his qui patẽ attingũt de ſcia aſtrologię, quia ¶ vnũquodq; aſtrorũ errãtium ☞. i. planetarũ mouet pluribus lationib⁹, & nõ vna tm̃. Dñr autẽ planetę aſtra errãtia, nõ quia irregulariter moueãtur, ſed qa nõ ſemp̃ ſeruãt eãdẽ figurã & põnẽ ad alias ſtellas, ſicut illæ adinuicẽ, q̃ pp̃ hoc fixę dñr. Qđ aũt ſint plures motus hmõi aſtrorũ, tribus modis deprehendit̃. Eſt. n. alius motus appr̃henſus a vulgo viſu. Eſt & alius motus q̃ nõ deprehẽditur niſi inſtrumẽtis & conſiderationibus. Et horũ motuũ quidã cõprehẽdunt̃ longiſſimis tẽpibus, & qui dã paruis. Eſt etiã tertius mot⁹ qui declarat̃ rõne, quia motus ſtellarũ errantiũ inuenit̃ q̃nq; velocior, q̃nq; tardior, & q̃nq; vr̃ eſſe planeta directus, q̃nq; retrogradus. Et quia nõ poteſt eſſe ſm naturã corporis cęleſtis, cuius motus debet eſſe omnino regularis, neceſſariũ fuit ponere diuerſos motus, ex quibus hęc irregularitas ad debitũ ordinem reducatur. Quot autem ſint motus planetarũ nos nũc dicemus ea, quę circa hęc mathematici dicunt, vt circa hæc reddamur attenti, vt aliqua pluralitas determinata mente concipiatur a nobis. Reliquũ vero quod non dicet, oportet q̃ per noſipſos quæramus, vel q̃ in hoc ſuadeamur ab his q̃ hoc querũt, & ſi aliquid appareat poſtmodũ per ea quæ modo dñr ab his, qui de hmõi tractant. Sed quia in eligẽdis opinionibus

A Obſeruandũ eſt eligẽ diſrepantia eſſeque opinionibus.

nionibus vel repudiandis, nõ debet duci homo amore vel odio introducẽtis opinionem, ſed magis ex certitudine veritatis, ideo dicit q̃ oportet amare vtroſq; ſ. eos quorum opinionẽ ſeq̃mur, & eos quorum opinionem repudiamus. Vtriq; enim ſtuduerũt ad ingrẽdã veritatẽ, & nos in hoc adiuuerũt. Sed tñ oportet nos ¶ ꝑſuaderi a certioribus ☞. i. ſeq̃ opinionẽ eorũ q̃ certius ad veritatẽ ꝑuenerũt. Lec. x.

Eudoxius itaq; lationẽ vtriuſq; Solis inquam ac Lunę, in tribus eſſe ſphæris ponebat. Quarũ primã, cauſam eſſe dicebat, quæ non vagantiũ eſt ſtellarũ. Secũdã vero per eũ circulũ qui p̃ media ſigna tr̃ãſit. Tertiã per eũ qui eſt obliquus in latitudine ipſorũ ſignorum. In latitudine autem maiore tam circulum eũ eſſe obliquum per quem Luna, q̃ eum per quem Sol fertur. Vagãtium vero ſtellarũ vniuſcuiuſq; lationem in quatuor ſphæris eſſe ponebat. Atq; harũ primã quidẽ & ſecãm, eandẽ quã illę rõnẽ ſubire. Nam & eam quę nõ vagantiũ eſt ſtellarũ quę oẽs defert, et eam quæ ſub hac collocat̃, atq; per mediũ circulũ q̃ media ſigna lationem habet, cõem oĩbus eſſe. Tertię vero omniũ eo in circulo polos eſſe, qui per media ſigna tranſit. At quartę lationẽ per obliquũ ad medium circulũ huius eſſe. Tertiæ vero ſpheræ polos cæterarum quidẽ ſtellarũ proprios, Veneris autem atq; Mercurii eoſdem eſſe ponebat.

B

a.l. Odoſ⁹ a.l. Eudoxius.

EVdoxius quidẽ igitur Solẽ & Lunã, & vtriuſq; lationẽ in tribus poſuit eſſe ſphęris, Quarũ primam aplanorum aſtrorũ eſſe. Secũdã aũt ſecundũ eũ qui zodiaci per mediũ. Tertiã aũt ſecundũ obliquatum in latitudine animaliũ. In maiori aũt latitudine obliquati, tam eã ſcẽm quã Luna fertur, q̃ ſecũdum quã Sol. Errantiũ vero aſtrorũ in quatuor cuiuſq; ſphęris. Quarũ primã quidẽ & ſecundã illis eãdẽ eſſe. Etenim eam quę eſt aplanorũ, quę oẽs eſt ferens: & eam quæ ſub ea eſt ordinata, & ſecundũ eum qui per medium zodiaci lationẽ habentẽ, cõem omniũ eſſe. Tertię vero omniũ eo in circulo polos eſſe qui per media ſigna tr̃ãſit. At quartę lationem per obliquũ ad medium circulũ huius eſſe. Tertię vero eſſe ſphęrę polos, aliorum quidẽ proprios, Veneris vero & Mercurii eoſdem.

E a.l. Eudoxius. Tex. cõ. 36

PONIT Opiniones aſtrologorũ ſui temporis de numero motuũ planetarũ, & primo opinionẽ Eudoxij. Scẽdo opinionẽ Calippi. ibi. ¶ Calippus autẽ. ☞ Sciendũ eſt igit̃ circa primũ, q̃ Plato cæleſtibus motibus attribuẽs indefectibiliter circularitatẽ & ordinationẽ, mathematicas ſuppoſitiones fecit, per quas ſuppoſitiones poſſent ſaluari quę circa erraticas apparent, ſuſtinendo q̃ motus planetarum ſunt circulares & regulares ordinati. Et Pythagorici qdẽ ad reducendũ in debitũ ordinẽ irregularitatẽ, quę apparet in motibus planetarum ex ſtatione & retrogradatione, velocitate & tarditate, & diuerſa apparentia quantitatis, poſuerunt motus planetarum eſſe in ſphęris eccentricis, & in circulis paruis qui dicuntur epicycli, quam etiam opinionem Ptolomeus proſequitur.

F



G H

K An ordo intelligentiarũ ſit ſm ordinẽ orbium.

L Tex. cõ. 34. Quanto ſphęra ſuperior tãto motor eius eſt vniverſalioris cõceptiõis at quæ virtutis.

M

N

O

Te. cõ. 46

P

Numerus corporũ cęleſtiũ aſtrologia tradit

Cur planetę dicantur ſtellę errantes cę ſicut fixę nõ errãtes. Quãꝫ planeta mouetur plurib⁹ motib⁹

Q

I Motus Eudoxii ad ponẽdũ ſphęrarum pluralitatẽ, ij ſingulos planetas.

Videtur autem ex huius ſuppoſitione ſequi aliquid contrarium his,quæ demonſtrantur in ſcientia naturali. Non enim omnis motus erit vel ad medium, vel a medio, vel circa medium mundi. Iterum ſequitur ꝙ ſphęra continens ſphęram eccentricam, vel non ſit equalis ſpiſſitudinis,vel quod ſit aliquid vacuum inter vnam ſphæram & aliam, vel ꝙ ſit aliquod corpus præter ſubſtantiam ſphęrarum interęidens,quod nõ erit corpus circulare,nec habebit aliquem motum proprium. Expoſitione autem epicyclorum vlterius ſequitur, vel quòd ſphæra per quam mouetur epicyclus non ſit integra & continua,vel ꝙ ſit diuiſibilis & rarefactibilis & condenſabilis ad modum,quo aer diuiditur & inſpiſſatur & rarefcit aliquo corpore moto. Sequitur etiam ꝙ ipſum corpus ſtellæ mouetur per ſeipſum, & non ſolum ad motum orbis,& ꝙ ex motu corporum cæleſtium peruenit ſonus, quod Pythagorici cõſenſerũt.

K Opinio Eudoxii circa pluralitatẽ ſphęrarum ẽpleſtiũ ſupra tex.43

Sed tamen omnia huiuſmodi ſunt contra ea quæ determinata ſunt in ſcientia naturali. Vnde ad hæc euitanda Eudoxius hoc videns, poſuit vnicuique planetæ ſpheras plures concentricas mundo, quarum vnaquæque habet motum proprium. Et ex omnibus illis motibus cauſatur id quod apparet de motu planetarũ. Poſuit igitur Eudoxius motum tam Solis,q̃ Lunæ eſſe in tribus ſphæris. Primus enim tam Solis q̃ Lunæ,qui eſt motus diurnus,quo reuoluuntur ab oriẽte ad occidentem. Et hunc motũ dicit ♄ eſſe aſtrorũ aplanorum ♄.i.ſtellarũ ſine errore,ſcilicet fixarũ, quia ſicut ſupra dictũ eſt, cum nondũ eſſet deprehẽſus motus ſtellarum fixarum, qui eſt ab occidente in orientem eſſe contrarium motui primo, putabatur ꝙ motus diurnus eſſet proprius octauæ ſphæræ quæ eſt ſphæra ſtellarum fixarum. Non autem putabatur ꝙ ſola prima ſphæra ſufficeret ad deferendas omnes ſphæras planetarum motu diurno,ſicut Ptolomeus ponit,ſed ponebat ꝙ quilibet planeta habeat propriam ſphærã quæ reuolueret ipſum motu diurno. Ad hũc ergo motum cauſandũ ponebat primam ſphæram Solis & Lunæ. Secundam autem ſphæram ponebat ad cauſandum motum Solis & Lunæ,qui eſt per medium zodiaci,qui vocatur motus longitudinis, ſm quem mouetur tam Sol, quam Luna de occidente in orientem contra motum firmamenti. Tertiã autem ſphæram ponebant ad cauſandum illum motum,qui obliquatur ſm latitudinem animalium quæ figurantur in zodiaco, prout quandoque eſt auſtralior, quandoque borialior videtur planeta a media linea zodiaci. Sed hic motus latitudinis magis apparet,et ſm maiorem diuerſitatem in Luna quam in Sole. Et ideo ſubiũgit,ꝙ in maiori latitudine tam obliquatur motus ſm quem fertur Luna, quam motus ſm quem fertur Sol. Et quidem Lunæ Ptolomeus ponit motum latitudinis,non autem Solis. Poſuit igitur Eudoxius tertium motum, vt Simplicius dicit,quia opinabatur ꝙ etiam Sol declinaret a media linea zodiaci verſus duos polos. Et hoc ſuſpicabatur eo,quia nõ ſemper in eodem loco Sol oritur in tropicis æſtiuis & hyemalibus. Si autem in vno & eodem tempore fieret reſtitutio longitudinis & latitudinis, ſufficeret ad hoc vna ſphęra per obliquitatem maximi circuli,ſm quam Sol mouetur. Sed quia non ſic ſe habet, ſed in alio tempore pertranſit circulum per longitudinem, in alio vero tempore reſtitutio fit latitudinis, neceſſe fuit ad hoc ponere tertiam ſphæram. Hanc autem tertiam ſphæram ponebat in Sole reuolui verſus eandem partem cum ſecũda,ſed circa axem alteram,& ſuper alios polos. In Luna autem ad eandem cum prima ſphæra. Sed in vtroque ponebat motum huius tertiæ ſphæræ eſſe tardiorem, quã ſecundæ. Sed aliorum quinque planetarum motum cuiuſlibet poſuit in quatuor ſphæras,ita quod prima ſphæra & ſecunda eſt eiuſdem rationis cum prima & ſecunda Solis & Lunæ,quia motus primus quem ponebat eſſe ſtellarum fixarum,& motus ſecundus, qui eſt per medium zodiaci ſm longitudinem,apparet communiter in omnibus planetis. Deinde vnicuiq; planetarum ponebat tertiã ſphęram ad cauſandum modum latitudinis, cuius polos circa quos reuoluitur ponebat eſſe in media linea zodiaci. Sed quia ponebat omnes ſphæras eſſe concentricas, ſequebatur ex quo zodiacus trãſibat per polos circuli maximi tertiæ ſphæræ, ſequebatur ecõuerſo,quod circulus maximus tertiæ ſpæræ tranſiret per polos zodiaci. Vnde ſequebatur ꝙ motus tertiæ ſphæræ deferret planetam vſque ad polos zodiaci,quod nunquam videtur. Et ideo neceſſe fuit ꝙ poneret quartam ſphæram,quæ ipſum planetã ferret, quæ reuoluitur in contrarium tertiæ,ab oriente, ſcilicet in occidentem æquali tempore. Vnde impedit ne plus diuertatur ſm latitudinem a zodiaco. Et hoc eſt quod dicit,ꝙ quartum motum ſtellę dicebat eſſe ſm quẽdam circulum obliquatum ad medium tertiæ ſphæræ, hoc eſt ad maximum circulum eius. Si igitur cum quilibet quinque planetarum poſuerit quatuor ſphæras, ſequitur ꝙ quinque planetarum ſunt. 20. ſphæræ. Quibus ſi addantur tres Solis & tres Lunæ, erunt omnes. 26. ita ꝙ intelligatur corpus cuiuslibet planetæ eſſe deſixum in vltima ſphærarum ſuarum.

N

O Numerus orbiũ planetæ ſunt 26. ſm Eudoxium.

Sphæra planetarum aliorum a Sole & Lunæ.



P

Sphęra Lunę ſecundum Eudoxium.



Q

Sphæra

L

M

A

Sphæra Solis ſecundum Eudoxium.



B

At Calippus poſitionem quidem ſphærarum, eandem quam & Eudoxus ponebat.i.ordinem diſtantiarum. Altitudinem vero ſtellæ quidem Iouis atque Saturni,eandem quam & ille tribuebat. Soli autem atq; Lunæ duas inſuper ſphæras addẽdas eſſe cenſebat. Si quiſpiam ea quæ apparent debeat aſsignare. Reliquarum vero vagarum vnicuiq; vnam. Quod ſi debeant omnes compoſitæ ea quæ videntur reddere,in vnaquaq; ſtellarum vagantium alias ſphæras vna pauciores eſſe, quæ reuoluunt idemq; reſtituunt poſitione primam ſphæram, eius ſtellæ ſemper quæ ſub ipſa eſt collocata neceſſe eſt. Hoc enim pacto dumtaxat vagarum latio ſtellarum omnia facere poteſt. Cum igitur eę ſphęrę in quibus ipſę feruntur, aliæ ſint octo, aliæ viginti quinq; : harum autem eas ſolas reuolui non oporteat, in quibus infima collocata ſtella defertur: eę quidem quæ primarum ſtellarum duas ſphæras reuoluunt, ſex erunt: eæ vero quę poſteriorum quatuor ſtellarum ſphæras reuoluunt,ſexdecim erunt. Omnes igitur ſphęræ & deferentes & reuoluentes eas,quinq; erũt & quinquaginta. Quod ſi Lunæ Soliue quiſpiam eos non addiderit, quos diximus motus, omnes ſphærę quadraginta erunt & ſeptem. Multitudo igitur ſphærarum ſit tanta.

C

Te.16.47. Parte.7.

D

Calippus autem poſitionem quidem ſphærarum eandem poſuit cum Eudoxo, hoc autem diſtantiarum ordinem. Pluralitatem vero ei quidem quę Iouis, & ei quæ Saturni eandem cum illo dedit. Soli vero & Lunæ duas exiſtimabat adhuc apponendas eſſe ſphęras, ſi quis apparentia ſit rediturus. Reliquis vero planetis ſingulis vnam. Neceſſe autem ſimul poſitæ omnes apparẽtia ſunt redituræ ſm qđlibet errantium,alteras ſpheras vna minores eſſe reuoluentes,& ad idem reſtituẽtes primam ſphęram, ſemper inferius ordinati aſtri. Sic enim ſolum contingit planetarum lationem omnia facere. Quoniã ergo in quibus quidem ipſę ferũtur ſpheris,hę quidem octo,hæ autem quinq; & viginti ſunt. Harum autem ſolas non oportet reſolui, in quibus infime ordinatum fertur. Quę quidem reuoluunt eas,quæ ſunt duorum primorum ſex erunt, Quæ autem eas quæ ſunt poſteriorum quatuor ſexdecim. Omnium itaque numerus & ferentium & reuoluentium ea, quinquagintaquinq;. Si autem Lunæ & Soli non addiderit quis, quos diximus motus, omnes ſphæræ erunt ſeptem & quadraginta. Pluralitas igitur ſphęrarum tanta ſit.

E

F

Opinio Calippi de numero ſphęrarum coæquatium.

Ponit opinionem Calippi de pluralitate ſphæraꝝ. Fuit autem Calippus (vt Simplicius dicit) cum Ariſt. Athenis cõuerſatus,cum eo ea quæ ab Eudoxo inuenta fuerant,corrigens & ſupplens. Poſuit ergo Calippus eandem rationẽ ſphærarum ſicut Eudoxus,& expoſuit poſitiones ſphærarum per ordinem diſtantiarum,tum quia ordinabat planetas ſicut Eudoxus,tum quia ordinabat motus & ſphæras ſicut & ille. Conueniebat etiam cum Eudoxo in pluralitate ſphærarum Iouis & Saturni,quia vtriuſq; eorum dabat quatuor ſphæras,ſed ipſe exiſtimabat eſſe apponẽdas ſphæras duas tam Soli q̃ etiam Lunæ, ſi quis velit reddere rationem eoꝝ quæ apparent de motibus eoꝝ. Videtur autẽ has duas addidiſſe ad cauſandũ velocitatẽ & tarditatem, quæ apparet in motibus eoꝝ,ita ꝙ Sol habeat quinq; ſphęras, & Luna ſimiliter quinq;, & reliquis planetis Martι, Veneri,& Mercurio,addebat ſingulis vnam ſphæram,ita etiam ꝙ quilibet eorũ haberet quinq; ſphæras. Forte autẽ addebant hanc ſphęram ad cauſandũ retrogradationem et ſtationẽ,quæ apparet in his ſtellis. Iſtæ igitur ſphærę vocabãtur ferẽtes,quia ſm eas ferebatur corpus planetæ. Sed p̃ter has ponebant alias,quas vocabant reuoluẽtes. Ad ponendum aũt eas hac neceſſitate videbãtur induci, quia vltima ſphæra ſuperioris planetæ,puta Saturni, participabat motum oĩum ſuperiorũ,ita ꝙ in aliquo deficiebat à motu primæ ſphærę. Vnde & prima ſphæra Iouis cuius poli infiguntur,aliquo modo in vltima ſphæra Saturni, participabat aliquid de motu ſphærarum Saturni, & ſic nõ vniformiter mouebatur motu diurno, ſicut prima ſphæra Saturni. Neceſſariũ igit̃ videbaẽ ponere aliam ſphæram reuoluentẽ ipſam,vt reſtitueret id quod auferebatur ei de velocitate ex ſuperioribus ſphęris. Et eadem rõne oportebat ponere aliam ſphæram reuoluẽtem ſecũdam ſphæram Iouis,& tertiam ſphæram reuoluẽtem tertiam ſphæram Iouis. Nõ autem oportebat ponere aliquam reuoluẽtẽ quartam ſphærã,quia motus quartæ ſphæræ, in qua erat aſtrũ infixum debebat eẽ compoſitus ex omnibus ſuperioribus motibus. Sic igitur Iuppiter habet quatuor ſphæras deferentes,& tres reuoluentes. Et ſimiliter alij planetæ hñt tot ſphæras reuoluẽtes,quot deferentes vna minus. Hoc eſt ergo quod dicit,ꝙ neceſſe eſt ſi oẽs ſphæræ ſimul ordinatæ debeãt reddere,& cauſare illud quod apparet de motu planetarũ ſm quemlibet planetaꝝ, ponere p̃ter ſupra dictas deferẽtes alias ſphæras reuoluẽtes, & ad idem reſtituentes primam ſphæram inferius ordinati aſtri, vna pauciores. Et ſic ſolum cõuenit ꝙ motus planetarum cõpleant oĩa q̃ apparent de eis. Quare igitur ſphæræ deferẽtes, q̃ qdẽ ſunt Saturni & Iouis ſunt octo,cum vtercq; eorum ponatur habere quatuor ſphæras,quæ ſunt aliorũ quinq; planetarum 25. quia quilibet eorum habet quinq; ſphæras. Harum autem ſphærarum illæ ſolæ nõ reuoluuntur,quæ ſunt in fine, in quibus ordinatur aſtrũ,ſequitur ꝙ reuoluẽtes priorum duorũ planetarum.ſ. Saturni & Iouis ſunt ſex. Reuoluentes autem poſteriorum quatuor ſunt ſexdecim. Sed cum poſt Saturnum & Iouem ſint alij quinq;, manifeſtũ eſt ꝙ vnũ eorum p̃termittit.ſ. vel Martem,vel Mercurium,ut quod dicit poſteriorum quatuor referatur ad quatuor infimos, vel p̃termittit Lunam, vt referatur ad quatuor immediate ſequentes. Prætermittit autem, vel ex errore, qui interdum accidit in numeris: vel propter aliam rõnem, quæ nos latet,quia ſcripta Calippi nõ inueniuntur, vt Simplicius dicit. Sic igitur numerus omnium ſphærarum deferentium & reuoluentium ſunt. 55. Sed quia de hoc poterat

G

H

eſſe

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse dubium, vtrum Lunæ & Soli sint addendæ duæ sphæ
ræ, quas Calippus addit: vel ꝙ vtrique sint dandæ duæ sphæ
ræ solum, vt posuit Eudoxus, ideo dicit ꝙ si aliquis nō ad-
dit Soli vel Lunæ illos duos motus quos addit Calippus,
sequitur ꝙ omnes sphæræ erunt. 47. Subtraheretur enim à
prædicto numero quatuor deferentes, duæ Solis, duæ Lu-
næ, & totidem reuoluentes. Remotis autem octo de. 55. re
manent. 47. Sed attendendum ꝙ si supra cum dixit reuoluē
tes posteriores quatuor, esse sexdecim, prætermisit Lunam,
remotis duabus deferentibus Lunę, & duabus Solis, nō re
mouebunt quatuor reuoluētes, sed solum duæ, si sphęrę Lu
næ non habent reuoluentes, & sic à prima pluralitate sphæ
rarum subtrahuntur sex sphæræ, quatuor deferentes & duę
reuoluentes: vnde sequitur ꝙ sphęræ omnes sint. 49. Et sic
non videtur quod Arist. voluerit prætermittere Lunam,
sed magis Martem: nisi aliquis dicat Arist. oblitum fuisse
quod Lunę posuerit sphæras reuoluentes, ideirco errorem
in numero accidisse, quod non videtur probabile. Vltimo
ergo concludit tantam esse pluralitatem sphærarum quan-
ta dicta est. Deinde cum dicit.

K

Quare & si substantias ipsas, & principia immobi
lia atq; etiam sensibilia, tot esse existimare consenta-
neum est rationi. Necessarium eni iis omittat atq;
ii dicant, qui exactius de hisce differere possunt.

Tex. cō. 43 parte. 8

Quare & substātias & principia immobilia & in-
sensibilia, tot rationale existimare. Necessarium igi-
tur dimittatur fortioribus dicere.

Concludit ex numero motuum cœlestium numerum
substantiarum immaterialium, & circa hoc tria facit. Prio
concludit ꝓpositum. Secundo excludit quædam, quæ pos
sent debilitare illationem præmissam, ibi. ¶ Si autem nul-
lam possibile. ☽ Tertio comparat id quod ostēsum est de
substantijs separatis, ad opiniones antiquas, & ad opinio-
nes vulgares, quæ de his suo tempore habebant, ibi. ¶ Tra-
dita autem sunt. ☽ Dicit ergo primo ꝙ cum tanta sit plu-
ralitas sphærarum & motuum cœlestium, quāta dicta est,
rationabile est opinari tot esse substantias immateriales &
principia immobilia, & etiam tot ¶ esse principia sensibi-
lia, ☽ id est corpora cœlestia. Dicit autem rationabile, vt
insinuet hoc probabiliter concludi, non autem ex necessi-
tate. Vnde subiungit, quod ipse relinquit id quod est necef
sarium circa hoc illis, qui sunt fortiores & potentiores ad
hoc inueniendum ꝙ ipse esset.

Infr. pe. se. L parte 12. E mero cœlestium motuū cōcludit nu merū intelligentiarū.

Quam si fieri non possit, vt vlla sit latio, quæ nō
ad lationem stellę conducit, & insuper si naturā om
nem substantiamq; omnem passionis expertem, atq;
per se finem optimum eē putare oportet, nulla prę-
ter has alia est natura, sed sic sit numerus substantia-
rum necesse est. Nam si sint aliæ, mouent profec-
to, cum lationis sint finis.

M

Si autem nullam possibile esse lationem non or-
dinatam ad astri lationem, amplius autem omnem
naturam & omnem substātiam impassibilem, & sm
se optimum esse fortitam finem oportet existimare,
nulla erit pręter has altera natura, sed hunc substan-
tiarum numerum esse est necesse. Si enim essent aliq,
mouerent vtiq; fines existentes lationis.

Parte 9.

Hic Philosophus excludit ea ex quibus prædicta con-
clusio debilitari posset, & sunt tria, quorum primum est.
Quia posset aliquis dicere quod sunt quædam substantiæ
separatæ, quibus nō respondent aliqui motus in cœlo. Ad
quod excludendum dicit, ꝙ si non est possibile ꝙ sint ali-
qui motus in cœlo, qui non ordinētur ad motum alicuius
astri, & iterum si oportet omnem impassibilem substan-

Excludit tres cuasiones. Et ptio pri mum. Nō ois intelligētia ē finis alicui⁹ motus.

tiam quæ est fortita ¶ optimum sm se, ☽ id est quæ habet
suam perfectionem sine motu, opinari esse finem alicuius
motus, non erit aliqua natura impassibilis & immaterialis
præter eas, quę sunt fine cœlestium motuū, sed necesse erit
hunc esse numerum substantiarum separatarum, qui est nu
merus cœlestium motuum. Sed tamen primum non est ne
cessarium. ꝙ omnis substantia materialis & impassibilis
sit finis alicuius motus cœlestis. Potest enim dici ꝙ sunt
aliquæ substantiæ separatæ altiores, ꝙ vt sint proportio-
natæ quasi fines cœlestibus motibus, quod ponere non est
inconueniens. Non enim substantiæ immateriales sunt pro
pter corporalia, sed magis econuerso. Deinde cum dicit.

N

O

Parte. 10

P

Cls motus qui percipi tur in cęlo ordinatur ad lationē alicuius astri.

At impossibile est præter eas, quæ dictę sunt latio
nes alias esse. Atq; id ex his quę feruntur, ita esse pu-
tare consonum est rationi. Si enim omne quod de-
fert, eius gratia quod defertur, omnisque latio cuiu-
spiam est quod fertur, nulla latio sane, aut sui gratia,
aut per lationem aliam erit: sed ipsarum stellarum
gratia. Nam si latio lationis gratia erit, & illam ali-
cuius esse gratia oportet. Quare cum in infinitum
profectio nequeat esse, lationis sane cuiusque finis,
quippiam diuinorum eorum corporum erit, quæ
in ipso cœlo feruntur.

Sed alias quidem esse lationes impossibile est prę-
ter dictas. Hoc autem existimare ex latis rationabi-
le. Nam si quidem ferens, lati gratia natum est: & la-
tio omnis lati est alicuius, nulla latio sui gratia erit,
nec alia alicuius lationis: sed astrorum gratia. Nam
si fuerit latio lationis gratia, & illam alterius gratia
oportebit esse. Quare quoniam non est possibile ire
in infinitum, finis erit omnis lationis latorum aliqd
diuinorum corporum sm cœlum.

Remouet sm quod posset debilitare prædictam illa-
tionem. Posset enim aliquis dicere ꝙ sunt multo plures la-
tiones in cœlo, ꝙ quæ numeratæ sunt, quæ tamen non pos
sunt deprehendi, eo ꝙ ex eis non accidit aliqua diuersitas in
motu alicuius corporum cœlestiū, quæ visu percipiūtur,
& dicuntur astra. Et ad hoc excludendum similiter etiam
dixerat, ꝙ nulla latio potest esse in cœlo, quæ non ordinē
ad lationem alicuius astri: hoc est etiam quod nunc dicit,
ꝙ impossibile est esse alias lationes in cœlo, præter illas ex
quibus accidit diuersitas in motu astrorum, siue sint illæ
quæ dictæ sunt, siue aliæ aut totidem aut plures aut pauciō
res. Et hoc probabiliter accipi potest ex corporibus quæ
feruntur. Si enim omne ferens est propter id quod defertur,
& omnis latio est alicuius quod fertur, non pōt esse aliqua
latio quæ sit propter seipsam, vel propter aliam lationem
tm, sed oportet ꝙ omnes lationes sint causa astrorū. Alio-
quin si latio propter aliquam lationem est, eadem ratione
& illam oportebit esse propter aliam. Et cum nō sit procede
re in infinitum, sequitur ꝙ finis oīs lationis sit aliquod cœ
lestium corporum quæ deferuntur sicut astra, vnde impos
sibile est esse aliquem motum in cœlo, ex quo nō possit p-
cipi aliqua diuersitas in aliquo astro. Deinde cū dicit.

Q

Atq; cœlum vnum esse perspicuum esse videtur.
Nam si plures sint cœli perinde vt homines, princi-
pium id quod cuiq; accommodatur, specie quidem
vnum erit, numero autem plura: sed quæ sunt nume
ro plura, ea materiam habent. Vna enim est ratio ea-
demq; multorum, vt hominis. Socra autem vnus ē.
At qdditas prima, materiei ē expers. Est enim actus.
Id ergo quod primum mouet, vnum est & ratione
& numero, nullo modo subiens motum. Et id ergo
quod semper cōtinueq; mouetur, vnum est solum.

Vnum

A

Parte. 11 Tex. cō. 49

Vnum ergo tantummodo cœlum est.

Quod autem vnum cœlum manifestum. Si enim
plures essent cœli vt homines, foret principium qđ
circa vnumquodq; specie vnum, numero vero mul-
ta. Sed quęcunq; sunt numero multa, materiam ha-
bent. Vna enim & eadem ratio multorum, vt homi-
nis. Socrates vero vnus. Quod autē quodquiderat
esse, nō habet materiam primam. Endelechia enim.
Vnum igitur & ratione & numero mouens primū,
mobile existens, & motum ergo semper & continue
vnū solum. Vnum ergo solum cœlum.

Hinc affert rō ꝙ nā sit princi. piū indiuiduatiōis, in mālibus, & eius negatio in spiritualibus. Ex hmōi ēt primi motoris ar gūt vnitas eius, & ex hac vnitas mūdi cōcludit. In hoc loco altercatur Auer. an. eū GAG Tho. Vide vlricū de cęlo.

B

Hic excludit tertium per quod posset dicta conclusio infirmari. Posset enim aliquis dicere quod sint plures mū-
di, & in quolibet sint tot sphæręs & motus, quot in isto vel
plures, & sic necesse est ponere plures substantias immate-
riales. Sed hoc excludit dicens manifestum esse ꝙ sit vnū
cœlum tantum. Quia si essent plures sm numerum, & in
eadem specie, sicut sunt plures homines, oporteret etiam
quod simile iudicium esset de primo principio vniuscu-
iusq; cœli, quod est mouens immobile, sicut dictum est.
Oporteret enim quod plura prima principia essent specie
vnum & numero multa. Sed hoc est impossibile, ga quæ-
cunq; sunt vnum specie, & plura numero, habent materiā.
Non enim distinguitur sm rationem & formam, quia om
nium indiuiduorum est communis ratio, vtpote quæ est
hominis. Vnde relinquitur quod distinguantur per mate-
riam. Et sic Socrates est vnus non solum sm rationem vt
homo, sed etiam sm numerum. Sed primum principium
¶ cum sit quodquideratesse, ☽ id est sua essentia, & ratio
nō habet materiā, quia eius substantia ¶ est Endelechia, ☽
id est actus, materia autem est in potentia. Relinquitur igi
tur quod primum mouens immobile sit vnum, nō solum
ratione speciei, sed etiam numero. Oportet igitur quod pri
mus motus sempiternus, qui ab eo causatur sit vnus tan-
tum, & per consequens sequitur quod cœlum sit vnum tā-
tum. Deinde cum dicit.

C

At vero tradita quædam sunt a veteribus, & vehe-
menter antiquis, modoq; fabulæ posteris relicta,
Deos esse inquam hos, & ipsum diuinum totam con
tinere naturam. Reliqua vero fabulose iam sunt al-
lata ad persuasionem vulgi, atque ad vsum legum,
vitęq; humanæ vtilitatem. Nam formam humanā
his tribuunt, similesq; quibusdam animalibus esse di
cunt, atque alia complura quæ ex his emergunt si-
miliaq; sunt dictis, insuper afferre videntur, a qui-
bus si quispiam primum illud separauerit, solumq;
sumpserit separatum, primas inquam antiquas il-
las substantias deos esse existimare, putabit diuine
dictos fuisse sane: atque vt verisimile est, persæpe
quod fieri potest vnaquaq; arte scientiaq; inuenta,
rursusq; occidēte, has quoq; illarum opiniones vsq;
ad hanc nostram tempestatem, veluti reliquias per-
uenisse, conseruatas fuisse censebit. Opinionibus igi-
tur patrię, & quæ a veteribus primisq; nobis est tra-
dita, hoc tantum nobis est manifestum.

D

Tex. cō. 50 parte. 12.

Tradita sunt autem a senioribus & antiquis, in fa
bulę figura dimissa posterioribus, quia dii sunt hi, &
continet diuinam naturam vniuersalem. Reliqua
vero fabulose iam adducta sunt, ad persuasionē mul
torum, & ad oportunitatem multorum, ad leges
etiam conferens. Conformes enim hominibus hos,
& aliorum animalium quibusdam similes dicunt: &
his altera consequentia & dictis similia, a quibus si

quis separans id accipiat solum, ꝙ primum deos exi
stimauerunt primas substantias esse, & diuine vtiq;
dictum esse putabit, & sm quandam verisimilitudi-
nem. Et sæpe inuenta ad possibile vnaquaq; & arte
& philosophia, & iterum corruptis, & has opinio-
nes eorum quasi reliquias vsq; nunc saluatas esse. Pa
terna quidem igitur opinio, & quę a primis, intan-
tum nobis manifesta solum.

B

Tex. cō. 51

Quędā ab antiqs tra dita confir mat aliqua vo excusat Tex. cō. 52

Comparat ea quæ inuenta sunt de substantijs immate-
rialibus ad opiniones antiquas & ad vulgares. Et dicit ꝙ
ab antiquis philosophis quædam sunt tradita de substan-
tijs separatis, & dimissa posterioribus per modum fabulę,
scilicet quod dij sunt, & quòd id quod est diuinum contī-
net totam naturam. Et hoc quidem habetur ex superiori-
bus, si omnes substantiæ immateriales vocentur dij. Si au-
tem solum primum principium vocetur Deus, est vnus tā
tum Deus, vt ex prædictis patet. Reliqua vero introducta
sunt fabulose ad persuasionem multitudinis, quæ non po-
test capere intelligibilia. Et sm quod fuit optimum ad le-
ges ferendas, & ad vtilitatem cōseruationis humanæ, vt ex
huiusmodi adminentis persuaderetur multitudini, vt inten-
derent virtuosis actibus, & à vitijs declinarent. Et quid sit
fabulose introductū exponit subdens, quod dixerunt deos
esse conformes hominibus, & quibusdam aliorum anima-
lium. Posuerunt enim fabulose homines quosdam deifi
catos, & quædam animalia, & quædam cōsequentia istis,
& alia similia dixerunt, ex quibus si aliquis hoc solum ve-
lit accipere quod primo ostēsum est in præhabitis. s. quod
dij sunt quædam substantiæ immateriales, putabitur esse
dictum diuine & sm verisimilitudinē. Et hoc ideo est, ga
quælibet ars, & etiam philosophia, sæpe fuit inuenta sm
possibilitatem humanam, & iterum fuit corrupta, vel pro
pter bella impedientia studium, vel propter inundationes,
vel alia hmōi excidia. Et hoc necessarium fuit ponere Ari-
sto. vt posset saluare æternitatem mundi. Manifestum erī
erat ꝙ à quodam certo tempore inceperant homines phi-
losophari & artes adinuenire. Inconueniens autem videba
tur ꝙ infinito tempore fuisset absq; his humanum genus.
Et ideo dicit ꝙ phisicæ & aliæ artes fuerunt multotiens inuen
tæ & corruptæ, & ꝙ opiniones illorum antiquorum quasi
reliquiæ saluantur vsq; nunc. Et vltimo concludit ꝙ ¶ p
dicta opinio, ☽ id est quæ à philosophantibus habita est,
post quos destructa fuit philosophia, solū sic manifesta est
sm modum fabulæ vt supra dictum est. Lcō. xj.

C

Artes & scię sm mun dus princi piū nō ha-bent, sed corrupte sę ꝑficiuntur sunt inuen tę.

De ipsa vero mente dubitationes quædam exi
stunt. Nam omnium eorum quæ videntur, diui-
nissimum esse videtur. At quonam modo sese habēs,
ipsa talis erit, quędam difficultates existunt.

parte. 1.

H

Quæ autem circa intellectum, habēt quasdam
dubitationes. Videtur quidem enim apparē
tium diuinissimum. Quomodo vero ha
bens talis erit, vtiq; habet quasdam difficultates.

Sermo de subę imo-bilis intelle ctualitate. Te. cō. 36.

POSTQVAM Philosophus determinauit de sub
stantia immateriali quantum ad eius perfectionē, & quan
tum ad eius vnitatem, nūc determinat quasdam dubitatio-
nes pertinentes ad actionem eius. Ostēsum est enim supra,
quod prima immaterialis substātia mouet sicut intelligi-
bile, & sicut bonum desiderabile. Et ideo diuiditur hęc ps
in duas. In prima determinat quædā dubia circa primam
immaterialem substantiam, quantum ad hoc quod est bo
num intelligibile et intellectus. In secunda quātum ad hoc
quod est bonum appetibile. ibi, ¶ Perscrutandum est autē
qualiter habet &c. ☽ Circa primum duo facit. Primo assi
gnat rationem dubitationis circa intellectum primæ sub-
stantiæ. Secundo dubitationem mouet & determinat. ibi,
¶ Nam si nō intelligat. ☽ Dicit ergo primo ꝙ ea quæ per-

Infr. lec. 9.

Par. se. l. b.

tinent

Universidad de Deusto
Biblioteca

I tinent ad intellectum primæ substãtię immaterialis, habẽt quædam dubitationes, & videntur oriri ex hoc. Ostenderat enim Philosophus ꝙ intellectus intelligens & appetẽs primum mouentis, quod mouet sicut intelligibile & desiderabile, habet aliquid se dignius. s. illud quod intelligitur ab eo & desideratur. Ostenderat etiam ꝙ ipsum primum intelligibile, est etiam intellectus. Vnde posset videri quod pari ratione, haberet aliquid dignius & superius, & ꝙ non esset suppremum & optimum, quod est contra ea quæ apparẽt de primo principio. Et ideo dicit hic ꝙ videtur omnibus adparens, ꝙ principium sit dignissimum. Sed difficultates quædam emergunt, si quis velit assignare quomodo se habeat, ita ꝙ sit dignissimum ⁊ .i. optimum & perfectissimum. Deinde cum dicit.

Qũ nam sit nõ dubitandi circa intellectũ si tatem pmi principii. Te. cõ. 36

K

Etenim si nihil intelligit, sed ita sese habet, vt is qui dormit, quid nam ipsius excellens, quid egregium erit? Si intelligit, huius vero est aliud auctor: nõ est enim id quod est ipsius substantia intellectio, sed potentia non erit substantia optima. Per intellectionem enim & quia intelligit, præstabilitas ipsi nimirum competit atque inest.

Patte. 2.

Nam si nõ intelligat, quid vtiq; erit insigne? Sed habet se quemadmodum vt si dormiens. Siue intelligat, huius vero aliud principale: non enim est hoc quod est sua substantia intelligentia sed potentia, non vtique erit optima substantia. Per intelligere enim honorabile ei inest.

Manifestat hmõi difficultates, & circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationes. Secũdo præmittit quædam, quæ sunt prænecessaria ad determinationem omnium quæstionum motarum. ibi. ☩ Palam ergo ꝙ diuinissimum &c. ⁊ Tertio soluit dubitationes. ibi. ☩ Primum quidem. ⁊ Circa primum duo facit. Primo mouet qõnes principaliter intentas. Secundo mouet quandam quæstionem incidentẽ, cuius solutio necessaria est ad præmissas qõnes. ibi. ☩ Ergo vtrum differt. ⁊ Mouet autem primo duas qõnes. Prima est quomodo intellectus primi mouentis se habet ad suum intelligere. Secunda quomodo se habeat ad suum intelligibile. ibi. ☩ Amplius autem siue intellectus. ⁊ Sciendum est ergo ꝙ intellectus ad suum intelligere potest se habere tripliciter. Vno modo ꝙ non conueniat ei intelligere in actu, sed in potentia tm̃ vel in habitu. Alio modo ꝙ cõueniat ei in actu. Alio modo ꝙ sit ipsum suum intelligere siue sua intelligentia quod idem est. Dicit ergo ꝙ si intellectus primi mouentis nõ intelligat in actu, sed solum in potentia, vel in habitu non erit aliquid nobile. Bonum enim & nobilitas intellectus est in hoc ꝙ actu intelligit. Intellectus autem intelligens tantum in potentia vel in habitu, se habet sicut dormiens. Nam dormiens habet quidem potẽtias operum vitæ, sed opera vitæ nõ operatur. Vnde somnus dicitur esse dimidium vitæ, & ꝑm somnum nõ differt felix ab infelice, virtuosus à vitioso. Si autẽ intellꝰ primi intellꝰ intelligat qdẽ actu, sed principale eius bonũ qđ est operatio eius sit aliquid aliud ab ipso, quia ☩ eius intelligẽtia ⁊ .i. operatio intellectualis ipsius nõ est hoc qđ sua substantia, cõparatur ad ipsum sicut potẽtia ad actum & perfectibile ad perfectionem. Et sic sequitur ꝙ primum intelligens, non sit optima substantia. Honorabilitas enim & nobilitas inest ei per suum intelligere. Nihil autem quod est nobile ꝑm aliud, est nobilissimum. Sic igit̃ videtur sequi quod substantia primi intelligentis non sit optima, siue intelligat in potentia tm̃, siue in actu, nisi ponatur cum hoc quod sua substantia sit suum intelligere, vt post determinabit. Deinde cum dicit.

Infr. pt. 5 Patte. 6

L

Infr. pt. 4. Duplex dubitatio. Prima. patte. 3. An ꝓmus intellectus semp actu intelligat & sit idẽ qđ suum intelligere. Intellectus ad suũ itelligere pũt se hũe tripliciter. Somnꝰ dimissum vitæ, quo nõ differt felix a misero.

M

Præterea siue intellectus siue intellectio sit ipsius substantia, quid intelligit? Aut enim aliud quippiam, aut seipsam intelligit. Et quippiam aliud, aut idem semper, aut aliud aliudq; intelligit.

N

Amplius autem siue intellectus sit sua substantia, siue intelligẽtia, quid intelligit? Aut enim seipsum, aut alterum aliquid. Aut idem semper, aut aliud.

parte. 1.

Antequam soluat positam quæstionẽ, mouet aliam de intelligibili. Vnde dicit quod siue substantia primi mouentis sit intellectus, quasi quædam potentia intellectiua, siue ☩ sit intelligentia ⁊ .i. actus intellectus, id est intelligere, quod prima quæstio quærebat, quærendum restat quid intelligit? Aut enim intelligit seipsum, aut aliquid aliud. Si intelligit aliqd aliud, aut intelligit semper idem, aut oportet ꝙ intelligat aliud & aliud, quandoq; .s. hoc quandoq; illud. Deinde cum dicit.

Secũda dubitatio. Quid est obiectũ intellectꝰ primi.

Interest ne igitur, an nihil refert bonũ, an quodvis sine discrimine vllo intelligat? Aut & absurdum est de quibusdam intelligere?

O

Ergo vtrum differt aliquid aut nihil, intelligere bonum, aut contingens? Aut inconueniens meditari de quibusdam?

parte. 4.

Antequam soluat ꝓmissas quæstiones, interponit quandam quæstionem, cuius solutio valet ad determinationẽ præmissarum. Et est quæstio vtrum ad nobilitatem vel pfectionẽ intellectus aliquid differat vel nihil, quod intelligatur aliquid bonum & nobile, aut quodcunq; cõuenit. Et quod differat quodam signo ostendit, quia inconuenientes videretur & absurdum quod aliquis meditetur, & operationem sui intellectus occupet circa quædam vilia. Quod non esset si non pertineret ad nobilitatem intellectus nobilitas intelligibilis, sed indifferens esset intelligere nobilia et vilia. Hoc enim omnino est impossibile. Manifestum est enim ꝙ operationes ꝑm propria obiecta specificantur. Vnde oportet ꝙ quanto nobilius est obiectum, tãto nobilior sit operatio. Deinde cum dicit.

Tertia dubitatio, sed incidẽtal.

An sciẽtia eet nobilitas intellectꝰ vilia & intelligere. Soluit hãc approbans partem affirmatiuã.

P

Patet ipsum igitur id quod diuinissimum est, omniumq; præstantissimum, intelligere ac non mutari. Ad deterius enim esset ipsa mutatio, atque id ipsum iam motio quędam esset.

parte. 2ª

Palam ergo quod diuinissimum & honorabilissimum intelligit. Et non transmutatur. In indignius enim transmutatio. Et motus quidam iam tale.

Præmittit quædam necessaria ad solutionem principalium quæstionum. Et primo ponit duo, quorum primum concludit ex solutione interpositæ quæstionis. Si enim differt ad nobilitatem intellectus intelligere bonum, aut qđcunq; contingens, vt dictum est, manifestum est quod cũ primus intellectus sit nobilissimus, quod intelligit aliquid diuinissimum & honoratissimum. Secundum quod, determinata est solutio vltimæ partis secundæ quæstionis principalis. Quærebatur enim vtrum intellectus primi mutaretur de vno in aliud. Et patet quod non mutatur de vno intellecto in aliud, ꝙa cum intelligat diuinissimum, si mutaretur in aliud intelligibile, esset eius mutatio in aliquid indignius, quod non competit alicui nisi tendenti in defectionem & corruptionem. Iterum hoc ipsum quod est trãsire de vno intellecto in aliud, est quidã motus. Vnde non potest competere primo mouenti, cum sit omnino immobile. Deinde cum dicit.

Soluit secundã partem secundæ qõnis.

Q

Diuinus intellectꝰ nõ mutatur de vno intellecto in aliud.

Primum igitur si non sit intellectio, sed potentia, consonum est rationi continuationẽ intellectionis ipsis laboriosam esse.

Primum quidem igitur si non est intelligentia, sed

parte. 3ª

A sed potentia, rationabile est laboriosam esse ei continuationem intelligentię.

Infr. pt. 9 soluit primã qõnẽ.

Soluit primo quæstiones, & primo ponit veritatem primæ. Secundo veritatem secundæ. ibi. ☩ Deinde palam &c. ⁊ Veritatem aũt primæ quæstionis manifestat dicens, ꝙ si substantia ☩ primi non est intelligentia, ⁊ id est ipsum suum intelligere, sed est potentia quędam intellectiua ☩ rationabile est, ⁊ id est probabiliter videtur sequi ꝙ ☩ continuatio intelligentię, ⁊ id est opationis intellectualis, sit ei laboriosa. Quod enim est in potentia ad aliquid, se habet ad hoc & ad eius oppositum, quia quod potest esse, potest non esse. Vnde si substantia primi comparatur ad intelligere sicut potentia ad actum, quãtum est de ratione suæ substantiæ, poterit intelligere, & non intelligere. Non ergo inerit ei ex sua substantia ꝙ cõtinue intelligat. Vt autem non se habeat aliquãdo sicut dormiens, necesse est ꝙ continuationem intelligentiæ adipiscatur ex aliquo alio. Quod autem aliquis adipiscatur, & nõ habet hoc ex sui natura, probabile est ꝙ sit ei cum labore, eo quod sic inueniuntur in nobis. Nã incontinue operando laboramus. Non ãt est necessarium, quia quod aliquid acquirit ab alio non est laboriosum, nisi vel ipsum, uel aliquid aliud cõtinuãs ipsum sit contra naturam. Vnde licet continuitas motus cœli dependeat ab extrinseco, non tñ cœlum mouetur cum labore. Fuit igitur Arist. hic contentus inducere ad incõuentẽs quod probabiliter sequitur, quia incõueniens quod ex necessitate sequitur est manifestum. s. ꝙ bonum & perfectio primi mouentis dependeat ab aliquo superiori. Non enim esset primum & optimum. Deinde cum dicit.

Intelligere dei est sua substantia.

B

Demum patet aliquid aliud qđ mentem id esse qđ est præstabilius, ipsum inquam quod intelligitur. Præterea ipsum intelligere ac intellectio ipsi inerit teterrimum quoq; intelligenti. Quare id est fugiendum, præstat enim nõ videre aliqua, qđ videre. Et nõ erit ipsa intellectio id quod est optimum, Seipsam ergo intelligit, si est omnium optimum.

Acceptum ab alio nõ est laboriosum, nisi sit contra naturam accidẽtis.

Deinde palam quia aliud aliquid erit dignius qđ intellectus. s. intellectum. Etenim intelligere & intelligẽtia inerit indignissimum intelligenti. Quare fugiendũ hoc. Etenim nõ videre quidem quędam, dignius qđ videre. Non si sit optimũ intelligentia. Seipsum ergo intelligit, si quidem est potentissimũ.

C

Soluit secũdam qõnẽ.

Soluit secũdam qõnem, & circa hoc tria facit. Primo determinat veritatem secũdæ qõnis. Secũdo obiicit in cõtrarium. ibi. ☩ Et est intelligentia &c. ⁊ Tertio soluit, ibi. ☩ Aut in quibusdam. ⁊ Dicit ergo primo ꝙ postq̃ ostensum est, ꝙ substantia primi non est potẽtia intellectiua, sed est ipsa intelligentia, ex hoc palam est ꝙ si primum nõ intelligit seipsum, sed aliquid aliud, sequitur ꝙ aliquid aliud erit dignius q̃ primum, id est intellectum ab ipso. Quod sic probat. Ipsum intelligere in actu quod est intelligẽtia, conuenit alicui etiam intelligenti quodcũq; indignissimũ. Vnde patet ꝙ intelligere aliquod in actu, est fugiẽdum, ꝙa dignius est ꝙ quædam nõ videantur in actu, ꝙ videantur. Non aũt hoc esset, si intelligentia esset optimum, ꝙa tũc nullum intelligere esset vitandum. Cum ergo aliquod intelligere sit vitandum ꝓpter indignitatẽ intelligibilis, relinquitur ꝙ nobilitas eius quod est intelligere, dependeat ex nobilitate intelligibilis. Dignius est igitur ipsum intellectum q̃ ipsum intelligere. Cum igitur ostensum sit ꝙ primum sit suum intelligere. Sequitur si intelligat aliud à se, ꝙ illud aliud erit eo nobilius. Cum igitur ipsum sit nobilissimum & potentissimũ, necesse est ꝙ intelligat seipsum, & ꝙ in eo sit idem intellectus & intellectum. Considerãdum est aũt ꝙ Philosophus intendit ostendere, ꝙ Deus nõ intelligit aliud sed seipsum, inquantum intellectum est per

Deꝰ intelligit se, & cõsequẽter alia a se, sed per se.

D

Intellectio diuina nõ intelligit aliũ a se, quia fecũdus.

fectio intelligentis, & eius quod est intelligere. Manifestũ est aũt ꝙ nihil aliud sic põt intelligi à deo, ꝙ sit perfectio intellectus eius. Nec tamen sequitur ꝙ omnia alia à se sint ei ignota. Nam intelligendo se, intelligit omnia alia. Quod sic patet. Cum enim ipse sit ipsum suũ intelligere, ipsũ aũt est dignissimum & potentissimũ, necesse est ꝙ suum intelligere sit perfectissimum. Perfectissime ergo intelligit seipsum. Quanto aũt aliquod principium perfectius intelligitur, tãto magis intelligitur in eo effectus eius. Nam principiata continẽtur in virtute principij. Cum igitur à primo principio, quod est Deus, dependeat cœlum & tota natura, vt dictum est, patet ꝙ deus cognoscendo seipsum, omnia cognoscit. Nec vilitas alicuius rei intellectæ derogat dignitati ipsius. Non intelligere actu aliquod indigniss simum est fugiendũ, nisi inquantũ intellectus in eo sistit, & dum illud actu intelligit, retrahitur à dignioribus intelligendis. Si enim intelligẽdo aliquod dignissimum, etiam vilia intelligantur, vilitas intellectorum intelligentiæ nobilitatem non tollit. Deinde cum dicit.

B

Tex. cõ. 18 Deꝰ intelligit ipsũ, vilia abiqꝫ ꝓiudicio suę perfectionis.

F

Atq; intellectio ipsa intellectionis est intellectio. Atqui scientia, & sensus, & opinio, atque ratio, semper alicuius esse videtur, quod qdem est aliud. Sui vero non ex proposito.

Et est intelligentia intelligentiæ intelligentia. Videtur aũt semper alius scitia, & sensus, & opinio, & meditatio. Ipsius autem in accessorio.

Obiicit contra veritatem determinatam dupliciter. Primo quidem, sic primum intelligit seipsum, vt ostensum est: & iterum supra ostensum est ꝙ primum est sua intelligentia. Ergo intelligentia primi non est aliud q̃ intelligentia intelligentiæ. Sed hoc est contra id quod videtur, quia actus sensus & scientia & opinio & meditatio semper videntur esse alterius. Et si aliqñ sint suiipsius, sicut cum aliquis sentit se sentire, vel scit se scire, vel opinatur se opinari, vel meditatur se meditari, hoc est quidem præter opus vel ꝑter actum principalem. Nam hic videtur principalis actio, vt aliquis intelligat intelligibile. Quod autem aliqs intelligat se intelligere intelligibile, hoc videtur esse præter principalem actum quasi accessoriorum quoddam. Vnde si intelligere primi non sit nisi intelligentia intelligentiæ, videtur seq ꝙ suum intelligere non sit principalissimum.

Obiicit da plr ꝑ dictã solutionem.

G

Actꝰ recti principalis reliquis ac cessoriis.

Præterea si aliud est intelligere, aliud intelligi, vtro duorum istorum inest ipsi ratio boni? Non est enim intellectionis esse, & eius esse quod intelligitur.

Amplius si aliud est intelligere, & intelligi, secundum quid ei quidem ipsum bene inest? Non enim idem esse intelligentię & intellecto.

Secunda obiectio.

H

Secundo obiicit alio modo. Manifestum est ꝙ aliud est intelligere & intelligi. Et si contingat ꝙ idem sit subiecto intellectus & ipsum intellectum, nõ tñ sunt idem ratione. Si ergo primum est suũ intelligere, & est ipsum quod intelligitur, quod est optimum, videbitur dubium remanere secundum quid insit ei hoc quod est bene esse eius, vtrum scilicet ꝑm hoc quod est intelligentia, vel ꝑm quod est intellectum. Deinde cum dicit.

An in quibusdam scientia res est ipsa? In effectricibus quidem, substantia ipsaq; quidditas sine materia. In contemplatricibus autem, ipsa ratio ac intellectio. In his igitur quæ materiam nõ habent, id quod intelligit, intellectusq; ipse, nõ diuersum erit sed idẽ, & intellectio eius quod intelligitur vna.

An in quibusdam scientia res? In factiuis quidem, sine materia. Substantia enim & quodquiderateesse. In theoricis vero, ratio, res, & intelligentia. Non al-

tero

Universidad de Deusto
Biblioteca

I tero igitur existente eo quod intelligitur & intellectu: quæcunq; non materiam habent, idem erunt. Et intellectio eius quod intelligitur, vna.

Solutio obiectionum. Soluit obiectiones dicens, ꝙ in quibusdam res scita idem est quod scientia. Et hoc manifestat diuidendo scientiam. Nam scientia alia est factiua, & alia speculatiua. In factiuis autē scientijs, res scita, siue materia accepta, est ipsa scientia. Sicut patet ꝙ domus sine materia prout est in mente ædificatoris, est ipsa ars ædificatiua. Et similiter sanitas in mente medici, est ars medicatiua. Et sic patet ꝙ ars factiua nihil aliud est ꝙ substantia rei factæ, & quodquid erat esse eius. Omnis enim artifex procedit in opus ex eo ꝙ considerat quid est quod operari intendit. In speculatiuis vero scientijs manifestum est, ꝙ ipsa ratio diffinitiua rei est res scita, & est ipsa scientia siue intelligentia. Per hoc enim est sciens intellectus, per quod habet rationē rei. Cum igit intellectus in actu & intellectum, non sit alterꝙ, in his quæcunq; materiam non habēt, manifestum est ꝙ in substātia prima quę maxime remota est à materia, maxime idem est intetelligere & intellectum. Et sic vna est intelligentia intellecti tm̄, & non est aliud intelligentia intellecti, & aliud intelligentia intelligentiæ. Deinde cum dicit.

K

Restat igitur dubitatio, si id quod intelligitur sit compositum. Nam in totius partis intelligendis mutabitur.

Adhuc aūt restat dubitatio, si cōpositum est qđ intelligitur. Transmutabitur enim partibus totius.

Tertia dubitatio principalis. An Deꝰ intelligat se vt coplexū vel incomplexum.

Mouet tertiam dubitationem præter duas prius determinatas. Cum enim ostensum sit ꝙ primum intelligit seipsum. Aliquid autem intelligitur dupliciter. Vno modo ꝓ modum simplicis intellectus, sicut intelligimus quod qđ est. Alio modo per modum compositi, sicut intelligimus enunciationem. Restat igitur quærēdum, vtrum primum intelligat seipsum, per modum intellectus simplicis aut cōpositi. Et hoc est quod dicit, quod restat dubitatio si quod intelligitur à deo est compositum. Ostendit autem ꝙ non sit compositum cum dicit: Transmutabit enim & hoc tripliciter. Primo quidem sic. In omni intellectu composito sunt plures partes, quę seorsum intelligi possunt. Licet enim hoc intellectum compositum quod est: Homo currit, put est vnum intellectum compositum, simul intelligatur tamē partes eius seorsum intelligi possunt. Potest enim intelligi hoc quod est Homo per se, & hoc quod est Currit. Sic igitur qcunq; intelligit aliquod intellectum compositum, potest transmutari intelligēdo de vna parte in aliam. Si igitur intellectum primum sit cōpositum, sequitur quod potest transmutari intelligendo de parte in partem. Cuius cōtrarium supra ostensum est.

Probat tribꝰ rōnibus ꝙ nō sit intellēs qđdam vt cōpositum. Prima rō.

M

An id omne est indiuisibile quod materiam non habet, vt mens humana.

Aut indiuisibile omne quod non habet materiā, vt humanus intellectus.

Secūda rō.

Secundam rationem ponit, quæ talis est. Omne quod non habet materiam, est simplex & indiuisibile. Sed intellectum primum est immateriale. Ergo est simplex & indiuisibile. Ponit autem exemplum de humano intellectu. Quod quidem exemplum potest dupliciter intelligi. Vno modo secūdum similitudinem, vt intelligatur quod humanus intellectus sit secundum suam essentiam indiuisibilis: quia est forma omnino immaterialis. Alio modo & melius potest intelligi secundum dissimilitudinem, vt sit sensus quod humanus intellectus intelligit compositū: quia accipit sua intelligibilia à rebus materialibus, quod non est de intellectu primi.

Aut compositorum aliquo in tempore sic se habet, sed in quodam toto ipsum optimum habet, qđ quidē aliud est ab ipsa. Sic sese habet ipsa intellectio suiipsius omni æternitate. N

Aut quod qdem compositorum habet in aliquo tempore. Non enim habet ipsum bene in hoc aut in hoc, sed in toto quodam quod optimum, & ens aliquid aliud. Sic autem habet ipsa suiipsius intelligentia toto æterno.

Tertia rō.

Tertiam rationē ponit, quæ talis est. Intellectus qui est intelligibilium compositorum, habet suam perfectionem, nō semper, sed in aliquo tempore. Quod sic patet, quia nō habet suum bonum in hac parte vel in illa, sed illud quod est optimū eius, est quoddam aliud quod est in quodam toto. Vnde etiam verum quod est bonum intellectus, non est in incomplexis, sed in cōplexo. Simplicia autem priora sunt generatione & tempore q̄ compolita, vnde illud quod non habet suum bonum in partibus quæ seorsum accipi possunt, sed in toto quod ex eis constituitur, habet suū bonum per aliquod tempus, & non semper. Sed intelligentia primi quæ est suiipsius, æternaliter & eodem modo se habet. Lectio. xij. O

Considerandum ēt est, vtro nam modo vniuersi natura bonū ipsum atq; optimum habet. Vtrū separatū quoddam & per seipsum, an ordinem ipsum.

Tex. cō. 52 P

PErscrutandum autem est qualiter habet totius natura bonum & optimum, vtrum seperatum quid & ipsum secundum se, aut secundum ordinem.

POSTQVAM Philosophus ostendit qualiter primum mouens est intelligens & intelligibile, hic intēdit inquirere qualiter primum mouens sit bonum et appetibile, & circa hoc duo facit. Primo ostendit qualiter se habeat bonū in vniuerso ꝓm opinionem propriam. Secundo ꝓm opinionem aliorum, ibi. ¶ Quæcunq; vero impossibilia. ✠ Circa primum duo facit. Primo mouetur gōnem. Secundo soluit eam, ibi. ¶ Aut vtroq; modo &c. ✠ Oritur autem ista quæstio ex hoc qđ supra dictum est, ꝙ primū mouens mouet sicut bonum & appetibile. Bonum enim ꝓm ꝙ est finis alicuius est duplex. Est enim finis extrinsecus ab eo quod est ad finem, sicut si dicimus locum esse finem eius quod mouetur ad locum. Est etiam finis intra, sicut forma finis generationis & alterationis: & forma sam adepta, est quoddam bonum ītrinsecum eius cuius est forma. Forma autem alicuius totius, quod est vnum per ordinationem quandam partium, est ordo ipsius. Vnde relinquitur ꝙ sit bonum eius. Quærit ergo Philosophus vtrū natura totius vniuersi habeat bonum & optimum, id est finem proprium, quasi aliqd seperatum à se. Vel habeat bonum & optimum in ordine suarum partiū, per modū quo bonū alicuius rei natur. ilis est sua forma. Deinde cū dicit.

Sermo de bōitate ꝓmi principij & totius vniuersi. Finis duplex.

Tex. cō. 52

Qco. An finis vniuersi sit extrinsecus an existimet.

Q

An vtroq; modo perinde, atq; excercitus. Nā bonū ipsius in ordine consistit, & insuper bonum ipsius est ipse Dux, atq; magis. Non est enim ob ordinem ipse Dux, sed ob ducem est ille.

Aut vtroq; modo, sicut excercitus. Etenim in ordine ipsum bñ, & Dux excercitus, & magis iste. Nō enim iste pp ordinē, sed ille propter hunc est.

Vtr vtroq; modo finis & bonum sit vniuersi.

Soluit propositam qōnem, & circa hoc duo facit. Prio enim ostendit ꝙ vniuersum habet bonum seperatum, & bonum ordinis. Secundo ostendit qualiter partes vniuersi se habent ad ordinem, ibi. ¶ Omnia vero ordinata. ✠ Dicit ergo primo ꝙ vniuersum habet vtroq; modo bonum & finem. Est enim aliquod bonū seperatū quod est primū mouens

A Tex. cō. 52 mouens, ex quo dependet cœlum & tota natura, sicut ex fine & bono appetibili, vt ostēsum est. Et quia oīa quorum vnum est finis, oportet ꝙ in ordine ad finē conueniant, necesse est ꝙ in partibus vniuersi ordo aliquis inueniatur. Et sic vniuersum habet & bonum seperatum, & bonū ordinis. Sicut videmus in exercitu. Nam bonū exercitus est, & in ipso ordine exercitus, & in Duce qui exercitui præsidet. Sed magis est bonum exercitus in Duce q̄ in ordine, quia finis potior est in bonitate his quæ sunt ad finem. Ordo aūt exercitus est ꝓpter bonū Ducis adimplēdum. s. Ducis voluntatē in victoriæ cōsecutionem. Nō aūt econuerso, bonum Ducis est ꝓpter bonum ordinis. Et quia ratio eorum quæ sunt ad finem sumitur ex fine, ideo necesse est ꝙ non solū ordo exercitus sit ꝓpter Ducem, sed etiā ꝙ à Duce sit ordo exercitus, cum ordo exercitus sit ꝓpter Ducem. Ita etiam bonum seperatum quod est primū mouēs, est melius bonum bono ordinis quod est in vniuerso. Totus enim ordo vniuersi est ꝓpter primū mouentē, vt. s. explicetur in vniuerso ordinato id qđ est in intellectu & voluntate primi mouentis. Et sic oportet ꝙ à primo mouente sit tota ordinatio vniuersi. Deinde cum dicit.

B

Vniuersa autem sunt aliquo modo, sed non similiter ordinata, aquatica, volatilia, plantæ: & non ita sese habent, vt alteri non sit quicquam ad alterū, sed est aliquid plane. Nam ad vnum quidem vniuersa sunt ordinata. Sed perinde atq; in domo liberis quidē minime licet quoduis facere, sed omnia sunt aut plurima ordinata. Mancipia autem feræq; pauca sane, parumq; ad societatem conferentia faciunt. Pleraq; vero nihil ad eandem conducentia agunt. Natura nāq; cuiusq; ipsorum tale principium est. Dico autem hoc pacto. Omnia ad segregationem venire necesse est. Et alia ita sunt, quorum res omnes participes sunt ad ipsius totius constitutionem.

C

Omnia vero coordinata sunt aliqualiter, sed non similiter, & volatilia, & natatilia, & plantæ. Et nō sic se habent vt non sit alteri ad alterum nihil, sed est aliquid. Ad vnū quidē enī oīa coordinata sunt. Sed quemadmodum in domo, liberis non licet quod cōtingit facere, sed omnia aut plurima ordinata sunt: seruis vero & bestiis parum quod ad cōmune, multū vero quod cōtingit. Tale nāq; cuiusq; principiū ipsorum natura est, dico autem puta ad discerni, necesse quoq; omnibus venire. Et alia sic sunt quibus communicant omnia ad totum.

Tex. cō. 52

Cur partes vniuersi sic habeāt ad inuicē ad totū vniuersi, sed nō simile de oīb.

D

Ostendit qualiter partes vniuersi se habēt ad ordinē, dicēs ꝙ omnia quæ sunt in vniuerso sunt aliquo modo ordinata, sed non similiter oīa habent ordinē. Sanimalia marina, & volatilia, & plātæ. Et tñ licet non sint eodem modo ordinata, non ita se hñt ꝙ vnum eorum nō pertineat ad alterum. Sed est aliqua affinitas & ordo vnius ad alterum. Plātæ enim sunt propter animalia, & aīalia sunt ꝓpter hoīes. Et ꝙ oīa sint ordinata adinuicē, patet ex hoc ꝙ oīa simul ordinātur ad vnum finem. Sed ꝙ oīa sic sint similiter ordinata, manifestat per quoddam exemplum. In aliqua enim domo uel familia, ordinata inueniunt diuersi gradus. Sicut sub patrefamilias est primus gradus filiorum. Alius autē gradus est seruorum. Tertius vero gradus est bestiaꝝ quæ seruiunt in domo, vt canes & hmōi animalia. Hmōi enim gradus diuersimode se hñt ad ordinem domus, qui imponitur à patrefamilias gubernatore domus. Filijs enim nō competit vt faciāt aliquid casualiter & sine ordine, sed oīa aut plura eorum quæ faciunt ordinata sunt. Non aūt ita est de seruis aut bestijs, quia parum participant de ordine qui est ad cōmune. Sed multum inuenitur in eis de eo quod cōtingit, & casualiter accidit. Et hoc ideo, quia paruam affinitatem hñt cum rectore domus, qui intēdit bonum domus cōmune. Sicut aūt imponitur in familia ordo per legem & præceptum patrisfamilias, qui est principium vniuscuiusq; ordinatorum in domo, exequēdi ea quæ pertinēt ad ordinem domus: ita natura in rebus naturalibus est principium exequendi vniuscuiusq;, id quod cōperit sibi de ordine vniuersi. Scuti is qui est in domo per ꝓceptum patrisfamilias ad aliquid inclinatur, ita aliqua res naturalis ꝓ naturam ꝓriā. Et ipsa natura vniuscuiusq; est qđam inclinatio indita ei à primo mouente, ordinās ipsam in debitum finē. Et ex hoc patet ꝙ res naturales agunt ꝓp finem, licet finem non cognoscāt, quia à primo intelligente alliquuntur inclinatiōe in finem. Sed tñ non similiter omnia ista se habēt ad istum finem. Est enim aliqd cōe oībus, quia necesse est ꝙ oīa ad hoc perueniant ꝙ discernant. i. ꝙ habeant discretas & proprias operationes, & ꝙ etiam ꝓm subam adinuicem discernant. Et quantū ad hoc in nullo deficit ordo. Sed qđā sunt q̄ nō solū hoc hñt, sed vlterius talia sunt ꝙ oīa q̄ sunt in eis ¶ cōicant ad totum ✠. i. sunt ordinata ad bonū cōe totius. Hoc aūt inuenitur in illis in quibus nihil est ꝓter naturam, neq; casualiter, sed oīa ꝓm debitum ordinem ꝓcedūt. Manifestum est enim ꝙ vnaquæq; res naturalis, vt dictum ē, ordinatur ad bonum cōe ꝓm suam actionem debitam naturalem. Vnde illa q̄ nunq̄ deficiunt à sua actione debita & naturali, hñt oīa sua cōicantia ad totum. Illa vero q̄ aliqñ deficiunt ab actione debita & naturali, nō hñt omnia sua cōicantia ad totū, sicut hmōi corpora inferiora. Est ergo summa solutionis ꝙ ordo duo requirit. s. ordinatorum distinctionē, & cōicantiā distinctorum ad totum. Quantum autem ad primū indeficienter est ordo in oībus. Quātum autē ad secūdum est quidam ordo indeficienter in aliquibus, quæ sunt suprema & proxima primo principio, sicut subæ seperatæ & corpora cœlestia in quibus nihil casualiter accidit & præter naturam. In aliquibus autem deficit. s. corporibus in quibus interdum aliquid accidit casualiter ꝓter naturam. Et hoc ꝓpter remotionem à primo principio semp eodē modo se habente. Deinde cū dicit. E F G

Non lateant autem oportet quę impossibilia aut absurda iis eueniunt, qui alias dicunt, & quædam afferunt, qui elegantius dicunt, & in quibus minime dubitationes existant.

Quęcunq; vero enim impossibilia accidunt aut absurda aliter dicentibus, & qualia gratiosius dicentes, & in qbus minime dubōnes oportet nō latere.

De bono ordine vniuersi ꝓm opiniones aliorum.

Determinat de bono & ordine vniuersi ꝓm opinionem aliorum, & circa hoc duo facit. Primo manifestat de quo est intentio, dicens ꝙ oportet dicere quæcunq; impossibilia aut absurda accidunt illis, qui aliter dicunt de bono & ordine vniuersi scilicet q̄ nos. Et oportet dicere etiā qualia dicunt illi qui melius loquuntur, & in quorum dictis pauciores dubitationes apparent. H

Omnes enim ex contrariis omnia faciunt. At neq; hoc ipsum omnia, neq; hoc ipsum ex cōtrariis, recte dicunt, nec quo pacto ex contrariis erunt ea in quibus est contrarietas dicere quicquam videntur. Omnes enim ex contrariis faciunt omnia. Neq; autem ꝙ omnia, neque ex contrariis recte, nec in quibuscunq; contraria sunt, quomodo ex contrariis erunt, non dicunt.

Proponit ꝙ in tribus defecerunt antiqui ponentes principia contraria.

Prosequitur suam intentionem, & circa hoc duo facit. Primo ponit opinionem illorum, qui posuerunt principia esse contraria. Secundo eorum qui posuerunt principia eē naturas quasdā seperatas. ibi. ¶ Amplius si nō erūt &c. ✠ Circa primum duo facit. Primo proponit, in quo deficiāt illi

Universidad de Deusto
Biblioteca

I illi qui dicūt principia esse contraria, dicens quod omnes antiqui philosophi posuerunt omnia esse ex principijs contrarijs. Et quantum ad tria non recte dixerunt. Nec enim recte dixerunt in hoc ꝙ posuerunt res esse ex cōtrarijs, nec etiam in hoc ꝙ dixerunt omnia ex contrarijs. Et tertio defecerunt in hoc ꝙ non dixerunt quomodo ex contrarijs res producantur. Secundo ibi.

Pati nanq; a se se mutuo contraria nequeūt. A nobis autem cum ratione id soluitur, propterea quod tertium quippiam est. At quidam contrariorum alterum numerum faciunt, vt ii qui inæquale æquali, aut vni multa supponūt. Soluitur autē & hoc eodē modo. Materies enim quæ quidem est vna, nulli prorsus contraria est.

Impossibilia nāq; sunt contraria adinuicem. Non aūt soluitur hoc rationabiliter, eo ꝙ tertium aliqd K sit. Alii vero alterum cōtrariorum materiam faciūt, quemadmodum quidem est inæquali, aut vni multa. Soluitur autem & hoc eodem modo. Materia enim quę vna, nulli est contraria.

Manifestat qūo in p̄dictis tribus defecerunt, & primo qūo defecerunt in hoc ꝙ posuerunt esse res ex cōtrarijs. Secundo in hoc ꝙ posuerat oīa ee ex cōtrarijs. ib. ¶ Amplius oīa primam participationem. ☞ Tertio qūo defecerunt in hoc ꝙ non dixerunt qūo ex cōtrarijs res sint. ibi. ¶ Oēs autem cōtraria dicentes &c. ☞ Dicit ergo primo ꝙ nō recte dicunt res esse ex contrarijs, qa cōtraria ſm se accepta sunt impassibilia adinuicem. Non enim albedo patitur à nigredine, nec econuerso. Non aūt ex eis posset aliquod vnum cōstitui nisi adinuicem paterentur, vt sic reducantur ad aliquod medium. Sed hæc dubitatio ſm sententiam Aristo. de facili soluitur. Quia Aristo. posuit p̄ter duo cōtraria esse tertium principiū quod est materia. Sic ergo vnum cōtrariorum pōt pati à reliquo, inquātum materia subiecta vni contrario, ab alio patitur. Sed alij posuerunt materiam esse alterū contrariorum, & non aliquid p̄ter contraria. Sicut patet de illis qui posuerunt ista contraria esse principia, inæquali & æquale, vnū & multa. Attribuebāt enim inæqualitatem & multitudinē materiæ, æqualitatem & vnitatem formæ, sicut patet de opinione Platonis, licet philosophi naturales posuerint cōtrarium. Sed hoc eo; dictum soluit eodē modo, quia materia q̄ vna est, quasi cōe subiectū cōtrariorum, nulli est contraria. Deinde cum dicit.

Præterea quoduis aliud præter ipsum vnum, mali particeps erit. Ipsum enī malū elemētoꝝ alteꝝ est.

Amplius autem omnia praui participatione sunt extra vnū. Nā prauum ipsum alterū elementorum.

M Ex dicit antiquorū sequit oīa participare malo excepto vno.

Manifestat Philosophus qūo defecerunt dicendo oīa ee ex cōtrarijs, & circa hoc duo facit. Primo ostēdit inconueniens quod ex hac positione sequitur. Manifestum est enim ꝙ prima cōtrariorum genera, sunt bonum & malum, quia semper alterum cōtrariorū est vt priuatio, & ita habet rationem mali. Si ergo omnia sunt ex contrarijs, sequitur ꝙ omnia participent malo præter vnum, scilicet bonum qđ est principium. Nam alterum elementoꝝ ponitur esse bonum. Omnia vero alia ponuntur esse ex his duobus principijs. Hoc autem non est verum, quia in corporibus cœlestibus, & natura substantiarum separatarum, non inuenitur corruptio & malum. Secundo ibi.

Cæteri vero neq; principia bonum ipsum, ac malum faciunt, & tamen in vniuersis bonum ipsum maxime principium esse constat.

Alii aūt nec principia bonum aut malum, quāuis in omnibus maxime quod bonum principium.

Ostendit ꝙ positio ponentium omnia ex contrarijs, nō cōuenit positioni quorundā philosophorum. Si enim omnia sunt ex contrarijs, sequitur (vt dictum est) quod prima principia sint bonum & malum. Sed quidam non posuerunt bonū & malum esse principia, sed id quod est bonū, esse principium omnibus. Tertio ibi.

N Quidā si lū bonū p suerunt re rū principi

At quidam hoc quidem recte principium esse dicūt, sed quonam pacto principium est, non dicunt. Vtrū vt finis, an vt id quod mouet, an vti forma.

Alii vero hoc quidem recte, quia principium: sed quomodo quod bonum principium, non dicunt. Vtrū scilicet vt finis, aut vt mouens, aut vt species.

Ostendit qūo in ponendo bonum esse principium, defecerunt etiam illi. Et hoc ostendit primo in cōmuni dicens, ꝙ quidam, licet recte dicerent, ponentes bonum esse principium omnium, tamen in hoc defecerunt, quia non determinauerunt quomodo bonum esset principium, vtrum. s. vt finis, aut vt forma, aut vt mouens. Hæc enim tria habēt rationem perfecti & boni. Non autem materia quæ non perficitur nisi per formam. Vnde de ea mentionem facit. Secundo ibi.

Præcedit in sua hac ꝓpōne defecerunt.

O

Absurde & Empedocles censet. Bonū enim ipsum pcordiam ponit ee. Hęc aūt principium est, & vt mouens: congregat enim. Et vt materies: est enim pars ipsius congesti. Quod & si eidem accidit vt sit principium, vt materies atq; mouens, tamen ipsum esse non idem erit. Vtro igitur duoꝝ erit concordia? Absurdum est etiam discordiam non subire corruptionē censere. Hęc aūt apud ipsum est ipsi mali natura.

Inconuenienter autē & Empedocles. Amicitiam enim facit bonum. Hoc aūt principiū & vt mouens: congregat enim. Et vt materia: pars enim mixturæ. Si itaq; & eidem accidit vt materiam & principium esse, & vt mouens. Sed esse, non idem. Vtrum igitur amicitia? Inconueniens autem & incorruptibile esse Item. Sed ipsum autem est mali natura.

P

Descendit ad speciales opiniones, & primo ad opinionem Empe. dicens ꝙ incōueniēter Empedocles ponit bonum esse principium. Ponit enim amorem principiū, quasi bonum. Sed amorē dicit esse principium dupliciter. Dicit enim ꝙ est vt mouens, inquantum habet vnire & congregare. Et iterum ponit ꝙ est principium sicut materia. Ponebat enim amorem esse partem mixtorum. Corpora enim ponebat esse mixta ex quatuor elementis, & amicitia & lite. Licet autem contingat esse principium idem, sicut materia, & sicut mouens, non tū ſm eandem rationem. Potest enim ignis esse mouens ſm formam, & materiale principium ſm materiam. Non autem ſm idem, quia mouens inquantum hmōi est in actu. Materia aūt inquantū hmōi est in potentia. Restat igitur assignandum ſm quid amor sit materia, & ſm quid est mouens, quod ipse non assignat. Aliud aūt inconueniens quod sequitur opinionem Empedo. est ꝙ posuit litem esse primum principium incorruptibile. Quæ quidem ſm ipsum videtur ee ipsa natura mali. Malū aūt ſm recte opinantes, non ponitur principium ee, sed solum bonum, vt dictum est. Tertio ibi.

Ad opinionē Empedoclis (ex quatuor duo incōuenientia. Primum. Nō inconuenit idē esse principiū vtriusq; motus, & sicut mouēs ſm discordiā ex diuersis coalescit. Secundum. Quia

Anaxagoras autem ipsum bonum principium vti mouens esse ponebat: mens enim mouens. At alicuius gratia mouet. Quare aliud quippiam erit, verū vt nos ipsi dicemus. Est enim quodāmodo sanitas facultas ipsa medendi. Absurdum autem est ipsi bono mentiq; contrariorum non feciſſe.

Anaxagoras aūt vt mouēs quod bonū principiūt Tex. cō. 11

A Intellectus enim mouet. Sed gratia alicuius mouet. Quare alterum. Excepto vt nos dicimus. Nam medicatiua est quodammodo sanitas. Inconueniens autē, & contrarium non facere bono & intellectui.

Ad opinionē Anaxa. dum etiā in cōueniētia sequuntur.

Descendit ad opinionē Anaxagoræ dicens, ꝙ Anaxagoras posuit bonū esse principiū primū quasi mouens. Dixit enim ꝙ intellectus mouet oīa. Sed manifestū est ꝙ semper ¶ intellectus mouet gratia alicuius ☞ .i. pp finem. Quare oportet ꝙ ponat alteꝝ aliqd principium, ppter quod intellectꝰ mouet. Nisi forte dicat sicut nos diximus. s. ꝙ idē potest esse intellectus & intellectum, & ꝙ intellectus moueat propter seipsum, quod aliquo modo inuenitur in his quæ agunt per intellectum ſm nos. Ars enim medicinæ agit ppter sanitatē, & sanitas est quodāmodo ipsa ars medicinæ, vt supra dictū est. Aliud aūt inconueniens sequi videtur cōtra opinionē Anaxa. si sustineat cōmunis opinio. s. ꝙ contraria sunt principia omnium. Secundū hoc enim videbitur inconueniens, ꝙ non facit aliquod principium contrarium bono & intellectui. Deinde cum dicit.

Tex cō. 51 &c

Omnes autem qui cōtraria principia ponunt, cōtrariis ipsis non vti videntur, si quispiam non neglexerit, sed diligentius sententias illorum perspexerit. Nemo præterea cur aliæ rerum intereunt, aliæ non intereunt dicit. Res enim vniuersas eisdem ex principiis faciunt. Præterea quidam ex eo quod non est, ea quæ sunt, fieri dicūt. Quidā ne idipsum dicere cogantur, vnum omnia faciunt.

Tex. cō. 56.

Omnes autem contraria dicentes non vtuntur cōtrariis, nisi figuret aliquis. Et quare hæc quidem corruptibilia, hęc vero incorruptibilia, nullus dicit. Omnia nanq; entia faciunt ex eisdem principiis. Amplius aūt alii quidem ex non ente faciunt entia. Alii aūt nisi hoc cogantur, vnum omnia faciunt.

C

Dedicit ꝙ uor inconueniēs ex positōe an liquorū dicentiū oīa fieri ex contrarijs. Primum.

Ostendit tertiū qđ supra posuit. s. ꝙ ponentes principia cōtraria esse, nō dicunt qūo principiata sunt ex contrarijs. Et hoc est qđ dicit, ꝙ oēs dicentes principia esse contraria non vtuntur ad causandū ea quę sunt apparētia in entibus. Nisi ¶ aliquis figuret ☞ .i. nisi aliquis velit fingere vel figurabile dicere. Et prīo cū dicit. ¶ Et quare hoc qđē &c. ☞ ostendit ꝙ nō possunt causare differentiā corruptibilium vel incorruptibiliū. Dicit ergo ꝙ nullus antiquoꝝ philosophoꝝ assignat causam, quare entia q̄dam sunt corruptibilia, & q̄dam incorruptibilia. Ponunt enim quidam eoꝝ entia oīa esse ex eisdem principijs. s. contrarijs. Et hæc est opinio antiquorū naturaliū. Alij vero. s. poetę theologi posuerūt oīa ex nō ente. Vnde supra dixit ꝙ generant mundū ex nō ente. Et sic cum eandem originē vtrīq; assignent oībus entibus, non pōt causare distinctionem rerū ſm corruptibile. Et ideo alij vt ad hoc non cogantur, ꝙ. s. ponāt oīa esse ex non ente, vel ꝙ assignent causam distinctionis rez, posuerunt oīa esse vnum, totaliter à rebus distinctionē tollentes. Et hæc est opio Parmenidis & Melissi. Sedo ibi.

Tex. cō. 30.

D

Præterea nemo cur semp erit generatio, & quænam sit generationis causa, dicit.

Amplius propter quid semper generatio, & quæ est causa generationis, nullus dicit.

Ostendit ꝙ ēt in alio deficiunt, quia. s. non pōt assignare causam quare generatio sit sempiterna, nec possunt assignare quæ sit vlis causa generationis. Neutrū enim contrariorum est vniuersalis generationis causa. Tertio ibi.

Incōuenies in. cōuenient.

Atqui tam ii qui principia duo faciunt, q̄ ii qui formas afferunt, aliud principium magis principiū ponant necesse est. Quonam pacto res, aut fuerunt, aut sunt illorum participes?

E parte. 15. Lectio. 9.

Et duo principia facientibus, aliquid necesse primū esse principalius. Et his q̄ species, qa aliud principalius. Propter qd enī participauit aut participat?

Tertiū ponit, in quo deficiunt ponentes principia esse cōtraria. Necesse est enim eis assignare ꝙ alterū cōtrariorū sit principalius principiū, cū semp alteꝝ sit vt priuatio. Vel intendit ꝙ necesse est ponere aliqd principiū principalius vtroq; cōtrariorū, ex quo rō assignari possit quare q̄dā attribuunt vni cōtrariorꝝ sicut principio, et q̄dam alteri, vtpote quare quodam ꝛpe moueat lis elementa ad separationē, & quodam ꝛpe amicitia ad cōgregationem. Et hoc etiā accidit ponentibus esse species. Necesse enim est eis ponere aliquod principium principalius speciebus. Manifestū est enim ꝙ ea quæ generāntur & corrumpuntur, nō semper eodem modo participant speciem. Vnde oportet ponere aliquod principium ex quo assignetur ratio quare hoc indiuiduum prius participauit, aut modo participat speciem.

Tertiū inconueniens.

F

Et cæterorum quidem sententia sapientiæ, ipsiq; scientiæ præstabilissimę contrarium quippiam esse necesse est. At nobis id euenire non potest. Nihil est enim contrarium ipsi primo. Omnia namq; contraria materia habent, & hęc potentia sunt. Ignoratio vero contraria ad ipsum contrarium est. At ipsi primo contrarium nihil esse videtur.

Et aliis quidem necesse sapientię, & honoratissimæ scientię aliquid esse contrarium. Nobis autem non. Non enim est cōtrarium primo quippiam. Nā omnia contraria habent materiam, & hęc potentia est. Contraria aūt ignorantia ad contrarium. Primo vero contrarium nihil.

Parte. 16

G

Quarti in cōuenien.

Ponit quartū inconueniens qđ eis sequitur dicēs, ꝙ necesse est philosophis ponētibus principia ee cōtraria, ꝙ sapiētię prię & honoratissimæ sciæ, sit aliqđ cōtrariū, qa sapiētia ē de prio principio, vt in prio oīsum est. Vñ si prio principio non est aliquid cōtrarium, quia oīa cōtraria habent naturam quę est in potentia ad vtrunq; cōtrariorum. Primū autem principiū ſm nos est immateriale, vt ex dictis patet. Vnde relinquitur ꝙ primo principio non sit contrarium aliquid, & ꝙ primę scientiæ non sit contraria aliqua scientia, sed solum ignorantia. Deinde cum dicit.

In proœ.

Sicut ſmo principio nihil est p̄riū, sic nec primę scientię sed solū ei opponitur ignorātia. Lectio. 2.

Præterea si non sint alia præter res ipsas sensibiles, non erit principium, nec ordo, nec generatio, nec ipsa etiam corpora cœlestia erunt. Sed semper principii principium erit, vt theologis omnibusq; naturalibus accidit.

Parte. 17.

H

Amplius si non erūt præter sensibilia alia, nō erit principiū, & ordo, & generatio, & cœlestia, sed semp principii principiū, vt theologis & physicis oībus.

Descēdit ad opinionē ponētiū subas separatas, & primo oñdit ꝙ incōueniens sequtur non ponētibus eas, & dicit ꝙ si nō sint alia entia p̄ter sensibilia, non erit primum principiū, sicut oñsum est, nec ordo rerū qualis assignatus ē, nec generatio perpetua, nec principia qualia supra posuimus, sed semp erit principiū principiū infinitū, vtpote ꝙ Socrates generet à Platone, & ille ab illo, & sic in infinitū, vt vi sum ē oībus antiqs pīis nālibus. Nō. n. ponebāt aliqđ principiū vlē primū, p̄ter ista principia p̄ticularia & sensibilia.

Infert inconueniens ꝙ negātes subas separatas.

Si vero sint formę vel numeri, nullius prorsus rei causę erunt. Quod si ita non sit. At saltem nullius erunt causa motionis.

Si autem erunt species aut numeri, nullius causę. Si autem, non quidem motus.

Parte. 19

Universidad de Deusto
Biblioteca

I Ostendit quod inconueniens sequitur ponentibus naturas quasdam separatas, & primo quantum ad eos qui ponebant in huiusmodi naturis connexionem quandam originis. Secundo quatum ad eos qui hoc nō ponebāt, ibi. ☾ Dicentes aut numerum. ☽ Circa primum ducit ad quatuor inconuenientia, quorum primum est ꝙ species & numeri ꝙ ponebant quidam preter sensibilia, nullius causæ videntur esse. Sed si sint alicuius causæ, non videbitur aliquid esse causa motus, quia hmōi non videntur habere rationē principiorum mouentium. Secundo ibi.

Deducit ꝓ tuor inconueniēta ꝓ ponentes substas separatas, mō Platonico & Pythagorico, primū.

Præterea quomodo ex hisce quæ sunt expertia magnitudinis, magnitudo continuumq; emergere potest? Numerus enim neque vt mouens, neque vt forma continuum faciet.

parte. 19.

Adhuc quomodo erit ex nō magnitudinibus magnitudo, & cōtinuum? Non enim numerus facit cōtinuum, nec vt mouens, nec vt species.

K

Secōm inconueniens.

Ducit ad aliud inconueniens. Numerus enim nō est magnitudo. Magnitudo autem non est nisi ex magnitudinibus, vnde impossibile videtur assignare quomodo magnitudo, & continuum sunt ex numeris qui non sunt cōtinui. Non enim potest dici ꝙ numerus causet continuum sicut principium motiuum & formale. Tertium ponit ibi.

At vero nihil contrariorum erit, quod effectiuū erit atque motiuum. Potest enim non esse. At agere potentia posterius est. Non ergo perpetua sunt ea quæ sunt. At sunt? Ergo aliquid horū tollendū est.

parte. 20.

Dictū est aūt quo pacto actum potētia antecedit.

At vero nullum erit contrariorum & factiuum quod & motiuum, quod continget vtiq; non esse. At vero posterius quidem ipsum facere, potentia. Non ergo sempiterna sunt entia. Sed sunt: Interimē dū igitur est horum aliquid, Et hoc dictum est.

L

Dicens ꝙ si species & numeri sunt prima principia, cū speciebus & numeris non inueniatur contrarietas, sequitur ꝙ non erunt contraria principia prima, quia non ponūtur factiua & motiua. Et sic continget non esse generationem & motum. Quia si prima principia non sunt mouētia, sed posterius causent ex primis principijs, sequef ꝙ sunt in potētia prioꝛ principioꝛ. Quod aūt pōt esse, pōt & nō esse. Vnde sequitur ꝙ generatio & motus nō sunt sempiterna. Sed sunt sempiternæ vt supra positum est. Iterimendū est igitur aliud præmissorum, s. quod ponebantur prima principia nō esse mouēta. Et hoc dictum est. s. in primo libro, qūo prima principia sunt mouēta. Quartum ponit ibi.

Tertiū inconueniēs.

Suppl. generatio & motus. 1. actio. 6.

Præterea quomodo sunt ipsi numeri vnum, aut anima & corpus, aut omnino forma & res, nemo dicit, neq; dicere potest: nisi dixerit perinde atque nos dicimus, id quod mouet hoc ipsum facere.

M

Parte. 21.

Adhuc quomodo numeri vnum, & anima & corpus, & species totaliter & res, nihil dicet nullus: nec contingit dicere, si non vt nos dicat, quod mouens facit.

Quartum inconueniēs. Tex. cō. 12 & inde.

Dicens ꝙ nullus istorum dicere pōt, quid faciat vnum esse numerum, aut animam & corpus, aut vniuersaliter sorma & id cuius est forma, nisi dicat, ꝙ mouens hoc facit sicut nos supra diximus in octauo. Species aūt & numeri nō habent rationem causæ mouentis. Deinde cum dicit.

N

Qui vero numerum mathematicum primum, & ita semper aliam substantiam deinceps hęrentem, & alia cuiusq; principia esse dicunt, aduenticiam profecto faciunt ipsius substantiam vniuersi. Nihil enim alia ad aliam substantiam siue sit, siue non sit, conferre sane videtur. Et insuper principia multa. At ea quę sunt, male gubernari nolunt. Multos principes esse, bonum non est. Vnus ergo sit princeps.

Dicentes autem numerum primum mathematicum, & semper aliam habitam substantiam, & principia cuiuslibet, alii inconnexā ipsius vniuersalis substantiam faciunt. Nihil enim alia alii confert, aut ens, aut non ens. Et principia multa. Entia vero nolunt disponi male, nec bonum pluralitas principatuum. Vnus ergo princeps.

parte. 22.

O

Ostendit quod inconueniens sequatur ſm illos, qui ponunt hmōi naturas esse inconnexas dicens, ꝙ ponentes primum in rebus esse numerum mathematicum, ut Pythagorici posuerunt, & sic consequenter semper ☾ aliam naturā habitam, ☽ id est consequentem, videlicet ꝙ post numerum, magnitudinē, & post magnitudinem, sensibilia, & dicentes cuiuslibet naturæ esse alia & alia principia, sicut ꝙ alia sunt principia numerorum, & alia magnitudinum, & alia sensibilium, isti inquam sic dicentes, faciunt substantiam ☾ vniuersi esse incōnexam, ☽ id est sine ordine, ita ꝙ vna pars nihil conferat ad aliam vel ad alteram, siue sit, siue non sit. Et similiter faciunt multa principia inconnexa. Et hoc non potest esse, quia entia non volunt male disponi. Dispositio enim entium naturalium est qualis optima potest ee. Et hoc videmus in singulis, ꝙ vnumquodq; est optimæ dispōnis in sua natura. Vnde multo magis oportet hoc existimare in toto vniuerso. Sed pluralitas principatuum non est bonum. Sicut nō esset bonum ꝙ essent diuersæ familiæ in vna domo, quæ inuicem non communicarent. Vnde relinquitur ꝙ totū vniuersum, est sicut vnus principatus & vnum regnum. Et ita oportet ꝙ ordinetur ab vno gubernatore. Et hoc est qđ concludit, ꝙ est vnus princeps totius vniuersi. s. primum mouens, & primū intelligibile, & primū bonum, quod supra dixit Deum, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Deducit inconueniens ꝙ Pythagoricos ponentes substantias separatas esse ordinat.

P

Expliciunt præclarissima Cōmentaria Angelici doctoris diui Thomæ Aquinatis, Theologoꝝ ac philosophorū oīum principis, facri ordinis Prædicatoꝝ in. 12. libros Metaphysicę, cū textu Aristotelis iuxta duplicem trāslationē, antiquā inquāac Argyropolei, oīa solertissimo ac vigilātissimo studio cūctis erroribꝰ mēdisq; purgata, & ab vtriusq; linguæ perito & studioso & diligēti nuperrime recognita, eadēq; Venetijs in officina hæredum Lucæ Antonij Iuntæ Florentini typis tradita anno. 1548. mense Ianuario. Ad laudem & gloriam Dei omnipotentis & saluatoris nostri Iesu Christi. Cui sit decus, honor & gratiarum actio in seculorum secula. Amen.

Q

A

METAPHYSICALES DEFENsiones Doctrinæ Sācti Thomæ de Aquino, vbi idem Sanctus Doctor in diuersis locis suæ metaphysicalis expositionis, ab Antonio andrea metaphysicam exponente, sub Scoti denominatione impugnatur, æditæ per venerabilem patrem fratrem Bartholomæum de Spina, Pisanum, ordinis prædicatorum, vitæ regularis.

B

DEFENSIO I.

Libro tertio tex. com. 15. parte tertia.

Deos autem facientes principia, & ex deis esse facta, quæ non gustauerunt nectar & manna, mortalia facta esse dicunt.

C

Hoc in loco Antonius Andreas de substantiate notat Sanctum Thomam in hoc, ꝙ quandam Hesiodi fabulam ab Arist. recitatam ad sensum veritatis trahit. Dicit enim Sanctus Doctor, ꝙ Hesiodi istæ prima rerū principia deos nominauerunt, & dixerunt quod illi de numero deorum, qui non gustauerunt de quodam dulci cibo, qui vocatur nectar vel manna, facti sunt mortales. Potuit autem sub hac fabula (inquit Sanctus Thomas) aliquid veritatis occultæ latere, vt scilicet per nectar & manna intelligatur ipsa suprema bonitas primi principij. Nam omnis dulcedo dilectionis & amoris ad bonitatem refertur. Omne autem bonum à primo bono deriuatur. Potuit ergo esse intellectus eorum, quod ex participatione, ppinqua summæ bonitatis, aliqua incorruptibilia reddantur, sicut quæ perfecte participant diuinum esse. Quædam vero propter longe distare à primo principio, quod est nō gustare manna & nectar, non possunt perpetuitatem conseruare secundum idem numero, sed secundum idem specie, ut dicit Philosophus in secūdo de generatione. Hæc sanctus Thomas.

Hac fabulæ expositione recitata, ac ex nomine per Mauritium citato in marginibus sancto Thoma, subiungit Anto. and. dicens: Sed quæ vtilitas est immorari circa intentionem fabularum? Licet ergo istud forsitan sit bene dictum, tamen dubium est, & forsitan falsum, quod illa fuerit intentio poetarum. Hæc ille. Quāquam autem verear plurimum opusculum hoc ab intentione fabulæ initium summere, ne tamen meo silentio in hoc etiam sibiipsis sapientes hi viderentur, adortus sum eisdem me opponere loco isto. Ad prædictam igitur impugnationem respondentes primo dicimus, quod hic homo incidit in foueam quam parauit. Neque enim potest dicere aliquo modo esse inutile, circa intentionem fabularum immorari: nisi quia ea quæ non sunt necessaria ad explanationem textus, non sunt etiam expositioni eius interserenda, quatenus mora legendi, prolixitasq; scripturæ pro posse vitetur. Quare igitur & tu hæc interseruisti quæ iudicas inutilia? Sufficiens quippe tibi fuisset, vnico verbo pertransire & dicere: Cir

D

ca intentionem autem huius fabulæ, non est inutiliter immorandum, vt facit quidam expositor &c. Secundo dicendum quod homo iste videtur dubitare hāc fabulæ explanationem continere veritatē, dum dicit forsitan. Quod vel ex ignorantia prouenit vel contemptu, vt etiam verissima: quia tamen ab eo quem spernit prolata sunt, suspecta quasi falsitate ex modo dicendi commaculet. Tertio ea quæ sanctus Tho. in aliquam sui excusationem adducit, iste homo non ex sancto Thoma, sed quasi ex se contra. S. Tho. in argumentum superfluitatis inducit. Ante præmissam enim fabulæ expositionem sanctus Tho. sic ait: Non potest autem perfecte sciri, quid verum sub fabula lateat, nisi ab eo qui fabulam ipsam confinxerit. Et in fine dum fabulam explanauerat, subiungit: Sed vtrum hoc intenderit occulte tradere vel aliud, ex hoc dicto plenius percipi non potest. Hæc ille. Anto. autem an. dicit quod dubium est, & forte falsum &c. Et ego dico quod & forte verum, licet incertum, & non plene ex dictis habitum, sed quadam veritatis imagine, cum prædicta explanatio altissimo sensu fabulosam quadret sententiam. Et licet non sit dignum cū studio intendere circa istas fabulas, sicut vigilanti studio intendimus serio propositis in metaphysica, non tamen est indignum aliqualiter explanare, quasi aliquid non sine omni ratione dictum. Quarto ad principale motiuū dicimus non fuisse inutile, immo valde vtile & decentissimum hanc fabulam ad veritatis intellectum deducere. Cum enim hic tam per Philosophum ꝙ per omnes expositores, supponatur per hanc poetæ fabulam, alia quædam de deo veritas occultari: & Arist. improbet non latentem illum veritatis sensum, ſm quem prima facie fabulæ verba proponūt, statim fidelibus se ingerit desiderium nosse, quid nam sit misterium absconditum etiam Philosopho, infidelesq; eiusdem fabulę occasione, veritatem inquirentes, & ab eadem fabula velut auriga simplitudinem trahentes, fortassis autumarent mortalia ab immortalibus cibi alicuius, non nostro quidem vniuersi (id enim egregie Philosophus hic elidit.) sed alterius forte generis à nostro, participatione vel negatione seiunctos: aut certe deos vere quosdam esse mortales, mortalium causas atq; principia: immortalibus itidem alijs circa immortalia tantum intentis: & sic duo generalia esse rerum prima principia iuxta manicheorum errorem, vel in alias similes falsitates, quasi veritatem assecuti deciderent. Vt igitur diuinus Doctor omnibus omnia facius, altissima veritate à metaphysicali sapientia non aliena, fabulosęq; similitudini facili respondente fidelium votis occurrat, ac eorum mentes illustrans conquiescere faciat. Infidelibus etiam nedum ex fabula ista, verum etiam ex omni alia fictione occasionatæ deceptionis viam pro nixu præcludat: altissimum & quæ etiam theologos condeceat fabulæ huius sensum, esset mira correspondentia veritatis ad vmbram. Et vtinā omnes poetarum fabulas, dum se occasio præbet de eis verba fieri, ad sensum veritatis, moresque componendos Christicolæ traherent, prout facile possent. Satis enim superq; facerent & authoribus, qui per huiusmodi fabulosa rudes prouehere satagebāt ad alta capescenda, vitaq; probitatem: & imbuendis, dum liberos ab infidelitatibus eos redderent, quibus nunc ob poetarum ficticia imprudenter à magistris interpretata, & à recenti testa imbibita, totus orbis respergitur & fœdatur. Vt sanctissimū igit, vt sapientissimū, prudētissimū in huius fabulę declaratione sēpbuit diuinus Doctor, dum fideles cōfoueat, infideles purgat, vtrosq; instruit, exemplar se præbet cæteris doctoribus: & nihilominus limites non transcendit metaphysicalis obiecti, non extra propositum euagatur, quinimmo sua hac doctrina quæstioni proposite à Philosopho satisfacit. Hinc. n. hīq; ambo rerū genera, mortalia iquā et immortalia,

I ab vno primo immortali proficiſcuntur numine. Cui in quam eo quod iſta propius, illa longius ac infirmius haberet, differentes etiam gradus entitatis participant, & plures ac potiores ſupremæ: pauciores autē & ignobiliores ac exiles infimæ. Et hæc de prima defenſione ſufficiāt, ſicq; per omnia benedictus Deus. Amen.

DEFENSIO II.

Quinto metaphy. ca. de elementis, parte prima.

Elementum vero dicitur ex quo aliquid componitur, primo inexiſtente indiuiſibili ſpecie in aliam ſpeciem.

HOC IN LOCO Anto. an. diuum Tho. impugnat, ſed non expugnat. Poſtquam enim ipſe Anto. an. verbum Philoſophi (indiuiſibili ſpecie in aliam ſpeciem) expoſuit pro indiuiſibili ratione in partes alterius rationis, per quod, inquit, diſtinguitur elementum à toto heterogeneo, ſtatim ſubiungit: Ex quibus colligitur quod iſta ratiō elementi proprie competit materiæ primæ, vt patet diſcurrenti per ſingulas particulas. Vnde male dicit quidam expoſitor, qui materiam primam dicit eſſe ex parte ab hac ratione elemēti, ex hoc quod dicitur q̄ elementū eſt in diuiſibile ſpecie. Et hoc ideo (vt dicit) quia materia non eſt in ſpecie, non eſt proprie elementum. Sed hoc non valet, quia æquiuocat de ſpecie. Non enim loquitur hic Philoſophus de ſpecie quæ dicitur eſſe generis. Sic enim materia non eſt in genere vel in ſpecie, niſi per reductionem. Sed accipit ſpeciem pro ſubſtantiali ratione & formali. Et hoc modo materia prima eſt indiuiſibilis, quia eius ſubſtantia nō eſt reſolubilis in principia ſeu in partes alterius rationis. Vlterius patet quod ratio elementi non conuenit primo quatuor corporibus vocatis elementis, quia illa corpora, puta ignis, aqua, aer &c. vtiq; ſunt reſolubilia in materiam & formam, quæ ſunt alterius rationis, vt patet primo phyſico. & alibi frequenter, & ſtatim infra dicetur, ibi (Similiter autem & corporū dicunt elementa &c. ſcilicet antiqui.) Philoſophus autem nominat ea non elementa ſimpliciter, ſed vocata elementa. Sic enim diceb̄atur ab antiquis, qui ponebāt illa quatuor corpora vel omnia vel quædam eſſe rerum principia prima, nec eſſe vlterius reſolubilia in alia priora. Hæc ille contra diuum Thomam, in margine per Mauritiū ex nomine citatum. Sed ſi quis puro reſpiciat intuitu verba ſancti Thomæ, protinus compiet ipſum affectum eſſe Ariſt. mentem, & ab ea Anto. an. plurimum deuiare. Extorta quidem, quia nunquam Ariſt. in aliquo ſuorum librorum, dum ſpeciei nomen inducit, rationem intendit. Sed vel formam, vt patet vbicunq; de forma loquitur: vel ſi rationem, non tamen niſi habentis naturam completam & perfectam ſub genere, quæ proprie ſpecies eſt. Vbi enim in ſeptimo vel alibi quidditatem, ſpeciem vocat, etiam non niſi quæ proprie ſpecies eſt, quidditatem proprie habere docet, vt dicit etiam in octauo, et in ſolo etiam genere ſubſtantiæ. Velle autem à proprietate & vſu ſignificationis nominis à ſapientibus approbato, ſine ratione declinare, proprium illorum eſt, qui voluntate, non ſapientia reguntur in tradenda doctrina vel exponendis authoribus. Sed quod nec vſus doctorum habeat hoc, vt ſcilicet ſpeciei nomen pro ratione ſumatur, niſi forte in ſchola eorum qui contemptis ſapientum eulogijs, propria ſibi fingunt dictamina, patet de ea etiam de qua nunc verba facimus materia. Dum enim quæruntur doctores atque egregij philoſophi de materia, an eadem ſit vel diuerſa in cœlo & in corruptibilibus, nō ſpeciei vtuntur, ſed rationis vocabulo. Quærunt enim an inferiorum & ſuperiorum materia eiuſdem diuerſæue ſit rationis, non autem an eiuſdem ſit ſpeciei ſiue diuerſæ. Contra expreſſam etiam Philoſophi intentionem eſſe prædictam Anto. and. expoſitionem, non ſolum ex prædictā ſenſus extorſione conuincitur, ſed etiam ex proceſſu eiuſdem Philoſophi. Poſita nanq; diffinitione elementi, declaratiſq; accuratius ſingulis particulis ſuis, ſupponit Philoſophus exempla, & non vt addiſcentes addiſcant tantūmodo, ſed potius vt per illorum communem elemento nomenclaturam, quibus & prædicta diffinitio competit, probet eandem diffinitionē nullam pāti calumniam. Quia enim ab omnibus ſapientibus, grāmaticis inquam, logicis, geometricis, atque phyſicis, illa vocantur elementa, quibus vt ſic competit præfata deſcriptio, patet eam elementi eſſe propriam rationē. Declarat autem Philoſophus, ſeorſum ſingulis hiſce rebus quæ elementa vocari per ſapientes (vt diximus) affirmat, omnes deſcriptionis huius particulas cōuenire. Et vbi elementa corporum inducit, expreſſe aſſerit eis quoq; particulam illam diffinitionis competere, (indiuiſibili, inquā, ſpecie in alias ſpecies) vt ipſe quoque Anto. and. exponit, quod vtiq; falſum eſſet ſi ſpecies ibi ſumeretur pro ratione, cum etiam elementum, diuerſarum rationum, immo realitatum partibus, materia inquam formaq; conſtet, ac in hæc (vt ita dixerim) diuidatur corruptum. Vel ergo Ariſtote. doctrina hæc, vana eſt, ac falſitati obnoxia, vel æquiuoce hic & paulo ante vtitur ſpeciei nomine, quod puto nec iſti concederent. Eo enim id falſum eſſe concedente conſtat quod deriſibile foret volenti diffinitionis alicuius particulam declarare, ſub alio eam ſenſu in declaratione proponere quàm ſumpſerit diffinitio. Iam enim non illam, ſed aliud quid exponeret. Vel certe iſte falſa multa neceſſe eſt intermiſceat dum veritatem oppugnat. Etenim particulam quam Ariſt. (huius etiam teſtimonio) ex propoſito aſſerit ſimplicibus competere. Et ob hoc recte fuiſſe ab antiquis elementa vocata, hic dum ſanctum Doctorem impugnat, negat prædictis corporibus conuenire, & ob hoc iterum negat prædicta corpora eſſe atque vocari debere ſimpliciter elementa, eo quod eorum ſingula in plures rationes diuidantur, vt ſic e directo in omnibus repugnet Ariſtote. Vnde patet ex his tertium quod propoſui, præfatam inquam, in diuum Thomam huius viri calumniam, veritati in omnibus repugnare, niſi Ariſt. vera docuiſſe quis neget, & ſic ab omnibus ſapientibus deſideri cupiat. Nec modus loquendi Ariſtō, dum quaſi ab alijs ipſa corpora ſimplicia eſſe vocata elementa proponit, prædictæ iniuſtæ calumniæ in aliquo ſuffragatur. Quinimmo ex authoritate (vt diximus) antiquorum doctrinæ proprie non repugnante, immo ſibi quàm plurimum accommodata, cōfirmat magis propoſitum quàm infirmet. Cōgruum vero extitit vbi de ſignificatione huius nominis agebatur, huius etiam nominis inuentores primos inducere: & ex his, alibi reiectis aliis quæ falſo circa elementorum naturam rerumq; principia opinabantur, tātummodo vetam hic elementi denominationem ſe accipere ac declarare inſinuauit. Vbi autem non de ſignificatione nominum ſermo eſt, nec declarare intendit qualiter prædictis corporibus elementi ratio competat, tam non quaſi antiquorum verbis illa vocat elementa, ſed ſua aſſertione ſub elementi uocabulo ea proponit, ac de eiſdem ſæpiſſime diſputat. Hoc patet primo phyſicorum tex. commen. 44. & ſecundo cœli tex. commen. 19. & 20. ſecundo quoq; de generatione tex. commen. 34. in quibus locis probat elementa adinuicem eſſe contraria. Quarto etiam metheorum tex. com. primi, quatuor cauſas elemētorum inducit, calidum inquam & frigidum, humidū & ſiccum, & ſūpponens omnibus eſſe notiſſimum quæ ſint elementa, ea ibi aliter notare negligit. Secundo quoq; cœli. t. c. 19. & tertio

cœli

A cœli. t. com. 51. & inde, & ſecundo de generatio. t. c. 24. probat elementa eſſe generabilia. In eodem etiam proceſſu tertij cœli, probat non eſſe tantum vnum elementum, nec eſſe infinita, & quod ex nullo priori generentur, ſed ex ſe inuicem. Quæ etiam elemēta in libro de proprietatibus elemētorum capitulo primo quatuor eſſe corpora ſimplicia docet, vnicuiq; propria diſtribuens, ſm quæ à ſe inuicem diſtinguuntur. In his & alijs multis locis Ariſt. ipſa ſimplicia corpora ſimpliciter & abſolute vocat elementa, quod quidem vituperabile foret, ſi non eis elementi ratio conueniret. In qua etiam re id aduertendum eſt, quod cum prędictæ conditiones ac proprietates, pluralitas inquā, contrarietas, generabilitas & corruptibilitas, cauſaſq; habere calidum & frigidum, humidum & ſiccum, materiæ primæ ex omni parte repugnent, patet neceſſario non ei elementi etiā rationem competere. Non enim eſſent illa corpora elementa, nec plura eſſent ſubſtantiarum elementa, ſed vnum tantum ipſa materia. Et mirum certe eſſet q̄ cum in prędictis

B elementi totiens fecerit Philoſophus mentionem, nunquā materiæ meminiſſet, ſi materia eſſet elementum. Cum igitur ſemper ſubſtantiarum corruptibilium elementa, poſuerit & vocauerit quatuor ſimplicia corpora omnibus notiſſima, patet q̄ & negare prędicta ſimplicia corpora eſſe elementa, & dicere materiam primam eſſe elementum, illi cōtrariatur. Ex his omnibus patet elementum quidem ad genus cauſæ materialis pertinere, vt etiam. S. Tho. ex intentione Philoſophi in principio expōnis dicit, nō ãt eē materiā primā vt Anto. an. leuiter putauit. Et de his ſatis.

DEFENSIO III.

Vbi ſupra parte eadē poſt prædicta verba Philoſophi immediate.

Vt vocis elementa ex quibus componitur vox, &

C in quæ diuiditur vltima. Illa vero nō in alias voces ab eis ſpecie diuerſas, ſed & ſi diuidantur, particulæ ſunt conformes.

HOC IN LOCO Anto. and. impugnat diuum Thomam proponendo dubium in hæc verba: Sed hic eſt vnum dubium, quomodo. ſ. litera ſit diuiſibilis, vt Ariſt. innuit. Et dicitur à quodam expoſitore, q̄ litera in prolatione eſt diuiſibilis ſm tempora, quatenus litera longa habet duo tempora, breuis vero vnum, et hoc modo particulæ in quas litera diuideretur, eſſent vnius rationis ſpecifice. Sed contra, tum quia ſm grammaticos diuiſio in tempora, ſiue habere duo tempora vel vnum, non competit literæ ſed ſyllabæ. Non enim dicitur vna litera longa alia breuis, inquantum litera eſt. Sed ſi ſic, hoc eſt inquantum litera per ſe facit ſyllabam & accentum, competit autem ſyllabæ per ſe. Tum quia eſto q̄ ita eſſet, adhuc non eſſet ad mē

D tem Philoſophi, quia tempus cum ſit menſura extrinſeca prolationis literæ vel ſyllabæ, nec litera nec ſyllaba poteſt diuidi in tempora, vt in particulas habentes rationem elementi. Nam elementum eſt in exiſtente. Dicēdum ergo aliter q̄ litera eſt ſimpliciter indiuiſibilis in alias voces, nec habet quo ad hoc rationem elementi. Sciendum tamen q̄ aliquando bene arguitur & oſtenditur veritas alicuius, nō ſolum expoſitione poſſibilis, ſed etiam impoſſibilis. Exemplum. Impoſſibile eſt hominem non eſſe riſibilem, ſed illo poſito, adhuc eſſet verum quod homo eſſet rationalis, q̄ homo non eſſet non rationalis per non eſſe riſibilē, ſed magis forte econuerſo. Hunc modum loquendi ſeruat hic Ariſtote. dicens, q̄ etſi literæ diuidantur, ſupple ponendo impoſſibile, illæ particulæ literarum eſſent conformes vnius rationis ſpecifice, quod non poteſt dici de ſyllaba ſicut patet. Hæc ille formaliter.

Sed hinc omnibus expreſſe notum fieri poteſt, quod vir iſte nō ſimplici oculo ſanctum Doctorem potuit intueri, quandoquidem. S. Doctoris doctrinam dum in parte exponit, putat impugnare. Ne autem pro ea parte quam impugnat, ſua intentio calumniam pateretur, non omnia verba ſancti Tho. recitat, ex quibus ſtatim talem impugnationem eſſe vaniſſimam innoteſceret: ſed quædam affert tantummodo quæ pro ſuæ impugnationis aliquali apparentia videantur facere. Et hic etiam truncate producit ac falſe. Male etiam determinat, et peius ſuam determinationem declarat. Primum patet. Nam his verbis quæ ab impugnante in medium afferuntur, præmittit. S. Tho. literam Philoſophi exponendo, q̄ literæ non reſoluuntur in alias voces ſpecie diuerſas, ſed ſi aliquo modo diuidātur, particulæ in quas fit diuiſio erunt conformes, id eſt vnius ſpeciei, ſicut omnes particulæ aquæ ſunt aqua. Et ſubdit. Diuiditur autem litera ſm tempora &c. Ex his manifeſte patet quod. S. Tho. vult oſtendere iuxta intentionem & verba textus Ariſt. quod literæ ſunt elementa ſyllabarū eo, quia non ſunt reſolubiles in alias voces, quę ſcilicet ſint partes diuerſarum rationum ipſius literę: & intendit de partibus integralibus literæ, vt eſt vox articulata vel pars vocis articulatæ. Quod vero ſubdit literam etiam ſicut & vocem articulatam diuidi in tempora, non intendit quod diuidatur in ea ſicut in partes integrales prædicto modo, quo immediate negauerat eam habere partes, vt aqua in partes aquæ, quod tamen ſibi imponit Ant. an. & ſic vtiq; ſibi eſſet imponēdum, ſi ſic inepte & truncate locutus fuiſſet, quo modo allegat eum iſte bonus homo, ſed intendit & expreſſe dicit quod diuiditur in ea aliquo modo, ſcilicet eo modo quo cum temporibus habet cōpoſitionem. Vnde diuitur in ea ſicut ſubiectum in accidentia, penes etiam accidens extrinſecum, & non ſibi primo conueniens, vt bene inducit Anto. and. quaſi declaret atq; cōfirmet. S. Tho. intentionem, dum eum impugnare cupit. Cum enim litera aliquo modo diuidatur in tempora, quomodocunq; ſibi cōpetat talis diuiſio intrinſece videlicet vel extrinſece, primo, et vel nō prīo, ne occaſiōe huius diuiſionis forte q̄ credat literā non eſſe elementū, ſed potius id cōpetere partibus ſiue rebus in quas ſic diuiditur, addidit Philoſophus quod ſi litera diuiditur, ſcilicet aliquo modo, vt exponit S. Tho. omnes particulę eius erunt conformes, ſcilicet eiuſdem ſpeciei. Nam tempus longum & breue non ſunt diuerſarum rationum tempora, & conſequenter nec litera longa & litera breuis. Et ideo ſicut aquam eſſe indiuiſibile non impedit, quin aqua ſit elemētum, quia eſt diuiſibilis in partes eiuſdem rationis, eo q̄ ambo partes conueniunt in ratione aquæ: ita ex diuiſione literæ in tempora non impeditur quin ipſa ſit elementum, quia tam breue q̄ longum tēpus in ratione temporis conueniunt. Nec expoſitio hęc ſancti Tho. qua addit ly aliquo modo, eſt voluntaria aut nō de intentione Philoſophi. immo ex intentione literæ neceſſario elicita. Cum enim Ariſt. abſolute dixerit literas non diuidi in partes ſpecie diuerſas, ſi propoſuiſſet poſtea ſub cōditione eam poſſe diuidi, & intelligeret de diuiſione abſolute & eo modo, quo iam negauerat eas poſſe diuidi, videret dubitare de eo quod iam determinauerat, quaſi poſſet falſum eſſe. Ergo credendum eſſe, ſi hæc dixit contextus literæ, vt non de diuiſione illa, ſed de alia quæ ſibi quocunq; modo poſſet accidere intendat Philoſophus. Item, quis dixit q̄ litera diuidatur in tempora, ſicut in particulas habentes rationem elementi? Ecce enim q̄ hoc homo vel peruertit vel non intelligit. S. Tho. immo ex hoc quod illę particulæ non poſſunt habere rationem elementi, eo q̄ nō ſit in illas reſolutio vt in partes diuerſarum rationum, infert Philoſophus & diuus Tho. q̄ non infringitur, quin litera ſit elementum, etiam ſi in tales particulas diuidatur aliquo modo. Falſum etiam eſt quod aſſumit, dum dicit quod litera per hoc quod eſt indiuiſibilis, ſimpliciter in alias voces non habet rōnem elemēti. Cōtra hoc enim ſic arguit. Hæc particula cōplet diffinitionē elemēti, & līa p Philoſophū

Universidad de Deusto
Biblioteca

I est elemẽtum, ergo ex ea cum alijs habet litera quod sit elementum. Et confirmatur, quia materiam primã dixisti supra contra sanctum Tho. esse elementum, eo ꝙ sibi competat hæc particula, ergo pari ratione & omne aliud elemẽtum, & sic etiam litera. Si tamen intendit ꝙ litera ex prædicta conditione sola, non habet complete rationem elementi, eo ꝙ requirantur aliæ particulæ in diffinitione positæ, verũ quidem dicit, licet non bene id explicet, nec ad ꝓpositũ loquatur. Neq; enim hoc ex dictis sequitur, nec ad dicenda confert, nec suæ impugnationi in aliquo fauet, quia ſm hũc sensum verum, idem concederet S. Tho. Et nihilominus in dispendium, honorem suum exponit, dum facit aliquis ex verbis suis sic simpliciter & inepte & prolatis posset æstimare, quod intentio sua foret, vel quod litera non sit elementum, vel esse simpliciter indiuisibile in partes diuersarum rationum, non sit necessario concurrens ad rationem elementi, ex quorum singulis posset facile à sapientibus deriderí, cum vtrumq; falsum sit & contra Philosophum. Secundum etiam quod erat videndum, scilicet quod male determinet, & male declaret suam determinationem, peiusetiam declarationem confirmet, ex his patet. Et primo quidem cum ex impossibili quatenus impossibile est, nulla veritas sequi possit, nulla etiam per illud, vt sic poterit declarari, cum omnis declaratio per aliquam argumetationis specie necessario fiat. Ex falsis siquidem & etiã impossibilibus sequi vera possunt, sed nõ quatenus falsa sunt, sed vt aliquid veritatis includunt, & illius tm̃ virtute, alias nõ cognoscibile cuiusmodi est falsum, vt sic esset principiũ cognoscẽdi. Secũdo si ĩra impressionis viciata nõ sit, in intelligibilia prorsus verba sunt viri huius. Si vero sit vitiata, & sit legẽdũ, vt Mauritius ĩ margine? non tauit, (qui tñ non notare sub typo alterius literæ quasi possent ambo manere, sed intelligibilem literam corrigere debuisset.) Si inquam illo modo legatur, put etiam ipse recitauit, vt dicat, quia homo nemo etiam nõ rationalis per non esse risibile, patet manifeste hoc falsum esse, vel non ad propositum eius quod immediate assumit, posito. ſ. ꝙ homo non sit risibilis. In bona autem consequentia oppositũ cõsequẽtis infert oppositũ añtis. Sequit ergo formaliter, hõ nõ est risibilis, ergo nec rõnalis. Nõne ẽt datur demonstratio à posteriori? & hæc pueris nota sunt. Id ergo qđ ad hoc propositum confirmandum adductum est, si sit ad ꝓpositum eius quod præmisit, vt intendat hominem nõ esse rationalem per non esse risibilem, quia. ſ. non esse rationale nõ sequit ex nõ risibili, pariter falsum est, & incongrue applicandum per modum probationis, quia sunt penitus idẽ ſm sensus. Probare autem idem per idem, insipientis est. Si autem intendit, vt verba innuunt, ꝙ esse non rationale non est per esse nõ risibile tanꝝ per causam, sed potius eõuerso, verum quidem est, sed nõ ad propositum, vt ante diximus. Necꝙ enim assumptum illud falsum, de causalitate quicquam innuit, sed simpliciter dicit posse hominem esse rationalem, ẽt si non esset risibilis. Sed & hoc assumptum si ſm causalitatem intelligi debeat, non est etiam ad propositum eius pro quo assumptũ est, quia nullo modo ꝓ hoc declaratæ regula illa falsa & supra impugnata. vꝫ ꝙ aliqua veritas possit ex positione alicuius impossibilis ostendi. Quid enim ostẽdit vel manifestat de veritate huius, hõ est rationalis, hoc ꝙ homo non sit risibilis? vel ꝙ esse non risibile non sit causa huius, ꝙ est esse non rationale? Potius veritati illi ne cognoscatur id plurimum confert. Sed esto ꝙ sit regula vera, sit & verum quod induxit exemplum, adhuc non est ad propositum. Nam dicit regula, ex impossibili posse veritatem ostendi. Et exemplum nõ dicit, ex impossibili veritatem sequi, puta ex hoc ꝙ homo non est risibilis, quod homo sit rationalis. Quomodo autem potest exẽplificari, ꝙ veritas ex impossibili declaretur vel quocunq; modo ostendatur, si exemplum nil dicat de hoc, qđ est veritatem illam sequi aliquo modo ex illo impossibili? Omnis enim manifestatio ex aliquo est per modum sequelæ, ſm aliquam speciem argumẽtationis, vt diximus. Patet igitur ꝙ hic homo multa falsa induxit & adduxit, vt veritatem vnicam impugnaret.

DEFENSIO IIII.

Libro. 5. t. cõ. 5. capitulo de natura, parte prima.

Amplius vnde motus primus in quolibet naturalium ens, & est in eo inquantum id existit.

HOC IN LOCO Antonius an. tenet & multis argumẽtis adstruere nititur, quod principiũ positum in diffinitione naturæ, pro ut natura accipitur hic tertio modo, intelligendum sit & interpretandum de principio passiuo tantum. Et hic licet non nominet sanctum Thomã expresse, nec etiam Mauritius in margine, quia forte fugit illum id sanctũ Thomæ sententijs repugnare, tamen quia in libro septimo super capitulo. 22. impugnans illud sancti Thomæ expresse ibidem nominati dictum, asserit contra sanctum Thomam se hoc in loco quod affert probasse, & hic dicit huius oppositum quoddam tenere, vt manifestum sit ꝙ intelligit de sancto Thoma, ideo non excedit limites ꝓpositi mei defensionem propriã ad id afferre. Sic ergo hoc in loco dicit Antonius and. Sed aduertendum quod principium motus quod dicitur natura, à quo dicitur motus naturalis distinctus contra violentum, accipitur non pro principio actiuo (vt quidam dicũt) sed pro principio passiuo, quod probatur primo sic. Quia naturalis mutatio est secundum quam passum mutatur, sicut aptum natum est mutari à quocunq; agente. Vnde octauo physicorum Philosophus assignans causam, quare elementa naturaliter moueantur ad sua loca, puta grauia sursum & leuia deorsum, dicit quod causa huius est, quia sic apta nata sunt moueri. Sed nunquam passum est sic aptum natum propter principium actiuum inexistens sibi, sed propter principium passiuum quo sic naturaliter inclinatur, ergo ista naturalitas est ex parte principij passiui naturaliter inclinati. Probatur secundo. Natura pro ut est principium motus et mutationis naturalis est principium intrinsecum, quia est principium motus & quietis eius in quo est. Sed natura respectu principij passiui est principium intrinsecum, & non ratione principij actiui, ergo ista naturalitas accipiẽda est ex parte principij passiui & non actiui. Minor probatur ex secundo physico. vbi dicitur quod accidit infirmo, qui mutatur ad sanitatem quod sit medicus, vel habeat artem quę est principium actiuum sanitatis, quia tunc sanaretur inquantum medicus, quod est falsum. Accidit enim infirmo qui sanatur esse medicum. Præterea tertio hoc idem patet ex diffinitione naturæ, quia natura est principium motus & quietis eius in quo est primo & per se, ex secundo physico. Sed impossibile est quod principium motus sit in moto primo & per se, quia quod mouens & motum concurrant in eodem, accidit, quod patet quia possunt separari, ergo natura sic accepta non dicitur de principio actiuo, ergo de passiuo. Hæc illæ formaliter. Circa hanc impugnationem duo faciam principaliter, primo enim probabo esse de intẽtione Philosophi, quod principium motus quod & hic & in secundo physico. ponitur, esse natura quæ & per ipsum diffinitur, dicitur communiter de principio actiuo & passiuo & etiam de formali, vt induit tamen rationem actiui vel passiui principij. Secundo respondebo argumẽtis Anto. an. hic adductis ad oppositum nostræ conclusionis. Quantum ad primum probatur propositum primo sic. Philosophus secundo physi. in principio volens concludere diffinitionem naturæ, sic arguit: Id est natura per qđ in eo ꝙ habeẽ ab aliquo distinguit illud, vt naturale a nõ naturalibus. Sed naturalia distinguunt̃ a nõ naturalibus per hoc ꝙ habent in se principium motus, ergo natura est

principium

principium motus in eo in quo est &c. Super hac autem Philosophi ratione habita expresse in prædicto loco, sic arguo ad intentum: Eo modo accipitur principium motus in hac conclusione, & per consequens in diffinitione naturæ, quo modo sumitur in illis præmissis, aliter ratio Philosophi peccaret per fallaciam æquiuocationis. Sed in præmissis principium motus sumitur cõmuniter ad principium actiuum passiuum acꝙ formale, ergo principiũ motus positum in diffinitione naturæ est cõmune ad omnia hæc, & sic nõ dicitur tm̃ de principio passiuo, vt iste dicit. Minor autem patet expresse ex verbis Arist. in loco allegato, quia declarans qũo naturalia à nõ naturalibus distinguũtur per habere in se principiũ motus, dicit ꝙ alia naturalia habent in se principiũ motus ſm locum, ꝙdam ſm augmentum, quædam vero ſm alterationem. Sed omnia hæc sunt principia motus actiua, ergo de principio actiuo intendit, tam etsi in his etiam includatur aliquod principium passiuum. Quod enim principium motus naturalis ſm locum, quod est in aliquo naturali quod mouet seipsum sit actiuũ, patet per Arist. octauo physico. t. com. 28. de motu animatorũ, qui ideo naturalis est & nõ artificialis, quia habet talis motus in se principium per se, & tale principium est vna pars mouens. In omni enim tali quod sic seipsum mouet, oportet esse duas partes, vnam mouentem & alteram motam. Pars autem quæ dicit & est mouens, est consequenter principium actiuum. Mouens enim vt sic, agit. Quod ẽt principium motus augmenti sit actiuum patet, quia est potẽtia aĩæ vegetatiuæ q̃ dr̃ potentia augmẽtatiua. Ois aũt potẽtia aĩæ vegetatiuæ est actiua, vt ab omnibus philosophis cõceditur, quod & Scotus pro se inducit. 2. d. quinta ad probandum ꝙ mater concurrat actiue ad prolis generationẽ. Quod etiam motus alterationis sit à principio motus actiuo intrinseco, patet de aliquo, quia alteratio per calorem, et absolute cum scilicet calidum quodcunq; calefacit, & vt calor etiam est instrumentum animæ mouentis ad generationem & nutritionẽ, est ab ipso calore vt à principio actiuo, cum instrumẽtum agentis vt sic, ad genus etiam actiuæ causæ pertineat, ergo &c. Quod autem calor sit instrumentum animæ prædicto modo, est expresse sententia Philosophi secũdo de anima. t. c. 4. i. Sequitur ergo ꝙ principium motus positum in diffinitione naturæ, non dicat̃ tm̃ de principio passiuo. Secundo ad idem. Id quod prædicatur de materia & de forma non est principiũ passiuum tm̃, quia cum agẽs agat inquantũ est actu, est aũt actu per formã, sequitur ꝙ forma sit agens, vt quo: & hoc modo reducitur ad principiũ actiuum. Sed principiũ positũ in diffinitione naturæ, dr̃ essentialiter de materia & forma. Quod patet qꝫ Philosophus. 2. physi. a. t. c. 7. vsq; ad duodecimũ diuidit naturã in materiam & formã, ergo &c. Tertio idẽ patet ex modo quo semper Philosophus cõsueuit denominare causam efficientem. In secundo enim physicorum, primo quoque ac. 5. metaph. vbi distinctionẽ causarum declarat, & vbicunq; de causa efficiente quacunq; ratione alibi verba facit, semper eã vocat: Vnde principium motus. Ex quo sequitur ꝙ est ꝓprium huius causæ vocabulũ ſm intentionem Arist. Non ergo alteri causæ qualis est causa materialis seu passiua, & præcipue ei quæ efficienti maxime opponitur, potest ad eius intentionem interpretari esse intelligendum conuenire tale vocabulum, vel aliam causam significare quam causam efficientem. Confirmatur, quia cum ex hoc ꝙ semper nominat causam finalem, id cuius gratia, nullus talem modum dicendi auderet interpretari ſm intentionem Philosophi de quauis alia causa. Et ex hoc quod nominat semper causam formalem speciem & rationem, nullus talem denominationem alteri causæ tribueret in via eius. Et similiter ꝓ hoc quod semper causam materialem vocat, id ex quo aliquid primo sit cum insit, nullus affirmaret tale dictum quãcũꝙ aliam causam apud Philosophum significaret nisi partiformiter deducit, quod ex hoc ꝙ semper principium effectiuum alibi vbicꝙ denominat per hoc quod dico: Vnde principium motus, nõ potest aliquis nisi contra Philosophi intentionem, eius prædictum textum secundi phy. in principio vbi dicit: Naturalia in hoc distingũt à non naturalibus, quia illa habent in se principium motus, & nõ ista, & idẽ positũ in diffiõe naturæ interpretari de alio principio q̃ actiuo. Et sic videtur sequi, quod non solum nõ intelligitur tantum de principio passiuo diffinitio illa naturæ, sed etiã quod de eo nullo modo interpretandum sit, quod qualiter habeat intelligi, paulo post dicetur. Quarto ad idem arguo ad hominem. Motus grauium & leuium ideo sunt naturales, quia in graui est grauitas, & in leui est leuitas, tanquam principia intrinseca talis motus. Sed in capitulo de potestate vbi sanctũ Thomam oppugnans, & inculcans nonnullas falsitates, dicis inter alias & hanc: (si ad intentionem sancti Thomæ loqueris) quæ modo militat contra te, videlicet quod formę grauium & leuium ipsa, scilicet grauitas & leuitas sunt principia actiua talium motuum. Ergo principium motus à quo aliquid dicitur naturale est actiuum. Tale autem principium à quo motus dicitur naturalis, est natura, ergo &c. Item quinto. In septima super tex. c. 29. dicis virtutem formatiuam in semine esse magis accidens seminis quàm substantialem eius formam, & eandem dicis esse virtutem actiuã. Cum igitur sit principium generationis naturalis, & sit in eo quod generatur, quia in semine, ex quo ſm te generatur animatum. Ponis enim matrem concurrere actiue ad generationem, cuius semen est materia fœtus, sequitur ꝙ principium actiuũ est natura. Immo & Arist. 8. huius. t. c. 12. dicit sperma esse causam mouentem, ergo & virtus qua mouet, ergo idem quod supra. Ex his liquido patet ꝓpositum, ꝙ videlicet principium in diffinitione naturæ positum, non habet solum intelligi de passiuo, vt Anto. an. astruere nitebatur. Antequam autem argumenta eius ad hoc inducta dissoluam, declarandũ est vnũ dubium, quod est tale. Quia ex quarta ratione inducta, videtur concludi non solum quod principium positum in diffinitione naturæ, non sit tantum principium passiuum, sed etiam ꝙ nullo modo sit principiũ passiuum. Cuius tamen contrarium tenet sanctus Tho. & in secundo phy. & in. 5. metaph. capitulo de potestate, vbi dicit exponẽs primum modum potentię, quod est quoddam principiũ motus & mutationis in eo in quo est, quod nõ spectat ad potẽtiam actiuam sed passiuam: & exemplificat de grauitate et leuitate, ex quibus cum sint in his quæ mouentur sursum vel deorsum, tales motus dicuntur naturales. Cuius oppositum tenere se dicit ibi Anto. an. videlicet quod illæ qualitates non sint principia passiua sed actiua. Et spondet se id probaturum esse in nono metaph. Ad hoc respondetur. Primo quod motiuum rationis quartæ, vnde dubium hoc oritur, habet intelligi vbi se Arist. non declarat, quod scilicet aliquod vocabulum vel dictum, vbicꝙa se positum pro vno significato tanquam pro proprio, non debeat communius & vt ad plura se extendens accipi in aliquo alio loco. In secundo autem physicorum, licet naturam vocet principium motus, quod alibi vbique accipit pro principio effectiuo, dat tamen intelligere quod debeat ibi communius intelligi, dum ipsam naturam diuisit in formam atq; materiã. Et sic ex intentione speciali habetur hic, qđ tale principium motus se extẽdit ad principium actiuum & passiuum, tametsi alibi strictius eo sem per vocabulo vti ei placuerit. Secundo respondetur, ꝙ ly principium motus, in illa diffinitione proprie nõ sumitur, nisi pro principio motus actiuo. Sed quia non põt esse principiũ motus in eo in quo est per se & non ſm accidẽs, nisi sit ibi determinatum mobile per determinatas dispositiones, tale principiũ actiuum determinate, & per se respicientes, (neq; n. esset ꝓ se principium motus sine his, sed potius per accidens, eo quod non magis hoc mobile respice,

Universidad de Deusto
Biblioteca

I ret ꝯ aliud ideo tale etiam ſubm, & tales ēt diſpoſitiones per ſe concurrunt ad talem motū. Licet ergo proprie natura ſit principium motus actiuum, vt diximus, aliquo tamen modo & per ordinem ad hoc principium cui debetur prio ratio naturæ, illa etiam quæ ad talem motum per ſe concurrunt poſſunt dici natura. Et confirmatur iſta reſponſio per Ariſto. qui. 2. phyſi. t. c. 12. dicit formam eſſe magis naturā ꝯ materiam, ad quam ēt reducunt oēs mate rales diſpoſitiones. Et cōſequenter dum analogice de his prædicatur, & prius ac ideo proprie de forma, per poſterius autem & ſic in ordine ad formam de ipſa materia, & ſub forma intelligitur principium actiuum: quia omne agens agit inquantum eſt actu, quod non competit niſi formæ, vel formato ratione formæ, ſequitur ꝙ diffinitio naturæ de principio tantum actiuo proprie interpretāda ſit. Ea enim quæ analogata ſunt, non ſuſcipiunt communis analogi prædicationem, niſi per ordinem & attributionē ad eorum primum, cui proprie & perfecte ipſa competit analogi communis ratio. Tertio poſſet reſponderi quod Ariſtote. in diffinitione naturæ claudit ſimul vtrunque principium. Nihil enim poteſt naturaliter moueri, niſi vtrunq; concurret principium, actiuum videlicet & paſſiuum, quia tamen inter hæc, principium actiuum nobilius eſt, ideo tanquam à nobiliori totum illud copulatum concurrens denominauit nomine, quo vbiq; vtitur ad deſignandum principium actiuum & cauſam efficientem. Ad huius ſolutionis declarationem aduertēdum eſt, ꝙ dans formā dat etiam omnia cōſequentia formam. Generans autem ex hoc dicitur generās, quia dat formam genito, ergo generans dat omnia conſequentia formam, id eſt omnia accidentia, inter quæ ſunt aliqua paſſiua tantū in aliquo mobilium aliquo aūt alio inueniūt ēt aliqua motus virtus actiua, habens determinatam aliquam mobilis partem pro adæquato ſubiecto. Primum patet in gra uibus & leuibus, in quibus ſunt quædam accidentia, ſcilicet grauitas & leuitas, quibus diſponūtur ad motum ſine impedimento intrinſeco: imo vt cōnaturalem ſuſcipiant ad propria loca, quæ qualitates cum cōſequantur ad eorū formas ſubſtātiales, referendo ſingula ſingulis, dicūtur eſſe à generante, à quo etiam eſt ipſa forma. Et conſequenter ille talis motus ex leuitate vel grauitate procedens, eſt etiam à generante. Et propter hoc dicitur à Philoſopho. 8. phyſi. ꝙ grauia & leuia mouentur à generāte. Et quia mouet per formā ſubſtantialem quam dat eis, ſequitur ꝙ ipſa quoq; ſubſtantialis forma poſſit dici mouere ea, ſed tamē vt mouens quo, & vt inſtrumētum primi generantis. Et ſimiliter (licet minus proprie) mouent etiam vt quo, ipſa grauitas & leuitas, inquantum. ſ. ſunt ea quibus tanquam formalibus & proximis innatis, & non tanquam intentionaliter aduenticijs inſtrumentis generans mouet eadē grauia ſeu leuia. Quæ tamen qualitates vt ſe tenent ex parte materiæ, & vt diſpoſitiones materiales non habent vt ſic rationem mouēdi ēt vt quo, ſed diſponentis materiam tantum, vt ſupra dictum eſt, & ſic rationem principij paſſiui & nō actiui. Licet autem & forma ſubſtantialis, vt dixi, & grauitas & leuitas ſint aliquo modo mouentia actiue, vt ſunt inſtrumenta agentis, & ſic vt quo: quia tamen in ipſo mobili non diſtinguuntur ſubiecto & ſitu ab aliquo, qđ etiam in eodem mobili ipſis mediantibus à generante mouetur (habent enim ipſum totum mobile in quo ſolo, vt ita dixerim, ſtituantur pro ſuo ſubiecto adequato) ideo nullo modo poſſunt dici mouentia vt quod. Et ob hoc ꝓpter primum quidem dicuñ grauia & leuia moueri, in ſeipſis, ſed propter ſecundum nō poſſunt dici moueri à ſeipſis. Animata autem quælibet habent vltra hoc duas partes in ſe ſubiecto et ſitu abinuicem diſtinctas, quarum vna eſt primum ſubiectum virtutis motiuæ, ſicut in animalibus cor, quo ad motum localem, vel etiam alterationes multas: & aliæ quædam partes ſunt propria ſubiecta diuerſarum virtutum actiuarum animæ vegetatiuæ, ſicut virtutis generatiuæ, nutritiuæ, attractiuæ, expulſiuæ, augmētatiuæ, & ſic de alijs. Quæ etiam virtutes vegetatiuæ animæ inueniuntur in plantis, & in proprijs ac diſtinctis partibus earum, tanquam in proprijs ſubiectis reſident, puta in medullio, ſemine, & alijs talibus quorum diſtinctio non æque bene nota eſt, vt in animalibus. Pars igitur in qua eſt talis motiua virtus, puta quo ad motum localem, cor, eſt mouens omnes alias partes, & etiam totum, motu quidem progreſſiuo in animalibus plectis, imperfectis vero motu dilatationis & conſtrictionis. In plantis ſimiliter partes in quibus ſicut in ſubiectis reſidēt virtutes illæ motiuæ, mouent alias omnes motibus ſibi proprijs, puta nutritionis, augmentationis & huiuſmodi. Et quia talis pars mouens etiam in animalibus, eſt etiam à generante, poteſt & ipſa dici vt mouens quo, inquātum eſt inſtrumentum eius, ſicut & forma ſubſtantialis, & quodcunq; aliud cōcurrens inſtrumentaliter quomodolibet ad motum ipſius ſubiecti in quo eſt. Quia vero eſt etiam (vt diximus) ab alijs diſtincta ſubiecto & ſitu, habet quod aliquo modo poſſit dici vt mouens qđ. Et ratione huius dicit à Philoſopho in. 8. phyſico. quod animata mouent ſeipſa per partes, nō autem grauia & leuia, ſed à generante, licet & hęc moueanē in ſeipſis, ſed non à ſeipſis, vt diximus. Mouere enim & agere vt quod, eſt habentis per ſe eſſe, et conditincte ab alijs, vel proprie & perfecte vt completum in ſpecie, ſicut quodlibet individuum ſubſtantiæ, vel aliquo modo, ſaltem in eſſe partis heterogeneæ ſicut eſt prædicta pars mouens. Cum igitur in omni quod quocunq; prædictorum naturalium motuum mouetur, inueniatur principium etiā motus & ipſum mouens, vel vt quod, vel ſaltem vt quo, ſicut prædiximus, & ad motum ambo concurrant & vnū completum & totum principium motus, denominatio ēt alicuius totius cum a nobiliori in eo fieri debeat, ſequitur quod non incongrue potuerit, imo debuerit Philoſophus nomine actiui principij, & nō paſſiui, talis motus cauſam denominare, vt in principio tertiæ huius ſolutionis dixi ad dubium. Sed adhuc ex dictis dubitari poteſt. Cum enim materia ſit etiam natura, vt patet ſecundo phyſicoꝝ, ſequitur quod ſit principium motus, ergo & aliquo modo actiuum ſm prædicta, ſaltem vt quo. Quod tamen eſt falſum. Neque enim eſt inſtrumentum agentis aliquo modo, ſed ſubiectum actionis, & valde remotum. Reſpondetur ꝙ dictum eſt, neq; etiam verum eſt, quod omne ꝙ concurrit quocunq; modo ſimpliciter ad motum, poſſit aliquo modo habere rationem principij actiui, ſed ꝙ omne quod eſt à generante in eo quod mouetur. Et tale quid eſt vel forma ſubſtantialis vel accidentia, quæ conſequuntur ad illam. Materia autem prima, nec eſt ab agente, nec ad formam ſubſtantialem conſequitur, ſed omnibus ꝓſupponitur. Vnde ratio non procedit. Dicitur autem natura, non ꝙ ſe tantū conſiderata, ſed vt ſtat ſub forma. Sicut enī ſine forma non habet eſſe, ita nec agere aut pati paſſione actidētali, qualis eſt motus, ſaltē aliquis, & per conſequens non eſt eius principiū, nec cōſequenter natura, niſi vt ſtat ſub forma & diſpoſitionibus quæ per ſe ad naturalem motum concurrunt aliquo modo actiue, vt diximus. Vnde & ſanctus Tho. ſecundo phyſicorum in principio dicit quod ex materia ſola, motus non dicitur naturalis, indicans per hoc quod ipſa ſola non eſt natura. Si enim per ſe eſſet natura, motus etiam per reſpectum ad eam, naturalis eſſet, vt patet ex. t. quarto eiuſdem ſecundi. Dicitur ergo natura ſolum, vt eſt pars cauſati & mobilis, & quia eſt ſubiectum formæ & aliorum quibus competit eſſe principium motus quod, vel quo, vt prædiximus. Et hæc de primo principali. Quātum ad ſecūdū principale, reſpōdē dum eſt argumentis contra hanc ꝓdictam determinationē inductis ab Anto. an. Ad primum igit dicit ꝙ verum concludit in inanimatis, et de his intendit Ariſt. Expreſſe enim

quærit

quærit de motu grauium & leuium dicēs: Queriť quare in ipſoꝝ locum mouenť grauia & leuia. Et reſpondens dicit: Cauſa aūt eſt qa apta nata ſunt, & hoc eſt graui & leui eſſe &c. Patet igiť expreſſe ꝙ loquiť de motu grauiū & leuium in quibus vtiq; verū eſt eſſe principiū motus paſſiuū, quo apta nata ſunt moueri, et tale principiū eſt grauitas in graui & leuitas in leui. Secus autē eſt in ipſis animatis in quibus vltra principium paſſiuum, eſt ēt principium actiuum ſui motus, vt ꝓbatum eſt ex expreſſa intentione Ariſt. 8. phy. vbi in. t. c. 27. primo in generali dicit: Aliqua a natura ſeu ſm naturam a ſeipſis moueri. ex quo dicto ſequiť expreſſe, ꝙ alicuius motus naturalis principiū eſt in eo qđ moueť. Principium aūt motus quod dicit mouens eſt actiuum, & dat exemplū in animalibus. Quod poſtmodū explicat in. t. 28. dicens in eis eſſe duas partes &c. vt ſæpe dixi. Argumentum autē optime militat contra te, qui in capitulo de poteſtate in hoc quinto dicis grauitatē & leuitatē eſſe principia actiua, & ibi ꝓmittis te ꝓbaturum id eſſe in. 9. Qualiter aūt & illæ qualitates poſſint aliquo mō dici concurrere actiue ad illos motus, dictum eſt in determinatione.

Ad ſecūdum dicit ꝙ ēt actiuum principium poteſt eſſe intrinſecum ei in quo eſt, & ei quod mouetur ꝙ re primo ſcilicet mobili adæquato, licet non ſit in eo quod mouetur immediate. t. in ea parte quæ eſt rō mouendi ipſum totum, ſed eſt ab ea diſtincta ſm ſitum, vt ſupra diximus. Ad probationem autē minoris negatæ, negaē conſequentia. Nam Philoſophus per illud exemplū non intendit excludere a rōne naturæ artem medicinæ, ex hoc quod eſt principium actiuum, ſed ex hoc ꝙ non eſt principiū motus ſanationis medici vt medicus eſt, ut. ſ. in eo ſit quaſi in proprio & per ſe mobili tali motu, cuius medicina primo & per ſe principium eſt, ſed eſt per ſe primo principium motus in eo vt infirmus eſt, in quo vt ſic accidit eſſe artem medicinæ, & ꝓpter hoc huic motus principio, diſſinitio naturæ nō competit. Propter hoc igit non negatur quin natura poſſit eſſe principiū actiuum, ſed exigiť ꝙ ſit per ſe principiū motus in eo quod mouet, ſeu in eo in quo eſt tanq̄ in ꝓprio et per ſe ſuo mobili, vt clare patet legēti literam Ariſt. Fuit certe valde leuis iſta ꝓbatio, & non digna vt afferreť a tanto doctore: in. 2. d. 18. vñi ab Anto. an. aſſumpta eſt. Ad tertiū negaē minor, & ad ꝓbationem negaē aſſumptum ſi ſit vniuerſale. Non. n. accidit mouens & motū inanimatis concurrere in eodē, ſed cōuenit eis per ſe, vt ex ſepe inducta Ariſt. auctoritate. 8. phy. patet. Licet igitur in aliquibus ſeparari poſſint, quia tñ non in omnibus, ideo in aliquibus tale principium motus ſm ſe eſt paſſiuū, vt in grauibus & leuibus, in aliquibus aūt actiuū vt in animatis. Minor ēt illa male ſubſumit. Neq; n. dicit formaľ Ariſt. ꝙ principiū motus quod eſt natura, ſit in moto primo & per ſe, ſed dicit quod eſt principiū motus in eo in quo eſt primo & per ſe, ita ꝙ ly primo & per ſe non referatur ad hoc tm quod eſt eſſe in moto, quaſi ſolū ſufficiat primo & per ſe eſſe in moto, ſed referatur ēt ad hoc quod eſt eſſe principiū motus: in eo in quo eſt, ut videlicet ſit primo & per ſe principium motus, in eo in quo eſt, etiam primo & per ſe, inquātum tali motu mouetur. Et hęc de defenſione hac dicta ſufficiant, ſitq; benedictus deus. Amen.

DEFENSIO QVINTA.

Tex. com. 5. Parte prima. ſ.

Amplius alio modo dicitur natura, exiſtentium natura ſubſtantia, vt dicentes naturam primam eſſe compoſitionem.

HOC IN LOCO Anto. an. tangit ſcūm Tho. vt & Mauritius in margine notat ex noſe. Dicit autem ſic Anto. an. Notādum ꝙ hanc literā exponit quidā de forma totius, quæ eſt ipſa totalis quidditas & ſubſtantia rei. Sed hoc non videť bene dictū, quia forma de qua loquitur hic Philoſophus, eſt terminus generationis, vt patet ex litera: quidditas aūt vt quidditas eſt, abſtrahit ab omni generatione. Nam æquinitas eſt tantū æquinitas ſm Auic. 5. ſuæ metaph. capitulo primo. Hæc ille. Sed infidelis, defectiua contra Ariſt. & contra veritatē, eſt hęc impugnatio. Infidelis quidē, quia nō oēm refert. S. Tho. expoſitionē, immo taliter, ꝙ ſi huius verba tm modo, & non ipſa ſancti Thome litera legereť, oēs facile putarēt. S. Tho. quo ad formā totī? tantummodo verba philoſophi expoſuiſſe. Cum tñ exponat ſimul & de forma partis. Defectiua aūt ꝓdicta impugnatio eſt ex hoc, ꝙ ſanctus Tho. expoſitionē ſuam ſimul ac opinionem, auctoritate Boethij ꝓbat atq; confirmat, de qua tñ Anto. an. nullā facit mentionē. Hoc autē non niſi ex duobus contingere potuit: quia videlicet uel tōne adducta ſoluere non valuit, vel minoris apud eū reuerētię Boethius fuit ꝙ diuus Tho. vt hic quidem accurate admodum ſe opponat, illū vero nec dignum exiſtimet, vt eius opinionem recitet aut impugnet. Et primū quidem leue caput ſuū petit. Secundum vero adeo apud ſapientes oēs reprehenſibile eſt, ut omnis quę ſcripto merito debuiſſe reprehēſio afferri ēt non vulgaris, ſupuacanea ſit. Et ſaltē ſi cōtra diuū Tho. tñ voluit arma ſummere, ꝓbationem eius in hoc reprehendere debuiſſet, ꝙ nihil apud ſe ꝓbabilitatis afferret. Si uero Boethio ab oibus ſapientibus merito deferendū ſit, dū eius adducte auctoritati ꝓpoſitum. S. Tho. confirmanti ſatisfacere hi nequeunt, iā ſe reddunt de falſitate ſuſpectos, immo conuictos in impugnatione ſua, & palā faciunt ſuā expoſitionem eſſe voluntariā, cum ex rōne ipſa cui ſatisfacere nequeunt, ad aliā quā leuiter impugnant tenēdam neceſſario compellant. Cōtra Ariſt. nihilominus eſt expoſitio prꝓpoſita. Cum Ariſt. nullibi in hoc capitulo mentionē faciat de forma totius, quam tñ ſm Boethij dictū neceſſe eſt vocari & eſſe naturam. Vnde ſequiť expreſſe, ꝙ vbi Philoſophus in aſſignandis naturę modis de ſpecie & ſubſtantia loquiť, intendat de forma totius, quia tota ſpēs eſt totaq; ſubſtantia licet in abſtracto ſignificata, & per dřiam quæ ettā totū dicit, licet a formali in natura rei ſumptum, a Boethio deſignať, & natura vocať. Si. n. de ea Philoſophus nullam mentionem feciſſet, diminutā vtiq; truncatāq; doctrinam tradidiſſet. Tñ ex ipſis quoq; ſuis vocabulis Philoſophus in litera ipſa inſinuat ſe de vtraq; forma loqui. Nam (vt diximus) ſpēi nomen atq; ſubſtantiæ, qnæ totū qđ ſignificāt, nedum formæ totius conuenit, ſed & principalius ei cōuenit q̄ formæ partis. Vnde ſequitur ꝙ de vtraq; cum loquatur, formam ipſam totius ſe exprimere magis & prius inſinuet. Nec opus fuit diſtinguere & ꝓprijs vocabulis vtrāq; formam inducere, quia non de eis vt diſtinctæ ſunt, ſed vt in vna ratione conueniunt qua natura vocentur determinat, ſm hoc inquam quod eſt eſſe terminum generationis. Et iterum quia ratio hæc ex qua aliquid dici poſſit natura, ſpecialis eſt ab illa diſtincta, qua ſupra probauit formam partis eſſe naturam, ideo non ſuperflue idipſum hic intelligendum vult. Quia vero eſſe terminum quo generationis, primo quidem. t. proxime cōpetit formæ partis, principalius tñ formæ totius, eo ꝙ vicinior ſit ipſi eſſe, ad quod tāq; ad perfectiſſimum terminum a quo, & denominatur generatio terminatur, ideo illa etiam principalius eſt natura. Ex his omnibus patet quartum, eādem inquam aduerſarij oppugnationem eſſe falſitati obnoxiam, dum dicit formā totius nec eſſe naturam, nec de ea eſſe textum Ariſt. exponēdum. Ratio autem ſua ad hoc inducta, & falſum aſſumit, & male probat. Falſum quippe eſt formam totius non eſſe terminum quo generationis. Sicut. n. forma partis, quia nō ſubſiſtit vt ſic, ſed eſt id quo aliquid generatur, inquātum per generationem introducitur in materia ad hoc, ꝙ genitum eſſe habeat, dicitur terminus quo generationis, & non quod, ſic & forma totius, quia ut ſic non ſubſiſtit, ſed eſt id quod primo reſultat ex vnione materię cum forma partis, tāq; id quo ſolo & quo toto genitum ſit & eſt in tali ſpecie,

& in quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

& in quo assentiatur primo generanti ſm ſpeciem, dicẽt vtiq; & ſine dubio eſt, terminus quo generationis. Non. n. inconuenit vnius generationis plures eſſe terminos diuerſorum ordinum. Vt quo, & quem, & vnius etiã ordinis diuerſi modi, puta in hoc quod eſt eſſe terminum quo proxime vel remote, principalius vel minus principaliter &c. Item forma totius, eſt aliquãdo cum prius non fuerit. Nullus ñ. negabit humanitatẽ & fortitudinẽ eſſe in ſorte, qui tamẽ ñ ſemper fuit, ergo talis forma totius, accepit eſſe de nouo, & non per creationem, vt patet, ergo per mutationẽ, & non per aliã q̃ per generationem cum ſit ſubſtantia, non autẽ vt q̃d g̃nat, quia id eſt compoſitum, ergo ut quo. Oẽ autem quod accipit eſſe per generationem ſiue vt quo ſiue vt quod, eſt terminus generationis ſiue vt quo ſiue vt qd', ergo &c. Probatio autem ſuã cõtra hoc nulla eſt, primo quidem, quia licet quidditas in cõmuni abſtrahat ab eſſe & generari, realitati tñ quidditatis quæ eſt in hoc, cõpetit & eſſe & generari. Nam humanitas quæ eſt in Socrate, per generationẽ Socratis, ipſum ſuũ eſſe conſecuta eſt, vt dictũ eſt. Et cũ hoc cõuenit omni tali quidditati, patet vniuerſaliter eſſe verũ omnẽ formam totius, ſm eſſe tamen quod habet in ſingulari, eſſe terminũ generationis, & cõſequenter eſſe naturã. Nec quod inducit ex Auic. ſibi quotquo modo ſauet. Immo ſicut ad aliud præcipitium erroris q̃. ſens non prædicetur formaliter de vltimis differẽtijs, illa auctoritas male intellecta, huius viri in doctrina ducẽ vna ſecũ induxit, ita & huius erroris in eis nõc ẽt cã fuit. Nõ. n. eſt in tertio Auic. q̃ huic æquitati nihil poſſit attribui niſi q̃ in eõi accepto æquitati competit, ita q̃ hæc æquitas, nõ eſſet niſi æquitas. Eſt enim repugnantia terminorũ vbi ſingulare & vniuerſale realiter diſtinguũtur. Sed magis ex hac q̃ ipſe intẽdit equitatem in cõi & abſtractiue ſumptæ, nil vere competere niſi illa precise quę de ſua ratione ſunt, poteſt pari paſſu deduci q̃ intendat huic æquitati, vt hæc eſt cõpetant omnia, quæ ſunt de ratione huius vt hæc, omnibus aliis ex modo ſignificandi excluſis, vt ſic inducta auctoritas magis proposito faueat q̃ officiat. Et ideo huic humanitati poteſt attribui ipſum fieri ut quo, ipſum eſſe hic & nũc ab hoc, & talia oia ſine quibus non eſt hic ſm indiuidualitionẽ perfectã, qua aliquid dr̃ indiuiſum in ſe et diuiſum ab alio in materialibus, & cõſequenter eſſe terminum generationis, quia hęc omnia non niſi per generationem cõſequitur. Et ſimiliter dicendum eſt de omnibus aliis formis totius. Vnde patet hoc ei cõiter cõpetere ſm rõnem qua eſt hæc, vt dictum eſt. Nec hoc negat Auic. immo de virtute ſermonis ita eſt vera iſta in concreto, homo eſt tantum homo (neq; enim eſt aliud ab homine) ſicut hæc in abſtracto, humanitas eſt tãtum humanitas. Sed Auic. ex hoc modo loquendi voluit innuere q̃ abſtracta vt ſic excludunt omnia quæ non ſunt de eſſentia rei, ad differentiam concretorum, quæ nec excludunt talia nec includunt, licet admittant, quod ſæpiſſime docuit ſanctus Thomas. Cum hoc tamen ſtat q̃ abſtracto non vt ſic, ſed vt hoc poſſint alia cõpetere, quæ tñ ſunt de ratione ſiue concurrũt neceſſario ad eſſe abſtracti huius. Et ſic competit ei eſſe generationis terminũ. Quod confirmatur. Nam multo abſtractius eſt ipſum eſſe q̃ forma totius, vt patet. Et tñ Ariſt. 1. phy. & 5. & 11. huius dicit q̃ g̃natio ſimpliciter terminatur ad eſſe ſimpliciter, & non niſi vt quo, ergo multo minus id repugnabit formę totius. Et ſic patet q̃ impetus parumlor̃ ſenſu, nõ poſſunt in aliquo vel minimo diuellere firmiſſimã doctrinã ſancti doctoris. Et per oia ſit benedictus Deus. Amen.

DEFENSIO SEXTA.

Libro 5.t.cõ.6. parte.4.

Amplius quod non contingit aliter ſe habere ſe, dicimus neceſſarium ſic ſe habere.

HOC IN LOCO Anto. And. impugnat ſanctũ Thomam, vt in marginibus etiam inſinuat Mauritius. Dicit autem ſic Anto. an. Notandum q̃ iſte quartus modus diſtinguẽ a primis, qa quartus modus eſt ſimpliciter, alij vero ſm quid. Quod ſic oſtendit quidam expoſitor. Dicit enim q̃ neceſſitas abſoluta competit rei ſm illud quod eſt intimũ, ſiue illud ſit forma, ſiue materia, ſiue ipſa rei eſſentia. Sicut dicimus animal neceſſario eſſe corruptibile, quia hoc ſequitur eius materiam inquantum eſt compoſitũ ex contrarijs. Iterum dicimus q̃ animal neceſſario eſt ſenſibile, quia conſequitur eius formam. Iterum dicimus animal eſſe neceſſario ſubſtantiã animatã ſenſibilem, quia hoc eſt eius eſſentia. Sed neceſſarium ſm quid & non abſolute, eſt illud cuius neceſſitas dependet ex cauſa extrinſeca, puta ex fine vel ex efficiente. Finis autem, vel eſt ipſum eſſe abſolutum, vel aliquod bonum habere. A primo fine ſumitur neceſſitas primi modi, a ſecundo vero fine accipitur neceſſitas ſecundi modi. Sed neceſſitas quæ eſt ab efficiente pertinet ad tertium modum. Nam violentia eſt quando aliquid mouetur ab exteriori agente, ad id ad quod ex propria natura non poteſt habere aptitudinem. Sed iſta expoſitio videtur deficere. Nam primus modus ſumitur per cõparationem ad viuere. Viuere autẽ & ſi habet forſan rõnem finis, non tamẽ finis extrinſeci, vt iſte imaginatur, ſed intrinſeci, quia viuere viuentibus eſt eſſe. Niſi dicat q̃ accipitur viuere non pro primo, ſed pro ſecundo actu qui eſt ipſe motus vitæ. Sed hoc non dicitur ad rem, quia etiam reſpirare & alimentum ſummere quod eſt neceſſarium ſecundo modo, eſt neceſſariũ iſto modo. Accipiẽ ergo pro viuere q̃d eſt primus actus, & nõ pro viuere quod eſt ſecũdus actus, niſi conſequenter & quaſi per accidens. Aliter ergo dicẽdum q̃ quartus modus eſt abſolutus, alij vero duo primi modi ad aliquod bonum intrinſecũ vel extrinſecũ acquirẽdum, vel malum poſsibile vitandũ. Tertius per cõparationem ad agens extrinſecum violentũ. Sed quartus modus accipiẽ abſolute & in ſe ſicut patet. Hæc ille formaliter. Sed nõ bene attendit homo iſte ad verba ſancti Thomę, & falſa aſſumit in hac ſua impugnatione, nec rectam ponit modorũ prædictorum ſufficientiã. Primũ patet quia licet ipſum eſſe qui eſt primus actus, aliquo modo ſit intrinſecum eius cuius eſt eſſe, non tamen id cuius eſt tale eſſe, eſt illud quod dicitur neceſſarium ſm hunc primum modũ neceſſitatis. Nõ. n. dicimus hoc mõ hominẽ neceſſariũ ad eſſe vel viuere, ſed cibũ aut reſpirationẽ &c. ita q̃ eſſe vel viuere hominis, eſt horũ finis extrinſecus a quo neceſsitatẽ habent & neceſsaria nominantur hoc primo modo. Secundum etiam patet quia dicit finẽ aliquem eſſe intrinſecum rei cuius eſt finis, quod eſt falſum, eo quod finis, & efficiens ſunt cauſæ extrinſecæ eorum quorum ſunt finis vel effectẽs. Nõ enim vt ſic, ſunt de eſſentia rei, ſicut ſunt cauſæ intrinſecæ. Et propter hoc non dicimus deũ eſſe finẽ aliquẽ, neq; etiam ipſemet eſt ſibi finis, cũ tñ ſit ſumme ſibi bonus, quia nulla eſt ei intrinſeca vel extrinſeca cauſa. Eſſe igitur licet ſit finis multorum operũ habentis eſſe, non tamẽ eſt finis illius, cum ſit ſibi maxime intimum. Eo tamẽ modo quo ipſum eſſe, poſſet dici extrinſecum eſſentiæ, inquantũ. ſ. ab illa eſt diſtinctum, & illius eſt perfectio & actualitas, non incõuenit dici eius etiam eſſe finem, ſed hoc eſt improprie dictũ.

Tertium etiam ex hoc patet, quia quartum modũ non aliter hic homo diſtinguit ab alijs, niſi quia (inquit) eſt abſolutus ſeu accipitur abſolute. Nec declarat quid ſit taliter accepere, nec penes quæ attendatur talis neceſſitas. Cõ enim ly abſolute dictũ vel ſumptum poſſit accipi multis modis, prædeclarandum fuerat quo illorum modorum accipiat. Si enim accipiat ly abſolute put ſignificat omnibus modis, tunc quartus modus ſm eum nõ diſtinguetur a tribus ſimul ſumptis, niſi ſicut aceruus a ſingulis lapidibus, quod nullus ſapiens diceret. Si vero intendat neceſſarium abſolute. i. ſecundum cõmunem naturã neceſſarij quę eſt, nõ poſſe aliter ſe habere, vt ipſe videtur accipere tam exponendo textum, tam ſuã impugnationem, non erit ab alijs diſtinctus. Superiora enim ſeu quæcũ que cõmunia non cõdiſtinguuntur inferioribus ſeu minus cõibus, vt. ſ. importent diuerſos modos, ſed oibus diuerſis modis conueniunt. Conſequẽs aũ eſt cõtra doctrinã Ariſto. hic, vt patet. Si vero accipiat abſolutum. i. non in ordine ad aliud, vt innuit in impugnatione, tunc neceſsitas quã hic ſumit ſm eſſe & viuere erit abſoluta, & præſertim ſecundũ eum & ſuos qui tenent ipſum eſſe non diſtingui realiter ab eſſentia, immo ſm hoc magis erit abſoluta iſta neceſsitas, q̃ illa quæ competet eſſentiæ ratione alicuius ſuæ partis eſſentialis ſiue. ſ. materię ſiue formæ. Magis enim diſtinguitur & eſt quid aliud pars, a tota eſſentia, q̃ eſſe, qd' ſm eos totum pariter dicit ſicut eſſentia, immo tenent (vt diximus) q̃ ſit ipſa tota eſſentia. Et ſic quod competet rei ſeu eſſentiæ rõne ſui eſſe præciſe, competet ei abſolute. i. nõ per reſpectum ad aliud, & magis abſolute q̃ quod competet eſſentiæ ratione ſuæ partis, quia minus aliud, & minus eſt extrinſecum ab eſſentia quàm pars. Quod tamen nullus concedit, & eſt contrarium ei quod iſte determinando dicit, quòd videlicet neceſsitas ſumpta per reſpectum ad eſſe pertinet ad primum modum neceſsitatis. Nec valet recurrere ad diſtinctiones formales, quia cum ratio finis ſit etiam ratio boni, quod bonum vnuſquiſq; habet ex realitate ſua, ſi realitas erit vna, neceſsitas etiam ex eadem realitate procedens pariter vna erit & eadem, & eodem etiam modo ſibi competet nõ poſſe aliter ſe habere, quæ eſt cõis ratio neceſſarij. Si vero per neceſsariũ abſolute, intẽdat id quod competit ei ſic ex ſe, q̃ ſecluſo omni alio quod non eſt ipſum eſſentialiter & per ſe primo modo, ſibi cõpetit, verum quidem id eſt, & ad mẽtem Philoſophi. Tale. n. abſolute & ſimpliciter dicitur non poſſe aliter ſe habere. Sed hoc fuerat ab ipſo impugnatore declarandũ, poſtq̃ ſanctũ Tho. id optime declarantem aggreſſus fuerat impugnare. Vnde patet q̃ in hac impugnatiõe hic homo ex omni parte defecit.

DEFENSIO SEPTIMA.

Libro 5.t.c.12. parte ſecunda.

Numero quidem vnum, quorum materia vna.

HOC INLOCO impugnat Ant. An. ſanctum Doctorem in margine etiam ex nomine notatum, & pariter omnes Thomiſtas, circa materiam de principio indiuiduationis, ſic dicens: Notandum q̃ ex hoc loco vbi dicit quòd illa ſunt vnum numero quorum materia eſt vna, ſumunt quidam argumentum quòd materia quæ eſt altera pars compoſiti, eſt cauſa indiuiduationis. Sed contra iſtã opinionem arguitur, quia ſi materia eſt cauſa indiuiduationis, vbi erit eadem materia, ibi erit idem indiuiduum. Sed eadem eſt materia in generato & corrupto, ergo generatũ & corruptum erit idem indiuiduum, quod eſt euidenter falſum. Cõfirmatur. Si primo ex aqua generetur ignis, & ſecundo ex igne generetur aqua, patet q̃ aqua primo corrupta & aqua ſecundo generata habent eandem materiam & ſunt eiuſdem ſpeciei, ergo aqua prius corrupta & ſecundo generata eſſet eadem numero, quod eſt falſum, quia tñc per naturam corrupta poſſent redire eadem numero. Preterea. Quod eſt cauſa indiuiduationis eſt cauſa diſtinctionis. Sed materia non eſt cauſa diſtinctionis, quia actus diſtinguit ex ſeptimo metaph. materia autem non eſt actus, ergo &c. Præterea. Materia eſt de eſſentia ſpeciei, vt probatur ſeptimo et octauo huius. Sed quod eſt de eſſentia ſpeciei non eſt cauſa indiuiduationis, quia tunc ſpecies eſſet indiuidua & hæc, ergo materia non erit cauſa indiuiduationis. Confirmatur, quia ſemper contractiuum eſt extra rõnem eius quod contrahitur. Sed materia eſt de ratione ſpeciei, ergo ſpecies ſiue natura ſpecifica non poteſt per materiã contrahi ad hęceitatẽ, ſiue indiuiduationem. Nec auctoritas hic poſita cogit. Nam hic æquiuoce capitur materia. Ad cuius euidentiam notandũ, q̃ materia & forma opponuntur relatiue ex ſecũdo phyſi. tex. cõ. 26. & quot modis dicitur vnũ oppoſitorum tot modis dicitur & reliquũ ex primo topicor̃. cap. 1. Forma autem quantum ad præſens ſpectat, accipitur dupliciter. ſ. q̃ forma partis quæ eſt altera pars compoſiti, & pro forma totius quæ eſt ipſa qd ditas. Similiter materia correſpõdenter dicitur dupliciter, quia quædam eſt materia quæ opponitur formæ partis, & hæc eſt materia quæ eſt principiũ eſſentiale rei, conſtituẽs cum forma vnũ ens per ſe. Et quædam eſt materia quæ opponitur formæ totius & ipſi quidditati, & per conſequens eſt extra quidditatẽ rei formaliter & hæc eſt materia, quæ eſt differentia ſiue ꝓprietas indiuidualis, quæ eſt cauſa propria hęceitatis & indiuiduationis, quæ poteſt denominari hęceitas. Cum ergo dicit Philoſophus q̃ illa ſunt vnũ numero, quorum materia eſt vna, loquitur de materia nõ primo modo, ſed ſecundo modo dicta, quæ congrue & proprie vocatur materia quatenus conſtituit rem in eſſe vltimo ſubijcibili et materiali, non autem in eſſe formali, quia vt dictũ eſt, non pertinet formaliter ad formalem quidditatem rei. Et iſta expoſitio conſonat literę Philoſophi. Subdit enim q̃ illa ſunt vnum ſpecie, quorũ rõ eſt vna. Ratio quidẽ ſumitur pro quidditate quæ dicitur forma reſpectu eſſe indiuidualis. Hæc ille formaliter. Licet aũt nõ ſit meę intentionis hic quæſtionẽ de principio indiuiduationis diſcutere ad plenum (Id enim per Capreolum, Soncin. Caet. alioſq; cõplures Thomiſtęæ familię principes glorioſæ iã admodum factum eſt.) Quantum tamen requirent verba præpoſitæ impugnationis, eidem ex aduerſo repugnando de hac materia multa dicã, ex quibus impugnationẽ hanc, aduerſariorũq; opinionem vanã eſſe conſtabit. Et primo quidem impugnabitur prædictus proceſsus aduerſarij inſtabiliendo ſuum principium indiuiduationis. Secũdo ſoluentur ſupra inducta argumenta contra Sanctum Thomã atque Thomiſtas.

Quo ad primum igitur, cum dicit primo materiam & formã relatiue opponi, falſum eſt, ſi proprie loquamur de relatiuis. Vnum enim oppoſitorum non perficitur formaliter per aliud ſeu non ordinatur ad aliud vt ad ſuam perfectionem. Oppoſitum enim vt ſic ſeparatur ab oppoſito & excludit illud. Nec Ariſt. ſecundo phyſi. intendit ſimpliciter & proprie materiam eſſe eorũ quæ ſunt ad aliquid, ſed quid per hoc intẽdat declarat ſubdens: In alia enim ſpecie alia materia. Et hoc eſt dicere q̃ ſm hoc habet aliquo modo modum relatiuorum, quia videlicet cuilibet formę determinatur propria materia. Hoc autem nõ eſt ſimpliciter materiam aut formam ponere in genere relatiuor̃, vt etiã ipſa verba exponens ibidem aſſerit ſanctus Tho. Si quo ergo modo dicendum eſt materiam & formam opponi relatiue, hoc non eſt niſi in ratione actus & potentiæ, & ſm relationem rationis tantum, eo q̃ vtrũq; per vnum eſſe qd' eſt totius compoſiti exiſtat. Relatio autem realis non poteſt eſſe niſi inter diſtincta ſm eſſe, & inter ea etiam in quo tñ quolibet eſt aliquid præter id quod dicitur relatiue, vt dicit ſanctus Tho. in prima parte. q. 28. ar. 2. ex intentione Auguſtini in ſeptimo de tri. Secundum hoc ergo patet q̃ verbum Philoſophi ex Topicis inductum, non eſt ad propoſitum. Prædicta enim regula cum ſit formaliter intelligenda, veritatem non habet, niſi de oppoſitis quatenus oppoſita ſunt. Cum ergo materia non opponatur formæ relatiuæ niſi ſm relationem rationis, vt diximus, non ſequitur ex regula illa q̃ ſi forma multiplicetur realiter, q̃ etiã materia realiter multiplex ſit, ſed ſufficit q̃ multiplicetur eiuſdem materiæ reſpectus rationis ad diuerſas formas. Vnde de facto vna materia habet diuerſos reſpect⁹ poteſtatis ad diuerſas formas ad quas eſt in potentia. Et preterea auctoritas Philoſophi ex topicis non inducitur ad propoſitum eius, de quo intendit auctoritas ex ſecundo phy. Nam in ſecundo

Universidad de Deusto
Biblioteca

cūdo phy. non loquitur de materia in cōi, sed de materia q̄ est pars compositi, & condividitur formæ partis, vt patet ex supradictis, & ex ipsis verbis literę. Vnde non potest ex hac induci adiuncta regula topicali, q̄ quot modis dicitur materia in cōmuni ſm intentionem istoꝝ, tot etiam dicat forma, & econuerso. Et q̄ per hoc q̄ forma in cōi analogo dicitur dupliciter. i. de forma totius & de forma partis, debeat etiam correspondenter duobus modis dici materia. Sed si quid inferatur, hoc tantumodo est, q̄ quotiens dicere tur materia quæ est altera pars compositi, totiens dicere tur & forma partis sibi correspondens, quod quidem quo modo aliqualiter verificetur, paulo ante dictum est. Sed esto etiam per impossibile, q̄ vtraq; forma ad aliquā materiam relatione etiam reali referatur et opponatur, adhuc ex regula illa topica non potest inferri duplex materia. Veritatem enim habet illa regula, vbi ex parte vtriusq; oppositi est eadē ratio multiplicationis, vt dicit Doctor sanctus secundasecundæ. q. 92. arti. 2. ad primum. Vnde vni virtuti opponuntur duo vitia, vt patet per eum ibi, & per Philosophum in primo topicorum. Et hoc ideo, quia non est eadem ratio multiplicationis virtutis, quæ est vitiorum. Cū bonum ex vna integra causa, malum aūt ex singulis defectibus consurgat, vt dicit Diony. in quarto cap. de di. no. Sic etiam in proposito cum non sit ea, eadem ratio multiplicationis materiæ quæ est formæ nimirū, si multiplicata forma non multiplicetur materia. Eadem enim materia quæ formæ partis respondet vt subiectum & vt informata, formæ totius respondet vt pars. Nec debet hutic formæ respōdere materia quam informat, quia forma totius non est forma informans, vt ei debeat materia quam informet respōdere. Dicit enim totam ipsam essentiā ex materia & forma compositam. Vnde si aliquid informaret, etiam ipsa materia quæ est eius pars informaret aliquid, quod est impossibile. Denominatur quidem foma, non ab informando, sed ab vna conditione formæ, quæ est esse principium quo, licet alio modo sit principium quo, forma partis & forma totius. Forma quidē partis est principium quo partiale, & ipsius essentiæ & formæ totius, & etiam ipsius suppositi. Forma vero totius est principium quo totale. i. quo toto & quo solo res est talis speciei, puta humanę, & quo est hic homo quo ad essentialia, & secludendo ſm intellectum oīa quæ non sunt de illius hominis essentia. Vlterius prædicto suo fundamento concesso, & iterum q̄ tot modis dicatur materia quot & forma, non sequitur q̄ sicut est quedā forma totius, ita debeat ei correspōdere materia totius quę sit hæceitas, immo ex processu isto sequitur totum oppositum eorum quæ ipsi de hæceitate opinantur. Dicunt enim q̄ hęceitas non est aliquid informatum seu habens se p modum informati, quia eam ponunt esse modum intrinsecum naturæ. Modus autem rei magis se tenet ex parte informantis quām informati. Vnde etiam omnis modus rei cōmunis quadam denominatione vocatur qualitas, nō quidem vt qualitas est speciale prædicamentum, sed ſm analogam qualitatis rationem. Dicunt etiam q̄ hæceitas est differentia individualis. Patet autem q̄ differentia vt sic, magis se tenet ex parte informantis q̄ informati. Vlterius dicunt q̄ est realitas quædam comparata ad materiam cuius est modus, vt realitas formalis ad materialem. Formale autem vt sic habet rationem informantis & non informati, vt patet ex terminis, & maxime vt comparatur, ad materiam vt ad realitatem partialem. Arguentes etiam contra nos, afferunt auctoritatem Philosophi q̄ actus diuidit & separat, & ob hoc inferunt q̄ cum materia non sit actus sed pura potētia, non potest esse principium indiuiduationis, quia tale principium est principium distinctionis &c. vt in secūdo argumento eorū recitato patet. Oportet igitur, si argumentū illud putant concludere, q̄ & indiuiduationis a se cōfictum principium asserant esse actū. Alias ipsum eoꝝ argumentū eosdem impeteret suos auctores. Cum ergo esse modum, differentiam, principium formale, respectu materiæ, & uniuersaliter habere rationem informantis & non informati, ac etiam esse actum, sint conditiones repugnantes materiæ & conditionibus eius, ſm ea quæ a Philosopho & alijs sapientibus & maxime a Peripateticis de ipsa materia nobis tradita sunt, patet q̄ hæceitas etiā ſm istoꝝ viā non debet aliquo modo dici materia, si proprie loquamur, & denominemus aliquid esse materiā: vel si impropriè, saltem ad similitudinem proprie dictæ materiæ vel aliquæ cōditionum eius: cū tamen hoc nō accidat, sed totum oppositum; propter oppositas conditiones, vt deduximus. Nec est verum quod dicit q̄ ideo videlicet uocatur proprie materia, quia ponit rem in esse vltimo subiicibili & materiali. Probo enim q̄ hoc non faciat, sed materia quę est pars compositi, tum primo quia materia quę est pars cōpositi est fundamentum naturæ ſm cōmentatorem & veritatē, ergo & hæc materia quæ pars huius indiuidui, est fundamentū huius naturę: ergo primum subiectū & vltimum subiicibile, tum quia in via resolutionis materia est vltima, ergo in cō positione prima, ergo primum subiectum & vltimū subiicibile. Patet antecedens, quia Arist. primo physi. in fi. probans materiam partē compositi esse ingenerabilem & incorruptibilem, dicit q̄ si corrumperetur, in hoc abiret ultimum &c. quod non esset verum, nisi esset vltimū in resolutione, tum quia actus & modus & similia nō habent rōnē vltimi. Actus enim præsupponit id cuius est actus. Vnde & Aristo. in nono huius, & duodecimo dicit q̄ potētia in vno & eodem est prior actu etiā tempore, & hoc in procedentibus de potentia ad actum, & similiter modus præsupponit ens cuius est modus. Hæceitas autē per te est actus et modus quidam, vt supra deductum est, ergo non est vltimum subiicibile, sed potius hoc habet id quod est essentialiter potentia. i. materia, ergo &c. Hoc ipsum etiam, hęceitatem inquantum non esse materiam nec posse proprie aut absolute dici materiam, ex alia hoꝝ opinione facile deducitur. Ponunt. n. eam & in angelis, a quibus tamen materiam excludāt necesse est, si boni Peripatetici et boni Theologi censeri volunt, nisi forte alterius esse generis hęceitatē in eis affirment, & tunc diminutam doctrinā tradunt, dum hanc hæceitatū distinctionē nullibi aperiunt, & dum de hæceitate cōiter loquentes, eā dicunt esse materiam. Sed nec; negabunt Hæceitatem in angelis quoq; rationē actualis distinctiui habere respectu essentiæ angelorū, & etiam contractiui. Cum ergo potentiale ab actuali, & cōtractiuū ab eo q̄ contrahitur, realiter & nō tantum formaliter distinguant, alias idem realiter esset simul actuale & potentiale, contractiuum atq; contractum respectu sui ipsius, quæ implicant contradictionem, sequitur q̄ in angelis sit duarum harum realitatum in essentia intrinseca compositio, & suppositū in eis distingueretur realiter ab eorum natura, cum indiuiduatium spectet ad suppositum, & sic non essent substantiæ simplices contra Philosophum octauo huius. t. cō. 16. & 9. huius. &. 12. Sic igitur ex prędictis omnibus patet, q̄ ex processu illo aduersarij non sequitur q̄ hęceitas respōdeat ipsi formæ totius. Sed si aliquid induci ex eo deberet, id tantummodo sequeretur, q̄ tali formæ correspōdeat aliquod materiale. Ex hoc autem inferre, q̄ sequatur hoc materiale. s. ipsa hæceitas, est fallacia consequentis, dum a superiori concluditur inferius vnum ex pluribus affirmando. Si autem nō per modum illationis, sed propria a seipsis reputata magna auctoritate, tale materiale respondens dicūt hęceitatem & indiuiduationis principium, superfluus certe ille eorum extitit discursus atque processus, & nil suæ cōferens fictioni. Sic. n. potuisset & in principio ex voluntatātum proponere, q̄ hęceitas est principium indiuiduationis ad modū materiæ correspondentis formę totius. Nos autem dicimus q̄ formę totius, puta humanitati vel fortitati aliquid respondet quasi materiale. s. homo vel Socrates. Sed huius materialis atq; compositi entis, simul ac iormæ totius, quærimus suæ indiuiduationis & cōtractionis principium. Et tale quātum ad incōicabilitatem dicimus esse materiam, quantum vero ad numeralem distinctionē ponimus quantitatem, quantum vero ad completam individui rationem quæ vtrūq; claudit, vtrūq; etiā simul principium eius ponimus, materia inquam q̄ntitate signatam. Quod quidē probare aliter nunc non intendo, nisi quantum verba præmisse impugnationis requirūt, vt simul p̄bem materiam esse tale principium & nō hęceitatem. Pro alijs autem fortissimis & iniuictis probationibus, ad sæpe nominatos thomistæ scholæ sapientes remitto. Arguē igitur contra illum processum, q̄ materia quæ formæ partis susceptiua est & non hęceitas, sit indiuiduationis principium, & primo sic. Prius natura comparantur adinuicem partes q̄ totum, quod ex partibus resultat, comparetur ad aliud totum vel etiam ad seipsum, sub alia totius ratione. Ipse enim partes sunt priores suo toto. Prius ergo natura respondet forma partis materię quę est altera pars compositi, q̄ forma totius, materiæ totius quæcunq; sit illa, etiā illi q̄ dicunt hæceitatem. Quærimus ergo in illo priori an materia prima, & eius forma partis sint hæc, vel non. Si sic, cum adhuc non sit materia totius & hęceitas & ſm te, alterqua erunt indiuiduata & non per hęceitatem, & sic non cōpetit ei per se esse principium indiuiduationis, immo cōpositum tam sat habebit pro sua indiuiduatione requisitū, vi delicet partes suas tam indiuiduatas, vnde nō indigebit hęceitate. Si autem dicas q̄ in illo priori partes nō sunt hęc indiuiduatę seu singulares. contra primo. Vniuersale vt distinguitur a singulari, in intellectu tantūmodo est. Sed partes vt sunt in illo priori per te sunt vniuersales vt distincte a singulari, ergo vt sunt in illo priori natura, sunt in intellectu tantum, & nullo modo ad extra, quod est falsum. Prioritas. n. illa, licet sit relatio rōnis, nō tamen est prioritas rōnis, sed naturæ & rei &c. Secundo, quia si sic, ergo non magis sunt materia & forma debita Socrati, q̄ Platoni. Nam vtriq; communiter cōuenit habere materiam & formam, quinimmo nulli essent debitę illę partes. Nā partes non singulares non sunt debitę ac proprie singulari &c. Tertio qa forma vt sic est cōicabilis pluribus, ergo si in illo priori non est limitata ad hanc materiam, erit cōmunis, et nō magis compatē huius quām suppositus materiæ, quam alterius, quod est falsum, quia etiam in illo priori ita est materia debita Socrati, q̄ nō debita Platoni, & ita dicatur de illa forma, cum per hęc duo Socrates a Platone distinguaē essentialiter. Alias anima Socratis, non magis esset anima Socratis q̄ Platonis & econuerso, & sic dicetur de materia Socratis, quę omnia sunt falsissima. Quarto quia generatio singularis non nisi ad singularia terminatur. Sed generatio terminatur ad materiā & formam etiam in illo priori, natura, quia prius generationem singularem intelligimus terminari ad hoc q̄ forma sit in materia, q̄ ad compositum. Ad priora enim prius terminaē id quod per modum viæ significatur. Quod autem resultat ex aliquo est posterius illo, vt etiam ipsum nomen resultationis insinuat. Vnde cū totum & compositum resultet ex unione partium ut patet, sequiē q̄ sit posterius tali vnione. Et sic gñatio singularis quæ per modum cuiusdam viæ significaē, prius terminabitur ad illam vnionem singularem, & consequenter non nisi singularium vnibilium. Cum ergo adhuc ibi non sit hęceitas eo q̄ adhuc non sit ibi forma totius, cui correspōdere est de natura & essentia hęceitatis ſm te, sequitur q̄ hęceitas non sit indiuiduationis principium. Immo si quiēq; esset, ab his natura prioribus indiuiduationē acciperet. Patet ergo q̄ materiæ primo competit esse indiuiduationis principium, cui primo competit esse hæc, quia incommunicabilis alteri, cum sit primum receptiuum & in nullo altero receptibile. Secūdo principaliter ad idem ex eodem processu arguē sic. Per te hęceitas est per se primo, seu formaliter quædā materia totius respondens per se primo formæ totius. Vbicunq; ergo nō inuenietur rō formæ totius, consequenter non inuenietur hęceitas. Sed in anima separata non est forma totius cum sit essentialiter forma partis, ergo non erit hæc, ergo nec erunt numero distinctæ ab inuicem animę separatæ, quod est falsum. Item materia prima quæ ſm te potest per Dei potentiam separata a forma conseruari in esse, si iuxta quod tu tenes esse possibile, separeē, non esset hęc, nec posset eam Deus sic separatam facere esse hanc & indiuiduam, cum non possit alicui dare quod sibi repugnat. Repugnat aūt tali materię separatę ex natura sua, q̄ sit forma vel totius vel partis vt patet. Ex rōne aūt separationis repugnat ei q̄ habeat formā totius. Ergo et repugnabit ei hęceitas quæ ſm processum tuum, exigit formā totius cui respondeat. Si autem sit materia sic separata, & non sit hæc, non erit distincta a quacunque non separata. Vniuersalia enim non sunt præter singularia, & sic materia illa ſm tuū casum possibilem per Dei potentia realiter separata, erit eadem ei quæ non esset per Dei potentiam separata, quod implicat cōtradictionem. Tertio principaliter arguitur contra illam tuam deductionem. Sicut se habet indiuiduum ad indiuiduationem, ita hoc ad hæceitatē, ergo ſm permutatam proportionē, sicut se habet hoc ad indiuiduum, ita hęceitas ad indiuiduationem, & ecōtra. Sed indiuiduum est idem realiter & formaliter quōd hoc, & hoc est idem realiter & formaliter quōd indiuiduum: idē enim est dicere quōd aliquid indiuiduetur, & quod fiat indiuiduum, & q̄ fiat hoc, ergo & hęceitas est idem formaliter q̄ indiuiduatio, & econtra. Non ergo & hęceitas est principium indiuiduationis, ut tu dicis in illa tua deductione. Nihil enim est principiū suiipsius formaliter. Ex his omnibus potest esse manifestum, q̄ expositio Anto. An. in prędictum textum Philosophi, est contra veritatem, & nō consonās, immo repugnans literę & intētioni Philosophi. Contra veritatem quidem, quia illam suā materiam quā vocat hęceitatem, probatum est non esse principiū indiuiduationis, & consequenter non possunt aliqua dici vnū numero per hoc q̄ talis materia in eis sit vna, ut ille homo exponit. Nec; enim aliquid inuenitur quod respōdeat formę totius quasi sibi adæquatum materiale, nisi ipsum compositum, cuius indiuiduationis primum principium quæritur.

Contra intentionem etiam Philosophi est dicta eius oppositio, eo q̄ Philosophus nunq̄ in aliquo suę doctrinæ libro vel passu aliam nominauit vel innuit dari materiā nisi eam quæ partis est, vt infra in. 24. 27. &. 30. defensionibus etiam ostēdetur, quæ etiam vocatur prima materia ab eo in. 12. t. c. 42. ad quam vltimo fit resolutio cōpositi materialis ex primo phy. circa finem. Cuius naturam inquisiuit primo phy. ponens eam vnum de tribus principijs rerū naturalium, & similiter octauo metaph. et alibi pluries. Innuit etiam Philosophus sumi quandoq; materiam pro subiecto materiali, quam in presenti capitulo distinxit in proximam & vltimam, & idem repetit in octauo. Hanc quippe materiā in hoc. 5. t. c. 9. vocat subiectum. Est enim subiectum existentiæ, sicut es est materia et subiectum statuę. Vel etiam subiectum resolutionis sicut aqua liquabilium. In aquā enim omnia liquabilia resoluuntur. Non consonans etiam, immo totaliter repugnans literę est ista tua expositio, quia vbi Arist. in hoc cap. posuit vnitatē materię, esse causam vnitatis rerū, vel pluralitatē pluralitatis, & in tali materia cognouit inuenire diuersitatē, illā diuersitatē expressit, vt decet quēlibet sapientem, omnem inquam ambiguitatem & equiuocationem in vocabulis latentem, ante omnia distinguere & aperire, iuxta regulam topicam, q̄ omne multiplex prius est distinguēdū q̄ diffiniendum. Distinxit. n. de materia proxima & vltima, vbi materiā quā vocauit subiectum in. t. 9. posuit principiū vnitatis, & pari modo distinxit eam in. t. 12. huius 5. sub nomine materię vbi eā posuit principium pluralitatis. Si ergo in proposito vbi ea dicit vnum numero quoꝝ materia est vna, voluisset

Universidad de Deusto
Biblioteca

I set intelligere de aliqua alia materia ab ea de qua determinauit in physicis, & omnibus prædictis locis in metaphysica, proculdubio distinctionem hanc solerti studio aperuisset, ne sua verba indistincte prolata occasio erroris essent, & tam fortis occasio, vt etiam toto orbe celeberrima ingenia, sicut Cömēta. Albertus magnus, diuus Thomas, aliiq; innumerabiles doctores per eorundem verborū equocationem, (si sic esset vt isti dicūt) decipi potuissent. Nō est ergo consonum literæ nec Aristo. sapientiæ, vt de alia materia intelligat q̄ de illa quam sapientes cum Arist. primam uocant, & quam Arist. hic etiam innuit in ea quā proposuit duplicem contineri. Nam dū dicit aliquam esse materiam proximam, aliquā ultimam, non excludit, immo includit eā quę maxime vltima est. Cuius tamen non posuit exemplum distinctum, quia cū non nisi per analogiam ad formam sit intelligibilis, sat illā declarauit, cum materiā illā expressit in quam sit apparens resolutio. Cognoscimus enim ex hoc q̄ illa verissima ac prima omniū materia sit, in quam omniū vltimata sit etiam resolutio. Et hanc dixit esse numeralis principium vnitatis. Nec est verum etiam q̄ sua hæc expositio consonet literæ Philosophi, ex hoc q̄ ipse Philosophus subiungit, ea esse vnum specie, quorū est ratio vna. Immo dissonantia ex his etiam verbis deducit, & magna literæ cum expositione sancti Thomæ conuenientia, cum quia conditiones materiæ quæ est principiū vnitatis numeralis, & correspondet rōni illi & quidditati, quæ est principium vnitatis specificæ, sunt duæ quæ hic a Philosopho assignantur. Prima q̄ habeat rōnem subiecti. Secunda quod in eam fiat resolutio. Sed istæ cōditiones nō cōueniunt, immo repugnant hæceitati, ergo &c. Tum etiā quia si illa specie vnum sunt, quorū ratio vna est, oportet q̄ si quid habeat maiorem vnitatem, id cōsequatur per aliqd quod est præter rōnem speciei. In septimo autem metaph. docet Philosophus tantum partes materiæ esse præter rōnem speciei. Et q̄ loquatur de materia quę est pars compositi, & nō de hęceitate, patet quia exēplificat de his carnib? & his ossibus, in quo exemplo innuitur etiam forma ipsa indiuiduata rei sensibilis, ergo ſm eum nō nisi per aliquod horū indiuiduū erit primo hoc. Inter materiam aūt & formam, primo materiæ, competit incōicabilitas & cōsequēter indiuiduationis principium esse. Tum etiā qa si forma le, ex hoc q̄ rōnem speciei compleat est specificę vnitatis principium, oportet q̄ materiale sit vnitatis etiam numeralis principium, eo q̄ hæc vnitas materialis sit, & ex materiæ partibus consurgens, sicut illa formalis est, & ex speciei partibus constituta. Cui ergo primo competeret materialitatis rō, eidē primo etiam necesse est competat esse talis vnitatis numeralis, & consequēter indiuiduationis principium. Efficacia patet huius deductionis, tū ex rōne eius, quod dicitur primo. Id enim primo dicit alicui cōuenire, cui per se conuenit, & per ipsum omnibus alijs. Tum exēplis generalem regulam declarantibus facile innotescit. Puta si aliquid alicui competat rōne immaterialitatis, vt esse intellectiuum, ei maxime cōpetet intellectualis perfectio, quod primum erit inter immaterialia, & sic de similibus. Patet igitur propositum primum. 6. expositionem sancti Thomæ esse consonam literæ Philosophi. Procellum autē aduersarij plenum esse incōuenientiæ, & ab intentione Philosophi omni ex parte alienum. Quārum ad secūdū principale, superest rōnibus inductis respondere. Licet enim a Capreolo & ab alijs Thomistęæ familiæ doctoribus vsq; adeo dissolutæ, atq; (vt ita dixerim) labefactatæ sint, vt pene nullus apud doctos remānerit dubitādi locus: et ppterea ipse merito debuissem silentio quasi eas cōtēnens prętereire, vt tamen propositum meum obseruem, omnes videlicet falsitates tāgere quæ aduersarius in sanctum Tho. & Thomistas affert in sua illa expositione, breuibus etiam hæc argumenta refellam. Ad primum ergo dicēdum, q̄ licet ingenito & corrupto, sit eadem essentia materiæ, non tamen sequitur q̄ idem sit indiuiduum, quia ipsum indiuiduum non solū continet indiuiduationis principiū, sed est ipsum totum compositum. Vbi ergo nō sunt oēs partes eædem, nō est simpliciter idem totū. Nec est idem etiam principiū formaliter, vbi est aliud principiatum, nec idem totale, qa non eadem quātitas, nec eadem forma substantialis. Ad cōfirmationem patet per idem. Ad secundum negatur maior, quia indiuiduatio in sui ratione non includit solam distinctionē, sed etiam incōicabilitatem. Vnde non oportet q̄ id quod est principiū indiuiduationis quantum ad incōmunicabilitatem, sit eiusdem principiū quantum ad distinctionē, aut ecōuerso. Materia igitur ſm se sic est principiū indiuiduationis quantum ad incōicabilitatē, q̄ nō quantū ad distinctionē, & quantitatis econuerso. Quantum vero ad completam rationem indiuidui, nec quantitas sola nec materia sola indiuiduationis principiū est, sed materia sub quantitate. Vnde apparet q̄ arguens non penetrauit mentē sancti Thomæ quem impugnat. Nec tamen adhuc concessa maiore, auctoritas inducta ad minoris probationem cōtra nos militaret. Loquitur enim Philosophus ibi nō de distinctione ſm numerum vt sic, sed entis in actu vt sic. Nā illis verbis probauit q̄ ex duobus, quorum vtrūq; in actu sit non potest vnum per se consurgere. Actus enim (inquit) separat. Licet. n. sit idem, tale quid esse ens actu, & esse vnū numero, distinguuntur tamen rōne formali. Alia quippe rō formalis est ipsius vnitatis numeralis vt sic, & alia qua primo aliquid est actu ens. Primi. n. rō ppria materia est, eo q̄ rem primo constituat inesse incōicabili. Secundi vero forma, eo q̄ esse existentiæ quo vnumquodq; actu est, formæ ipsius sit proprius & formalis effectus. Verba quippe tanti Philosophi, non nisi formaliter interpretāda & penetranda sunt. Non aliud etiam ex inducta concluditur auctoritate, nisi q̄ forma, distinctionis formalis principium sit, quod concedimus. Sed materia etiam sub quantitate distinctionis numeralis primū est materiale principiū. Vnde & sanctus Tho. in prima parte. q. 7. arti. 1. asserit materiam per formā, et formā itidem per materiam terminari, sed in diuerso principij genere, per materiā videlicet formā materialiter, materiā vero per formā formaliter. Sed contra eos argumētū in eo sensu cōcludit, quo contra nos inaniter arguunt. Manifestū est. n. q̄ ibi Philosophus loquitur de forma partis quæ primo cōpositū est eius actu, vt etiam fatetur aduersarius locum illum exponens. Nullo ergo modo potest per illam auctoritatē inducere materiam nō esse indiuiduationis principium, eo q̄ actus. i. forma separet, ni si ex hoc etiam concludatur q̄ forma erit indiuiduationis principiū. Non ergo hæceitas, cum ipsa ſm eos non sit forma partis. Cum ergo isti concedant maiorem argumenti atq; minorē, & conclusio affirmatiua deducta, suæ conclusioni directe repugnet, patet illud esse inuictissimū contra eos, nos autem nullatenus tangere qui maiorē negamus.

Ad tertium dicendū q̄ materia tripliciter sumit, vno modo in cōi, & vt stat sub ordine ad formā in cōi, & vt subiectum formæ huius, non quidē vt hæc forma, sed cōiter vt forma est. Et sic est de ratione speciei, quo modo non est in diuiduationis principium. Alio modo sumitur in particulari, vt hæc, quia sub hac forma, & sic non est de rōne speciei, sed est propria huic vel illi &c. quo etiā modo non est primū principiū indiuiduationis, immo ipsa indiuiduaē p formā. Tertio modo sumitur ſm se p̄ secluſionē cuiuscūq; actus, vt purū ens in potentia, vt primū subiectum &c. & hoc modo non est de rōne speciei, & sic non est particularis, non vniuersalis, nō indiuidua, sed indiuiduationis principium quantū ad incōicabilitatē, quia primo cōtrahit formā ne sit in altera materia, et sic eā indiuiduat, et sic forma indiuiduata, indiuiduat ipsam materiā & facit eā particularem &c. quas intentiones secundas ante non habebat, quia vt ſm se accipiebatur, cognoscibilis nō erat cū non posset cognosci, nisi per analogiā ad formā, quæ tunc secludebat.

& ideo

& ideo tunc intentiones secundæ prædictæ quæ modū cognoscendi consequūntur, ei attribui non poterant. Ex indiuiduata autem forma & materia, resultat ipsum totale cōpositum indiuiduum. Et sic naturæ ordine primum & fontale indiuiduationis principiū est ipsa materia prima, eo modo quo declaratum est. Et per hęc eadē sit pro confirmatione sapientibus satisfactū. Patet ergo ex his omnibus quantæ fuerint peruia vanitatis, quæcunque vir iste contra Sanctū Thomam in prędicta oppugnatione attulit ex sui principij officina.

DEFENSIO OCTAVA.

Libro. 5. Lec. 12. parte. 7.

Et quorum differentia maxima, aut simpliciter, aut secundum genus, aut secundum speciem.

HOC IN LOCO Anto. an. tāgit sanctum Tho. in margine a Mauritio citatum dicens: Subdit etiā (supple Philosophus) quandam rōnem gñalem cōtrariorum, q̄ cōtraria sunt quorū differētia est maxima, aut simpliciter, aut ſm genus, aut ſm spēm, quod exponitur sic. Simpliciter q̄ dem, vt in motu locali duo puncta terminantia motū cęli, puta punctus orientis, & punctus occidētis. Secūdū genus vero. i. in eodem gñe. i. dug spēs per duas differentias diuisi tuas gñis cōstituūtq;. Sc̄m spēm autem sicut duo indiuidua q̄ duas accidētales & cōtrarias differētia diuersas. Aliter exponit, et magis ad mētē Philosophi vī, q̄ differentia maxima ſm spēm intelligat in duabus speciebus siue differentijs cōtrarijs. Sed ſm genus, in duobus gñibus subalternis. Simpliciter autem in duobus gñalissimis, & in quibuscūq; quomodocunq; maxime distantibus. Hæc ille formaliter.

Licet autem parum vel nihil referat quantum ad sensum & veritatem, an sic propoponatur expositio sancti Thomæ, an sicut formaliter iacet in litera propria. Officium tñ esset boni doctoris, dum aliena refellit vt sua præferat, saltem eam quam nititur opinionem refellere, fideliter recitare, ne si secus se habeat, nō recta intentione procedere reputetur. Clariorem quippe sensum in proposito, cōpletioremq; doctrinā verba sancti Thomæ præferunt ſm q̄ iacent in litera sua, q̄ ſm trūcatam & (vt ita dixerim) detorpatam huius viri relationem. Nam diuus Thomas ubi de duobus punctis, orientis inquam & occidentis, qui cœlestis motus termini sunt, exemplum inducit, nolens posse verba sua, si tnistra forte interpretatione a quoquam suscipi, quasi intelligeretur de quibuscunq; cuiusuis cœlestis motus terminis in oriente & occidente contrapositis, addidit, quæ scilicet puncta sunt extrema, diametri totius orbis, vt daret intelligere q̄ hi duo soli termini motus, simpliciter cōtrarij sunt, eo q̄ soli simpliciter sint maxime distantes. Attamen (vt dixi) parum refert, eo q̄ uel modicum in artibus exercitati, per puncta orientis & occidentis non nisi quæ maxime distant, & motum diurnum terminant apprehendunt. Non dicit etiam sanctus Tho. duas species secundum genus adinuicem contrariari, nec alicubi legit in Philosopho quantum viderim vel meminerim de his quæ in genere substantiæ sunt, licet aliquo modo verum sit. Sed magis proprie verius q̄ dicuntur esse contrariæ secundum genus ipse generis differre diuisiue, ut dicit hic sanctus Tho. & patet per Philosophum in primo phy. pluries. Et multo minus duo indiuidua præcipuæq; substantię, sunt adinuicem quoquo modo contraria secundum speciem. Repugnat enim id Arist. documentis vbi asserit ipsi substantiæ nihil esse contrariū. Vnde nec id attulit sanctus Tho. ut hic falso recitat, sed dixit accidentales differentias esse cōtrarias per quæ differunt indiuidua eiusdem speciei. Sed & de hoc ipso parum curādum puto, cum aliquo modo, licet impropriē possint indiuidua, ratione suarum differētiarum opponi proprie sunt, contraria dici, sicut & dicuntur differre. Sat tamē ex his patet esse solerti considerattone cauēdum, ne huic viro in suis relationibus facile præstetur fides. Sed recurrēdum primo est ad literam sancti Tho. vbi ab hoc homine vel alijs sui generis, impugnatur. Multotiens quippe si id seruetur, facile cognoscetur, de tenebris ad lucem factum esse transitum. His igitur omissis videndum est, quæ vtrarumq; expositionum verior sit ac magis ad mētem Phylosophi, q̄cq̄ & de hoc parum etiam curare debuerim, quum suam esse magis ad mentem Phylosophi & si glorietur, non tamen probet. Stultum est enim semper esse solicitum, quid quisq; vel exponēdo vel simpliciter pronunnando sine ratione loquatur. Et eo maxime, quia maior est sola auctoritas sancti Thomæ apud vere sapientes, quām sit quodcunque dictum viri huius vel sibi similiū. Ne tamē vel quoquo modo appareant hi homines etiam verbis prgualere, aliqua circa hoc dicam. Et primo quidem sciendum q̄ Philosophus in hoc textu assignauit duos modos cōtrariorum Primum improprium, alium proprium, vt etiam dicit Antonius and. Quibus modis positis & declaratis, subiunxit Philosophus illa verba, videlicet: Et quorū differentia maxima, aut simpliciter aut secundum genus aut secundum speciem. Quæ verba Sanctus Thomas exponens dicit: Subiungit vniuersalem rationem secundùm quam alię qua dicuntur contraria &c. Hoc idem dicit Anto. and. licet post modum in exponendo prædicta verba seu prædictam generalem contrariorum rationem, discordet a Sancto Thoma vt præmissimus. Sed sua illa expositio non solum non est magis ad mentem Philosophi quàm expositio Sancti Thomę. Sed etiam nullo modo est ad mentem Philosophi, nec est bona. Primum ex hoc persuadeē, quòd propositis ab Aristotele duobus modis contrariorum, vno improprio, altero proprio, non est probabile esse ad mentem eius quòd ratio generalis quæ subintertur, includat modum improprium. Sicut enim patet in præcedentibus, & etiam in sequentibus in hoc præcipue libro quinto, in quo multiplicium terminorum explicare suscepit modos, siquem aliquando vel per accidens vel improprium alicuius multiplicis modum ponit, nunquam eius deinceps meminit dum modos colligit, vel eorum proprietates inducit. Hoc maxime patet in capitulo de vno, & in capitulo de ente. Non ergo credendum est Philosophum hic facere sine necessitate, quod alibi semper facere recusauit, & non sine ratione, quippe cum impropria, & ea quę per accidens sunt, tangi quidem debeant, vt per horum exclusionem propriorum cognitio facilior & perfectior haberur, sed nequaquam sunt prosequenda, nec circa ea est immorandum, cum secludantur ab arte. In ratione igitur illa generali, non magis, sed minus videtur ad mentem Philosophi debere improprium illum modum includi. Quod quidē non facit Sanctus Thomas, sed Antonius and. dum illa dicit simpliciter differre ex mēte Philosophi quę secundum generalissima differunt cum tamen sic differre, nonnisi improprie differre sit, eo q̄ talia non in subiecto conueniant aut in genere. Secundum etiam quòd videlicet nedum non magis, sed nec vllo modo sit Anto. and. expositio illa ad mentem Philosophi, ex hoc patet, quòd contraria improprie, non possunt dici simpliciter cōtraria, si ly simpliciter, secundum excellentiam exponatur quasi maxime sint contraria. Illa enim maxime dicuntur contraria, cui maxime competunt omnes contrariorum, vt sic, conditiones. Hoc autem in his quæ improprie contraria sunt, non inuenitur. Ex hoc enim quædam impropriam induunt rationem contrariorū, q̄ vel eis aliqua contrarijs debita cōditio desit, vel quas habent nō nisi imperfecte participāt. Q̄d si simplr cōtraria, nō maxime, sed absolute forsan inter prete, hoc est sine quauis determinatione tunc idipsum eis quæ improprie contraria sunt, minime conuenire, magis est manifestum. Quod enim absolute & non sub aliqua determinatione vere cuiq; tribuitur, jam id

illi

illi ex hoc proprie conuenire necesse est. Et quod cuiꝫ improprie conuenit, iam non sine determinatione de illo asseueratur. Exemplum. Proprie conuenit Socrati ꝙ homo sit, ea propter idipsum de forte simpliciter affirmamus. Non sic qui mortuus est vel pictus, sine aliqua addita determinatione homo dicitur, sed semper improprietatē denominationis designans conditio applicatur. Igitur cū ea quæ inter generalissima contrarietas est, impropria sit, eo ꝙ sic opposita, vt diximus, nec genere conueniant nec subiecto, patet, non simpliciter, contrarietatem hanc esse dicendam. Quod tamen Anto. an. in sua singulari expositione affirmat, non autem Sanctus Thomꝰ. Sed illa dicit simpliciter, hoc est & maxime & absolute contraria, quæ maxima inter se situali distantia seiunguntur. Quod enim talia proprie contrarientur patet, tum quia non continentur sub modo improprio a Philosopho constituto, qđ ex hoc habent, quia non opposite se respiciunt solum iuxta superabundantiæ defectusue distinctionem, quæ si sola & præcisa sit inter aliqua oppositionis rō, solā etiam improprie contrarietatis tribuit rōnē. Addit enim horum oppositio distantiam maximam situalem. Tum quia respectu eiusdē subiecti, puta cæli vel vniuersi ad inuicem comparantur, & sunt eiusdem generis termini, vt patet, & consequenter ad eandem scientiā pertinent, ad naturale quæ de motu vt sic, habet determinare. Tum quia motui hęc terminoꝝ oppositio, propriam tribuit contrarietatis oppositionē. Est enim motus motui proprie ex terminoꝝ contrarietate cōtrarius, ergo & ipsi termini non improprie contrarij sunt, quippe cum alijs proprietatem tribuāt cōtrarietatis. Neq; enim id alteri possent quod ipsi non haberēt, immo & magis habent cum propter quod vnumquodq; tale & illud magis. Maxime autem talibus competere cōtrarietatis rōnem, aliquo modo verū est, aliquo alio modo falsum. Cū enim contraria proprie dicta habeant cōditiones quatuor hic a Philosopho propositas, videlicet ꝙ maxime distent, sub eodem genere, respectu eiusdem subiecti, & sint eiusdē scientiæ, inter ea quæ cōmunicabunt in omnibus his conditionibus, si vna earum perfectius participetur a duobus contrarijs ꝙ ab alijs, magis illa duo dicentur rationem cōtrariorum participare ꝙ cætera. Conditio autem illa quæ est distantia maxima potest duobus modis intelligi, vel. s. ſm distantiam situalem cui primo & maxime nomen distantiæ conuenit ex impositione, alio modo ſm distantiā perfectionis, duoꝝ tamē positiuoꝝ sub eodē genere. Cum ergo hic Ari. quærat de significato nominum, & distantia quæ ſm situm attenditur, vt diximus, si nominis impositio, attendatur, magis proprie distantiæ rōnem habeat ꝙ distantia ſm perfectionē, illa quæ cæteris paribus distātiā maximam situalē obtinebunt, simpliciter inter omnia alia dicentur cōtraria ſm Philosophum hic, vbi nomina iuxta proprietatem significationis attendit. Si vero attendatur distantia perfectionis vel entitatis ſm hoc quod est nō posse simul inueniri in eodem subiecto, sed seinuicem expellere, cum qualitates actiuę &c. vtiq; perfectiori modo contrariari dicentur album & nigrum, calidum et frigidū, & talia proprie contraria, ꝙ contrapositā orientis & occidentis puncta. Iuxta autem primum modū maxime cōtrarietatis, & non iuxta secundum dixit sanctus Thomas talia puncta esse simpliciter. i. maxime distantia, & hoc conformiter (vt diximus) intētioni Philosophi hoc in libro. Tertium autē quod proposuit, videlicet ꝙ expositio Anto. an. nō sit bona, sic declaratur. Cum enim ratio illa expressa ꝙ suprapositā verba Philosophi sit generalis ad omnes modos contrariorum proprie dictos, immo & ad improprie dictos ſm Anto. an. licet male (vt diximus) sequitur ꝙ debeat etiam competere contrarijs ſm maximam distātiam situs. Et cum Arist. hic enumeret illa contraria quibus cōpetit prædicta generalis ratio, quod patet, quia per notam disiunctionis dat intelligere diuisionem in membra, dum dicit: Aut simpliciter, aut ſm genus, aut ſm speciem. Diuisio autem si debita sit, vt decet Philosophū, a diuiso trāsēdi non debeat, sequitur ꝙ omnes modos contrariorū proprie dictorum enumeret. Ergo & modus ille qui attēditur (vt diximus) ſm maximam distantiā situs connumerādus est. Quod dum facit Diuus Thomas, non autem Anto. an. patet ꝙ expositio sancti Thomę ad amussim textum Philosophi quadrat. Expositio vero Antonij andreæ ab illo est aliena, & per consequens non est bona. Et de presenti defensione satis.

DEFENSIO NONA.

Libro 5. cap. de priori in principio expositionis.

HOC IN LOCO nō Anto. and. sed Mauritius carpit verbis in margine diuum Thomam dicens, in argumentum sumi contra eundem angelicum doctorem. Non dicit autē ex quibus verbis vel Philosophi vel diui Tho. nec contra quod eius placitum. Si autem loqui velit prout cēseri potest, de eo ꝙ diuus Tho. in theologia docet, nullo modo in diuinis dari prioritatem nisi ſm rationem & modum nostrum intelligendi, & hoc propter diuinā simplicitatem (cuius tamen contrarium illi tenent ponētes ibi prioritatem ſm originem ex natura rei) nō potest ex verbis hic positis ex sancto Tho. aliquid elici, contra eiusdem prædictam positionem si bene verba sua capiantur: sed potius ꝙ oppositum, efficacissimū medium contra horum virorū opinionem ex verbis Arist. hinc sumi potest, quatenus ab infideli etiam introducātur ad fidem si voluerint, prout ex naturali lumine ad lumen fidei fit ascensus. Primum ex hoc patet. Quia alia nō sunt verba sancti Tho. in hoc principio expositionis, ex quibus hic homo ꝓpter imbecillitatem sui ingenij habeat occasionem infestandi diuum Thomā sui forte hoc quod dicit hic, ꝙ ſm Philosophum significatio prioris depēdeat ex significatione principij. Quasi ex hoc sumant maiorem sui argumenti hanc inquam: Vbicūq; est ratio principij, ibi est ratio prioris & posteriꝰ. Ratio autem principij cōuenit personæ diuinę in ordine ad aliam, ergo &c. Sed maior illa falsa est, nec ex dictis sancti Tho. habetur, quia ſm eum etiam hic nomen principij est quid communius ꝙ nomen prioris. Et ex hoc sequitur ꝙ significatio prioris depēdeat a significatione principij, sicut significatio inferioris a significatione superioris, eo ꝙ superius in rōne formali inferioris claudatur. Immo si ex ratione principij velint in dictis personis prioritatem inducere, non solum inferretur prioritas originis, sed absoluta & realis. Est enim pater simpliciter & absolute (licet non ſm absoluta) principium filij & realiter. Consequens tamen nec ipsi cōcederent, tametsi ex rōne principij suam erroneam opinionem firmare conentur. Sit autem est aliud verbum hic ex quo habeāt vel in ista materia vel in alia arguere cōtra sanctum Doctorem, afferant in mediū expresse. Et nos tunc alia similiter responsione refellemus eoꝝ argumenta, quæ vt in pluribus parui sunt momenti. Secundo etiā quod supra proposui sic ostenditur. Nam Philosophus hic cōmunem rationem prioris assignās, dicit id esse prius qđ est principio propinquius. Ex hoc autem firmissimo fundamento, euidentissima consurgit veritas, ibi inquam nullam esse prioritatis rōnem vbi nō fuerit ad principium vel a propinquitas. Nomen autem propinqui sicut & nomen vicini, non potest in diuinis vni personæ attribui respectu alterius, eo ꝙ talia nomina absolutā distinctionem supponant. Neque enim dicimus filium patri, vel spiritum sanctum vtriq; propinquum aut ecōuerso, quia cum proprie talia nomina distinctionem secundum quantitatem & distantiam quantitatiuam importēt ad diuina trāslata, nō nisi in quantitate virtutis essentialisq; perfectionis distātiam designabunt inter personas. Quod quidem ab orthodoxa fide alienum est. Et de præsenti defensione satis.

defensio

DEFENSIO X.

Libro quinto super eodem capitulo de priori, parte tertia.

Prius enim Nemea Phyton. Quia propinquius Nunc. Et ipso nunc, vt principio & primo vsi sunt. Alia vero litera habet. Primus. n. Menelaus Pyrro.

DICIT HIC Sanctus Doctor quòd litera illa quæ habet. Prius enim Menelaus Pyrro, corrupta est, tū quia tempore Arist. personæ illæ non erant future, sed preteritæ: & ideo inter eas non erat ordo prioritatis ex maiori appropinquatione ad præsens nūc, ut litera Philosophi dicit, pro qua hoc exemplum inducitur: tū etiam ex textu Græco ad quem in dubijs translatæ doctrinę Arist. in linguam latinam debemus recurrere, qui aliud exemplum inducit. Sed Anto. and. vt in omnibus se quantum pōt, immo uero non potest, Diuo Tho. opponat, dicit ꝙ potest illa litera saluari si Menelaus & Pyrrus acciperent pro duobus hominibus futuris, quoꝝ vnus esset propinquior pūti nūc ꝙ alius. Sed huiusmodi falsæ literæ defensionem hāc esse nullam ostenditur ex duobus. Primo. Quia exempla non nisi ob manifestationem inducūtur. Vnde nō debuit Arist. de personis incognitis, cuiusmodi sunt oēs contingēter futuræ, ad aliquid manifestandū hic exempla dare. Nō igit posset litera illa interpretari nisi de famigeratissimis duobus illis hominibus, inter quos prioritatis ordo omnibus notus erat, quatenus per hæc notissima exempla ratio etiam prioritatis illius innotesceret. Et tamen exempla illa repugnarent literæ, vt probat Sanctus Thomas, ergo non sunt exempla Arist. Et sic litera ponēs talia exempla, corrupta est. Secundo si suam insulsam hanc saluationē literæ falsæ, aliquam hic homo cupiebat apparentiam veritatis prætendere, debuerat non vni tm rationi Sancti Doctoris in oppositum factæ satisfacere, sed ambabus. Non soluit autem rationem ex textu Græco inductam. Cum. n. Græca litera textus Aristo. eo ꝙ naturalis auctori fuerit, omnium aliorum cuiuscunque idiomatis textuum origo sit & exemplar, ipsa potius si dissonet a latina, saluari meruit ꝙ latina ipsa, græcam aspernando. Nec hoc obseruat iste, nec soluit: vnde manifestum est, ꝙ ad pauca respexit. Sed de hoc satis.

DEFENSIO XI.

HOC IN LOCO Ant. and. impugnat primā rextus partitionem a Sancto Thoma propositam, qua dicit ꝙ Arist. in isto capīo distinguens nomina quę significant partes entis, duo facit. Primo facit ꝙ dictum est, ſm ꝙ ens diuiditur per potentiam & actum. Secūdo prout diuiditur ens in decem prædicamēta. Dicit ergo Anto. an. ꝙ ista assignatio non videtur propria, quia potentia, quæ est differentia entis est potētia obiectiua, vt dictum (inqt) fuit supra. De qua potentia, nulla fit mentio in præsenti capitulo. Similiter de actu sibi opposito & sibi cōdiuiso nihil hic agitur. Et subdit. Posset dici ꝙ illa potentia de qua hic agitur, non sit illa potentia quæ proprie est differentia entis, vt dictū est supra capitulo de ente, tamē largo modo & forte ſm aliā diuisionē entis, ista potētia posset dici differentia entis, quatenus omne ens vel est in potētia de qua hic agitur, vel non. Et sic non est facienda magna vis in ꝓposito, dummodo intentio Philosophi & literę habeatur. Hæc ille formaliter. Vbi & in margine dicit Mauritius. Obiecit contra diuisionem Tho. sed saluat consequenter eum. Sed sicut in oppugnando sanctum Tho. ita & dum nititur eum vel se potius An. an. iuxta suas opiniones saluare, veritatē peruertit, ac aperte seipsum extortæ expositionis accusat. Hæc oīa simul ex hoc patent, quia dicit ens supra diuisum non in actum & potentiā de qua hic agit, sed in aliam potentiā quā vocat obiectiuā, & in actū sibi correspondente diuidi. Patet. n. ꝙ si supra Aristo. in capīo de ente, non diuisisset ens in actum & potentiam de qua hic agit, fuisset ibi diminutus, non assignando omnes modos entis, aut omnes eius partes non propalando. Est enim potētia de qua hic agit, magis ens & magis digna nomine entis, cum ſm aliquos suos modos magnam importet perfectionem, sicut ſm modum potentiæ actiuæ, & potentiæ naturalis, ꝙ illa sua potētia obiectiua quæ formaliter dicit non ens. Sed & potentia passiua, si sumatur de per se & vt contra actum diuisa, perfectius ens dicit ꝙ illa chimera. Et vtiq; argumentum quod supra contra se fecit ꝙ videlicet ens in obiectiuam illā potentiā diuidi non possit, quæ est formaliter non ens, concludit. Et solutio quam inducit de risibilis est, dum dicit diuisionē quādā superioris aut cōioris inueniri, ſm quam diuisum non de omnibus suis membris diuidentibus prædicatur. Et exempla quæ ad hanc erroneam doctrinam declarandā inducit, ostendunt illum nec vocem propriam intelligere. Dicit enim ꝙ si diuidat homo in verum & pictū, patet ꝙ pictus hominis prędicationem non suscipit. Sed aduertat obsecro bonus iste homo ad vocem suam, & attendat ad sonum diuisionem exprimentem. Sic, n. exprimitur diuisio cuiuscunq; superioris saltem ſm vocis cōmunitatē. Vtdicatur verbi causa, Animalium aliud est rationale, aliud irrationale: & similiter aliud est pictum, aliud verę. Si ergo vere sic fiat diuisio, manifestum est etiā ex sono verborum ꝙ membra de diuiso prædicantur indefinite vel particulariter, & sic istę sunt verę: Aliq; animal est pictū, & aliquod verę &c. & cōsequēter cōuersæ etiā prædicationes verę erunt. Nō. n. terminus distractiuus impedit in conuersione simplici cōsequentiæ firmitatē, cū cōsequētia illa formalis sit, & a forma propositionum sumpta. Cū aūt dicit hominē nō prædicari de picto vel econuerso, vtiq; quidem verum est ipsum condiuisum. i. verum hominem non vere prædicari de picto. Sed hominem ſm cōmunitatem vocis vel analogiæ diuisum, prædicari de condiuisis membris ſm analogiæ vel vocis communitatem, non est falsum, immo verissimum, vt patet ex cōmuni hominū colloquio circa talia. Non eget etiam Sanctus Tho. saluatione illa erronea contra omniū vere sapientum dogmata, & honori Arist. plurimum detrahente. Nunquid hi volunt diuum Doctorem cæli fulgentissimum luminare, suis etiam tenebris involuere? Nouit Mauritius Sanctum Thomam illas horrere chimeras. Quomodo ergo saluat per illas consequenter eum propter duplicem, quam ipse negat, in potentiam & actum entis diuisionem? Vnicam diuus Thomas & quæ proprie & non largo modo sumatur, diuisionem ponit entis in actum & potentiam, quæ sunt partes entis & differētiæ eius: quā supra proposuit in capitulo de ente, & in nono explicabit apertius. Et cuius membrum, potentiam in quam, hic diuidit in varios modos. Tuas ergo pro te recōdas has fabulas, tu dubita in scholis tuis, ens diuidi in actum, vt diximus, & hic explicatam potētiam: & ob hoc dicas, forte diuidi. Dubita tu etiā si vel largo modo hanc forte admittat diuisionem, & noli his tuis vmbris sancti Doctoris nostri gloriam quasi saluans confundere. Si de prædicta potentia obiectiua hic quicq; aliud, diuum Thomam oppugnando Anto. an. cum aliqua vel deficiēte probatione tractasset, multo diutius & nos in illius reprobatione moraremur. Sed quia dicta sua nō aliter roborauit, ideo de hac materia mihi nunc supersedendum est, vt pro posito intentionis huius suscepti laboris obseruem.

DEFENSIO XII.

Libro quinto eiusdem capitulo, & parte quibus immediate supra.

Principium permutationis, aut motus potestas in diuerso, inquantum diuersum dicitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

HOC IN LOCO Anto. andr. recitat expositionem Sancti Thomę, & eam reprobat sic dicens: Notandum, quòd quidam expositor aliter exponit istam literam. Dicit enim quod illa potentia isto modo dicta est, quoddam principium motus vel mutationis in eo quod mutatur, scilicet ipsa materia, vel aliquod principium formale ad quod sequitur motus, sicut ad formam grauis vel leuis sequitur motus sursum, & deorsum. Et hoc principium non potest dici potẽtia actiua ad quam pertinet iste motus, quia omne quod mouetur, ab alio mouetur. Nec aliquid mouet seipsum nisi per partes, inquantũ vna pars mouet aliam ex octauo physicorũ. Potẽtia ergo ſm quod est principium in eo in quo est, non comprehenditur sub potentia actiua, sed sub passiua. Sed ista expositio, vel non est ad intentionem literæ, vel exponit literam de potentia passiua, & tunc minus valet, tum quia est cõtra mẽtem Philosophi, quia loquitur hic de potẽtia actiua: & sic distinguitur hic secundus modus a primo vt patebit. Tũ quia supponit falsum, quod scilicet forma grauis non sit principium actiuum motus grauis, sed quod principium motus sequitur ad eam quasi ad materiam. Nam ostenditur nono huius, quod grauia & leuia mouentur a seipsis effectiue. Tum quia in mouentibus se cuiusmodi sunt animalia, principium seu potentia actiua motus est in toto, vt patet ex septimo & octauo physicorum, cuius oppositum dicit iste. Tum quia aliquod indiuisibile pura angelus potest seipsum mouere effectiue, vt veri theologi tradunt: & tamen non habet partem, & partem quorum vna moueat aliam. Tum quia contradicit sibipsi. Nam infra ibi (Dicta vero parte) dicitur quod primus modus possibilis accipitur correspondenter primo modo potentiæ, & iste modus est de possibili siue de potente actiue sumpto, vt ibidem dicit. Hæc ille. In hac autem impugnatione primo quidem iuxta suam malam consuetudinem ac maliciosę infidelitatis notam, male & truncate sic recitat Sancti Thomæ literam, quod vt ab hoc homine referuntur verba Sancti Thomę sensum præcendant totaliter oppositum ei, quod sana & completa litera diui Thomæ exprimit apertissime. Secundo non intelligit angelicũ Doctorem nec mentem eius penetrat, vbi etiam pueri facile illum intelligerent, & ob hoc impugnationes inutiliter inculcat. Tertio falsa intermiscit plurima. Quarto id quod Sanctus Thomas pro sua quadam probatione hic inducit, iste cõtra Sanctum Thomam, quasi ex se & sine reprobatione, ad idem tamen, proponit. Quinto denique a proposita via diuertit & per abrupta vagatur. Et ut breuibus cuncta complectar, expositio hęc sua, impugnatioq; prædicta, tot refertur, tum falsis, tum inutilibus, vt numerũ pene sententiarum superent. Nec posśim existimare eam ab Antonio and. nullatenus emanasse, sed forte interpositam ab aliquo viro admodum ignorante, vt sicut expositionẽ quę non Scoti est, Scoto nõ uereãtur ascribere ita et istas impugnationes apertis falsitatibus plenas attribuant Anto. and. quas forte nũquam vidit: quinimmo si viueret talia sibi fuisse attributa, doleret plurimum ac confunderetur. Ne autem verbis tantummodo ludere videar, singula luce clarius inducemus.

Quantum ad primum igitur, scilicet quòd male & admodũ infideliter recitet sancti Doctoris verba, patet primo quantum ad sensum in communi dum incipit: Notandum q̃ quidã expositor aliter exponit istam literam &c. Quod quidem est falsum, quia nõ aliter exponit q̃ & tu facias, qui & ab illo quicquid in metaphysi. expositione boni dixisti suratus est. Idem quoq; exemplum duplex quod & Arist. est, inducit &c. Secundo quantum ad verba quæ sensum exprimũt. Non enim dicit Sanctus Tho. q̃ potentia isto primo modo dicta, est quoddam principium motus vel mutationis in eo quod mutatur &c. Immo dũ incipit exponere, totum oppositum proponit dicens: Primus modus est q̃ potentia dicitur principium motus vel mutationis in alio inquantum est aliud, quæ verba dum in tua recitatione prætermittis, vtiq; conuinceris aperuisse me q̃ infidelis relator extiteris, & cum malitiosa intentione in hac tua impugnatione, peśseris. Inducit aũt post hęc diuus Tho. esse aliqđ principiũ in eo qđ mutat, & declarat eius naturã & conditiones, vt per hoc tãq; per iuxta positionẽ oppositi propositum facilius innotescat, qđ declarare ex textu assumpserat, quia videlicet tale de quo loquit textus, nõ est id qđ dẽ esse in eo qđ mutat, sed est illud qđ est in alio inquantũ est aliud. Voluit. n. declarare Sanctus Thomũ. quid est dictũ in alio inquantum aliud, ex hoc videlicet q̃ nõ in ipso qđ mutat est tale principiũ. Qđ vt p fecte cognosceretur, cõueniens fuit declarare eiusmodi naturę, sit principiũ illud quod in eo est qđ mutat. Sic igitur nedũ ad propositũ, sed vtile fuit & necessariũ, vt per affirmatiuã, negatio in ly. alio, ẽclusa, innotesceret: vt simul cõprehẽderetur ad hũc modũ nõ pertinere, principiũ motus quod est in eo qđ mouet vt sic, sed id tãmodo qđ in alio vt sic inuentũ. Et hãc esse S. Tho. intentionẽ, etiã pueris, & oĩbus q non penitus lumine intellectus priuati sint, ĩnotescere põt, cũ verba nõ possent ad id exprimẽdum aptiora formari q̃ ea quę protulit sanctus Tho. Aliter prima et scda huius expõnis sntæ inuicẽ cõtradicerent e directo. Potẽtiã inquã ad primũ modũ pertinentẽ esse principiũ motus & mutationis in alio inquãtum est aliud, & q̃ illud met principium sit principium motus & mutationis in eo qđ mutat. Ex quo vtiq; sanctus Doctor nedũ impugnatione, sed derisione dignus fuisset. Qđ tñ nõ tetigit oppugnator, ne forte suã confusionẽ et malitiã reuelaret. Cõfusionẽ quidẽ, si recitasset oĩa sancti Tho. verba vt necessariũ fuisset, si derisibilitatẽ illã inuere voluisset. Notũ. n. statim tunc factũ esset pueris, hũc hominem nõ apprehẽdisse mentem sancti Tho. in clarissima litera: ex quo cognoscerent suas has impugnationes vere esse derisibiles, vtpote in vanũ & nõ ad propositum allatas. Malitia vero si nõ recitatis oĩbus sancti Tho. verbis, incõuenientia deduceret, quæ truncatam suam fuisse relationem omnibus indicarent.

Infidelẽ itẽ fuisse ab hoc hoſe verboũ sancti Tho. relationem, patet et ex hoc aperte, quia nõ cõplete ea deducit, immo vbi sanctus Thomas præmissa declaratione ꝓposita de ipso. s. principio motus in eo quod mutatur, reassumit textum Aristo. exponere de potentia actiua: iste quasi completa iam sit expositio eius, incipit ea quæ retulit impugnare. Non autem ab re hoc fecit. Perpendit enim si cõpletam adduxisset diui Thomæ expositionem in textum, statim omnes cognoscerent eius impugnationem non esse ad propositum, vt clare nunc ipse deducã in secũdo arti.

Quantum igitur ad secundum, q̃ videlicet Anto. and. non intelligat diuum Thomã, & ob hoc impugnationes inutiliter inculcet, tametsi ex dictis clarissimum iam sit, adhuc tamen aliter explicabiẽ, vt magis veritas elucescat, & gloria sancti Tho. illibata persistat ex omni parte. Putat hic bonus homo diuum Thomam exponere præsentẽ textum de potentia passiua. Quod quidem esse falsum ex hoc patet, quia postq̃ sanctus Thomas aperte in principio expositionis clarissima sententia de actiua textum esse interpretãdum proposuit & declarato post modum quomodo in aliqbus est principiũ motus nõ in alio, sed in eo qđ mouet: et qđ tale principium in eo qnod mouet inuẽtum, nõ est potẽtia actiua sed passiua, statim regredit ad textus expositionem dicens: Potentia igit actiua motus oportet q̃ sit in alio ab eo quod mouetur &c. & subdit exempla textus. Et in fine repetit talem potentiam ad hunc primũ pertinere modum quasi concludens conclusionem textus & dicens: Sic igitur vniuersaliter loquẽdo, potẽtia dr̃ vnomõ principiũ mutationis aut motus in alio, inquãtũ est aliud. Quis ex his non videat apertissime diuum Tho. de potentia actiua hũc textũ exposuisse? Nullũ eriã puto tantæ dementiæ q̃ existimet diuum Tho. non cognoscere inter modos potentiæ, actiuam cæteris præeminere, cum ad hanc etiam Philosophus, alijs omnibus dictis modis potẽtias deducat. Nunquid igitur existimandũ esset, q̃ si in hoc loco non de actiua loqueretur, cum alibi in hoc capitulo mentionem de ea, vt de speciali modo non faciat, non perpenderet se & Philosophum esse diminutos, non tradendo modum potentiæ actiuæ, & etiam superfluitatem incurrere, bis repetendo modum potentiæ passiuæ, hic, scilicet & in secundo modo? Non existimant talia de diuo Thomæ nisi qui eum odio gratis persequuntur. Omnes ergo rationes quas contra diuum Thomam hic homo multiplicat, quasi exponentem textum de potentia passiua, non sunt ad propositum, nisi vt ostendant auctorem suum fuisse hebetis admodum sensus. Quantum autem ad tertium, quòd videlicet homo iste multa falsa proponat, tam in his impugnationibus, quæ non sunt ad propositum, quàm etiam in alijs, quæ contra Sanctum Thomam, hic affert, nunc iudico. Primo nanq; falsum est quod dicit Sanctum Thomã supponere falsum, q̃ scilicet forma grauis nõ sit principiũ actiuum motus grauis, sed quòd principium motus sequitur ad eam sicut ad materiam. Hoc inquam Sãctum Thomam supponere, non est verum. Quod patet ex diuersis capite. Et primo quidem male recitat dictum sancti Doctoris, ex quo etiam falsum sibi imponit. Non enim dicit Sanctus Thomas, quòd principium motus, sed dicit quòd motus sequitur ad eam, scilicet formam grauis. Neque enim hoc, secundum quòd hic homo recitat, verum posset esse, cum principium motus grauis sit ipsa forma grauis. Derisibile autem esset dicere, q̃ idem sequatur ad seipsum. Quę tamen derisibilia ex infidelibus suis relationibus, iste homo quantum in se est, imponit diuo Thomæ, tta vt si non videretur litera sancti Thomæ, sed tantum, quę quasi de ea recitat iste miser, putaretur ab omnibus quòd diuus Thomas fuerit vnus fatuus. Det his hominibus Deus pœnitentiam super ista mendacia peśsima, & iniquas calumnias in tam sanctum tanque præclarum Sanctæ matris Ecclesiæ lumen. Vlterius falsum est quòd Sanctus Thomas supposuerit quod assumpsit, sed probat inuicte, q̃ videlicet forma grauis non sit principium actiuum motus grauis. Et probatio clara est in litera. Si autem hoc supponeret, vt hic homo sibi falso imponit, diminutam vtique doctrinam tradidisset, non probando ad declarationem textus inducta, quæ egent probatione. Sed forte astute, noluit hic dicere q̃ Sanctus Thomas id ꝓbet, ne per hoc cognosceretur imbecillitas eius (ne dicam iniquitas, dum illam opinionem delectatur impugnare, pro qua rationem factam, vtpote irrefragibilem, cognoscit se non posse soluere. Vtique si potuisset vel apparenter auctoritati Arist. inductæ obuiare, idipsum facere non omisisset: vt decens erat & necessarium, postquam opinionem impugnare ceperat, & falsum esse asseruerat, quod dicit Sanctum Thomam supponere. Dicit vlterius q̃ probauit in nono, q̃ grauia & leuia a seipsis mouentur actiue. Et nos scimus oppositum huius in nono expresse haberi textu com. 2. dicente Arist. Inquantum simul natũ est, nihil patitur ipsum a seipso, quo in loco debueras de hac re verba facere, & si quas habebas probationes afferre. Sed puto quòd penituęris videns tam aperte Philosophum protestantem oppositum. Quod etiam dum fugere non potuit rationibus Mauritius, ad contumelias se conuertit, sapientesque sic impetit opprobriosis verbis imibi in margine, ut Maurus etiam quilibet eum in mansuetudine facile superasset. Sed quid nam sapientibus de his, qui foris & extra omnem politicum viuendi modum sunt, iudicare? Qualis dispositionis hic homo fuerit apud Deum & homines, sua illa & similia multa verba, quæ scripto etiam euomuit, apertissime docent. Si nos Antonij andr. probationes, quas hic respondet, in sua expositione inuenerimus, reprobabimus. Quæ autem in quæstionibus sunt, reprobatas ex nunc & ex tunc supponimus a doctoribus nostris, vt sæpe dixi. Sed debuisset saltem hoc in loco ostendere quomodo, id quod dicit se uelle probare in nono nõ repugnet Aristoteli in isto capitulo ubi dicit, Qđ id quod mouetur effectiue seu actiue, habet principium sui motus in alio inquãtum est aliud. Decens quoque fuerat hic declarare quomodo sibipsi Philosophus nõ repugnet hic & in octauo physicorum, dum scilicet dicit principium motus animatorum esse in eo qđ mouetur, scilicet in ipsis animatis. Hic autem dicit principium actiuum motus, hoc est potentiam actiuam, esse in alio inquantum est aliud. Quam non esse contradictionẽ iste non declarat, vt debitum esset expositoris. Vnde bene Sanctus Thomas id declarauit, dum dixit, in eo etiam, qđ mouet seipsum esse mouens aliud a moto, quia in talibus sunt duę partes &c. Et intelligitur nõ solum esse aliud mouens a moto sicut pars a toto, sed sicut pars a parte, quæ scilicet primo mouetur, vel quæ est ratio quare totum moueatur, in qua parte vt sic, pars illa mouens non est, licet sit in toto, cui quidem competit esse primum, id est adæquatum subiectum motus, sed non nisi ratione partis. Et hoc sufficit ad saluandum hic & ibi Philosophum, quod scilicet & in alio sit motiua & actiua potentia, quia pars mouens non est in parte mota, quæ etiam est ratio toti qđ moueatur, & nihilominus totum a seipso mouetur actiue, quia in eo pars sua, quæ est principium motus eius actiuum. Si autem prædictam sententiam Sancti Thomæ, videlicet, quod ad formam grauis sequitur motus deorsum, iste credat esse intelligendam de forma substantiali: tunc non intelligit Sanctum Thomam. Ipse enim loquitur de forma grauis, vt graue est, & de forma leuis vt leue. Et tales formæ sunt grauitas & leuitas, quæ sunt formæ accidentales. Hanc enim sententiam ponit etiam diuus Thomas, & magis explicat in secundo physicorum, in principio dicens: Io corporibus grauibus & leuibus est principium formale sui motus. Sed huiusmodi principium formale non potest dici potẽtia actiua, ad quam pertinet iste motus, sed comprehenditur sub potentia passiua. Grauitas enim in terra, non est principium vt moueat, sed magis vt moueatur. Hęc ille. Sed nec ipsa substantialis forma grauis, est actiuum principium motus vt quod. Vnde & Sanctus Thom. vbi supra post prælegata verba, hoc ipsum immediate subiungens manifestat dicens: Sicut alia accidentia consequuntur formam substantialem, ita & locus, & per consequens moueri ad locum: non tamen ita, quod forma naturalis sit motor, sed motor est generãs, quod dat talem formã ad quam talis motus cõsequitur. Hæc ille. Patet igitur q̃ nec forma substantialis grauis est principium motus eius actiuum, & consequenter q̃ nec graue, seipsum mouere potest actiue, nec hic homo vnquam oppositũ bene probabit. Vlterius in hoc eodem passu Anto. an. aliud imponit diuo Doctori, quod nec dicit, nec etiam uerũ est, hoc inquam, q̃ principiũ motus siue ipse motus sequatur ad formam grauis vt ad materiam. Hoc enim non dicit S. Thomas, nec ex dictis eius elici potest, immo oppositum, cum tale principium hic appellet formam, & ex opposito diuidat a materia, dicens: Est enim quoddam principium motus vel mutationis in eo quod mutat, ipsa, scilicet materia, vel aliquod principium formale ad quod consequitur motus. Ecce quod hoc principium formale distinguit contra materiam. Et tale principium formale dicit sub exẽplo esse formam grauis in graui, & formam leuis in leui. Sicut. n. exẽplificat formaliter: Sicut ad formã grauis vel leuis sequit motus sursum vel deorsum. Ecce q̃ nõ dicit, q̃ tale principiũ motus uel et motus ipse sequat ad eãdẽ formã gravis quasi ad materiam. Non debuit igitur homo iste tale falsum, & talem ineptum modum loquendi sancto Tho. imponere. Nam licet ſm doctrinã eius aliquod principiũ passiuũ motus sit ipsa materia, et oẽ principiũ passiuũ mo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

I eus habeat vniuersaliter rõnem principij materialis,cũ pati vt sic,materię primo competat & consequenter per eius rõnis aliqualem participationẽ omnibus alijs, quibuscũq; competit, & ob hoc etiam dispositio se tenens ex parte materię quatenus dispositũ sit subiectum ad ipsum moueri, habeat rõnem materialis principij motus:nõ tñ vnq; dicit diuus Thomas omne tale motus principium esse materiã ipsam. Ipsa nanq; materia(vt diximus)est principium mõtus passiuum, sed remotum. Proximum autem materiale principiũ motus est aliqua forma,ut diximus, de grauitate & leuitate. Aliud dictum adhuc falsò hic homo in impugnatione ista diuo Thomæ imponit, dũ dicit q; in mouentibus se cuiusmodi sunt animalia, principium siue potẽtia actiua motus est in toto,vt patet ex septimo, & octauo physi.cuius oppositum(inquit)iste.s.sanctus Thom. dicit. Falsum est & expresse falsum q; Sanctus Thomas dicat oppositum huius.Imo hoc ipsum asserit hic, allegãs & ipse Philosophum in octauo physi. vbi expresse & proprie id probatur. Postq; enim Sanctus Thom.hic asserunt inueniri in rebus quoddam principium in eo quod mouetur, excludit illud ab hoc primo potẽtiæ modo posito a Philosopho dicens:Sed huiusmodi principium nõ potest dici de potentia actiua ad quam pertinet motus ille.Omne.n.quod mouetur,ab alio mouetur: neq; aliquid mouet seipsum nisi p partes inquantum vna pars eius mouet aliã,ut probatur in octauo physi.Hæc ille.Quis autem ex his verbis nisi totaliter hallucinãs & passionibus actus quæ non sinunt cernere verę, vnq; eliceret q; Sanctus Thomas dicat, non solum ſm verba,sed nec ſm minimã apparentiã sensus q; in mouentibus se,cuiusmodi sunt animalia,principium siue potẽtia actiua motus non sit in toto:Nonne directe totũ oppositum exprimunt verba ista sancti Doctoris? In hoc enim quod dicit,(Nihil mouet seipsum nisi per partes inquantũ vna pars eius mouet aliam)duo exprimit. Primum negatiuum videlicet q; nihil mouet seipsum per hoc q; in eo est aliquod principiũ quod non est pars:qualia principia sunt prædictæ dispositiones materiales, grauitas inquam & leuitas,& huiusmodi.Neq; enim prædictę formæ accidentales sunt partes eius quod mouet. Aliud affirmatiuũ q;.s. in mouentibus se, oportet inueniri duas partes,quarũ vna sit moueus & alia mota, vt probatur(inquit)in 2. physi. Hoc enim in animatis quibuscunq; probat ibi Philosophus inuentri,quem sequitur ibi S. Tho. illã ꝓbationẽ explanans.

Vltimũ denicq; falsum & satis opprobriosum quod Sancto Thomę non veretur falso imponere est,q; contradicat sibipsi. Vtinam miser ſm imbecillitatẽ tui capitis & sensum tuum obtusum, quo eius mentem in clarissima litera non apprehendisti.In hoc enim saltẽ debuisti aduertere, q; ſm intentionem sancti Thomæ primus modus potentiæ non nisi potentiam actiuam sonat,& secundus passiuam. Cum aperte vbi tu allegas dicat de ipso possibili, quòd primus modus possibilis quo aliquid dicitur potens actiuæ respõdet primo modo potentię, secundũ quam dicitur aliquid potens agere dupliciter.s. vel per seipsum,uel mediãte alio, & hanc dicit esse potentiam actiuam. Et secundũ modum possibilis dicit correspondere secundo modo potẽtiæ,quã & loco proprio vbi modos potentiæ supra distinxit, dixit esse potentiam passiuam. Si enim in primo modo nõ fuisset locutus de potentia actiua:cum nullibi tribuat illi aliũ modum, vel de ea in alio distincto modo de per se loquatur, vtique vt minus sapiens diminutus fuisset, & modicæ considerationis, vt illum modum potentiæ prætermitteret: & etiam nõ intueretur in dictis Aristotelis, qui est perfectissimus inter omnes potentię modos, vt potę ad quem omnes alios modos reducat Aristoteles in fine capituli,& quem omnes alij expositores viderunt: & iterum quę paulo post ipse quoq; in primo modo contineri affirmat.Quis nam talis de sancto Thom.ad quem tota ecclesia, omnisq; Philosophorum ac theologorum cetus,vt illuminetur recurrit,loqui vel etiam cogitare posit, nisi is qui ei minus afficitur? En ecce quot falsa homo iste falso imposuit doctori gloriosissimo. Quantum autem ad quartum quod in principio propositum est quòd videlicet id contra Sanctũ Thomã sine probatione inducat,quod Sanctus Thomas pro se assumit,hoc inquam,ex dictis iam patet. Nam Sanctus Thomas in litera sua hoc asserit aliqua.s. mouentia ex hoc actiue seipsa mouere: quia in eis sunt duæ partes quarum vna mouetur & altera mouet, & dicit id esse ꝓbatum per Aristotelem in octauo physico. vbi tex. com. 28.& inde, probat Philosophus q; animata sola sunt talia. Hic autem homo in sua improbatione hoc ipsum inducit formaliter contra Sanctum Thomam, quasi diuus Thomas oppositũ sentiet eius quod apertissime asseuerat. Sed neq; etiã si diuus Tho.teneret primũ modũ potẽtię passiuã potentiam tantũmodo continere, concluderet aliquid,id quod hic homo infert cõtra sanctum Thomã. Quia stant hæc duo simul quòd videlicet primus modus potẽtiæ, de passiua potentia tantummodo faciat mentionem,de ea inquam,quæ in eo est quod mouetur:& tamen q; inueniatur etiã principium motus actiuũ,in aliquo quod seipsum mouere.ꝓbat Philosophus in 8.phy.Non.n.valet consequentia.Inuenitur talis potentia actiua &c.ergo pertinet ad hũc primũ modũ,vt hic intẽdit arguere, quicquid sit de antecedente & consequente.Sicut.n.patenter ostendimus tã consequens q; aũs licet non ad intentionẽ Anto.an.hic asserit S. Thom.Illum enim primum modũ non de potentia passiua,sed de actiua exponit, in quo etiã omnem actiuã potentiã includit.Si aũt id qđ dicit Anto.an. assumat contra primum dictũ sancti Tho. quo ait q; primo modo potẽtia est principiũ motus & mutationis in alio inquantũ est aliud: tam ex hoc nõ S. Tho.tñ,sed etiã Arist.impugnaret q; hoc idẽ affirmat in textu. Sed supra responsum est & concordãtia adducta prædictæ repugnãtiæ apparẽtis, nõ tantum cõtra Philosophum & Sanctũ Tho.sed etiã contra Anto.an. Philosophũ exponẽtẽ: & ex hoc debuisset & ipse eidẽ repugnantiæ occurrere:quod non fecit,& male. In hoc etiã defecit,quia talem primã sentẽtiam S.Tho.contra quam hoc quod dictum est forte inducit,debuisset recitare, quod etiã facere prætermisit,vt supra patuit. Vltimũ quod superest asserendũ contra præpositam impugnationem est, q; hic homo a proposita via digreditur & per abruptã graditur, vt a vero vndiq; deuiet. Proponit enim contra Sanctum Tho.angelos seipsos mouere,qui ĩ partibus carent. Sed a proposito longe vagatur,cum Arist.vt pote Philosophus purus,& itidem purã trãdens Philosophiã,de motu illo angelorum nullibi faciat mẽtionẽ, nec cõsequẽter de potentia ad talẽ motum actiua siue passiua.Neq;.n.nouit angelos illo modo moueri quo theologi tradunt. Neque si nouisset de hoc in physicis memor esset. Sed neq; in metaphysica, in qua Physicę & non ut theologus loquit.Vnde nec aliqs alius theologus debuit hic inserere ea quæ propria theologorum sunt,& fidei sola reuelatione noscuntur. Hoc enim proprium illorum est quibus ad suum propositum inferẽdum desunt rationes naturales cogentes, vel his etiam qui apud theologicæ facultatis expertes, volunt se theologos & veros theologos iactitare. In hoc etiã quòd hic homo affert de angelorum motu,malitia simul & ignorantia cõsiderari potest.Malitia quidẽ in modo dicẽdi.Nã sic loquitur contra Sanctum Thomã oppugnator quisquis ille fuerit:(Aliquod indiuisibile puta angelus, potest seipsum mouere effectiue,vt veri theologi tradunt.) quasi velit,iuuenibus legentibus, suspitionem & opinionem ingerere quòd Sanctus Thomas contra quem hoc inducit atque sequaces idipsum non teneant, angelos inquam mouere seipsos:et consequenter eosdem veros non esse theologos. Cũ tamen nullus sit Doctor in ecclesia Dei, qui tam perfecte veritatem illam declaret ac pandat sicut facit Doctor Angelicus in prima parte, in primo scientiarum,in quolibetis.

A betis, & in pluribus alijs locis suæ doctrinæ, a quo & isti quicquid boni dixerunt mutuati sunt; & in quo ab eo deuiarunt, in falsitates varias sunt prolapsi. Ignorantia vero eorum ex hoc eodem passu multiplex aperitur. Primo quidem,quia si intendit de motu angelorum hic loqui, vt eius principium non dicam esse actiuam potentiã per quã seipsos actiue moueant:sed seipsos moueãt per se primo, tã ex ĩmediate præcedente ratione,qua iuxta Philosophi placitum ea quæ sic se actiue mouent partem habent & partẽ, aperte seipsos fallitur & cõtradictiõis accusant.Nã Arist. ad id ꝓbatio in 8.phy.inducta in hoc fundat, q; ubi nõ est distinctio ptiũ,si aliqd seipm actiue moueret: tã idẽ esset ſm idẽ agẽs & patiens, & cõsequẽter in actu simul & in potentia. Et propter hoc postmodũ infert Deũ esse oĩno immobilẽ,quia videlicet oĩno indiuisibilis est ac summe simplex.Et pari mõ inferri idẽ põt,& de angelis inquãtũ & ipsi simplices in essentia sunt,si in eis nõ est ẽt cõpositio essentiæ cũ potẽtia,vt isti tenẽt. Cõtradictionẽ igit̃ claudit qđ hic assumit,angelos inquã sic esse simplices q; non habeãt partes in se,quarũ una sit mouẽs,& altera mota,et nihilominus eosdẽ seipsos actiue mouere. Et rõ sua de angelis repugnat præpositæ, in qua ex intentione Philosophi dixit oẽ mouẽs seipsum,partes habere,cũ de alijs det exẽplũ qđ dedit & Philosophus cũ id docuit:cuius rõ etiã angelos apprehendit, cũ & ad Deũ ascendat vt diximus. Falsum est etiam angelos mouere seipsos effectiue,localiter,ꝓprie.Cũ probet Arist.8.phy.oẽ sic mobile,esse corpus.Angelos autem non esse in magnitudine, sed immateriales esse substantias demõstrat tam in 8.phy.q; in.12.metaph.ex motu sempiterno,quo quantum in se est indefectibiliter mouẽt cælestia corpora. Falsum est ẽt ſm veros theologos; si veros theologos hic inducere debeã vt falsa retundam eos; qui se denominãtes veros theologos falsa dissemnant, falsum inquam est angelos effectiue localiter se mouere motu vniuoce dicto cũ motu physico,propter eandẽ Philosophi rõnẽ in 6.physi.Neq; enim Phylosophię veritas, theologicę veritati repugnat.Multæ etiã sunt motus physici ꝓprietates, locali angelorũ motui repugnantes.Vt necessitas transeundi per medium,incomponibilitas ex mutatis esse, indiuisibilitas eorundem mutatorũ esse, indiuisibilitati instãtis nostri temporis correspondens:& multa alia,ex quibus conuincitur motum illum cum isto non nisi equiuoce conuenire. Falsum est etiã & a veris theologis reprobatũ, non inueniri in angelis compositionẽ ex sua ipsa essentia, ac sui motus actiuo principio.Nam probant veri theologi, potentiam voluntatis angelicæ, distinctam esse realiter ab eorum essentia:& esse accidens eius de secunda speciei qualitatis quæ naturalis potentia vocatur,& similiter intellectus: cum quibus potentijs compositionem quãdam facit essentia,sicut cum accidente subiectum. Et fortior est hæc compositio,cum sit accidens eandem essentiam necessario consequens,& eius propria passio. Voluntas autem in angelis non distinguitur realiter ab eorũ motiua potentia:sicq; saluatur & angelos posse moueri localiter nõ solũ alia,sed etiã seipsos,cum in eis duo sint,vnum mouens quo,ipsa inquã potẽtia,quæ licet non sit pars,est tamen motiua potẽtia: & ipsemet angelus est mouens vt quod,& est in angelo aliud quo mouetur.s.ipsa essentia, & angelus ipse mouẽs vt qđ, qui licet ab essentia nõ proprie realiter distinguatur,distinguitur tamen formaliter: & ideo potest dici quòd ipse qui dem mouetur,sed ratione essentiæ: & est id quod mouet sed mediante potentia.Et sic angelus,quatenus simplex est & indiuisibilis, cuiuscunq; etiam a se causabilis motus est expers.Mouetur autem & seipsum mouet,quatenus quandam vt diximus voluntatis quæ motiuum principium in eo est:cum essentia compositionem admittit. Sicut etiam in nobis appetitus est principium motus localis actiuum. Sed tamen est aliud in nobis motus principium quasi passiuum in membris; quod quidem veri theologi vocant habilitatem,qua angeli non egent cũ corporei nõ sint. Qualis autẽ sit ille angelorum motus, non est præsentis facultatis exponere.Patet igitur ex his omnibus virum istum, ad modum inconsiderate hoc in loco diuum Thomam impetijsse verbis. Per omnia benedictus Deus.Amen.

DEFENSIO XIIII.

Libro 7.t.c.22. parte prima.

Eorum autem quæ fiunt, hæc quidem a natura fiunt, hæc autem ab arte,alia autem ab automato.

HOC IN LOCO Anto.an. ĩprobat vnam sufficiẽtiam sancti Thomæ primæ diuisionis ab Arist. positã, vbi dicit Arist.(Eorũ quæ fiunt, quędã fiunt a natura, quædã ab arte,quædam vero a casu.) Hac igitur diuisione proposita Ant.and.sic subsequitur. Notandum q; sufficiẽtia huius diuisionis sic assignatur a quodam expositore. Quia causa generationis vel est causa p se vel causa per accidens. Si est causa per se, primum principium motus vel est in eo in quo est,& sic est natura: vel extra ipsum, & sic est ars,quia ars non est in ædificato quod fit, sed in ædificãte.Si autẽ est causa per accidens,sic est casus et fortuna, quę ambo hic sub casu comprehendit. Sed contra quia vel iste expositor intendit assignare hanc sufficientiam penes causam effectiuã ġnationis,uel penes passiuam.Si penes effectiuam, ergo male dicit, quòd si illa causa quæ est principium motus & generationis sit in re sic est natura. Nam illud principium motus et quietis naturalis quod est in re, & a quo dicitur generatio naturalis non cõpetit principio actiuo,sed passiuo,vt ostẽsum est in 5. huius. Si autem penes causam passiuam,ergo male dicit q; si illa causa et principium sit extra rẽ quę generaẽ sic est ars.Nã ars ad causam efficientẽ pertinet ex quinto huius ca.de causa. Et ideo non videtur loqui vniformiter de causa. Aliter ergo dici põt q; sufficientia sumit penes causam effectiuã.Nã causa generationis vel est per se vel p accidens. Si per accidẽs sic est casus & fortuna.Si per se, vel agit de necessitate, vel a proposito.Si primo modo,sic est natura.Si secũdo modo, sic est ars. Ad hos duos modos agendi reducitur omne agens per se ex.2.physi.Hæc ille formaliter. In hac aũt controuersia quatuor factã. Primo ostendã sufficientiam sancti Thomæ esse bonam,non autem illam quam affert Anto. an. Secundo specialiter probabo q; illa Anto.and.sit insufficiens immo totaliter deficiens. Tertio q; sufficiẽtia sancti Thomæ est conformis literæ,et ad intentionẽ Philosophi, non autem sufficientia Anto.an. Quarto vero & vltimo,satisfaciã motiuo Anto an cõtra sanctũ Thomã in suũ illud auctorem retorquendo, & in suã insufficiẽtem sufficientiã.

Quantum ad primum probatur propositum præsupponendo primo ad robur presentis doctrinę Sancti Thomę, & per me dicendorum in hac defensione, q; Aristo.12.huius.t.c.11. ponit hanc eandem diuisionem sub eodem sensu quo hic eam approbat sanctus Thomas. Dicit enim ibi Philosophus q; omnia quæ fiunt aut fiunt a natura aut ab arte aut a fortuna aut a casu.Et post immediate ostendit in quo differant natura ab arte dicens. Ars igitur principium est in alio.Natura autem principium in ipso. Reliquę vero causæ.s.fortuna & casus sunt horum priuationes. Vbi manifeste patet q; ex hoc vult Philosophus has generationes distingui q; vnius principii est natura,alterius ars,alterius vero forma vel casus, vt hic in sua sufficientia asserit S.Tho.Presupponit scđo, q; hęc diuisio nõ est diuisio generis in species sed in modos.Hoc patet tam ex verbis Philosophi in tota serie textus,vt infra tertio loco dicetur,q; ex dictis Sancti Thomæ: qui in vltima partitione textus antequam diuisionem literæ & sufficientiam eius proponat, dicit q; Philosophus primo proponit quasdam diuisiones circa reę generationes,quaę prima accipitur penes ea quę

Universidad de Deusto
Biblioteca

gñantur & modum gñationis. Hæc ille. Patet & hoc idē, quia spēs gñationis sumūtur ex terminis, vt diuersa sit gñatio substantialis & accidentalis, animatoꝝ inanimatoꝝ, & sic de alijs spēbus eius siue sub aternis siue specialissimis, quia formalis terminus primæ est substantialis, secūdæ vero accidentalis, & sic suo modo dicendum est de alijs. Esse autem naturale vel nō naturale &c. sunt modi gñationis ex principijs, & non ex terminis constituti vt patet hic per vtriusq; partis auctores. Competit etiā hi duo modi. s. naturale & artificiale vni spēi gñatiōis. s. gñationi accidētali, & alteri eoꝝ. s. naturali, ambabus. s. & substantiali & accidentali. Vnde patet q; neuter eoꝝ pōt esse gñationis spēs. Nec. n. oppositæ species superiores possunt de aliqua vna inferiori prædicari pura corpus animatū & corpus inanimatum de homine. Erunt ergo modi gñationis & nō spēs eius. Si ergo debeat reddi sufficiētia gñationis ꝑm istos modos oportet q; inuestigetur propria & prima rō prædictorū modoꝝ gñationis seu rō generationis sub istis modis, & non sub ratione alicuius spēi eius. His ꝓsuppositis sic arguitur ad primum inētum. Illud quod est per se primo principiū q; aliqua generatio sit naturalis, vel artificialis, vel a casu, est etiam per se primo principium distinctionis eius ab alia constincta, pura naturalis ab artificiali, si sit per se primo principiū naturalis, vel econuerso, si sit p se primo principiū artificialis, & sic suo modo dico de gñatione a casu respectu aliaꝝ. Sed per se primo gñatio aliqua est naturalis quia est a natura & artificialis, quia ab arte, & casualis quia a fortuna, vel a casu, ergo per hæc per se primo adinuicē ēt distinguunt. Sed bona sufficiētia alicuius diuisionis datur per proprias rōnes & per ea quæ sunt p se principia talis diuisionis. Hoc. n. importat nomen sufficientiæ, ergo sufficientia huius diuisionis data per prædicta principia qualis est sufficientia data a Sancto Tho. bona est ac p fecta, non autem sufficientia data ab Anto. an. non per ista per se primo diuisionis huius principia. Maior huius rōnis probatur. Tum ex veris, tum ad hominem. Ex veris quidē quia ꝑm Philosophū 7. metaph. forma quę facit esse actu tale, diuidit & ēt separat illud ab oī alio ente actu, sed non tali, ergo formalis rō, et p se primo principiū, quo gñatio est naturalis &c. erit etiam formalis rō distinguēdi eam ab artificialia & econuerso &c. Ad hominem autem, quia Sco. quem in hoc etiam sequūtur oēs Scotistæ, habet primo. d. 11. q. 2. hanc pro maxima, q; quocunq; aliquid primo constituitur inesse, per idem distinguitur a quocunq; ꝑm tale esse distinguitur. Similiter in quarto dist. 45. q. quarta, dicit q; illa est per se causa qua posita & omni alio circūscripto sequitur effectus. Ex his euidenter sequitur maior nostra. Licet non sequatur illud ad quod primū illud dictūm a Scoto inducitur, vt videlicet per filiationem distinguatur filius personaliter a spiritu sancto, vt patet per Capreolū in. 11. dist. primi & per omnes alios Thomistas de hoc loquentes. Minor vero rationis illius patet tum ex dictis Anto. an. qui etiam hic dicit q; gñatio ex hoc est, & dicitur naturalis quia est a natura, quæ est intrinsecum principiū motus et quietis, licet nolit vllū tale principiū esse actiuum, et male, vt dicetur. Tum ratione, quia de rōne naturæ est, q; sit principium motus naturalis, vt patet per diffinitionem naturæ, ergo ex hoc primo motus, & per consequens generatio est naturalis quia a natura. Si. n. natura est causa per se primo huius vt sic, eo q; sibi cōpetat ex sua diffinitione, sequitur q; de rōne etiam huius effectus sit, q; sit naturalis per se primo, quia est a natura. Causa. n. propria & precisa, respondet ꝓprio & per se primo, effectui & econuerso. Et confirmatur primo per Arist. tam hic q; in principio secūdi phy. vbi ponit eandē diuisionē licet nō sic explicite ponat oīa eius membra. Dicit. n. q; ea quæ sunt a natura. i. entia naturalia distinguūtur a nō naturalibus, quia illa habēt in se naturā, nō ista. Si ergo gñatio non est naturalis nisi ga habet aliquod principium vt etiam tu cōcedis, nō erit nec dicetur primo naturalis vt distinguit contra Arist. nisi ga habet principium quod est natura. Confirmat secūdo ga idem est aliquid moueri ꝑm naturā, & illū motum esse naturalē vt patet ex terminis. Sed ex hoc aliq; dē moueri ꝑm naturā quia talis motus est a natura, ergo ēt talis motus dicetur primo naturalis, quia est a natura. Patet minor huius per Aristo. 2. physi. t. 1. vbi dicit hoc q; est ignē ferri sursum, non esse naturā, neq; esse habere naturā, sed esse ꝑm naturā q; est esse a natura. Hæc ibi. Ex ijs oībus sequit q; sufficientia Anto. and. bona nō est, quia vnius rei non est nisi vna propria causa essendi ac distinctionis, et per consequēs vna sola & præcisa ratio diuisionis aliquoꝝ adinuicē. Vū si ratio sancti Thomæ est bona, sequit q; rō & sufficientia Anto. an. quæ est diuersa ab illa sancti Tho. bona non sit. Et ex eadem probatione hoc ipsum infertur aperte per oppositū quo probatum est eam quæ a sancto Thoma datur esse propriam, vt & pueri deducere possunt, quia sicut affirmatio est causa affirmationis, ita negatio negationis, vt dicitur primo posteriorū. Specialiter tū q; erat secūdo, ppositum hoc ipsum, sufficientiā inquā Anto. an. esse deficientē, sic probatur. Illa nō est per se rō distinctionis aliquoꝝ ad inuicem, qua posita vel remota, non ponitur vel remouet talis distinctio. Sed talis est ratio distinctionis prædictoꝝ ab Anto. and. assignata ergo, non est per se rō distinctionis ipsorum. Cum ergo aliquoꝝ sufficientia, reddat per se primo rationem eorum, sequitur q; id quod assumitur ab Anto. and. non sit sufficientia. Maior rationis ex hoc patet expresse quia de ratione causæ per se & proprie, est q; ea posita ponatur affectus, & ea remota remoueatur. Causæ enim singulares, id est per se & proprie simul sunt et non sunt cū suis effectibus quinto metaph. t. c. 2. Et multo magis, id est de ratione causæ, quæ nō solum est per se sed & primo causa talis effectus. Minor autem sic probatur. Potest esse vel saltem intelligi esse aliquod agens a proposito, cuius tamē per se effectus erit naturalis, & aliquod agēs a natura, cuius effectus erit artificialis, ergo &c. Primū probatur. Si enim per possibile vel impossibile sol esset agens per intellectū, quod esset si corpora cælestia essent animata anima intellectiua vt multi de mēte Philosophi tenent, & etiam absolute a quibusdam theologis creditur, licet falsum sit, & nihilominus sol produceret effectum in inferioribus, puta ranā eisdem medijs quibus nunc ex necessitate producit, ille talis effectus ita esset naturalis sicut & nunc; & consequenter eius generatio esset naturalis et tamen principium eius actiuum non esset agens de necessitate naturæ, sed a proposito, ergo &c. Vel idem faciat Deus supplens virtutem causę secundæ actiuæ puta cæli, quod pōt, vt & tu non negabis, licet aliqui Philosophi, sed male, id nō credant, producat in quam talem effectum mediante principio naturali intrinseco alio, loco seminis, & misterio qualitatum actiuarum & passiuarum, tunc talis effectus esset naturalis, & generatio eius naturalis puta generatio fructus prædicto modo in arbore, & tamen principium eius actiuum extrinsecum non esset agens de necessitate naturæ, ergo ratio talis naturalitatis in generatione non est habere taliter agens sed alia qua alia magis propria, quam Sanctus Thomas & Philosophus vt diximus assignarunt. Per oppositum patet secundum. Nam si Deus ageret de necessitate naturæ, adhuc effectus eius posset esse artificialis, ergo sic agere non est vt sic per se prima causa & propria q; aliquis effectus sit naturalis, & consequenter quòd per hoc distinguatur, ab artificiali. Probatur assumptum, quia omnem effectum, quem potest artifex imperfectior producere, potest & perfectior tam peritia artis, quàm virtute agendi. Cum ergo Deus etiam si ageret de necessitate naturę intellectus & voluntatis, adhuc esset artifex quia agēs per intellectū, & esset etiā nobilior quocūq; artifice inferiori tam quo ad potētiā & efficaciā agēdi q; quo ad sapientiā, ideo posset ex cōsequēti facere omnem effectum artificialem quem posset & quicunq;

cunq; inferior artifex. Et cōfirmatur. Nam per hoc quod ageret de necessitate naturę, non sibi adimeretur quin posset & sciret vti eisdem artificialibus instrumentis, quibus potest & scit artifex producere illum effectum, ergo &c. Nec infringit propositū dicere, q; si Deus ageret de necessitate naturæ, non posset non agere medijs causis secundis, vt & quidam Philosophoꝝ putāt vsq; hodie in productione naturalium. Non valet inquam hoc cōtra propositū, ga licet forte id contingeret vbi ad effectus determinatos requirūtur etiam determinatæ causæ per se & essentialiter ordinatæ, sicut sunt effectus naturales & naturali causarū ordine procedentes, secus vbi effectus non habet causam determinatam, sicut est effectus artificialis, qui potest ab hoc particulari & ab alio superiori & vniuersali artifice idē numero fieri per idem vel per aliud instrumentū, ad hūc sensum q; artifex inferior non est sic causa determinata ad hunc effectum, quin idem numero posset ab alio qui superior artifex est & in cuius virtute oēs inferiores artifices operant, p se fieri per eadē instrumenta vel sine. Quod etiā si (tametsi verissimum sit) sit tamē durum aliquibus videatur, aut nō facile apprehendatur, saltem hoc sequitur, q; talis effectus erit a Deo agente per casum de necessitate naturę, tanquam a cooperante ipsi particulari & determinato artifici, & sic agere de necessitate naturæ, non esset ratio quòd aliquis effectus non esset artificialis. Sed forte tunc diceretur quòd in tali casu, ab agente proximo talis effectus diceretur artificialis, non a remoto, qualis esset Deus, eo quòd in suis naturis & conditionibus effectus assimilatur causis proximis non remotis. Quod etiam videtur, quia multi effectus sunt contingentes ex conditione causarum proximarum, quæ sunt contingentes, quamuis Deus a quo etiam sunt vt a prima causa, non sit causa contingens. Sed respōdetur quòd nec id quod adducitur quicquā valet, nec est simile quod in probatione affertur pro simili. Primum patet. Nam causa prima magis influit quàm secunda. Si ergo in causa prima est conditio ꝑm quam oporteat sequi effectum naturalem per te. Sagere de necessitate naturæ, in causa autem proxima est conditio ꝑm quam effectus debeat esse non naturalis, magis sequetur ipse effectus impetum causæ primæ, vtpote fortioris, q; secundæ causæ conditionem. Secūdum etiam patet. s. non esse simile quod adducitur de contingentia rerum. Nam Deus etiā cooperatur causæ proximæ ad contingentiam. Immo tota & prima radix cōtingentię rerum est diuina voluntas vt & Sanctus Doctor ꝓbat in primo. di. 32. Non cooperaretur autem ad artificialitatem si haberet in se conditionem in agendo quæ artificialitati repugnaret, quod esset si ageret de necessitate naturæ, & hæc esset conditio ex qua primo haberet effectus eius naturalitatem, vt tu ponis. Forte adhuc dicetur, q; cum sit impossibile Deū agere de necessitate naturæ, & sibi solē agere p intellectum, nimirū si ex vtroq; sequātur impossibilia. Sed hæc euasio nulla est, quia si illa esset præcisa & prima causa, in quocunque siue per possibile siue per impossibile poneretur, necessario deberet ab ea sequi ille effectus, vt quia animal rōnale est præcisa & prima causa hominis vel etiā risibilis, in quocunq; poneretur, etiā si poneret per impossibile in asino, sequeretur necessario q; asinus esset homo et risibilis. In talibus. n. inuenitur & sufficit necessitas consequentię, quis tā aīs q; cōsequentis sint impossibilia. Cū ergo in proposito id non currat, quia vt probauimus stat per ea sum q; causa sit agens non de necessitate naturæ, & effectus sit naturalis, & q; causa non sit agens nō de necessitate, & tū sit effectus artificialis, ergo ille nō sunt p se & ꝓprie ac primo causæ talium effectuū. Non ergo p illas rōnes, data ab Anto. an. hoꝝ effectuū distinctionis sufficiētia bona est. Licet autē potentia rōnalis a non rōnali in hoc etiā differat q; secunda agit de necessitate naturæ & non prima, vt habet etiā a Philosopho 9. huius. t. c. 10. nō tū hęc est prima rō distinctionis eaꝝ, vt ab ea sumi debeat sufficientia causaꝝ, quæ ex prima & propria rōne sumēda est, sed illa potius, q; hic ex Philopho a sancto Thoma inducta est, vt probauimus. Illius enim primum principiū est rō, huius vero natura. Quantū ad tertium patet manifeste sufficientiā datā a Sancto Thoma non solum esse conformem literæ vel ad mentem Philosophi, verū etiā q; ipse eā Philosophus in litera expresse assignauerit. Declarādo. n. quæ sint gñationes naturales & quæ artificiales, & quæ casuales, oportet dicere q; reddat rōnem ꝓpriā distinctionis eaꝝ abinuicē. Vnū quodq; n. per suum quod quid est, distinguit ab eo qd nō est tale. Vnde & formale in ipso qd quid est, vocat dīa, eo q; ab oī alio primo differre facit. Sed Arist. in eodē textu, dicit gñationē illā esse naturalē quæ est ex natura, qd est dictu, cuius principiū est natura, qd etiā tu ipsa veritate cogitus exponendo fateris. Factionē aūt, quę. s. terminat ad effectus artificiales dicit esse illam, quę est ab arte, & per hoc est alia a naturali, vt innuitur in textu, in ly, aliæ, vt & tu ēt asseris exponēdo. Ipsum aūt fieri ꝑter hęc, ex hoc est q; a casu est vel a fortuna, vt nobiscū & ipse consentis, ergo generatio naturalis distinguitur ab artificiali per hoc q; ipsa est primo a natura, et illa ab arte ut a principio suo ꝓprio &c. & per sua hæc principia vtraq; distinguitur a per se vano. Et sic patet q; sufficientia Sancti Thomę est expōsita sententia Philosophi. Sufficiētia vero Ant. an. est ab intētione Arist. hic totaliter aliena. Quo ad quartū soluenda est obiectio eius, immo contra illū est retorquenda sic. Sicut. n. effectuū vniformium, debēt esse vniformes & vnius gñis causæ, ita difformium effectuum, difformes ēt causæ sunt, eo q; causę suis effectibus sint proportionatę. Cum ergo esse naturale, artificiale, & a casu, sint rōnes in effectib? ual de difformes, in rōne modoꝝ ipsoꝝ effectuū, sequit q; eoꝝ debeāt rōnes proprie assignari difformes, ergo nō pertinētes ad causam actiuā tantū, vel passiuam tm, sed ad vtrāq;, non tamen vt sit, sed vt eis competit conditio naturale vel artis. Nec ꝓ. n. omnis natura habet rōnem causæ actiuæ, cum & materia natura dicatur, tametsi ab hac sola, generatio ipsa non dicatur aut sit naturalis, sed quādo vltra hoc, est ut eo quod generatur, aliquid principiū gñationis vel actiuum, vt semē, aut aliquid loco seminis in gñatione animatoꝝ, vel passiuum, vt sunt naturales dispositiones, quibus materia disponitur ad expulsionē formæ corrūpēdę, & introductionem generandę, quæ ideo habent rōnem principij passiui, quia se tenent ex parte materiæ, vtpote quibus materia redditur idonea ad formæ introducendæ susceptionē. Sicut patet in omni gñatione inanimatorū, siue sint corpora mixta siue simplicia, licet vt sunt instra gñantis, possint aliquo modo dici principia actiua, sed vt quibus. Cū ergo Anto. an. in sua sufficiētia, effectibus difformibus, causas difformes non assignauerit, sed voluerit, oēs in vno gñe causę cōuenire in gñe in qua causæ efficientis patet q; tā veritatē oppugnādo q; falsitatē determinādo defecerit. Itē motiuū prędictum est defectiuum etiam quo ad modum arguendi. Res enim naturales non solum quo ad suas essentias & existentias habent quatuor causas, sed etiam inquantum naturales sunt. De causa enim actiua apud te etiam, non est dubium. De causa vero materiali & formali patet per Philosophū in 2. phy. diuidente naturā in hæc. Res autē dicitur naturalis in habendo naturā. De cā etiā finali patet, tum quia eun dē effectū respicit finis, quē & efficiēs, cū hoc non agat nisi ex intētione finis, seu ut motū ad finem, tum etiā quia finis et forma coincidūt 2. phy. t. c. 79. et 5. metaph. ca. de causa, tum iterū quia natura oīs agit propter finē 2. phy. Res ēt artificialis ꝓcedit ex quatuor causis, immo ibi oēs causæ eui dentius apparēt. Cuius gēa semp Arist. cū ꝓdicta gña causaꝝ declarare intēdit, induxit exempla in artificialibus, ga in his prædicta causarum distinctio & natura, clarius innotescit, immo ad sensum. Motiuū igit exclusiuū pluralitatis causarum ad hoc q; est esse generationē naturalem vel artificialem, vel in hoc distinguj eas ab inuicem, si non sis

diminutum, sed sit sufficiens, debet procedere per exclusionem multitudinis omnium causarum, quæ ad talem naturalitatem vel artificialitatem per se necessario, & quælibet in suo gradu ex quo concurrunt, & per sufficientem aliarū omnium exclusionē, vnitatē causæ effectiuę cōcludere seu ad vnitatem eius talem effectum eius deducere. Debuit ergo tua obiectio ex exclusione multitudinis, causarum motiuum sumens sic procedere et dicere: Aut iste expositor intendit assignare hanc sufficientiam penes causam effectiuā generationis, vel penes causam passiuam quę, scilicet materialis est, uel penes finalem, uel penes formalē. Si penes actiuam, ergo non penes illud quod est in re, quia causa actiua est causa extrinseca. Si penes passiuam, ergo nec artificiale distinguetur penes hoc qđ est esse ab arte, quia hoc est principium extra rem, passiuum autem motus principium est in re. Si penes formalem, tunc licet ars sit forma exemplaris, non tamen est in re, & causalitas exemplaris magis se tenet ex parte actiui principij q̄ formalis, cum vt sic non informet, sed sit forma ad quam respiciens agens agit. Si penes finalem, ergo cum etiam sit extrinseca, tam ꝑm esse q̄ ꝑm intentionem, quia sic est in agente quod est extrinsecū, sequitur q̄ non est principium quod est in re. Cū ergo tua obiectio non sic processerit vt motiuum illud requirebat, patet quod tam quo ad materiam q̄ quo ad arguendi modū vana fuerit. Est adhuc in hac oppugnatione Anto. an. attendendum aliud falsum, quod assumit contra Sanctum Thomam, videlicet q̄ principium motus positum in diffinitione naturæ, non est principium actiuum sed passiuū. Et dicit se hoc probasse in quinto. Licet autem ibi nulla a Mauritio vel Anto. and. de sancto Thoma vel Thomistis mentio fiat, & ob hoc iuxta intentionem suscepti operis mihi tacendum foret. Hoꝛ tamen verborum quæ hic ponuntur occasione, quibus nedū expressum est id esse contra Sanctum Thomam, verum etiam idipsum contra eum asseritur esse probatum, propriam defensionem edidi loco suo. Ad quam defensionem quæ in ordine quarta est, nunc remitto. Et ideo circa ꝓsitem defensionem tanta sint dicta.

DEFENSIO XIIII.

Libro 7.t.c.32. parte secunda.

HOC IN LOCO non veretur Mauritius diuo Thomæ imponere, q̄ sibipsi in proximis etiam seu cōtinguis fere literis cōtradicat. Sic enim fœdauit ibi margines dicēs: (Hic & patū ante Tho. implicat.) Et non dicit in quo sibi contradicat. Nec mirū. Cū. n. nulla sit ibi contradictio, inueniri non potuit. Sed qui furijs passionum agit, clara etiam in luce impingit, & quod ratione nequit, gestit saltem quo valet nutu vel signo proximum, immo & patrem suum pro nixu confundere. Sed certe in caput nūc tuū reuerteretur confusio tua. Quæ nam vilis homuncio, quæ nā in minimo apparens est contradictio? dicere inquam, (Si ex hoc tamen vacillas) principium actiuum substantiæ nō potest esse nisi substantia, quod hoc in loco ex Arist. docet S. Tho. fatetur & Anto. an. Et dicere qualitates actiuas nō in virtute ꝓpria sed in virtute formæ substātialiū, ad substantiæ generationem concurrere, quod diuus Tho. supra super. t. 21. licet non sub his verbis dicat, innuit tamen, immo expresse intendit ex intentione & verbis Arist. dicentis ibi, Substātiam natura cōstitutam a spermate fieri in quo potentia continetur atque virtute? Non ne secunda hæc sententia non solum primę non contradicit, sed eius potius confirmatio est ac aperta declaratio? Nonne secunda per Aristotelem in secundo de anima citatum, & dicentem quòd calor naturalis est instrumentum animæ, confirmatur inuicte? Sibipsi igitur etiam Philosophus repugnabit? Nonne & tuus Anto. and. vel secundum tuam phantasiam Scotus cui tu ipsius Anto. andr. labores falso ascribis, primam hic ex verbo ponit, et secundam supra ex sensu? Nam super. t. 29. dicit q̄ est virtus actiua in semine, quę vocatur virtus formatiua, quæ magis videt esse qualitas consequēs formam substantialē seminis cū ipsa eius forma substantialis. Et ibidem dicit q̄ ratio seminalis cōtinuat generationē in animatis, & q̄ per illam ipsum semē quod est instrumētale productiuum substantiæ operatur, & eandē virtutem formatiuā quam dixerat actiuam & esse potius accidēs, dicit postea mouere ad formā substantialē, ex quibus omnibus sequitur accidentia ad productionē substantiæ cōcurrere. Sibiipsi igitur hic auriga tuus contradicet? Est igitur substantia quidem primum principiū substantiæ, tam qđ, vt agens vniuocum vel quasi vniuocū, q̄ quo, vt talis agētis substantialis forma. Est & accidens multiplex concurrens ad hanc substantię generationem, vt quo tamen & secundarium agens, seu vt substantiæ tātummodo instrumētum, quod nonnisi in virtute principalis agentis ad primū effectum cooperatur. Hanc doctrinam in verbis Arist. poteras intueri, tām hic expositis quàm in secundo de anima allegatis, & indicare ad ipsum tibi debuit ly principium. Qualitates enim actiuę nō possunt absolute dici principia formæ substātialis. Hoc ipsum cōes omnium Philosophorum conceptiones animi experiētia quotidiana firmate potuissent ostēdere, q̄ nō nisi mediis qualitatibus actiuis atq; passiuis naturale agens potest quicq̄ producere. Sed multiplex velamen habuisti super oculos tuos, ut nō posses hæc intueri, & ideo tibi in parte compatiendum est.

DEFENSIO XV.

Libro 7.t.c.43. parte prima.

Si ergo genus simpliciter non est, ꝓter eas quę vt generis species: aut si est, quidem vt materia est. Vox enim genus & materia.

HOC IN LOCO Mauritius in marginibus primo dicit, q̄ Sanctus Thomas non multum sapit metaphy. Paulo ante posit in margine etiam dicit ibi excludi cauillationem Thomistarum. Anto. vero an. fugam parans ad Thomistarum ictus circa materiam de pluralitate formarum sic dicit: Notandum q̄ negantes pluralitatem formarum, huic volunt sumere argumentum q̄ vnitas diffinitionis est per hoc, qđ genus nihil est ꝓter generis species, saltem ꝑm esse quidditatiuum. Sed hoc non est verū, quia accipitur auctoritas truncata. Nam sequitur: Genus nō est ꝓter eas quæ sunt generis species, aut si est quidem, est vt materia. Secunda pars disiunctionis est vera. Vnde ad secundum mēbrum subdit exemplum. Vox enim genus est & materia. Est igitur intētio Philosophi quòd illud quod importatur per genus, nihil est nisi potentiale respectu specierum. Hæc ille formaliter. Respondentes autem primo ad Mauritij illius verba licentiosa ualde, & quæ virili gravem non deceant, dicimus verissimum esse quòd diuinus doctor Thomas non multum sapit metaphysicæ, loquendo de metaphysica tenebrosorum, qualis est metaphysica vanissimi capitis tui, Mauriti tibique similium: secus de metaphysica Aristotelis ac aliorum sapientum & Thomistarum, quorum rationes dum non penetrantur ab ignorātibus, cauillationes putantur, cum vere subtiles sint, quòd & tu licet non a temetipso, sed sancto spiritu impellente, a quo teste Ambrosio, est omnis veritas, extremo loco in margine confessus es. Cuius tamen sancti spiritus tu aspirationem iuxta tuæ fortę mentis malam dispositionem, in derisionis ac ironię venenum cōuertisti. Qua in re, tuę potius miserię condolendum est, q̄ illata contumelia vel iniuria pensanda. Anto. autem and. in prima oppugnatione male penetrat & exponit Aristotelis optimi metaphysici sensum ac verba. Peius etiam diuum Thomam optime exponentem impugnat. Pro primo sciendum q̄ vnam tm̄ esse formā substātialē in cōposito, est vna subtilissimarum & altissimarum veritatum quæ sint in philosophia. Transcēdit enim sensum & oēm imaginationem, immo eis videt aptissime repugnare, dum accidētia eadem videātur perdurare ammota substantiali forma, qđ eē nō posset nisi ēt aliqua alia forma in cōposito per quam & idem corpus ꝑ seueraret, inueniretur. Et propter hoc viri qui subtilis sunt imaginationis, intellectus autem minus perspicacis, dum intellectualia per imagines quas transcēdere nequeunt metiuntur, in ꝓfligiosum cadunt errorem, vt facile putent eam se percepisse veritatem, & oēs alios sibi non cōsentientes decipi. Contra qui intellectualia intellectualiter ponderant sensumq̄ pedissequum faciunt intellectus, non dīm non quod sensus ipse prænonstrat, sed quod ratio potius, subministrat attendunt. Et in huius præcipue qōnis vera conclusione patet id manifeste, cum ex vnitate esse atq; suppositi, essentialiq; ordine ꝑdicationis, qua nō nisi idem de seipso ac totum de toto simulibusq; solius intellectus indagationibus ipsam conclusionem deducat, nedum Doctor sanctus in pluribus locis atque Thomistarum schola, vt asserit Mauritius (quasi velit notam, singularitatis opponere; quæ tm̄ suffragante veritate non esset nota) sed & maxima philosophorum ac sapientum turba, confirmante ēt Augustino sub anathemate, vnam tm̄ animam eē in hoīe: & Aristo. sępius vnam tm̄ esse formam in cōposito palam docente. De quibus siquis voluerit plenius informari, ad Capreolum sancti Thomę (vt ita dixerim) aīam, recurrat in secdo sen. lib. dis. 17. & alibi. Nunc aūt iuxta quod ꝓposuimus tm̄ de hac qōne faciemus verba, quātum exigēt horum aduersariorū aggressus. Quod igitur Anto. an. male hic exponat Aristo. dum sanctum Thomā impugnat, ex verbis ipsius Arist. clare deducitur. Namq; Philosophus in dicendo, assertione quam verbum illud, simpliciter, prę se fert, vsus non esset, si sententia illa prima, veritate careret, & inutiliter esset allata in medium si falsa sit, & per consequens ad intentā cōclusionē inutilis, & secūdam tm̄modo quā veram asserit solā Anto. and. ꝓpositam Philosophus, ne verborum superfluitate notaretur, aut certe eorundem ꝓpositione, ambiguitatis vel deceptionis in tanta re materiam ministraret, quod Philosophum tam egregium non deceret. Nec fauet vllatenus modus loquendi Philosophi, quo videtur disiunctiue loqui, erroneq; huic aduersarij opinioni. Neq; enim semper disiunctiuo sensu prædicta signa apud Philosophum inducuntur, sed assertiuo persępe & vbi præsertim motę alicui dubitationi occurrit vel determinādo veritatē vel arguēdo, vt exempli gratia videre potes septimo huius. t.c. 50. Vbi dubitationem an substātia sit composita ex substantijs, vel ex nō substātijs, sic soluere incipiens dicit: Aut modo quodam erit, modo aūt quodam non. Et 12.t.c.52. parte quarta. Vbi pro vna parte qōnis huius, an. s. intellectus intelligendo vilia vilescat, arguens, sic incipit: Aut incōuenientes meditari de quibuscū. Et sic in ꝓposito, modo & nō sensu disiunctiuo assumptū pro inferēda cōclusione proposuit, ꝓpter duplicem significāri modum quo genus ad species, cōparari potest, quoꝝ vno qdem acceptum, nō est ꝓter generis species, & hoc est si accipiatur genus simpliciter. i. absolute vt genus est, quo modo solum species vt sic respicit. Altero vero modo sumptum, est ꝓter eas quæ sunt vt generis species, tunc videlicet q̄ accipitur vt materia. Et ex vtroq; intentum suum cōcludit satisfaciens principali dubitationi ingeniosissimo artificio. Hoc est enim quod sub dubio proponitur, quō videlicet diffinitio, nō obstante partium suarum pluralitate, nō sit vnitate per se priuata. Et ostēdit primo id eē clarum eo q̄ genus nō est ꝓter eas quæ sunt generis species, & ob hoc sicut ipsa species vnum quid per se est, ita et diffinitio eius, eo q̄ si est idem cum specie, est idem & cū differentia, quam in se species claudit. Et si idem, ergo & vnū cum ea. Et hoc inducit arguendo à maiore, quia cum genus possit considerari in ordine ad species, et vt genus, & vt materia, si consideratum vt materia facit per se vnū cum differentia nō obstante q̄ vt sic, sit ꝓter eas quæ sunt generis species, addito q̄ materia realiter à forma distincta etiam est, multo magis vnum cum differentia faciet genus ipsum, inquātum genus quo modo haud quaquā est ꝓter generis, sui inquam ipsius species. Sic enim breuissimo sermone simul tria insinuat, ad speciem inquam, genus ipsum dupliciter comparari, vtroq; modo vnum cū differentia facere, & per generis vt materiam sonat vnitatē cū differentia, id quod propositi sui erat inducit, à fortiori, idipsum dico genus ē, vt genus, cū differentia (cum vt sic ꝓter species haud sit) maxime vnum fieri. Si autem cōcluderet tm̄ q̄ genus vt materia, vnum cum differentia faciat, iam non qōni ꝓpositę fieri videtur directe satis. Aperte quippe inducit tam ex sentētia modo disiunctiuo ꝓposita, q̄ ex exemplo vocis inducto, duobus prædictis modis accęprandum fore genus, vt genus in quam seu simpliciter .t. absolute. quod est dicere genus vt genus formaliter, & iterum vt materia. Cum igitur diffinitio formaliter assumat genus, si ꝓprie diffinitio sit, & nō vt materiam, eodē Philosopho hoc ipsum in septimo asseuerante, dum diffinitionem comprobauit de specie proprie tm̄ dari, & nō nisi ex genere ac differentia cōflandam esse, (tanti quippe Philosophi adeo graues sententiæ, non nisi formaliter interpretari debēt) sequitur q̄ genus ipsum vt genus est & simpliciter in diffinitione ipsa, differentiæ copulētur. Dubitatio igitur qūo ex partibus diffinitionis, vnum fieri possit, directe nequaq; occurrisset, nisi cōcluderet ex ipso genere vt genus est, vnum per se cum differentia fieri. Quod cum adamussim inducat enucleatio doctissima diui Thomæ, ab eaq; deuiet plurimum Anto. an. quam affert expositio, patet. S. Tho. Arist. mētem penetrasset, nō istum. Quod fuerat primum in hac defensione propositum. Sed & quod magis vrget oēs qui ratione reguntur in doctrinis nō voluntate, si non nisi vt materia sumptum genus faceret vnum cū differētia: sicut perfectibile cum propria perfectione, sic tm̄ q̄ ipsum perfectibile distinctam realiter à plectione illa formam significetur, iam nō vnum per se sed solum per accidens fieri, concludi posset. Qualiscunq; enim forma illa generis sit, & quōlibet imperfecta, actus tū, & substantialis actus est, minusq; dependens ab alio q̄ actus accidentalis, vt ex ipsa substātiæ naturæ manifestę conuincitur. Et cum Arist. supra in septimo tex. cō. 49. vel circa, vniuersaliter loquens de actu, concludat, ex duobus in actu non posse vnum per se cōstari, eo inquit q̄ actus separet hæc duo adinuicem, & sua hæc ratio cōuincat actum accidētalem cū sua potentiali non posse per se vnum facere, sed tm̄ per accidens, multo magis id in substantiali quocunq; deducet actu. Quod si quis forte huic rōni occurrat, ex hoc q̄ accidentalis actus ipsum in quo recipitur subiectum non respiciat vt proprium pfectibile, sed cōe, quæram ego ab illo, vnde nouerit id esse cōe subiectum eius ac perfectibile. Si enim quia separari pōt, iam & quælibet substantialis forma specifica in rebus corruptibilibus cum à corpore separaretur, corpore ipso ꝑm te sub forma propria remanente, ipsum tam corpus nulla talis forma respiceret, vt suum potētiale ac pfectibile proprium, sed cōmune. Si vero dicas, quia hæc est substantialis forma, illa vero accidētalis, vnde oro nosti hanc esse substantialem, illam vero accidētalem? Aliam certe rōnem nullo modo poteris assignare, nisi quia substātialis est illa, quę pure vnitur materiæ ad instituendum suppositum, cui per se primo debetur esse atq; subsistere. Accidentalis vero quæ tam in actu existēti adiacet enti. Non pōt igitur multiplex simul in eadem materia substantialis inueniri forma, sed vnica quæ & vnicum det esse ei composito quod vnum simpliciter ac per se dicit in substantiæ genere, omnisq; alia qua ꝓsper induitur ex hoc ipso conuincitur esse accidentalis. Ex prędictis oibus facile patet, secundum q̄ videlicet peius impugnauerit diuū

Thomam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Thomam, q̃ etiam Arist. verba exposuerit. Quia prædictæ suæ malæ expositioni addidit q̃ S. Thomas Eam Philosophi truncate accipit vel exponit. Vetnam sic ille oĩa Philosophi verba põderasset prout aurea libra facit angelicus Doctor. Ab errore enim suo facile purgari potuisset. Exponit enim diuus Thomas qd sit, genus simpliciter nõ esse p̃ter generis spẽs. Quid vt materia acceptum sit ipsum esse p̃ter ea quæ sunt in generis speciem. Q̃o genus & si vt materia sumi possit, nõ tamen vere materia sit. Q̃o hoc ipsum quod est vt materia posse genus sumi, nõ quibusdã ĩmmodo sed oĩbus generibus conueniat, tam etsi Philosophus vnum dũraxat exemplum induxerit, & tale in quo p̃fatam distinctionem clarius quisq; valeat intueri. Quomodo ex vero q̃ dicto inferat Arist. intẽtam cõclusionem, licet ex primo formaliter & directe. Ex secundo enim (vt ante dixi) non nisi arguendo à maiori, deduci põt intentum formaliter, & primo mediãte. Q̃o item ex hic dictis Philosophus & veritatem determinat, & argumenta supra in oppositum facta dissoluit. Vnde igitur truncata authoritas Philosophi accipitur? Tu magis Philosopho tantę dignitatis iniuriaris, dum conuinceris superfluuatem verborum iuxta tuam expositionem imponere, & tuam inuictam deductionem infirmare. Quod enim ex duabus illę sententijs, quarum vna sit alterius in inferendo robur non modicum, directe cõcludit, tu ex vna dũtaxat & sine robore, & indirecte satis, inducis. Patet ergo q̃ ex Arist. verbis expresse habeę genus ipsum nõ aliam signare formam ab ea quam species claudit, aut ecõuerso, & cõsequẽter nõ p̃n multitudinem essentialium prædicatorũ multiplicari formas in specie suppositi, neq; etiã vel vnius generis signiſi catam formam, ab ea quæ spẽm extremam constituit, esse distinctam, si pro quia, genus quodlibet nõ est præter eas quæ sunt eiusdem generis species. Nõ igitur distincta quotiis modo est forma quæ corpus est primo corpus, ab ea qua idem ipm est animatum, vti tũ cum principe tuo, vobiscq; adhęrentibus gestimas, & contendis, licet ex modo significandi, eo q̃ corpus ipsum indeterminate formam hãc exprimat, animatũ vero corpus determinate, & sic primũ quidẽ superioris generis, hoc vero inferioris vel spẽi intentionẽ suscipiat, aliqualiter & nõ nisi intentionaliter distinguanẽ. Circa igitur aduersarij præsentẽ oppugnationem in materia de pluralitate formarum tanta sint dicta.

DEFENSIO XVI.

Libro septimo tex. cõ. 43. parte tertia.

Finalis differentia substantia rei erit & diffinitio.

HOC IN LOCO circa eandem materiam de pluralitate formarum Anto. and. diuum Thomam impugnat dicens. Notandum q̃ negãtes plures formas, hinc sumunt argumentum, quia finalis differentia quæ dicit rõnẽ formæ dicit totam substãtiam rei, ergo non est ibi alia & alia forma, à quarum prima sumatur genus, & differentia à secunda, quia tunc differẽtia vltima non esset tota substãtia diffiniti. Sed hoc nihil valet. Non enim põt intelligi q̃ tota ratio qddittatiua sit in vltima differẽtia. Tunc enim genus superflueret in diffinitione, quia sola vltima differentia totam essentiam rei exprimẽt. Sed debet sic intelligi q̃ cõpletiue est tota substantia rei, sicut à forma vltima completiue est tota essentia hũius formam. Hęc ille. Sed in hac oppugnatione patet ex Philosophi verbis & intentione ipsius, Arist. mẽtem hanc nõ apprehendere, nec altitudinẽ speculę fidelissimi eius expositoris ascẽdere potuille. Intendit enim Arist. (vt ipse Anto. an. à sancto Tho. edoctus fatetur) ostendere diffinitionem quid per se vnum significare, nõ obstante differentiarũ multitudine, sicut & hoc ipm paulo ante oñderat, non obstãte generis ipsius à differẽtia, quæ cunq; videatur diuersitate. Non intendit añt hæc persuadere nõ esse inter se distincta quantum ad vocem, quinimmo ex multis vocabulis docet in septio. t. cõ. 12. diffinitionem necessario rite constare. Non ẽt quantum ad conceptus, quia sic vocum distinctio inutilis foret. Debet enim diffinitio pluribus cõceptibus distincte palã facere, quod diffinitum comprehendit vnico quasi cõfuso. De indistinctione igitur reali q̃ loquatur & intẽdat necesse est, generis inquam cum differentia prius, nunc aũt de reali vnitate ac in diuisione realium differentiarum, quibus quasi gradibus descensus per se sit ex supremo genere ad vltimam speciem. Hic aũt usti dum à lumine recedunt, p̃prijs tenebris inuoluuntur, vt dicant cum tali differentiarum numerositate, & nihilominus cum formarum per differentias istas significatarum distinctione reali, stare vnitatem quãdam inter eas realem & per se à natura intentam, sicut proprij generis perfectibilis cum perfectione sua itidem propria, et sicut proprię potentię cum eiusdem p̃prio actu, quæ vnitas sufficiat ad diffinitionis per se vnitatem, quam & p̃mõstrare Philosophus solam intendat. Diuus vero Tho. ex verbis & intentione Philosophi expresse, volut vnitatem hanc non sufficere, & aperte oñdit q̃ necessario quæ p̃ singula prædictorum siue generum siue differentiarum essentia significatur sit eadem penitus & vna realiter, diuersis tũ cõceptibus significata, quorum quilibet id quidem qũ totum est, dicat, at nõ totaliter, neq; p̃n oẽm suæ naturæ p̃fectionisq; gradum. Et si completa quæ per hæc omnia significatur essentia, vna natura est realiter & penitus eadẽ, licet à prædictis omnibus non eodẽ modo expressa, forma etiam ex quo primo talis essentia, realitatem sortitur & speciem, realiter vna erit. Quod fortius magis q̃ forte doctissimi expostularet, aperiendũ censeo, vt demum valeã clare deducere, idipsum hoc in loco, Philosophũ edocere. Sciẽdum igitur q̃ inter cætera quibus homo in ĩma sede intellectualium creaturarum locatus, à sup̃mis intellectibus elongatur, vnum est, quod quidem ex parte modi intelligendi se tenet, hoc inquam q̃ quæ sparsa diuersaq; sunt in entibus, intuitu mentis, distinctus etiam cõceptibus apprehendit, et ob hoc diuersis etiam nominibus explicat. Vnde si quo modo prædicta quæ in diuersis diuersa sunt, in vno formaliter vniantur, vel eminenter contineantur in essentia vna & simplici, diuersis nihilominus conceptionibus hæc intellectus noster apprehendet, & tunc ex hoc solo aliquam distinctionem dicenẽ habere, quæ vocatur ob hoc, ipsum, distinctio rõnis, quia per cõparationem ad intellectum vel rõnem sumitur, & nullo modo ex parte rei diuersitas illa est. Hoc cum in multis quæ p̃posito nõ deseruiisset, tum in p̃dicamẽtali ordine p̃cipue inuenitur, quod proposito faueret. Esse corpus (exempli causa) esse animatum corpus, sensibile, rõnale, & inueniuntur diuersa in diuersis, & nihilominus vniuntur in homine realiter, & ob hoc distinctis quidem hæc oĩa cõceptionibus representat homo distinctisq; signat vocibus. Sed tũ in homine non nisi rõnis & intellectus patiuntur diuisionem, vt in homine vsiam essentiam dicant respectibus ad diuersas intellectus conceptiones dispartitam, nõ rebus. Quia vero hæc in diuersis reperta, adinuicem comparantur p̃n superiorem & inferiorem seu maiorem & minorem perfectionẽ. Perfectiora quippe sunt animata inanimatis corporibus, sensibilia insensibilibus, et sic inde, ideo etiam dum in vnum confluunt, rem illam vnam quidem gradibus ad culmen eleuant perfectionis, vt id quod in alijs repertum, quasi imperfectionem dicebat respectu alterius, in hoc vno quasi gradum simplicis illius essentiæ infimum dicat, respectu sui, ipsius essentiæ vt perfectionem illam vlteriorem includit, quasi fiat ad gradum superioris ascensus, & sic inde donec ad vltimam perfectionem quam hominis p̃pria differentia, rõnale inquam, exprimit, perueniatur. Sic igitur constituta natura hominis p̃cise vt trium est dimensionum immediatum subiectum, ad quod multa alia in rebus ei equiparantur, quasi p̃n perfectionis suæ ĩmum gradum

gradum cognoscitur. Sed cum illa quæ in hoc gradu secũ conueniunt, homo per vitam transcendat, in qua tamen alia quædam secum conuenientia sistunt. s. animata, iam ad secundum suæ perfectionis gradum quodammodo sit ascensus. Cum ista quoq; per sensum transcendat in quo tamen conueniunt & in eodem sistunt quædam alia, s. anima lia, ad tertium iam gradum perfectionis eius per intellectũ eleuamur. Sed & cum hæc per rationẽ superet, quasi quarto gradu culmen attingimus suæ perfectionis. Vna ergo essentia, & vnica talis essentiæ forma simplicissima, diuersis conceptibus & diuersis nominibus pro diuersitate prædictorum graduum designabitur. Et sic illorum quodlibet totam quidem illam essentiam, sed non quodlibet totaliter eam exprimit, sed vnum nomen illam signat sub vno gradu tantum, aliud sub duobus, & sic inde. Et sic vera nihilominus erit prædicatio qua superius prædicatur de inferiori, eo q̃ totum de toto enuntietur, licet non plene totalitas inferioris per superius exprimatur. Illud autem nomẽ quod omnium graduum perfectionem comprehendit, est naturæ illius proprium, vt ly homo naturam humanam totam & totaliter. i. quo ad omnem gradum exprimit. Sed quia homo cum quibusdam alijs rebus cõuenit in aliquo per tale nomen significato, & per aliud ab eisdem alijs differt, per quod etiam in supremo gradu suo constituitur, & hoc secundum est formale respectu primi, eo quod formæ proprium sit & ab alijs formaliter distinguere, actus enim separat & ei cuius forma est, perfectionem dare. Cum forma ipsa in esse specifico & etiam actuali vnũquodq; cõstituat, sequitur q̃ tunc apertissime natura illa explicatur quantum ad suos terminos, materiali inquam atq; formali, quando his duobus cõceptibus distincte representatur, & consequẽter duobus illos significantibus vocabulis exprimitur. Quod facit diffinitio. Ad eam quippe spectat quidnam diffinitum sit explicare à prima potentia vsq; ad vltimum actũ. Et ex his patet quod vnitas formæ in composito non tollit distinctionem conceptuum vel prædicatorum essentialium, quinimmo necessario exigit. Quia autem Philosophus, hic id intendat, immo probet, & q̃ Anto. and. non bene illum exponat, immo eidem apertissime se opponat, liquet expresse considerantibus vtriusq; verba. Volens enim Philosophus ostendere quod multitudo differentiarum non obest vnitati per se diffinitionis, proponit q̃ vltima differentia est tota rei substantia & diffinitio, vt sic inferat q̃ sicut vltima differentia est vnum per se, ita & diffinitio. Probat autem propositum primo à priori, secundo à posteriori. A priori quidem per diuisionem superioris in per se differentias donec ad vltimam & indiuisibilem deueniatur. Qua diuisione exposita per exẽpla, concludit vniuersale intentum dicens: Si itaq; hæc sic se habent, palam quia finalis differentia, rei substantia erit & diffinitio. Non esset autem bona consequentia ista Philosophi, nisi vltima differentia comprehenderet omnes superiores, sic quod esset idem cum eis, quod sic patet. Nam sicut se habet res ad esse ita & ad vnitatem quarto huius, ergo eo modo quo aliqd est hoc vel illud, eo modo est vnũ cum eo. Quod ergo est hoc substantialiter, vel quia est substantia eius, seu qđ idem est, est ipsa huius substantia, oportet quod sit vnum cum eo substantialiter seu, vnum in substantia cum eo. Sed vnum in substantia facit idem quinto huius, ergo ostenso quod hoc sit hoc substantialiter, ostenditur quod hoc sit idem illi. Et hoc per primam p̃bationem facit hic Philosophus. Ex diuisione enim & ordine essentiali inter differentias per se, ostendit q̃ superior differẽtia substantialis prædicatur per se primo de inferiori, ergo concluditur q̃ inferior & superior sunt idem realiter. Et ob hoc ipse intulit q̃ vltima differentia est tota substantia rei, quia est essentialiter idem cum omnibus superioribus, vt sic inferat à priori multitudinem differentiarum nõ obstare quin diffinitio habeat vnitatem per se, sicut nec obstat quod ipsa vltima differentia sit vnum per se, quia comprehendit omnes superiores in vna sua simplici realitate atque substantia sua, vt diximus. A posteriori autem hoc ipsum probat, quia videlicet si vltima differentia non esset tota substantia rei, & consequenter ad exprimendam totã rei essentiam, oporteret in diffinitione ponere omnes alias differentias, non accideret superfluum in diffinitionibus. Accidit autem superfluum ponendo, plures differentias in diffinitione, ergo &c. Hoc autem probat per exempla in quibus clare patet superiores differentias in inferioribus formaliter includi, videlicet habens pedes, bipes, bipes pedibus scissis. Patet enim q̃ vltima includit formaliter præcedentes, & secunda primam. Et sic posita vltima in diffinitione, cum sufficienter exprimat alias, superfluum esset alias apponere. Et sic cõcluditur quod vltima est tota substantia rei. Ex his duo notanda eliciuntur ex verbis & intentione Philosophi. Primum quod dictum est, differentiam inquam inferiorem includere superiores formaliter. alias non posset illas dicere, & sic non esset superfluum &c. Illud enim per verbum dicitur, quod per ipsum significatur. Vnde & paulo ante in hoc eodem textu Philosophus superiorem differentiam de inferiori prædicat in abstracto dicens, q̃ scissio pedis, pedalitas quędam est. Ratio autem seu motiuum nullum est, p̃ quod hoc negat Anto. an. in notando suo, quod Mauritius vocat expositionem singularem atq; subtilem. Et vere tam singularis & subtilis est, vt à nullo sapiente intellectu capi possit, atque seipsam destruat. Dicit enim quod verbum Philosophi quo dicit q̃ scissio est pedalitas, non est intelligendum q̃ sit prædicatio per se primo modo, & q̃ differentia inferiori includat superiorem, sed quod inferior per se dat diuidere superiorem inquantum huiusmodi. Hæc ille. Sed primo quærendum est si non est illa prædicatio per se primo modo, cum sit vera & necessaria, quo modo perfectatis sit per sec Non enim secundo tertio vel quarto, ut patet ex eorum rationibus, ergo primo. Item est prędicatio superioris per se de inferiori vt tu dicis, & patet cum sit diuisio per se & nõ secundum accidens, ergo in primo modo. Demum quid est dicere inferior per se dat diuidere superiorem inquantũ huiusmodi, nisi quod illa perfectas consurgit per se & formaliter tam ex parte inferioris q̃ ex parte supioris. Et hoc est validissime confirmare q̃ est p̃dicatio vera & necessaria & per se primo modo. Secundum quod ex p̃senti pasu Philosophi elicitur, & ex primo legitur, videlicet q̃ eadem est realitas quæ significatur per superiorem differentiam & inferiorem, & consequenter eadem forma. Si enim essent plures formæ quas vltima differẽtia significaret, tũe non significaret vnum per se, sed per accidens, & sic diffinitio non esset vnum per se. Cuius contrarium intendit hic probare Arist. Ex pluribus enim actibus & consequenter ex pluribus formis, non fit vnum per se, sed per aliud & per accidens, quia non possunt vniri nisi ratione tertij, scilicet subiecti, cui accidit esse subiectum vnius inquantum habet alteram, etiam si vna necessario præ exigeret aliã in eodem. Sicut per accidens vnum sunt in subiecto albedo & superficies, tametsi albedo necessario exigat superficiẽ in subiecto. Nec valet dicere quod istę non sunt eiusdem generis vt ille, quia si supponatur esse plures formas substãtiales in subiecto, non potest magis probari has esse eiusdem generis q̃ illas. Vtrobiq; enim non potest afferri nisi eadem ratio vnitatis generis, necessaria videlicet illa coexigentia, quæ currit pariter in vtrisq;. Nec magis posset haberi has esse prædicationes substantiales homo est animal vel substantia, q̃ has homo est quantus vel albus, & tota rerum distinctio confunderetur. Vbi igit multitudo actuũ inuenitur, ibi vnum per accidens est & non per se. Actus enim nõ vnit sed separat per se ab alio actu, ex septimo huius. Si vero aduersarij dicant quod sint quidem plures formæ, sed differentia vltima non omnes significat, sed tantũ

vnam

Universidad de Deusto
Biblioteca

I vnam, quæ tamen dicitur tota rei substantia, quia est com
pleriua totius substantię, seu (quod idem est) quia ab ea est
completiue tota rei substantia, vt dicit Anto.and. hic, tunc
consequentia Philosophi nulla erit, ꝙ videlicet sit super-
fluum alias differentias in diffinitione ponere, immo sequi-
tur quod est necessarium eas ponere sicut proprium perfe-
ctibile cum sua propria perfectione, sicut docuit Arist. in
septimo seꝙndum esse, volens diffinitionem ex proprio
constare genere ac differentia vltima. Et hoc est inuitabi-
le argumentum Thomistarum, quod virtualiter ponitur
hic à sancto Thoma. vbi dicit: Ex hoc scilicet quod hic di
citur à Philosopho patet ꝙ cuiuslibet speciei est vna tan
tum forma substãtialis, sicut leonis vna est forma per quã
est substantia & corpus & animatum corpus & animal &
leo. Si enim essent plures formæ ſm omnia prædicata, non
possent omnes vna differentia comprehẽdi, nec ex eis vnũ
constitueretur. Hæc ille. Quasi sic arguat. Aut vltima dif-
ferentia comprehendit omnes præcedentes aut non, si non.
Sed dicit vnam tantum quæ est completiua aliarum, ergo
nõ est superfluum eas omnes in diffinitione ponere nec bis
repeteretur idem. Si sic, vel eas comprehendit quasi vnicã
formam, vel quasi plures. Si primum, habetur intentum.
Si Secundum, ergo non significat vnum per se, nec diffi-
nitio erit vna contra Philosophum. Hoc argumẽtum ab his
non excluditur, immo & per Anto.an. dicta hic, robur ac-
cipit contra eosdem. Dum enim dicit ꝙ vltima differentia
est tota substantia rei, sicut à forma vltima completiue est
tota essentia habentis formam, sequitur quod qualitercũqꝫ
intelligat non sit superfluum illas differentias in diffinitio-
ne ponere, siue omnes formas & distinctas ſm eum signifi
cet & vltima differentia, siue significet tantum vltimã for-
mam completiuam &c. Non enim inconuenit, immo ne-
cessarium est, in diffinitiõe poni proprium perfectibile &
propriam suam perfectionem. Cum diffinitio sit explica-
tiua essentię rei à prĩa potẽtia vsqꝫ ad vltimũ actum. Nõ est
ergo sensus verborum Arist. nec intentio eius ꝙ vltima
sit tota substantia rei, quia ab ea est completiue tota sub-
stantia rei, sic enim non concluderet intentum vt deduxi-
mus, sed est eius intentio ꝙ ipsa vere sit tota rei substantia,
vt verba exprimunt aperte. Est enim extorta valde expo-
sitio, dum dicitur, hoc est hoc, interpretari, ab hoc est hoc.
Et ostendit sic exponens, ꝙ propria phantasia pro lege sibi
statuta, velit omnia alia, licet repugnantia ad suam trahere
voluntatẽ. Exponẽdo autem vt litera præ se fert, habet Ari
sto. intentum suum perfecte. Cum enim supra probauerit
diffinitione esse vnam non obstãte pluralitate seu quacũqꝫ
distinctionẽ inter genus & differentiam, eo quod genus nõ
est præter eas quæ sunt generis species, & sic non est aliqd
præter differentias quibus species identificatur, nunc idem
ostendere voluit non obstante differẽtiarum multitudine,
eo inquam quod omnes præcedentes differentias non esse
aliquid præter eam quæ est vltima, ostendit ipsa essentiale
earũdem diuisione & superfluitate propositionis earum.
Et ex præcedenti hoc toto processu infert conclusionẽ ma
gis vniuersalem, quę sequatur etiam ex medio illo quod ge
nus non est præter eas quæ sunt generis species, hãc inquã,
ꝙ vltima differẽtia est tota substãtia rei & diffinitio, quasi
dicat. Tanta est vnitas diffinitionis quanta & differentiæ
vltimæ, quia & differentia vltima est essentia & generis &
omnium differentiarum, ergo & eadem vnitas quæ essen-
tiam consequitur. Cum ergo hæc vltima differentia sit qd
vnum simpliciter vt patet, sequitur quod & ipsa diffinitio
sit vna simpliciter. Quia tamen differentia vltima non in-
cludit formaliter genus, differentia enim non participat ge
nus. Tertio huius tex. cõmẽ. 10. ideo non obstante eadem
vtriusꝫ essentia, oportet seorsum à differentia poni genus
in diffinitione. Nec hoc est cõtrarium eius quod dicit Phi-
losophus, differentiam inquam esse totam rei substantiam
& diffinitionem. Ex modo enim dicẽdi ipsius Philosophi
apprehenditur eius intentio. Dicit enim primo quod est to
ta rei substantia, & per consequens ipsa rei substãtia est ma
xime vna, cum ipsa differentia vnum quid simplicissimũ
dicat. Si ergo adiungatur ꝙ ipsa tota substantia rei sit etiã
substantia diffinitionis, sequitur diffinitionem esse simplici
ter vnam. Quod vt perfecte explicaret dixit differentiam
esse diffinitionem, quia videlicet eadem est substantia dif-
ferentiæ & diffinitionis. Vtraqꝫ enim totam eandem dicit
substantiam, & sic differentia est ipsa diffinitio realiter, li-
cet quantum ad modum significandi non sit completa dif
finitio, vt in septimo docuit. Sicut igitur supra dixit quod
genus non est præter speciem quæ est diffinitum, quia est
idem realiter ipsi speciei, ita nunc dixit differẽtiam esse dif-
finitionem, quia est idem realiter illi. Magis tamen explic
cat naturam diffinitionis differentia ꝙm genus, quia differen
tia explicat id quod formale est, genus autem id quod si-
gnificatur materiale. Vnde differentia ob hoc dicitur com
plere diffinitionem, non autem genus. Sed ista completio
non importat distinctionem, realem quasi complemẽtum
sit alia res ab ea quæ compleri dicitur, sed modum signifi-
candi tantũmodo, inquantum vna forma & vna essentia
ſm vnum gradum, comparatur vt quid imperfectum, in-
completum, potentiale, materiale, ad seipsam ſm aliũ gra-
dum, vt quid perfectum, completum, actuale, formale. Et
ſm hoc genus dicitur materiale & potentiale respectu dif-
ferentiæ, quia videlicet genus significat eandem essentiam
ſm gradum imperfectiorem, differentia vero ſm perfe-
ctiorem. Ex his omnibus patet ꝙ motiuum Anto.and.
contra prædictam expositionem, & in fauorem suæ, nullũ
est. Licet enim vltima differentia non sit tota ratio & diffi
nitio formaliter, est tamen tota realiter, & propositio phi-
losophi identice uerificatur: cum quo stat ꝙ nõ superfluat,
immo exigatur & genus ad formalem expressionem præ
potentiæ vsqꝫ ad vltimum actum. Nec hoc est extorte ex-
ponere verba Philosophi. Non enim aliter sunt interpretã
da authoris alicuius dicta, quę ambiguitatem videntur ha
bere, q̃ ſ̃æ ꝙ deseruiunt principali suæ intentioni. Sat autẽ
est Arist. ad ostendendum diffinitionem esse vnam, osten-
dere differentiam quæ est maxime vna, eandem essentiam
dicere quam dicit diffinitio, & per consequens esse ipsam
diffinitionem idẽtice. Propter quod sanctus Tho. declarãs
quomodo differentia vltima sit tota diffinitio, dicit ꝙ ipsa
includit genus, quia genus non est sine differentijs &c. qđ
est eam declarare esse idẽtice genus. Expositio autẽ An-
to.and. non solum non infert, immo excludit intentũ Ari-
sto. quod licet ex dictis iam pateat, adhuc tamen apertius
id deducam. Volens enim Anto.and. ad suam voluntatem
prædicta Arist. verba suæ phantasiæ repugnãtia trahere,
consequentiam Philosophi inferentem superfluitatem sic
inducit. Cum diffinitio (inquit) habeat vnitatem ex aliqua
differentia: ergo vel à finali vel ab aliqua alia. Si à finali, ha
betur ꝙpositum. Si ab alia, vel ista est vna cum finali, vel
sunt duæ. Si vna, ergo nugatio: si duæ, ergo diffinitio non
est vna, quia ex duobus in actu vltimato & perfecto non
fit vnum per se. Hæc ille. In hac autem deductione pri-
mo patet ꝙ deuiat à verbis Arist. Non enim dicit hic Ari
sto. ꝙ diffinitio habeat vel non habeat vnitatem a differen
tia vel ab alio, sed dicit vltima differẽtia est diffinitio. Et
hoc probat, quia superflue apponuntur alię si illa ponitur.
Et ꝙ sit superfluum probat, quia opus erit multotiens ea-
dem differentiæ in diffinitionibus. Ecce ꝙ dicit vltimam
differentiam præcedentes formaliter significare, alias non
posset illas dicere, & consequenter sequitur idem esse re-
aliter cum eisdem. Non enim idem multotiens repeteretur,
multiplicatis differentijs, nisi illę differentiæ essent idẽ vel
includerent seinuicem, quæ etiam inclusio essentialis, idẽti
tatem importat realem, distinctionem autem ſm rationẽ
tantum, vt dictum est. Secundo quia cum tota vis con-
sequentiæ Arist. in inferenda illa superfluitate seu nugatiõ
consistat

consistat, & per tuam deductionem nugatio illa non infe-
ratur nisi differentiæ superiores sint vna cũ finali, ergo ſm
Arist. omnes sunt vna cum finali. Non autem formaliter,
sic enim sunt plures, ergo realiter & idẽtice, quod est ꝓpo-
situm. Tertio quia si Anto.and. putat ꝙ consequẽter ad
Arist. tenendum sit plures formas substãtiales significari
per plures differentias, ita tamen ꝙ vna sit finalis, & perfe-
cta, aliæ vero sint non vltimæ & sint potẽtiales, & sic pos
se esse plures formas substãtiales in eodem, tunc consequẽ-
tia Philosophi ſm illum modum quo ille deducit, nulla
erit. Nam dicit, Si sint duæ, tunc diffinitio non est vna, qa
ex duobus in actu vltimato & perfecto non fit vnum per
se. Posset enim negari prima consequentia iuxta opinionẽ
tuam quam & dicis esse Philosophi, possunt enim esse duę
formę in composito ſm te. Et sic entitas compositi erit ab
vtriusꝫ, ergo & vnitas: & ideo diffinitio quæ entitatem il-
lam significat, vna. Et tunc ad probationem diceretur ꝙ
nõ est ad propositum, quia Philosophus, si tecum erronea
illa opinaretur, non poneret esse duas formas in actu vlti-
mato & perfecto. Sed vnam poneret perfectam. s. vltimã,
& aliam imperfectam, & tamen ab ambabus (vt dixi) si-
cut entitatem, ita & vnitatem haberet. Nisi forte supponas
ab actu vltimato tantum rem vel diffinitionẽ habere vni-
tatem. Et sic petas principium. Hoc enim assumpsisti pro-
bare ꝙ videlicet ab vltima differẽtia diffinitio habeat vni
tatem. Patet igitur ꝙ ex tua hac deductione non haberent
Philosophus intentum, nec sua consequentia bona esset.

Quarto expositionem literæ prosequẽs dicis, quod ſm
multiplicationem differentiarũ in diuisione earum per se,
idem totiens diceretur quot sunt differentiæ, nisi (supple di
cis) ab vltima differentia non includente priores, haberet
diffinitio vnitatem, & hoc repetis quasi immediate. Tunc
insto. Sed habet vnitatem per te ab vltima differẽtia: ergo
non sequitur ꝙ idem dicatur multotiens. Probo consequẽ
tiam, quia id consequens non sequitur formaliter ad con-
tradictorias ꝓpositiones. Stant ergo ista simul. s. ꝙ idẽ nõ
dicatur multotiens, & sic ꝙ non fiat superfluitas, & ꝙ ab
vltima differentia habet diffinitio vnitatem. Sed per te, dif
finitio habet vnitatem ab vltima differentia: ergo si ponã-
tur omnes superiores, non erit nugatio, cõtra intentionem
& ꝓbationem Philosophi, & cõtra veritatem apertam ꝙ
exempla Arist. Manifestum est enim ꝙ dicẽs, habẽs pedes,
bipes, duos pedes scissos hũs, de superfluitate notaret. Non
bene igitur ad verba & intẽtionem Philosophi attẽdisti in
hoc quod ipse paulo ante dixerat, ꝙ. s. si nõ oportet eadem
multotiens differentiæ, necesse est ꝙ finalis differẽtia, tota
rei substantia sit & diffinitio. Accipit autem ly si pro qa.
Nã statim hoc ꝓbat subdens, (Superfluum enim accidit hoc
dicẽtibus.) Et hoc idem post pauca repetit, dicẽs ꝙ si hoc,
supple, habens pedes diuidat ꝓpria diuisione, multotiẽs di
cet & equaliter differẽtijs, ex quo infert, vt supra fecit, ꝙ si
quidem differentiæ differẽtia fiat. i. si aliqua differẽtia. s. su
perior habeat adhuc differẽtiam, quod est differentiæ si di-
uidatur in differentias, vna. s. illarum erit species & subsțan
tia. Et vt ostendat quæ illarũ, addidit, quæ finalis. i. illa so
la quæ est finalis quæ est includens oẽs ꝑcedentes, est tota
species & substãtia rei, vt supra dixerat. Patet igitur ꝙ vbi
Anto.an. in prædicta sua expositione metaphysicali à san-
cto Thoma deuiat, deuiat à veritate & ab Arist. intentio
ne. Et hæc de præsenti defensione sufficiant. Amen.

DEFENSIO XVII.

Libro septimo tex, com. 42. parte vltima.

Sed ordo non est in substantia.

HOC IN LOCO Anto. and. videns Philoso-
phum aduersari suæ opinioni de pluralitate formarum ſm
sancti Thomæ expositionem, per quoddam à suis notan-
dum discipulis, conatur excludere quibus transfigitur
spicula dicens.

Notandum quod negantes plures formas, hinc sumunt
argumentum. Quia si non est ordo in substantia, ergo non
est ibi alia & alia forma, quia si sic, iam esset ordo in sub-
stãtia rei ſm ordinem formarum. Sed hoc nihil valet ad
propositum. Philosophus enim ante immediate voluit, ꝙ
si est nugatio addendo differentiam priorem posteriori, pa
ri ratione erit nugatio econuerso. Non enim est talis ordo
in substantijs, hoc est in his quæ pertinent ad rationem sub
stantialem siue diffinitiuam, quod alius & alius ordo fiat,
& tollat nugationem. Vnde non est intentio Philosophi ꝙ
diffinitio non possit dari, & per genus, & multas differen-
tias non se mutuo includentes ſm nugationem. Nam si po
nantur in diffinitione multę differentię ordinatę, non sequi
tur nugatio. Sed supponendo oppositum illius quod vult
Philosophus probare, seqꝫtur nugatio, hoc est quod ab vl-
tima differentia non sit vnitas rei. Quia quandoqꝫ si genus
sit remotum, datur per multas differẽtias. Si ergo ille vni-
tas non est ab vltima differentia, cum vnitas compositi sit
ab vltima differentia, cum hæc non sit vltima, erit aliqua
alia vltima & vltimus actus, & ab ea est compositũ vnũ,
& tunc aut erunt duæ, aut erit vna. Si vna, erit nugatio cũ
vtraqꝫ ponatur. Si aliud & aliud, & vtrunqꝫ in actu, & ex
duobus in actu vltimo non fit vnum, sequitur quod ex il-
lis duobus non fiat vnum. Exemplum huius patet in lite-
ra, vt si diffinitio hominis est animal habẽs pedes bipes, ly
bipes finalis differentia, a qua completiue est substantia &
vnitas diffinitionis, non est includens formaliter differen-
tiam priorem quæ est habens pedes, alioquin sequitur in-
conuenientia prædicta. Hæc ibi. In expositione autem
vltimæ literæ sic dicit. Probat dictam cõclusionem ꝙ
scilicet finalis differentia sit substãtia et diffinitio perfecti-
ue & vltimate, alioquin, vt dictum est, in diffinitione esset
nugatio sicut patet transponendo differentias. Nam sicut
prius addendo posteriorem differentiam priori erat nuga-
tio, similiter & econuerso addendo priorem posteriori, qa
non est ordo quantum ad hoc in substãtia. i. in his quæ spe
ctant ad substantialem rationem & diffinitiuam rei. Sem-
per enim erit nugatio præponendo vel postponendo, hy-
pothesi negata, & nihil refert dicere hoc prius & hoc poste-
rius. Hæc ille ibi. Non puto autem locum alium inuenire
in hac sua metaphysicæ expositione, in quo tam patenter
Arist. sensum & verba peruertat Anto.and. & veritate de-
uiet manifeste sicut in prẽsenti. Quod vt facile cunctis pa-
teat, & ex hic facile ab his philosophiæ puerioribus se tue-
ri quisꝫ valeat, primo exponemus textum hunc Arist. iux
ta expositionẽ sancti Thomæ, ostendendo illum à verbis
Philosophi non discedere. Et ex hoc facile erit secundo vi-
dere, quomodo Anto.and. tam in expositione q̃ in prædi-
cto notando, a veritate deuiet & intentione Philosophi.

Pro primo sciendum ꝙ Arist. volens dubio occurrere
quo quæsiuit in analyticis, & hic idem repetit tex. 42. quo-
modo inquã diffinitio, cũ partes hẽat, sit ꝙ se vna, ostẽ-
dit partium etus multitudinem, illius vnitati per se haud
quaquam præiudicare. Et primo quidem ꝙ nõ distinctio
generis a differentia, quia genus non est sine differentijs, cũ
non sit præter generis species, vt deduximus in decimagn-
ta defensione. Secundo autem quod nec multitudo differẽ
tiarum illam impediat vnitatem, eo quod vltima, omnes
præcedentes includat, & sit tota rei substãtia & diffinitio,
quod probauit, tum ex essentiali diuisione differentiarum,
tum ex superfluitate quæ accideret in diffinitione, si om-
nes differentiæ in ea ponerentur, quia multotiens idem re-
peteretur. Ex quo manifeste patet ꝙ omnes sunt idem, &
quod sufficit ponere vltimam, quæ ex prædicta superflui-
tate contingente, cognoscitur esse tota rei substantia & dif
finitio, ut in præcedenti defensione declarauimus. Manife-
stat autem post hæc primum medium ꝙ oppositum. i. per
diuisionem

I diuisionem accidentalem. Nam ſm eum nō ſequitur quod vna differentiarum harum accidentaliter diuidentium ſit vltima, immo tot erunt vltimæ quod ſient diuiſiones, eo quod ex accidentalitate diuiſionis, non eſt ibi aliqua quæ includat alias, ſed omnes ſignificant proprias & diſtinctas formas. Patet etiam per hoc idem, ex oppoſito inquam, illud ſecundum medium roborari. Nam vbi non eſt aliqua vltima differentia quæ includat alias, ſed omnes ſignificāt diſtinctas formas, puta album, nigrum, & huiuſmodi, ſi coniungantur cum differentia diuiſa, puta habens pedes, & dicatur habens pedes albos, vel habens pedes nigros, nulla erit ſuperfluitas, ergo vbi eſt ſuperfluitas, ibi vltima differentia eſt tota ſubſtantia rei, & per conſequens ibi eſt vnica forma. Ponit poſt hæc Ariſt. concluſionem principaliter intentam, hāc inquam quod diffinitio eſt ex differētijs: ſed non ex omnibus, ſed ex vltima quæ omnes præcedentes includat, & ad quam per rectam, hoc eſt eſſentialem & K non accidentalem diuiſionem deuentum eſt. Hanc autem concluſionem poſtea declarans, ſimul etiam manifeſtat ſecundum ſuprapoſitum de ſuperfluitate medium, et dicit q̄ ſi quis poneret in diffinitione plures differentias tranſponē do eas. i. præponendo poſteriorem priori, nugationem incurreret manifeſte. Quod non eſſet niſi tales multę differentię haberent aliquem determinatum ordinem adinuicem. Licet enim ea quę diſtinguuntur tantum ſm vocem, qualitercunq; vnum prius vel poſterius alteri cōiungatur cauſent nugationem vt veſtis & indumentum, illa tamen quę important diſtinctas rationes formales, & multo magis ſi ſignificarent diſtinctas res, nō poſſent vno ordine coniuncta nugationem cauſare, niſi oppoſitum ordinem exigāt. Ideo enī (vt ſub exēplo loquamur) dicere, bipes hīs pedes, aut rōnale, ſenſibile, eſt nugatio, quia hę duę differentię ordinem alium requirunt, vt ſcilicet prior præponatur poſteriori, vt dicatur habens pedes bipes, & ſenſibile rōnabile. Sed ſic exponendo ſtatim occurrit dubium, ex quo L Anto. and. forte ſumpſit occaſionem erroris. Nam paulo ante Ariſt. dixit pariter eſſe ſuperfluum plures differentias ponere in diffinitione etiam præponendo priores, quia cōtingeret inquit multotiens idem dicere, ergo non hīt hunc determinatum ordinem qui excludat nugationem, ex quo tanquam rite ſtatuto, oppoſitus ordo ſit nugatorius. Sed reſponderur q̄ nō omnis ſuperfluitas & eiuſdem repetitio inducit nugationem, quæ ab Ariſt. in primo elenchorum ponitur determinata diſputationis metaph. Sed ſolum vbi in repetitione ſic idem dicitur, q̄ nihil aliud ſupra id quod prius dictum eſt addatur. Dicendo enim ſenſibile rationabile, repeto quidem in rationali realiter & formaliter ipm ſenſibile. Sed tamen talis repetitio non eſt vſquequaq; inutilis, & conſequenter non eſt vere nugatio, quia aliquid additur, id inquā quod formaliter importat rationabile, qđ in ſenſibili non includebatur formaliter. Artificioſe igitur M Ariſt. per repetitionem eiuſdem realitatis ex hoc inutilem, quia vnica & vltima differentia eandem realitatem dicit, quam & omnes aliæ præcedentes, oſtendit diffinitionem, non obſtante multitudine differentiarum, vnam eſſe realiter, ſicut vna eſt ipſa differentia vltima, quæ tota rei ſubſtantia eſt & diffinitio. Quod quidem & hic confirmat. Neq; enim eſſet repetitio omnino inutilis tranſponēdo differentias, niſi per eas idem realis ſignificaretur, ex quo ſequitur quod & in illa alia repetitione idem repetatur realiter, cum quo tamen ſtat immo exigitur, vt & hic innuitur, quod ſm rationes formales ſit ordo in differentijs, quando ſcilicet non tranſponuntur. Ipſum enim trāſpoſitionis verbum, dat intelligere non debitum & requiſitum tunc ſeruari ordinem in differentiarum locatione, & ex conſequēti tunc ſeruari debitum ordinem cum non tranſponuntur, cū quo tamen debito ordine ſtat ſuperfluitas ex parte rei, cum omnes idem ſignificent. Non autem eſt ſimpliciter ſuperfluitas, quia non præciſe & ſimpliciter idem repetitur, ſed cum additione nouę formalitatis, ratione quarum formalitatum eſt ordo inter eas, & non ratione ſubſtātiæ. Quod Philoſophus aperte docet, dum ſubdit: Sed ordo non eſt in ſubſtātia rei, quaſi vna pars ſubſtātiæ ſit prior alia. Hoc autem dixit vt ſtatim ſapiens inferat, quod in ipſa rei ſubſtantia nō eſt aliqua diſtinctio aut diuerſitas differentiarū, & ob hoc vltima poſita in diffinitiōe, ponitur tota rei ſubſtantia & diffinitio. Et ſic inferatur quod ſicut vltima differentia eſt quid vnum per ſe, & ſimiliter ipſa ſubſtātia rei eſt quid vnum per ſe, ita & diffinitio ſit quid per ſe vnum. Et hęc eſt ſumma intētionis Ariſt. in hoc textu, vt clare patere poteſt literam eius libero intuitu percurrētibus, & ipſe etiam ex verbis eius conſequenter inducam, dum expoſitionem Anto. and. oſtendam eſſe diſtortam. Ex his autē ſumitur inuictiſſimum illud argumentum, quod aduerſarij excludere adniituntur. Si enim ſint in eodem compoſito plures formæ ſubſtantiales integrantes ſubſtantiam eius, tūc in illa ſubſtātia ſic integrata eſt intrinſece ordo, & multiplex ordo, rēporis inquam & naturæ & etiam perfectionis. Temporis quidem & naturæ, quia vna eſſet origine prior alia, puta forma corporeitatis, anima rationali. Nam ſicut anima ratiōalis ſm illos abſcedit forma corporeitatis manente quæ prius inerat, ita & per generationem introducitur per eādem corporeitatis formam formato iā prius corpori. Perfectione autem quia forma ſuperueniēs, ponitur etiam ab his eſſe nobilior & perfectior omnibus pexiſtentibus, & ſic eſſet multiplex ordo in ſubſtātia cōtra Philoſophum hic expreſſe. Hoc autem argumentum vt fugiat Anto. and. totam Philoſophi clariſſimam literam, in alium ſenſum peruertit. Quod fuit ſecundum ſupra propoſitum. Et quia doctrina hæc Ariſt. vera eſt, oportet conſequenter q̄ iſte homo in varias corruat falſitates, tam expoNēdo literam Philoſophi, q̄ dictam expoſitionem ſuā, ad ſolutionem prędicti argumenti producēdo & applicādo. Exponēdo ſiqdem dicit qđ Ariſt. phat hāc cōcluſionem, q̄ finalis differētia ſit ſubſtantia & diffinitio perfectiue & vltimate, quia alioquin in diffinitione eſſet nugatio. Sicut patet tranſponendo differētias. Nam ſicut prius addēdo poſteriorem differentiam priori erat nugatio, ſimiliter econuerſo addēdo priorem poſteriori, quia non eſt ordo quantum ad hoc in ſubſtātia. i. in his quæ ſpectant ad ſubſtātialem rationem & diffinitiuam rei. Semper enim erit nugatio præponendo & poſtponendo hypotheſi negata, & nihil refert dicere hoc prius & hoc poſterius. Hæc ille. Sed hunc nō eſſe ſenſum literæ ex his manifeſtari poteſt, quod putat vim rationis Philoſophi conſiſtere in hac conſequētia. Si finalis differentia nō eſt ſubſtantia & diffinitio perfectiue & vltimate, in diffinitione eſſet nugatio tam tranſponendo q̄ non tranſponendo differētias. Sed non eſt nugatio in diffinitione quando ponuntur differentiæ ordinatæ (quod iſte dicit, quando nititur ſoluere argumentum thomiſtarum) ergo finalis differentia eſt ſubſtantia & diffinitio vltimate & pfectiue. Sed decipitur valde hic homo. Non eſt enim hæc ratio quam inducit Philoſophus, ſed ad concluſionem intētam procedit totaliter ex oppoſita via. Tum primo quia non proponit illam concluſionem ſub oppoſito conditionato ad falſum conſequens, vt ex eiuſdē conſequētis deſtructione inducat propoſitum, vt patet in litera. Sed tu ex tuo capite formam hanc arguendi impoſuiſti philoſopho. Tum ſecundo quia Philoſophus non dicit ly vltimate & perfectiue, quia ſunt termini diſtracti ui & deſtructiui eius quod intendit philoſophus, vt patet in litera, & declaratum eſt in præcedenti defenſione. Fuiſſet etiam valde diminutus Ariſto. & eius doctrina ſatis defectiua. Si prædictos terminos tam neceſſarios vt alium, immo oppoſitum cauſent ſenſum, vbilibet prętermiſiſſet, & ſemp opportuiſſet ſupplere, vt iſte facit, ex tali, ſupple, ſupple, imponens diminutionem Philoſopho. Sed Philoſophus non ſemel tantum ſed pluries, & ſine terminis diſtractiuis.

A ctiuis dicit quod finalis differentia eſt ſubſtantia rei & diffinitio, ſeu ex finali eſt diffinitio: & non dicit quod ab ea pfectatur diffinitio, ſeu ab ea ſit vnitas diffinitionis. Licet. n. & hoc verum ſit ſm rationes formales, hoc tamen nec cōfert nec obſtat vnitati per ſe diffinitionis, ſed ſolum vnitas rei indicat vnitatem diffinitionis exprimentis rem illam, & ideo debuit illam idētitatem realem proponere & probare, & non vltimationem vel complettionem aut perfectionem, quæ nihil conferebant propoſito ſuo. Tum tertio quia illa prima conditionalis nullam apparentiam habet, immo cōſequens magis videtur ſequi ex oppoſito antecedentis illius, hoc inquā q̄ ſi vltima differentia eſt tota ſubſtantia, ſequitur nugatio. Nam tunc non poſſet multitudo differentiarum in diffinitione poni niſi idem ſæpe repeteretur, cum idem ſignificent, & ſic non ſine nugatione vel B aliquali ſuperfluitate, vt optime deduxit Ariſtote, & expoſuit ſanctus Tho. Nugatio enim ex vnitate, & nō ex pluralitate ſignificatę rei procedit, vt patet. Imponere autem tā to Philoſopho argumentationem non apparentem immo falſam, quia nunquam idem conſequens ex duobus cōtradictorijs ſequitur, eſt illum reddere dignum non modica confuſione. Quarto quia tu tam exponendo q̄ in vltimo notando aperte oſtendis illam conſequentiam non valere, niſi adiunctis pluribus alijs deductionibus & conſequentialibus diuiſionibus, vt ex omnibus fiat vna perfecta argumentatio, & ſic conſequentia Philoſophi eſt defectiua, cum ipſe ſolam illam proponat, immo nulla eſſet, cum nugatio ſm illam tuam argumentationem non ſequatur ex hoc quod eſt finalem differentiam non eſſe diffinitionem, niſi dicatur quod multę differentiæ ſint vna, à qua tanquā à finali diffinitio ſit vna. Poſſet autem aliquis reſpondere Philoſopho q̄ non eſſent vna ſed plures, & ſic antecedens illud non eſſe ſufficientem cauſam inferendi cōſequens ſm ſe abſolute, ſed ſm aliam determinationem, ſm cuius oppoſitum non ſequitur conſequens illud. Prędictum autem inconueniens & prædictam reſponſionem non refellit Philoſophus in hoc proceſſu, ſed tu niteris id facere, ergo ipſe fuit hic diminutus, cui tu opem tuliſti. Hei miſer Ariſto. qui eget talium virorum auxilio. Tum quinto maxime, quia non poſſet Ariſto. per hanc conſequentiam quam ſuā eſſe dicis, intentum inferre, niſi arguēdo à deſtructione cōſequentis illius conditionalis, ad deſtructionem antecedentis, vt ante ipſe propoſui. Sed iſta deſtructio conſequētis, q̄. ſ. in diffinitione non pōt eſſe talis nugatio qualitercūq; ibi ponatur talium differentiarum multitudo, tranſponendo inquam eas vel non tranſponēdo, eſt falſa, ergo per hāc ſuam conſequentiam, intētum ſuum non habet. Quod autē illa minor ſit falſa, pāter, cum Ariſto. hic expreſſe his dicat & per exempla declaret oppoſitum, & tam patenter q̄ & pueris notum eē poſſet. Manifeſtiſſimam ſiquidem incurrit nugationem qui dicit, animal bipes, habēs pedes. Quomodo ergo Ariſto. ſapientum Monarchę attribuenda eſt ratio tam inſulſa, & ex tam manifeſta falſitate procedens?

Quod etiam verbum illud Philoſophi: Sed in ſubſtantia non eſt ordo. iſte inducit tanq̄ ſit probatio eius quod dixerat, q̄ ſcilicet nugatio erit ſiue poſtponendo ſiue præponēdo differentias hypotheſi. i. principali concluſione Philoſophi negata, literæ ſimiliter repugnat aperte. Quod quidē pātet dupliciter. Primo quia aduerſatiue proponitur verbum illud Philoſophi, ergo præcedentibus non poteſt applicari vt eorum probatio, ſed magis ſignificatur ab eis remoueri eiſdemq; aduerſari. Cum enim præmiſerit quod ſuperfluū eſt habens pedes dicto bipede, & ſic ponere multas differentias tranſponēdo, ſtatim adiunxit: Sed ordo nō eſt in ſubſtantia, vt explicet ſuperfluitatem illam non niſi ex negatione debiti ordinis procedere quo poſteriora prioribus & non priora poſterioribus poſtponuntur, quaſi dicat, ille debitus ordo inter differentias non eſt in ſubſtantia rei, quia in ſubſtantia non eſt ordo, & per conſequēs ordo ille inter differentias attēditur non ſm ſubſtantiam ſed ſm modum ſignificādi, & formales rationes tantūmodo. Et ex hoc habet propoſitum, q̄ videlicet non ſit multiplicitas in ſubſtantia, ſm multiplicitatem differentiarum, ſed vnitas. Et hæc vna ſubſtantia tota, vltima differentia eſt, ex qua cum ſit diffinitio, vt concluſum eſt, ſequitur diffinitionem habere vnitatem per ſe, vt ſic dubio principali ſatisfactat ex omni parte. In illo igitur modo exponendi viri huius conſideranda eſt aperta ſenſus peruerſio, vt quod Ariſt. aduerſatiue proponit, hic homo probatiue inducat, quod vero Ariſto. aſſumit, eſſe inquam nugationem vel ſuperfluitatem in locatione plurium differentiarum in diffinitione, vt ex hoc inferat concluſionem intentam, iſte aduerſatiue exponit, quaſi inducatur ſuperfluitās vel nugatio ex oppoſito concluſionis intentę, vt ſic ex negatione nugationis inferat cōcluſionem Philoſophi, & ſic eidem Philoſopho tam in formam propoſitionum, quām in virtute & F forma probationis directe ſe opponat. Neq; enim ullo modo eſt verum id quod iſte pro fundamēto ſuæ peruerſę expoſitionis aſſumpſit hic & ſupra, videlicet quod nō ſit nugatio poſtponendo differētias, niſi hypotheſi negata, quia non ex negatione hypotheſis infert nugationem, ſed ex poſitione mutationis infert hypotheſim. Quia enim eſt nugatio in tranſpoſitione differentiarum, probat hic quod diffinitio eſt ratio quæ eſt ex finali differentia tantum. Et paulo ſupra ex ſuperfluitate, quæ etiam inuenitur in locatione directa plurium differentiarum probauit, quod vltima differentia eſt tota rei ſuba. Neque enim eſſet nugatio prædicta vel ſuperfluitas niſi vna includeret alias. Talis autem incluſio non eſt ſine identitate ſubſtantiæ, quia incluſio præter hanc, non eſt alia niſi formalis quæ hanc includit. Neque enim poteſt aliquid in ſuo conceptu formali aliud claudere vt ſuperius, & eſſentiali incluſione de qua hic ſermo eſt, niſi & identice illud includat. Quod autem ſic intendat Philoſophus patet, tum ex ſerie manifeſte, tum ex G hoc quod eſſe talem ſuperfluitatem inter differentias probat vtrobiq; Philoſophus per exempla, ergo non eſt conſequēs ſuæ probationis. Probationis enim alicuius, ſi ipſa probari debeat, nō probatur ſicut nec negatur conſequēs, ſed præmiſſa, vel forma. Item in proceſſu argumentationis à deſtructione conſequentis, non probatur conſequēs primæ conditionalis, ſed potius oppoſitum eius. Probari enim debet quod bene deſtruatur, & conſequenter quod ipſum conſequens quod deſtruitur falſum ſit. Sed Ariſto. per exempla probat clariſſime eſſe nugationem ſeu ſuperfluitatem inter differentias, ergo non arguit à negatione hypotheſis ad hanc nugationem, vt ex deſtructione huius negationis inferat hypotheſim. Et hæc apertiſſime conſtant ex litera. Vnde male faciunt viri iſti, ob unam phantaſiam quam ſuſceperunt, eo quod neſciant ſoluere quædam argumenta friuola, velle totam philoſophiam ſapientiſſimi Ariſto. peruertere, & ad ſuas falſitates trahere violenter. Se- H cundo probatur idem quod ſcilicet verbum Philoſophi quo dicit: Sed in ſubſtantia non eſt ordo. non ſit probatio præcedentium, vt hic homo inducit. Præceſſit enim immediate quod ſuperfluitas accidit in tranſponēdo differentias. Sed hoc non poteſt probari per illud dictum, immo remouetur. Si enim non eſt determinatus ordo inter differentias, licitum eſt quomodolibet eas in diffinitione adinuicem ordinare & coniungere ſiue negata hypotheſi ſiue non, & ſic nunquam accidit nugatio cōtra te, ſemper enim nugatio eſt illicita. Item adhuc negata hypotheſi ſecundum tuam intentionem, id eſt negato quod detur finalis differentia ſignificans diſtinctam formam ab alijs quæ det vltimate vnitatem diffinitioni, eſt eſſentialis ordo inter differentias quia tu concedis plures differentias poſſe vnam formam ſubſtantialem ſignificare. Non enim tenet

Scotus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Scotus quod secundum omnem multitudinem prædicatorum essentialium sit multitudo formarum, sed secundum pluralitatem aliquorum, vt habes ab eo ex quarto dist. xi. q. 3. ar. secundo. Et alterius tenes horum etiam differentiarum vltimam dare vnitatem diffinitioni vt patet hic, & quod etiam inter illas & præcedentes sit ordo essentialis, tum quia hoc dicis multoties, tum quia & in. q. quarta secundi dicis inter causas essentialiter ordinatas non esse processum in infinitum iuxta Philosophi demonstrationem ibi, & vna cum illo id exponendo deducis etiam in causis formalibus, & sic differentiæ formales sunt essentialiter ordinatæ. Tum etiam quia illud ex hoc est necessarium dicere, quia illarum differentiarum multitudo consequitur per se essentialem superioris diuisionem in inferiora, vt tu ipse etiam in quodam notando tam supra à me quo ad alia reprobato concedis, ergo ordo est etiam in differentia, hypothesi negata, & sic non nugatio, quæ ſm te non stat cū præ dicto ordine, immo remouet omnem ordinem situationis earum in diffinitione, si per negationem ordinis probes ibi esse nugationem hypothesi negata. Non potest igitur prædictum Philosophi verbum, pro præcedētium probatione induci, siue negata siue non negata hypothesi. Sed ponitur aduersatiue, vt inferatur q̄ cum inter differentias sit ordo quidam legitimus, quem nugatio dum illum remouet manifestat, in substantia autem non sit talis ordo, patet q̄ cum multitudine differentiarum quæ quo ad rationes formales ordinem prædictum admittit, stat substantiæ vnitas & simplicitas essentialis, quæ ordinem prædictum à se excludit, ita quod quantum ad substantiam significatam, differentiæ prædictæ non admittant ordinem, quem necessario exigunt ſm modum significandi. Ex prædictis omnibus patet prædictam Anto. and. expositionem esse totaliter Aristo. intentioni ac veritati cōtrariam, litereq; illius apertissime repugnare. Et cum super hac expositione erronea fundetur euasio eius ad argumentum inuictissimum thomistarū, patet q̄ illius fuga vndiq; præclusa est. Quod vt magis etiam pateat, ex verbo breuibus expositionem illam percurrens elidam. Cum enim primo dicit quod argumētum thomistarum nihil valet ad propositum. Respōdemus quod vtiq; verum est q̄ non facit ad propositum suum, & nihil valet contra eos qui non rationibus sed voluntatis determinatione teguntur. Sed apud sapientissimos, & à sapientum principe argumentum factum, insolubiliter veritatem docet. Quod autem vlterius dicit Aristotelem voluisse ante immediate, quod si est nugatio addendo differentiam priorem posteriori, pari ratione erit nugatio econuerso. Respondetur quod nec Aristo. hæc ante immediate voluit, nec ista cōiunctim dixit, nec sub tali cōditionato modo dicēdi, vt iste recitat. Sed primum quidem, dictum est ante immediate. Secūdum autem, ad aliud propositum multis aliis mediantibus. Nec est verum quod sit par ratio, vt tam in exponendo literam in principio defensionis q̄ in refellendo expositionem Anto. and. clare ostendimus, nec Arist. hoc dixit aut aliquando somniauit. Sed pro libito tuo credis posse Aristo. quicquid tuo capiti videtur imponere. Nec Aristo. inducit, non esse ordinem in substantia, tanquam prædictarum nugationum coniunctim vel diuisim à te inductarum probationem, sed aduersatiue vt diximus. Vnde ex hoc patet quod totum oppositum docet. Nec dicit in substantijs, vt tu falso allegas, quatenus falsa allegatione falsam expositionem apparentem reddas, sed dicit in substātia, vt ex hac singularitate cognoscas non de differentiarum pluralitate loqui, sed de substantia vna quæ per plures differentias & per earum singulas tota quidem, sed diuersimode significatur. Nec dicit etiā, talis ordo, sed absolute dicit, ordo, nec ly talis, ex dictis eius elici potest. Ex hac autem simpliciter adducta negatione ordinis, infert intentum, substantiam inquam per differentias significatam esse per se vnam, & consequēter diffinitionem, quod non possent per limitatam. Post hæc cum dicis quod non est intētio Philosophi q̄ diffinitio nō possit dari per genus, & per multas differentias non se mutuo includētes ſm nugationem, manifeste contradicis Philosopho, sibiipsi, & veritati. Philosopho quidem, quia in hoc eodem textu paulo ante dixit quod finalis differentia est tota diffinitio, si non oporret multoties idem dicere in terminis. i. in diffinitionibus. Superfluum enim accidit hoc dicentibus. Super quæ verba Philosophi sic arguitur. Philosopho non est attribuenda superfluitas, & præcipue illa quam ipse reprobat. Sed ponere plures differentias in eadē diffinitione, dicitur & probatur à Philosopho esse superfluum, quia idem inquit multoties diceretur, ergo posse ponere plures differētias in eadem diffinitione, non solum non est ſm Philosophum, immo est contra eius intentionem directe. Sibiipsi autem hic homo in hoc aduersatur, quod ante immediate tam exponendo textum q̄ oppugnando, dixit esse nugationem tam post ponendo q̄ præponendo priorem differentiam posteriori, quod quidem dixit (sed male) probari à Philosopho per illud dictum, in substantia non est ordo. Sed in omni multitudine differentiarum in aliqua diffinitione assumptarum necesse est superiores inferioribus vel præponi vel postponi, ergo nō potest ſm te poni multitudo differentiarum in diffinitione sine nugatione. Nec potes dicere consequenter ad Aristo. q̄ illud tantum est verum hypothesi negata, quia Arist. probat id absolute esse verum per exemplū dicens. Nam quando dicit animal habēs pedes, bipes, nihil aliud dixit, q̄ animal pedes hīs & duos pedes hīs. Patet igitur q̄d cū his idē dicatur, absolute & non per suppositionem cuiuscunq; alterius, incurritur superfluitas, quam tu vocas nugationem, licet vere non sit nugatio, ergo contra teipsum nunc loqueris. Repugnat etiam veritati quod possit dari differētiarum multitudo, quarum nulla excludat aliam ſm nugationem vt supponis. Omnes enim differentiæ essentiales aut sunt adinuicem primo vel secundario seu ex consequēti oppositę, aut se habent sicut superior & inferior. Sed in vna diffinitione nō possunt poni plures differentiæ inuicem repugnantes, ergo si possunt poni plures, adinuicem comparabuntur sicut superior & inferior. Sed inferior sic semper includit superiorem vt ipsa posita nō possit poni superior sine nugatione, ut patet in exemplo Philosophi, quia habēs duos pedes includit habens pedes, vt & ipsi termini prę se ferunt, & etiam si præponatur superior, idem bis dicitur, & sic accidit superfluitas quam tu vocastr nugationem, ergo non possunt poni plures differentiæ substantiales in diffinitione quin vna includat aliam ſm nugationē iuxta tuam expositionem, vel ſm aliqualem superfluitatē iuxta Philosophum & veritatem. Cum vero vlterius ista falsa & repugnantia Philosopho & sibiipsi, & veritati, probare seu declarare niteris dicens: Nam si ponantur in diffinitione mulę differentiæ ordinate non sequitur nugatio. patet q̄ iuxta tuam suprapositam probationē qua dicebas q̄ quia in substantia non est ordo, ideo siue transponantur siue præponantur differentiæ sequitur nugatio, non possunt poni ordinate. Vltra enim duplicem ordinē quæ ab eis negas, alius non datur. Quod autem dicis nugationem non sequi multitudinem differentiarum in diffinitione, nisi supposito oppositio eius quod Arist. intendit, hoc inquam supposito quod ab vltima differentia non sit vnitas rei, ex dictis supra, ex peq; repetitis, patet esse falsissimum. Tum quia Philosophus non facit illam deri sibilem conditionalem, videlicet. Si ab vltima differentia non est vnitas rei, sequitur nugatio, vt supra manifestauimus. Tū quia si etiam faceret, adhuc non euitatur quin multitudo illa differentiarum in vna diffinitione positarum non sit uetur aliquo illorum duorum modorum, quos amboa asserit

asserit, & exemplis probat sapere superfluitatem, quam tu dicis nugationem. Quod vlterius addens dicis diffinitionem dari per multas differentias si genus sit remotum, falsum est. Licet enim supra in principio huius textus dixerit Aristote. quod nihil aliud in diffinitione est quàm primum genus & differentiæ, & quod nihil differt, rem dici per plura, aut per pauca, aut per duo, scilicet per proximū genus & suam differentiam, non tamen intendit quod nihil differat quantum ad debitum modum diffiniendi, sed quantum ad rem significatam. Idem enim præcise & formaliter substantia corporea, animata, sensibilis, rationabilis, significat, quod animal rationale. Debitum tamen modum diffiniendi postea docuit, dum dixit vltimam differentiam esse totam diffinitionem, & quod superfluitas accidit ponendo plures differentias in diffinitione, quocunq; adinuicem ordine situentur. Debet tamen poni explicite proximum genus in diffinitione vt proprium perfectibile ſm modum significandi, quod tamen est idem realiter cū illa differentia, sed formaliter ab ea non includitur. Vnde si non poneretur, non notificaretur formaliter diffinitum à prima potentia vsque ad vltimum actum. Superiores etiā differentiæ licet formaliter includantur in inferiori, vt in præcedenti defensione probaui, non tamen superflue in ea repetuntur in proximo genere, in quo etiā formaliter claudūtur, quia in ipso clausę comparātur ad differentiam vltimam, vt proprium perfectibile. Non autem talis comparatio explicatur formaliter per hoc quod in ipsa differentia comprehenduntur. Ad debitum autem modum diffiniendi necesse est talem comparationem formaliter explicari. Patet igitur falsum esse quod rite debitoq; modo ab Aristote. insinuato, possit aliquid diffiniri per remotum genus & suas omnes differentias, siue ordinate siue inordinate coniunctas.

Probationem autem quam ad hoc consequenter inducis, licet in præcedenti defensione multipliciter impugnauerim & vanitati peruiam esse ostenderim positam in expositione textus, tamen adhuc contra eam hic vbi eam repetis in notando tuo, aliquid dicam vt magis veritas elucescat. Et primo dicimus quod Aristote. non facit illam, nec ex dictis eius elici potest. Et notaretur etiam per hoc diminutam tradidisse doctrinam, cum multa hic addas ad hoc quod ratio vim habeat, quæ Aristote. non posuit. Sed simpliciter & vnico verbo ipse validissime intulit intentum, vltimam inquam differentiam esse totam diffinitionem, quia alijs appositis contingit sæpius idem dicere, quod non oportet, quia est superfluum. En ecce quàm clare, quàm valide, quàm cito probauit intentum. Quid igitur per tot anfractus cæcutiens euagaris? Dicis enim: Si vnitas non est ab vltima differentia, cum vnitas compositi sit ab vltima differentia cum hæc non sit vltima, erit aliqua alia vltima & actus. Ecce quod supponis idem cū eum probare intendis, vnitatem inquam compositi esse ab vltima differentia. Eadem enim est dubitandi ratio, an ab vltima differentia sit vnitas diffinitionis, & diffiniti, cum sint idem realiter & formaliter. Sequitur. Et cum multę sint ibi, tunc illis esset aliqua differentia vltima & vltimus actus, & ab ea est compositum vnum. Si tibi responderetur quod non ab vltima aliqua sola, sed a multis illis, sicut habet entitatem ita & vnitatem tam compositum quàm diffinitio, quid diceretur? Nonne & nunc supponis quod debes probare quod videlicet ab vltima, tam compositum quàm diffinitio habent vnitatem completiue? Sequitur. Et tunc aut erunt duæ, aut vna. O mirabilis processus. Quomodo potest hæc disiunctiua stare cum his quæ præmissa sunt. His inquam. Si hæc non sit vltima, erit aliqua alia vltima & actus, & cum multæ sint ibi, erit illis aliqua differentia vltima & vltimus actus. Nonne in his verbis de vna vltima loqueris & in singulari? Quomodo ergo postea immediate de hac dicis, vel duæ sunt vel vna? Quod si dicas. De vltima differentia a qua compositum est vnum, & de illa a qua diffinitio est vna, quæro an sint duæ vel vna contra. Nonne hucusq; deuentum est ex suppositione quod sit alia differentia a qua compositum est vnum ab illa a qua diffinitio est vna? Sic enim incepisti: Si vnitas scilicet diffinitionis non est ab vltima differentia, cum vnitas compositi sit ab vltima differentia, cum hæc non sit vltima, erit aliqua alia vltima & actus. Ecce quod nunc supponis duas, quia alia & aliam, vt in litera etiam ex primis. Quomodo ergo statim de his quæris, vel sunt duæ vel vna? Sed dices, Quæro an illa a qua diffinitio & suppositum habent vnitatem, sit vna cum illa quæ in ordine differentiarum in diffinitione positarum vltimo loco ponitur. Sed contra quia tam præsupponit deductio, quod sit alia, vt patet per illa prima verba satis inepte coniuncta & pluries recitata. Non potest ergo nunc quærere an sint duæ vel vna. Sequitur. Si vna, erit nugatio, cum vtraque ponatur. Sed nego consequentiam, quia diceret respondens q̄ esset vna realiter, & plures formaliter. Dicitur tamē quod illa tantum a qua habet vnitatem est ponēda in diffinitione, quæcunq; vere vltima est. Hoc enim quod supponis quod scilicet multitudo differentiarum possit poni in diffinitione, sicut & hoc quod scilicet ab vltima differentia diffinitio habeat vnitatem, tu habes probare. Non enim sic habet diffinitio vnitatem ab vltima differentia quod oporteat alias omnes priores ponere quasi per vltimam perficiantur vt supponit iste. Sequitur. Si aliud & aliud & vtrunq; in actu, & ex duobus in actu vltimato non fit vnum, sequitur quod ex illis duobus non fiat vnum. Sed ad hoc vltimum respondetur, quod non essent aliud & aliud nisi secundum rationem, vnde non dirimerent vnitatem per se. Probandum enim esset, quod essent duæ realiter distinctæ in actu vltimo. Et quod postea inducit hic pro inualida hac probatione exemplum Philosophi, contra hoc inducit, pro quo Philosophus illud proposuit, hoc inquam quod sit superfluum dicere, animal habens pedes, bipes, & per consequens non debere has differentias in diffinitione hominis ponere, sed quod vltima est tota diffinitio eo quod priores comprehendat, vt clare patet in litera. Sic igitur patet q̄ multiplicibus falsitatibus, contradictionibus, & hallucinationibus referte sunt expositiones, euasiones seu impugnationes quas Anto. and. contra vnam sancti Doctoris veritatem induxit. Et hæc de præsenti defensione satis superq; dictum sit. Per omnia benedictus Deus. Amen.

DEFENSIO XVIII.

Libro septimo tex. commen. 55. parte penultima.

Amplius quæcunq; in alio contingunt, vt si alter fiat talis, palam quia sol erit.

HOC IN LOCO Anto. and. loquitur contra opinionem tenentium quod in abstractis a materia vnicū est suppositum pro singula specie. Taliter autem opinantes Mauritius vocat Thomistas, sic dicens in margine: Inuehit contra Thomistas. Dicit autem sic Anto. and.

Notandum quod communicari pluribus suppositis nulli naturæ specifice repugnat. Immo nec naturæ diuinæ de qua minus videtur cum sit de se hæc. Vnde mirum est q̄ ab aliquibus negatur posse esse sub vna specie plura indiuidua in sempiternis, cum necessario tamen habeant concedere naturam diuinam communicari, & esse communem tribus. Ad propositum, dato q̄ sub vna specie non

Universidad de Deusto
Biblioteca

I sit nisi vnum singulare, non tamen repugnat naturæ specifice vt sub ea fiat aliud singulare. Et diffinitio data de primo singulari esset ipsius speciei communis, & per consequens vtique communis singulari, & non conuertibilis cum altero eorum. Hæc ille. Sed ad Mauritium primo respondentes dicimus quod inuectionem illam insulsam, quasi puerorũ aggressus floccifacimus ac deridemus. Nec enim furor pullicinus aliquid potest in ceruicem tauri nam. Non thomistæ soli sunt prædictam veritatem asserentes, sed alij innumerabiles sapientes, cum quibus thomistæ tanquam egregij pugiles veritatem hanc inuictę tuentur ab aduersarijs. Anto. autem and. non loqui ad propositum & ab intentione Philosophi hic longius euagari, primo ostendemus. Secundo autem palam fiet eius motiuum contra Thomistas friuolum satis esse, ac multis falsitatibus respersum. Primum patet tam ex parte eius qđ intendit hic Aristo. quàm ex parte eorum quæ ab impugnante in medium afferuntur. Ex parte quidem intẽtionis Philosophi hoc patet. Aristo. enim contra Platonem probat in præsenti textu, quod idea non est dissimibilis si sempiterna sit & vnica pro qualibet specie. Et intendit talem rationem. Omnis diffinitio quæ posset competere pluribus singularibus si essent sub vna natura non est propria alicuius eorum, vt patet ex terminis. Sed diffinitio huius singularis ideę, puta hominis quæ vna & singularis est secundum Platonem, posset competere alteri ideæ si fieret eiusdem naturæ, ergo illa non est propria diffinitio huius ideæ, sed naturæ communi huic & alteri ideæ si fieret. Hãc autem minorem volens Aristo. persuadere, dat exemplum in his in quibus de facto non in inuenitur nisi vnum suppositum in vna natura, puta in sole, luna &c. in quibus diffinitio quæcunq; data puta de hoc individuo solis, competeret etiam alteri soli si fieret eiusdem naturæ. Ex his ergo (vel si nõ ex his, saltem occasione eorum) authoritate propria vult Anto. and. esse notandum, quod communicari pluribus suppositis, nullis naturæ repugnet &c. Non sequitur autem hoc ex dictis Aristote. nec eis in aliqua veritate conformatur, ergo non loquitur ad propositum intentionis Philosophi. Et sic in expositione intermiscet non intermiscenda. Neque enim hoc est ad propositũ eius quod principaliter concludit, ideam inquam non esse diffinibilem, nec principalis ad hoc medij, huius inquam quod singularia non possunt diffiniri, nec medij secundarij quod videlicet si fieret alter sol, tunc prioris diffinitio huic competere, & sic nulli eorum esset propria. Ad veritatem quippe conditionalis non exigitur partium eius veritas, immo necessitas consequentiæ & per consequens conditionalis, stat cum impossibilitate partis vtriusq;. Quomodo ergo ex hac conditionali Philosophi, (si fieret alter sol, tunc diffinitio prioris huic competeret) potest sequi quod non repugnet naturæ solis, quod fiat alter ab eo qui nunc est, isto perstante? Et multo minus sequitur illa vniuersalis, q; videlicet nullæ naturæ specifice repugnet suppositorum pluralitas. Pari enim ratione sequeretur quod non repugnaret hominem esse asinum, quia hæc conditionalis, necessaria est, si homo est asinus, homo est rudibilis. Et iam antecedens fieret consequens, si ad veritatem conditionalis sequeretur necessario veritas antecedentis &c. Cum ergo sic dicis in oppugnatiõe, (Ad propositum, dato quod sub vna specie non sit nisi vnum singulare, non tamen repugnat &c.) patet quod non loqueris ad propositum Philosophi, sed tuę voluntatis. Sat enim Philosopho est, dictum illud Platonis falsum esse ostendere, eo qđ p̃dictam verã conditionalẽ tollit. Nec; potest esse verũ, qđ vero repugnat. Et non vult aut innuit aliquo modo alterius vel vtriusq; veritatem partis. Immo innuit totum oppositũ, cum afferat exemplum in quo manifestum est vnum tantum & esse & posse esse suppositum in natura, vt det aperte cognoscere quod ei sufficiat conditionalis necessitas, vbi manifesta partium deest veritas. Hunc arguendi ac probandi modum, quo inquam, falsum aliquid esse conuincitur, quia veram tollat conditionem, quamuis ex falsis partibus constitutam, obseruant sæpe solẽnes Philosophi. Et Commentator in septimo physico. com. secundo, diuo etiam Thoma approbante, declarat idipsum a Philosopho ibidem obseruari. Verum est quidem quod naturæ specificæ vt sic, non repugnat multitudinem suppositorum compati, alias nulla id admitteretur, ly vt sic, specificatiue interpretato & non reduplicatiue. Sed econtrario, verum est etiam naturæ specificę vt sic necessariam in natura illa suppositi vnitatem non repugnare. Alias nulla saltem naturæ necessario in supposito vnico, contra id quod sensu percipitur in sole & luna &c. Sed cum his omnibus verissimum est alicui naturæ vt talis natura est, individuorum multitudinem repugnare, vt de sempiternis omnibus speciebus probat egregie sanctus Doctor in pluribus locis. Præterea. Si ex hoc quod non repugnat naturæ specificę vt sic, esse plura suppositа, & ineludas sub hoc comunit analogo quod dicitur, natura specifica, etiam naturam diuinam (arguis enim a natura diuina ad alias sub isto analogo, natura specifica) pari modo ex eo quod naturæ specificę non repugnat admittere plura suppositа q̃tria, alias nulli hoc competeret, tam posset inferri quod & in natura diuina talis pluralitas non repugnet. Et cum in perpetuis non differat esse & posse, & præcipue in deo, cui nihil aduenticium est, sed quo ad omnia sibi possibilia esse ipsum necesse est, tam de facto in eo essent plura suppositа quàm tria, quod est hæreticum. Hunc etiam hominem extra propositiũ satis verba spargere, ex his quę in medium attulit, expresse patet. Recurrit enim ad sacrã stiam pro suffragio, dum vt Philosophus philosophis loqui debet in corpore philosophiæ. Num Aristo. vnquam concederet, deitatis naturam, suppositorum pluralitatem admittere? Sed compatiendum est viro huic. Cum enim ad adstruendã falsitatem, nulla ei philosophiæ veritas, nulla authoritas suffragetur, & nihilominus vmbram luci præeligant vespertilionum oculi, voluit philosophis in philosophia innuere, quod veritatem quasi eorum omnium, non autem suas vires excedentem, poterat quadam alia altiori & quæ eos fugiat veritate firmare. Vt sic & ab ipsis philosophis dum quæ ipsi negarent tanquam impossibilia, hic pro veritate proponat, & a theologis partier dum quæ hic affert ex fide, proposito eius non conferant, sed officiant, derisibilis a sapientibus iudicetur. Esse nanque infirmissimum eius motiuum, in medium ad adstruendam falsitatem productum, quod erat secundum principale in hac defensione propositum, sic declaratur. Duplex enim medium ex dictis sufficit in oppugnatione hac elici potest. Primum quidem (si extra propositum non loquatur) summit ex dictis hic, propter prædictam conditionalem. Et de eo iam dictum est & apertissime declaratum quod insulsum est valde. Secundum autem medium accipit ex fide categorice arguens a minori sic. Si in natura diuina de qua minus videtur eo quod sit maxime vna & simplicissima inuenitur suppositorum pluralitas, multo magis in alijs, etiam sempiternis. Ad hoc autem dicimus primo, q; natura diuina non habet rationem speciei, vel vniuersalis, & similiter diuinum suppositum non habet rationem individui. Nec natura diuina est communis tribus suppositis sicut vniuersale pluribus individuis, quia vniuersalis cuiusq; communitas, rationis est, illa vero realis, vna numero essentia realiter existente in tribus. Natura enim vniuersalis eo communis est, quo suppositа, aliquid naturæ superaddunt distinctum ab ea realiter, puta partes materiæ in rebus materialibus quæ nõ sunt de ratione naturæ in cõi, vt patet septimo huius, vel ẽt ex hoc quod

quod natura illa est finita & limitata ad determinatum esse qđ ab ea distinguitur. Naturæ vero diuinę suppositа nihil penitus reale in se habent quod non sit in natura, immo qđ non sit idem realiter ipsi naturæ. Summeq; huic attestatur perfectioni diuinæ naturæ, vt eadem realiter cõcretur pluribus sine præiudicio summæ illius simplicitatis, quod in creaturis, quãtũcunq; naturam boni sapiãt, impossibile est inueniri. In ipsa quoq; natura diuina, nulla est realis determinatio vel limitatio per distinctum à se esse, sed est ipsum esse subsistens infinitum. Non est igitur simile, sed valde dissimile quod adducit pro simili, eo quod creaturę aliquę nobilissimę in hoc præcipue propinquiores sunt simplicitati naturæ diuinę, q; multitudinem suppositorum non patiuntur, quę necessario compositionem in eis induceret, non valentibus illam attingere puritatem quę in natura vna & simplicissima, suppositа plura subsistant. Secũdo ad idem motiuum dicitur q; eo modo quo in diuinis potest saluari ratio speciei, non potest saluari apud theologos & p̃m fidem & veritatem ex fide habitam, nisi vnicũ esse suppositum in vnica specie. Nam cum vbicunq; inuenitur modus prædicandi generis, non repugnet aliquo modo inueniri rationem illius generis, & consequenter rationem speciei p̃m aliquam analogam vel remotissimam similitudinem, & duorum tantummodo generũ modi prædicandi p̃m Augustinum in deo saluentur, substantiæ inquam & relationis (cætera quippe omnia prædicamenta in substantiam transeunt & substantialiter prædicantur cũ transferuntur in deum) sequitur q; non possit inueniri etiã ratio speciei nisi p̃m prædictos duos generales prædicandi modos. Sed suppositа diuina in esse substantiæ non multiplicantur, cum sint vnius essentiæ, immo vna & eadem penitus essentia & substantia, ideo quo ad hoc non potest inueniri ratio speciei in diuinis. Et si aliquo modo intelligeretur ibi ratio vniuersalis & cõmunis & speciei, esset vnicum tantum suppositum seu subsistens absolutum, si posset talis natura p̃m absoluta, ineõmunicabilitatis rationẽ suscipere, eo modo quo intelligunt iudei & gentiles, & eo modo quo & nos vere dicimus esse tantum vnum Deũ & vnum dominum per se subsistentem, eternum, omnipotentem, vt dicit Athanasius. Non est autem vnum tantum suppositũ in diuina natura. Cõmunicabilis quippe est natura diuina, non quidem vt species, sed quia eadem numero essentia subsistit in tribus. Nec ista trinitas sic est in deitate quasi sint tres deitates, sed multiplicantur personæ diuinæ in esse relatiuo & per relationes. Secundum modum igitur prædicandi relatiuum si concedatur ratio speciei in diuinis personis, sicut multiplicantur suppositа, ita multiplicantur relationum species, ita quod pro singula specie, impossibile est esse nisi vnum suppositum. (Sunt enim in diuinis sub relatione quasi sub quodam genere, tres quasi relatiuorum species, siue tres relationes quasi specie distinctę. Quippe cum alterius speciei sit relatio paternitatis a filiatione, & processio alterius est rationis (vt ita dixerim) species ab vtraq; prædicta. Et pro qualibet istarũ relationũ suppositа ijsdem relatiõibus propria, nisi vnicum esse impossibile est. Probat enim diuus Thomas atq; demonstrat non posse in diuinis esse plures filios, & pari ratione nec plures patres, aut plures Spiritus sanctos. Spiratio autem actiua quæ etiam relatio realis est in diuinis, licet inueniatur in pluribus suppositis, non tamen constituit aliquod eorum. Non enim ab ea, sed ab alijs relationibus constituta suppositа cõmunicant in ipsa spiratione actiua in ratione vnius principij. Sic ergo patet q; id quod assumit pro sensu, pro quo assumere debet vt suo proposito faueat, est erroneum, & non solũ minus videtur, sed etiã de facto etiam minus est pluralitas suppositorum in vna specie in diuinis, eo modo quo ibi species est. Sed nec; ẽt ratio sua ad probandum q; minus videatur, est sufficiens, quia ratio illa currit in oĩbus substãtijs separatis. Quælibet enim talis est de se hæc, p̃m sanctum Thomam. Non debet autem aliquis prudens, contra aliquem doctorem sine probatione inducere illud quod a tali doctore negatur. Supponit enim hic qđ substantiæ separatę non sint de se hæc, & ex hoc supposito à sancto Thoma negato, infert q; minus videatur de natura diuina quod habeat plura suppositа, q; de alijs omnibus, eo quod ipsa est de se hęc & nõ alia. Cum ergo dicit mirum esse quod ab aliquibus negatur posse esse sub vna specie plura individua in sempiternis &c. Respondemus quod valde mirum est si sapientes de hoc mirarentur. Sed cum admiratio ex ignorantia procedat, non est mirum quod talibus qualibus hoc mirum sit. Tertio ad idem secundum motiuum aduersarij dicitur quod authorem suum letaliter ferit dupliciter. Primo quia si ex hoc q; in diuinis non repugnat multitudo suppositorum in vna specie, infertur quod in alijs etiam non repugnat, non repugnaret etiam in sole, luna, & alijs similibus, & sic possent esse plures soles. Hoc autem est impossibile, tum primo quia cum in perpetuis non differat esse & posse, si possent esse plures soles, tam nunc essent plures soles, quod soli infatuati cõcederent. Tum secundo quia vel posset esse alius sol per generationem. Et hoc non, cum corpora cœlestia sint ingenerabilia & incorruptibilia. Aut per simplicem emanationem quæ est ipsa creatio. Et hoc non, quia hanc negat Philosophus, & superfluam ponit simul & theologus, eo quod vnus sufficiat ad inferiorum productionem & præcipue hominis, & conseruationem, cuius gratia secundum sacras literas sol factus est sicut & cœlum ipsum, & multitudo, destructionis corruptibilium perpetuę causa foret, vt etiam Poeta fingens dicit: Solo vror sole &c. Secundo quia si ex non repugnare in natura diuina multitudinem suppositorum, sequitur à minori nõ repugnare in alijs: pari ratione ex actualiter esse in deo plura suppositа, sequitur actualiter esse sic in omnibus alijs. Hoc autem esse manifeste falsum nec verule negant. Patet igitur ex his omnibus quod argumentum illud aduersarij derisibile admodum fuit. Et eius author dum contra sanctum Thomam voluit se quasi theologum philophantibus tractare, omnibus palam fecit se esse tam philosophię quàm theologię valde ignarum. Et hæc de præsenti defensione satis. Amen.

DEFENSIO XIX.

Libro septimo tex. com. 60, parte secunda.

Palam igitur qm̃ in simplicibus non est quæstio nec doctrina. Sed alter modus quęstionis talium.

HOC IN LOCO Anto. and. impugnat sancti Tho. expositionem qua simplicia in quibus dicit Philosophus non esse quæstionem, ipse diuus Thomas interpretatur substantias separatas. Dicit ergo Anto. and. Notandum quod istam literam quidam expositor aliter exponit, volens per simplicia intelligere substantias simplices non compositas ex materia & forma. Quia enim in omni quęstione aliquid est notum & aliquid ignotum quod quæritur, ideo tales substantiæ nõ subsunt quæstioni, quia vel totæ cognoscuntur vel totę ignorantur. Et eadem ratione de eis non est doctrina scientifica, quæ fit ex hoc q; scimus per syllogismum propter quid. Sed talium est alius modus quæstionis, quatenus cognoscuntur per effectum, puta per substantias sensibiles, quæ nos aliqualiter ducunt in earum cognitionem. Sed contra. Nam substantiæ simplices & si sint simplices quantum ad sua intrinseca essentialia, nihilominus habent aliquas proprietates de eis scibiles per demonstrationem saltem intellectui potenti eas cognoscere, vt ostensum est in sexto huius, & per con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

I sequens potest formari de eis quæstio propter quid terminabilis etiam per doctrinam demonstratiuam. Aliter ergo dicendum est quod per simplicia intelliguntur termini incomplexi quicunq; de quibus non est quæstio terminabilis per demonstrationē & doctrinam syllogisticam. Nam demonstratio & doctrina syllogistica semper est de quæstione quæ est complexa. Concludit enim passionem de subiecto per medium propter quid, dicens causam. Sed est de eis alius modus quæstionis & ostensionis. s. diffinitiuus. Nam sicut demonstratio est complexi, ita diffinitio incomplexi. Hæc ille formaliter. Pro defensione igitur doctrinæ sancti Thomæ & veritatis, tria faciam. Primo ostendam quod Anto. and. expositio non est ad mentem Philosophi. Secundo q̄ expositio sancti Thomæ est de intētione Arist. & Cōmenta. hic. Tertio respōdebo ad eius motiuum. Primum sic patet. Nam Aristo. in hoc capitulo vltimo huius septimi, volens ostendere q̄ quodquidest substantiæ sensibilis, de qua in toto septimo pertractat & in octauo, sit principium et causa, inducit inter cetera quod quæstio propter quid non est nisi de aliquia videlicet vel quæritur forma in materia, vt si quæratur, Propter quid tonat? respondetur quia est sonitus in nubibus, quod est reddere formā in materia eē. Vel quia q̄ritur causa formę in materia, vt, Propter q̄d lapides & ligna sunt domus? & respondetur de causa finali vel effectiēte, quę pertinent ad quod quid est logice, vt dicitur in litera, non autem essentialiter. Deinde Aristo. inducit dubitationem circa hoc quod dictum est, q̄nem inquam propter quid, quærere semper de alio. Nam id videtur esse falsum cū q̄ formatur in termino simplici, puta cum quæritur, quid est homo? Respōdet aut huic dubitatiōi Philosophus, q̄ oportet hāc q̄nem, qua. s. quæritur quid est homo, corrigere, et reducere ad ,ppter qd, vt dicatur ,ppter quid iste homo, puta Socrates est homo, & tūc est quæstio de alio. Et vsq; ad hoc, cum Anto. and. concordamus, vt patet in expōne sua. Qui tamē non aduertit quomodo impossibile est his stantibus, q̄ exponatur ad mentem Arist. textus sequens de terminis simplicibus, vt ipse facit. Hoc ipsum autē ex quatuor deducitur. Primo. Quia ex declaratione qua ostenditur aliquid eē tale in vno sensu determinato, & nō in alio, non potest inferri pro corollario quod illud sit tale absolute, vt de se patet. Sed Aristo. soluendo prædictam dubitationem ortam ex simplicitate termini, puta cum quæritur quid est homo, dicit quod in simplicibus terminis non est quæstio, nisi corrigatur, reducendo videlicet ad complexionem, ergo corollarium quod textus sequens promit, nō est hoc quod scilicet in simplicibus terminis absolute nō sit quæstio propter quid, sed alius modus quæstionis &c. Induci autem illud dictum pro corollario tam Anto. an. q̄ Mauritius fatetur, ergo &c. Secundo. Corollarium est conclusio vna sequens ex alia prius inducta, sed si ly simplicibus, in illo textu exponaē pro simplicibus terminis, non erit conclusio ista, alia ab ea quæ præinducta est. Ergo cum sit corollarium etiam per te, non pōt sic ille textus interpretari. Patet minor, eo q̄ occurrēdo dubitationi Philosophus dicit, q̄ nisi q̄stio in simplici termino facta corrigatur, erit aliquid cōmune ei quod est nihil quærere, & ei quod est aliquid quærere, quod ſm primam expositionem magis ab Anto. and. approbatam est dicere, quod in talibus non est quæstio, quia esset quærere idem de seipso, puta propter quid homo est homo, quod supra Aristo. dixit esse nihil quærere, & sic idem est ac si dicatur q̄ in terminis simplicibus non est quęstio. Quomodo ergo potest hoc ipsum inferri ex seipso pro corollario? Tertio occurrendo prædictę dubitationi & corrigendam docendo, innuitur, immo manifestatur q̄ Aristo. dedit sufficiēter modos quibus in simplicibus terminis potest esse quæstio, videlicet non quatenus simplices sunt, sed quatenus complexio admiscetur, alias Aristo. fuisset diminutus non assignādo omnes modos simplicium terminorum, ut exigebat, p̄posita quæstio. Et si sic, tunc falsum esset quod dicitur in corollario, sed est alter modus q̄nis talium. Si enim oēs fuissent sufficienter assignati, non remaneret alius modus.

Et confirmatur, quia quæstioni nō satisfeciſſet. Nam potuisset aliquis dicere Aristo. q̄ non est corrigenda quęstio illo modo, sed est alius modus quæstionis in his simplicibus, in quibus tamen non quæritur aliud de alio, cum sint simplicia. Et sic adhuc remaneret obiectio contra hoc videlicet q̄ non sit semper quæstio de alio. Quarto si exponatur corollarium illud de terminis simplicibus, & dicatur quod de eis est aliter modus quæstionis, non erit alius modus quæstionis nisi sit factus per terminos q̄stionales seu quæstionem promentes. Sunt autem ſm Aristo. secundo poste. tales termini quinq;, duo eandem quæstionem significantes, si est inquam, & an est: & tres singulas quæstiones significantes, quia est, quid est, & propter quid est. Sed harum quæstionum an est, & si est, reducūtur ad quid est, & tam quia est quām quid est reducuntur ad propter quid est, vt patet secundo poste. quod & Anto. and. hic fatetur, ergo in omnibus in quibus inuenitur aliquis prædictorū modorum, inuenitur etiam propter quid. Cum ergo Aristote. hic dicat quod in simplicibus inuenitur aliter modus quæstionis, si intelligit de simplicibus terminis ut dicit Anto. and. & de prædictis modis, vt necesse est nisi Aristo. tradiderit diminutam doctrinam de numero quęstionum. Sequitur quod & in eis inueniatur etiam propter quid, quod etiam concessit Aristo. dum dixit esse corrigēdam quæstionem quid est, sic q̄ reducatur ad propter qd. Falsum ergo esset quod pro corollario infert, hoc inquam quod in simplicibus non est quęstio. Et confirmatur primo quia ille alius quæstionis modus nō potest esse nisi diffinitiuus, vt Anto. and. asserit. Sed habita diffinitione, haberetur propter quid, ergo si est manifestatio per diffinitionem, est manifestatio per ipsum propter quid, & per doctrinam quæ manifeste respondet quæstionibus quid & propter quid. Confirmatur secundo quia modus diffinitiuus non est formaliter modus quæstionis, sed determinationis & declarationis. Aristo. autem dicit q̄ in talibus est alter modus quæstionis, ergo male exponitur de modo diffinitiuo vel quomodocunq; declaratiuo. Non potest igitur textus ille Aristo. exponi de terminis simplicibus. Et hæc de primo. Secundum autem quod supra propositum eſt, bonam inquam esse sancti Doctoris expositionem & Aristo. eiusq; Commenta. intentioni consonam, etiam ex prædictis aperte conuincitur. Cum enim simplicia non sint nisi vel termini vel res. Si exponendo de terminis, falsa est, et contra mentem Philosophi, sequitur a sufficienti diuisione quod bona sit expositio quæ datur de simplicibus rebus. Esse etiam hanc eandem diui Thomæ expositionem ad mentem Aristo. clare patet ex supra inducto Aristo. processu. Declarans quippe Aristo. quomodo quæstio propter quid semper est de alio, dicit hoc ideo esse, quia in hac quęstione oportet esse aliquid notum & aliquid, ignotum alias inutilis esset quæstio. Notum siquidem est ipsum quia est, eius quod quæritur. Ignotum vero ipsum propter quid seu causa quæ terminat quęstionem propter quid. Puta si quęratur propter quid luna eclipsatur, notum est lunam eclipsari: sed ignota est causa talis eclipsis, qua demum reddita quod videlicet sit ex hoc q̄ terra diametraliter ponitur inter solem & lunam ipsam, iam tunc terminata est quæstio propter quid. Ergo hæc quorum vnum est notū & aliud ignotū, oportet esse duo. Neq; enim pōt idem vt sic, esse notum & ignotum simul. Et cum causa & effectus distinguant realiter, oportet hæc duo esse distincta realr. Quod nō nisi in substantijs materialibus quo ad ea quæ de subā eorum sunt, inueniri pōt in quibus

quibus solis quod q̄id est differt ab eo cuius est, vt patet in septimo. t. c. 41. Et de his loquitur & determinat hic Aristo. in quibus sunt duo. s. materia & forma, seu materiale et formale, suppositum & natura. Accipitur. n. hic forma pro forma totius seu pro quidditate extra quam sunt partes materiales, puta hęc ossa & hæ carnes &c. & etiam pro forma partis, cuius vnionis cum materia, puta animæ cum corpore organico, ex qua est corpus animatum, causa quærit per q̄nem p̄p quid. Est ergo notū in omnibus his q̄ suppositum habet naturā, puta q̄ Socrates est hō, vel q̄ in materia sit forma, puta q̄ in lateribus & lignis forma domus, vel in carnibus & ossibus anima, & hæc sunt nobis nota vel p̄ sensum, vel q̄libet per effectus, quod est talia esse nobis nota quantum ad quia est. Ignota autem nobis est causa talis esse, cum quærimus propter quid talia sunt. Et tunc terminatur talis q̄stio q̄ quidditas redditur pro causa, puta dicēdo, ideo Socrates est homo, quia est animal rationale: ideo lapides & ligna sunt domus, quia habent talē vel talem dispositionem. Vel etiam cum redditur causa efficiens vel finalis, quæ concurrunt (logice tamē) ad quodquidest. Sunt ergo ſm Aristo. processum duo distincta in substantia sensibili necessario requisita ad hoc, quod in ea possit fieri quæstio propter quid, vnū materiale, aliud formale, vnum notum, aliud ignotum. Ex hac autem affirmatiua, q̄ vbi inuenitur quæstio propter quid oportet esse p̄dicta duo, sequitur corollarię ista negatiua q̄ vbi prædicta duo inueniri non possunt, ibi etiam non possit inueniri quæstio propter quid. Cum ergo in simplicibus non sit compositio ex materia & forma, nec quod quid est in eis differat ab eo cuius est, nec suppositum proprie & essentialiter à natura, nec in eis possit esse aliquid notum & aliquid ignotum, eo q̄ cum sint simplices in substātia non habeāt aliquid & aliquid, sed aut totę cognoscantur aut nihil, vt etiam dicit Aristo. nono huius tex. com. 22. sequitur aperte tanquam corollarium, q̄ in substantijs simplicibus non sit quæstio propter quid. Vnde & Aristo. vbi supra post prædicta verba statim subdit confirmationem eorū quæ hic dixerat, q̄ videlicet quodquidest quęritur de ipsis si talia sunt aut non, quasi dicat. In talibus non est quæstio propter quid sed tantum q̄ quid, quæ quærit de quidditate in se. Quia autem is qui nunc dictus est, sit processus Arist. patet ex duobus. Primo ex intentione sua. Secundo ex litera, & præcipue ex exemplo. Ex intentione quippe, quia intendit in hoc capitulo de quidditate substantiarum sensibilium tractare, vt per eas possit in imaterialium cognitionem aliqualiter nos deducere, vt ipsemet in principio capituli testatur. Et cum de hac qdditate tractauerit hactenus logice in hoc septimo nunc intendit de ea loqui quantum ad conditiones reales, & specialiter quod ei competat esse causam & principium. Et cum sequatur si est principium essendi q̄ sit etiam principium cognoscēdi, docere autem quomodo aliquid sit principium cognoscendi spectat ad logicam considerationem, eo q̄ ad modum sciendi pertinear, sequitur q̄ dum Philosophus probat q̄ quidditas est causa & principium substantiæ sensibilis ex eo q̄ est terminus q̄nis p̄p quid, quod est dicere ex eo q̄ est principium & causa cognoscendi & terminandi q̄nem & dubitationem intellectus, non egreditur limites logicalis processus, docens modum quo in substantiarum sensibilium cognitionem deuenire possimus. Et hac de causa, non ad octauū librum transtulit cōsiderationē istam, tametsi de reali condition substātiarū sensibilium esset inuestigatiua. Propter modum siquidem inuestigandi ad logicum pertinentem, sub septimo eam clausit. Congruum autem fuit, vt sicut ex cognitione substantiarum sensibilium conguśra promittit se Philosophus aliquid traditurum de simplicium, & spiritualium substantiarum cognitione, quod postea obseruat, dum per negationem cōditionum substantiarū sensibiliū, & insuper per effectus introducit ad aliqualem cognitionem totellectualium, maxime in duodecimo, tta dum modū tradit cognoscendarum hæc quæ dictę sunt substātiarū sensibilium, aliqd etiam subinferat vel spondeat de earundem subiaę spiritualium cognoscendi modo. Quod obseruat dum ex illo intulit q̄ in simplicibus non est talis modus cognoscendi qualis est in compositis substantijs. Sed alius, qui. s. manifestabitur, saltem excercite, dum de eis sermo fiet in duodecimo. Patet ergo quod ſm intentionem Aristo. corollarium illud non nisi de substantijs simplicibus interpretandum est. Ex litera etiam Arist. hoc idem expresse habetur. Nam postquam probauit q̄ quęstio propter quid, est inter duo, quorum vnum est notum & aliud ignotum, et dedit exempla ad hoc diuersa, vt propter quid luna eclipsat, p̄p qd hic hō est homo, ,ppter qd tonat, p̄p qd lateres et ligna sunt domus &c. in qbus exemplis semper est aliquid materiale propię, & aliquid formale, ipse demum soluendo interpositum dubium de quæstione in termino simplici, exercita per ly quid est, dicit inter cætera quod quærens propter quid, quærit materiam, puta propter quid hic scilicet Socrates vel Plato vel habēs tale corpus organicum, scilicet ex carnibus & ossibus, sit animal. Corpus autem organicum in animali est materia, vt patet ex diffinitione animæ secundo de anima. Et post hæc subiungit. Quare causa quæritur materia? Hoc autem est species & substantia quæ est quodquiderateſſe, de quo supra probare assumpserat q̄ principium & causa esset. Et sic cōcludit intentum, hoc inquam q̄ quod quid est, sit causa, eo q̄ sit causa materiæ, & respondetur ad quęstionem factam per propter quid de materia. Ex hoc autem statim infert et de necessitate sequitur, q̄ vbicunq; nō est materia proprie dicta, & consequenter non pōt quæri causa vnionis formę cum materia, ibi non est quæstio propter quid. Licet autē prædictorūe exemplor̄ q̄dam exprimant formas accidentales, propositū tñ hoc non officit, sed confert, dum per ea q̄ nobis magis sunt manifesta docet quid circa substantias attendendum sit. Sic enim & principia naturę in primo physico. & octauo huius, materiā inquam & formam substantialem, per accidentales trāsmutationes & formas exemplificando notificauit. Commentatoris etiam hanc esse sentiam patet ex verbis eius. Exponens enim hunc Philosophi textū dicit: In rebus simplicibus, non compositis, non est quæstio. Hæc autem verba non essent ad propositū ſi de terminis & non de rebus iste textus esset interpretādus. Et defecisset Commenta. cum nullam aliam adducat huius textus interpretationem. Dicit autem Aristo. quod in talibus scilicet simplicibus est alius quæstionis & doctrinę per quæstionem videlicet conquirendę modus. Ex quo verbo non negatur ommimode in talibus esse q̄nem propter quid, sed potius asseritur. Cum enim ois quæstio ad p̄pter quid reducaē, vt supra dictum est, & ex Arist. habetur 2. poste. Affirmando quod in simplicibus est alius modus quæstionis. Oportet affirmare quod ibi sit & quæstio propter quid saltem reductiue. Sed bene verum est quod non est idem in vtrisq; huius quæstionis modus. Nam in materialibus & sensibilibus, ipsum propter quid terminatur ad quidditatē quæ est causa vel intrinseca vel extrinseca eius de quo quæritur. In spiritualibus vero substantijs quæstio propter quid terminatur nō ad ,ppriā qdditatem, sed ad id quod loco ignotę eatę quidditatis ad innotescendū assumpsimus. s. ad effectum quem assumimus loco diffinitionis causæ, vt de causa illa nobis aliquid innotescat, sicut in duodecimo huius, & etiā in. 8. phy. fuerit gac Philosophus esse quasdam substantias immateriales, & multas cōditiones naturę eatę, p̄ hunc effectū nobis notū q̄ est mouere motu sempiterno corpora cœlestia. Licet aūt cognitio p̄ effectū vt sic, sit cognitio iq̄, & nō p̄p q̄d, ex 1. poste. Cognitio tñ p̄ effectū inquātum illo vtimur loco diffinitionis causæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

I potest dici cognitio ꝑpter quid, sicut & cognitio habita de re per diffinitionem ipsam, cuius nō itā ꝑprie, nec ex se. Non est ergo in talibus substantijs ille quæstionis propter quid modus qui est in sensibilibus substantijs, nec quantū ad cognitionem nostram, cum sint nobis ignotę quātum ad quodquid est. Nec ꝑm se, seu etiam quantum ad intellectum potentem in illas, cum quidditas talium substantiarum non sit causa earum. Eadem enim penitus illis est, nec differt in talibus ſuppoſitum & natura ꝑprie. Nec est etiam causa alicuius quæ in earum substantia sit, vt pars, cum sint impartibiles. Et propter hoc non per quæstiones aut per discursum a talibus intellectibus cognoscūtur, aut habetur de eis doctrina, sed statim vnico intuitu ab eis cognoscitur tota ipsa substantia, & cōclusiones in principijs simul vident. Vnde si posset in eis inueniri idem modus quæstionis & doctrinę, eodem modo possent cognosci, & de eis veritas haberi, sicut de compositis, contra Philosophum vbi supra, & nihil cognoscunt de eis qui non totam eorum substantiam cognoscunt, vt supra dictū est ex Aristo. nono huius. t. com. 22. Et hæc de secundo. Quantum ad tertium supra propositum, restat aduersarij motiuū contra sanctum Thomam inductum respōdere. Ad quod primo dicimus ꝙ cum sermo tanti Philosophi sit formaliter intelligendus, de simplicibus loqui eum non nisi quatenus simplicia sunt, accipiendum est. Et hæc est ꝑm substantiā ipsorum. Sic enim non inueniuntur in eis duo &c. vt supra dictum est. Hanc autem expositionem esse ꝑm intentionem Philosophi confirmatur ex prædictis. Si enim Arist. ostendit quodꝙdesse causam formę in materia & vnionis vtriusꝙ, & respondemus ipsum ad quæstionem ꝑpter quid natura in concreto prædicatur de suppoſito, patet ꝙ inferens ex hoc in simplicibus non esse quæstionem ꝑpter quid, intendit hoc ideo esse quia non est ibi compositio in substantia, sicut est in sensibilibus. Quia autem ꝑm aliquā aliam compositionem in prædictis substantijs inuentam, puta accidentis proprij cum subiecto suo, posset inueniri quæstio propter quid, & talium substantiarum quodquid est sit principium & causa talium passionū & vnionis earū cum subiecto proprio, non propter hoc negat hic Aristo. Sed neꝙ asserit, quia non erat ad propositum suum id explicare. Sed neꝙ etiam infra de hoc se intromittit, quia talis cognitio passionum illarum per quidditatem, nobis est impossibilis, qui quantum ad quodquid est, tales substantias intueri nō possumus. Impossibilium autem nō est lex aut ars. Nec assumpserat Aristo. probare, aut docere illos intellectus sublimes, qualiter deberent seu possent cognoscere propter quid passiones substantiarum immaterialiū insint eis. Sed mortalibus metaphysicam scripsit non immortalibus. Sat quippe fuerat in libris posteriorum dedisse doctrinam per quam sciamus qualiter sicut passiones realiter ex quidditate procedunt, ita & earum cognitionis principium sit. Siue per ipsam prægnitam, ut apud nos, siue in ipsa simul cognita, sicut competit angelis, cognoscantur. Secundo ad idem motiuum dicendum quod difficile esset videre quomodo secundum intentionem Aristo. & Commenta. essent in simplicibus proprietates distinctę. Sed tamen quicquid sit de hoc, præ ceteris motiuum hoc ꝛealiter authores suos impetit, quia si quidditas simplicium est principium & causa passionum propriarum, & causa realiter distinguitur ab effectu, & dico realiter sicut res a re, & non ex natura rei tantum, sequitur quod ipsę passiones sint realiter ab ipsa quidditate distinctę. Et cum sint in ipso subiecto, & non sicut pars, alias substantiæ simplices essent compositę, quod implicat, sequitur quod sint accidentia. Quod est contra horum opinionem, qui alibi pluries asserunt proprias passiones substantiarum non esse accidentia earum, sed de genere substantię, easdem illis realiter. Et hæc de præsenti defensione dicta sufficiant.

DEFENSIO XX.

Libro octauo tex. com. 10, parte tertia.

Et numerum oportet esse aliquid quo vnus &c.

HOC IN LOCO Anto. and. impugnat sanctū Thomam quantum ad hoc ꝙ dicit vltimam vnitatem esse formam numeri dans illi speciem & vnitatem per se, quæ omnia hic asserit sanctus Tho. de mente Philosophi. Dicit ergo sic. Anto. an. Sed occurrit vnum dubiū a qua vnitate numerus sit quid vnum formaliter. Dicitur autē a quodam expositore quod numerus est vnus ab vltima vnitate, ita ꝙ omnes alię sunt partes materiales, sola autem vltima est formalis & completiua omnium aliarum, vt sicut diffinitio est vna ab vltima differētia, sic numerus sit vnus ab vltima vnitate. Sed contra hoc, quia quinto huius ca. de toto dicitur quod in quibuscunꝙ positio non facit differentiam in substantia vel in figura, ibi dicitur omnis & nō totum. Exemplificat autem in liquidis & numeris, ergo si prima vnitas fiat vltima & econuerso, nulla fiet differentia in substantia numeri, quod esset impossibile ꝑm te, qm vltima vnitate mutata, cum sit per te specifica et formalis fieret alia forma, & per se cōsequēs alius numerus. Vel sic formatur. Quia si sic, ergo vltima vnitate mutata, mutabitur substātia numeri, cōsequens est falsum, tum quia est contra Arist. vbi supra, tum quia per solā mutationē relationis ordinis fieret aliud & aliud absolutū, quod est falsum, consequentia patet ex prædictis. Preterea. Omnes vnitates constituentes numerum ꝑnt esse eque primæ natura & ipe, puta si multa individua eiusdem speciei simul crearent. Quero ergo quare vna earū est vltima natura, qđ non habes dicere. Si dicatur qđ vltimo accipitur a numerante. Contra quia possum facere ecōuerso, & erit prima quæ fuerat vltima. Præterea. Forma est formaliter in materia, alioquin non fieret vnum per se ex eis, si tm esset iuxta positio earū. Sed vnitas non est formaliter in alijs vnitatibus, igitur nō est forma aliarum. Dicendum ergo est aliter, ꝙ in numeris est considerare vnitatem in duplici genere, quia q̄dam sunt vnitates materiales ex quibus materialiter integratur numerus. Et est vnitas a qua numerus, puta quinarius est vnus numerus specie. Hæc autem vnitas est sua forma specifica vel passio consequens formā. Sicut homo est vnus sua forma vel vnitate consequēte vt passio suam formam. Hæc aūt vnitas non ponit in numerū cum quarij vnitatibus quinqꝫ materialibus, ga nō est materialis, & hæc vnitas est totalis a qua dicitur totum denominatiue vnū, & in secūdo modo dicendi per se. Hgc aūt vnitas propria quinarij est innominata. Similiter est & in alijs speciebus numerorum. Hæc ille formaliter. Ad defendendū igitur doctrinam solidam diui Tho. quatuor sunt facienda. Primo ꝓbabo uerum esse quod asserit sanctus Doctor declarando uerbum eius qualiter sit intelligendū, & qualiter nō. Secundo ostendam ꝙ doctrina sancti Tho. in hoc est expressa sentētia Philosophi. Tertio manifestabo qūo determinatio aduersarij defectiua sit, nec ad mentē Arist. vllo modo. Quarto & ultimo soluā eiusdem argumenta supra inducta cōtra sanctū Tho. Quantū ad primū ꝓnotandum primo est ꝙ multiplex est compositum, & multipliciter contingit cōpositum suscipere speciem & unitatem, ut docet ēt sanctus Tho. supra in septimo super. t. c. 60. Quoddā. n. est cōpositū qđ non est unum ꝙ se & simplr, ut cumulus & aceruus. Quoddā uero est unum simplr. Et hoc uel est unum & sortitur spēm per aliquam formam ut mixtum. Vel per compositionem, ut artificialia, puta domus. Vel per ordinem, ut patet in syllaba & numero. Ex his autē uerbis sancti Tho. pōt inferri ꝙ tā compositio q̄ ordo quę dant spēm, possint habere rōnē formę. Dare. n. spēm & unitatem per se, est ꝓprium formę. Qđ ꝓbatur. Nā a quocunꝙ aliquid est ens, est etiam tale. s. determinatæ spēi. A forma autem habet unū-

quodꝙ

quodꝙ quod sit ens, quia dare esse quod est effectus formalis formæ, est propria causalitas ipsius formæ, ergo & proprium formæ est constituere speciem. Quod constat matur. Nam per aduentum differentiæ cōstituitur species, vt patet hic per Philosophum. Sed differētia sumitur à forma, ergo forma est id à quo primo vnumquodꝙ sortitur speciem. Propter quod & ab Arist. ipsa forma nomine speciei & quodquid est, cōmuniter nominatur, quia videlicet ab ea vnumquodꝙ speciem primo habet. Prænotādum secundum ꝙ cum ens & vnum conuertantur, & eo modo quo aliquid est ens sit etiam vnum ex quarto huius, sequit ꝙ à quo aliquid habet ꝙ sit ens ꝙ se, habet etiam ꝙ sit vnū per se. Et sic cum primum sit à forma, vel ab habēte rationem formæ, secundum etiam causabitur ab eadem. Ad ꝓpositum autem nunc descendendo, patet ex Aristo. hic ꝙ numerus est quoddam ens per se & quoddam vnum ꝙ se. Quod cōfirmatur, quia est quædam realis & naturalis species de prædicamento quantitatis. In prædicamento autē determinato non ponitur ens per accidēs aut vnum per accidens, quæ in se includunt ea quæ in pluribus prædicamētis inueniuntur. Oportet igitur ꝙ numerus cum sit quoddam ex pluribus compositum, suam speciem & suam per se unitatem ab aliqua forma suscipiat. Et cū sit species realis entis, oportet ꝙ talis forma dans ei speciem sit ens reale. In numero autem non uidentur inueniri nisi tria, videlicet unitates, discretio earum abinuicem, quia de ratione numeri est quod partes eius adinuicem non copulentur sed abinuicem seiunctę ac discretę sint, ex qua causa numerus quantitas discreta uocatur, & etiam in numero inuenitur ordo inter prædictas vnitates. Nisi enim esset in numero determinatus ordo, non distingueretur numerus ab aceruo, in quo etiam est discretio partium, & consequenter non esset quid vnum per se, sicut nec aceruus, vt dicit Aristote. hic. Cum igitur forma sit in re cuius est forma. In numero autem (vt diximus) non sint nisi hæc tria, oportet inquirere quid horum trium sit eius forma. Vel ergo omnia hæ sunt forma numeri, vel aliquid istorum. Nō omnia simul, quia cum numerus non dicat quid aliud q̄ id quod per hęc tria simul comprehensa importatur, iam ipse numerus esset forma sui ipsius, & consequenter forma & formatum, quod implicat, & idem daret speciem & quidditatem sibiipsi, nec esset quid compositum ipse numerus, quia forma de se simplex est essentia, vt patet per Gilbertum, nec una forma cum altera componitur. Neꝙ etiam omnia hæc habēt rationem formæ sigillatim. Sic enim non nisi forma esset numerus & ex formis, & nulla esset tibi materia vel habēs rationem materiæ, & sic non esset vnum quid simpliciter, quia si ex pluribus in actu nō fit vnum per se, nono huius, ga actus separat, multo minus ex plurib⁹ actibus fiet vnū per se. Et hæc clara sunt. Vnde oportet quod prędictorum quæ in numero inueniuntur aliquid se habeat vt forma, & aliquid vt materia. Non potest autem esse forma numeri ipsa discretio. Nam cum discretionem pari modo habeat cumulus & aceruus, sequeretur quod hæc quoꝙ haberent speciem & essent vnum per se, quod est falsum. Nec omnes vnitates simul possunt esse forma, quia respectu discretionis & ordinis habent rationem materiæ, cum intelligātur vt eorum subiectum. Nec vna tātum vnitas ꝑm quod vnitas est, potest esse numeri forma, quia cum in hoc omnes vnitates conueniant, vel nulla erit, vel omnes. Probatum est autem ꝙ omnes non possunt esse, ergo nulla per se vt sic. Nec ordo de per se potest esse forma numeri, quod tamen videtur ꝑm sancti Thomæ præmissa verba, si non recte intelliguntur. Si enim ordo esset per se forma numeri, sequeretur ꝙ numerus esset formaliter ens relatiuum. Nā illud est formaliter relatiuum cuius formale dans ei spēm est formaliter ipsa relatio. Ordo autem non nisi relatio ipsa est. Consequens autem est falsum cum numerus sit species quantitatis quæ prædicamentum absolutum est. Nec potest dici quod forma numeri sit simul vnitas & ordo seu aliqua vnitas cum ordine ipso ad alias vnitates, quia hoc totum, scilicet vnitas & ordo, seu vnitas cum ordine, est quoddam ens per accidens. Compositum enim ex rebus diuersorum prædicamentorum est ens per accidens, ex gn to & sexto huius. Et mulo magis erit ens per accidens, si talis ordo sit ens rationis. Ens autem per accidens non potest esse forma entis per se dans ei speciem & vnitatem per se. Hæc enim cum tale ens non habeat, non potest alijs dare. Ergo à sufficiēti diuisione oportet quod forma numeri sit aliqua vnitas ipsius numeri sub aliquo ordine ad alias. Est quippe magna differentia inter vnitatem cum ordine, & vnitatem sub ordine. Primum enim vt probauimus est ens per accidens. Aliud autem est ens per se. Et significat quod non possit concipi numerus vt completus in specie nisi concipiatur aduentus vnitatis super alias vnitates, vt talis vnitas concipitur sub aliquo determinato ordine ad eas. Et hoc voluit dicere sanctus Tho. in verbis prælegatis. Quod hic & alibi manifestauit dum dixi vnitatem vltimam dare speciem numero & per se vnitatem vt numeri formam. Videndum est ergo qualis est ille ergo sub quo posita aliqua numeri vnitas sic est forma quod non alię, & quæ nam est illa vnitas cui hoc munus conceditur inter omnes quas in se numerus complectitur. Et de ordine quidem manifestum est quod talis ordo non est ordo temporis, aut naturæ, aut perfectionis, quia per casum possibilem pluribus unitatibus simul competit equa perfectio, temporisꝙ simultas atque naturæ. Et tunc nō est maior de vna illarum ratio quod forma sit, quàm de alia. Nec est ordo situs realis & naturalis, tum quia non est maior ratio de vna differentia ordinis situs quàm de alia, tum quia concesso etiam quod esset maior ratio de vna differentia quàm de alia, & intelligendum esset de ordine prioritatis & posteriorıtatis, quæ tamen differentia est communior quàm differentiæ situs, adhuc non esset dare respectu cuius termini in natura vel inter vnitates eiusdem numeri, aliquę dicerentur priores quàm alię, cum non videatur maior de vna ratio quàm de alia, vt magis respectu vnius termini naturalis in hoc vel in illo situ ꝙ alterius in alio vel alio situ. Ergo oportet a sufficienti iterum diuisione dicere quod vna vnitas est ponenda forma numeri vt stat sub ordine prioris vel posterioris secūdum apprehensionem animæ, quod est dicere, nō ꝑm prioritatem cuiuscūꝙ realis situs, sed secundum prioritatem cuiusdam summationis vnitatum seu replicationis vnitatis, seu (quod idem est) mensurationis factæ ab anima omnium vnitatum per vnam sub tali ordine vltimitatis, replicationis, & mensuratiōis per illam. Ita ꝙ realitatem & formalitatem speciei habeat numerus ab ipsa vnitate vt est fundamentum talis ordinis, non autem ab ipso ordine præcise, cum vt sic, ens rationis sit. Sūt enim aliqua entia in natura defectiua, quia licet realitatem suam habeant ad extra & ex se, & nō in anima seu non per operationem animę, non tamen possunt cōcipi nisi cointellectu ente rationis quasi vt complere formaliter rationem illorum, non quidem vt in re est, nisi fundamentaliter, sed vt a nobis conceptibilis est, & ex ipso dicuntur quasi completiue speciem sortiri, vt. s. stant sub tali conceptu, quamuis species sit realis, sicut patet ꝙ ratio tēporis quod ens reale & naturale est, non nisi respectibus rationis, prioritatis inquam ac posterioritatis partium motus completur. Quinimmo nec substantia aliqua potest pfecte concipi quātum ad suam rationē formalem, nisi sub varijs rationis respectibus concipiatur, ut puta de spiritalibus, quod separata a materia sit. Separatio autem illa nō nisi negatio, & consequenter ens rationis est. Corporalia vero non nisi quia forma vnitur materiæ concipi pōt, aut rationem formalem assequet. Talis autem vnio cū nō sit

Universidad de Deusto
Biblioteca

I inter distincta ſm eſſe, etiam rõnis eſt. Sic ſubſtãtiæ quoq; in cõmuni & in cõmuni etiam accidentis rationes, reſpectibus rationis perficiũtur. Quæ autem inter vnitates numeri ſit illa, quæ ponẽda ſit eiuſdem numeri forma vt ſtat ſub prædicto ordine, nunc inueſtigandum eſt. Non poteſt aũt dici q̃ prima inſummatiõe accepta vnitas hoc habeat, tum quia vt ſic, nullum adhuc habet ordinem ad poſterio res quæ adhuc accepiẽ vel ſummatę non ſunt, tum etiam quia forma comparatur ad id quod eſt formatum quaſi vt ad quoddam præſuppoſitum, quod patet maxime in formis proprie dictis quæ præexigunt materiam quam debeant informare. Et potentia eſt prior actu in vno & eodẽ etiam tempore, vt patet ſeptimo huius, materia autem, omnis potentialitatis, præcipua eſt. Id ergo quod in numero eſt vt potentiale, debet vt ſic, præcedere id quod eſt actuale vel formale, quod non eſſet, ſed totum oppoſitum, ſi prima unitas eſſet forma, & ſubſequentes materialis rationem
K haberent. Repugnat ergo primæ vnitati accepiẽ in numero, ratio formæ numeri. Sed neq; mediis eiuſdem numeri vnitatibus poteſt ratio formæ contribui, dico autem mediis non ſitu quocunq;, ſed in tali ſummationis fundamentali ordine. Cũ enim non ſit maior ratio de vna, q̃ de altera, nõ magis vna quàm altera, forma erit. Non vnica ergo eſſet numeri forma, & ſic nec numerus per ſe vnus eſſet. Sed neque hoc poſſet eis competere, niſi vel reſpectu ſequentium, & ſic non magis competeret eis quàm primæ, cui (vt probatum eſt) competere non poteſt. Vel reſpectu præcedentium. Et ſic non competeret eis, ſcilicet mediis aut alicui earum niſi vt haberent rõnem vltimæ. Id enim quod competit alicui vt præcedentia tantum reſpicit, non competit ei niſi vt vltimi rationem habet. Vnde concludendum eſt de neceſſitate quod nõ niſi vltimę vnitati vt vltima eſt, quod eſt dicere, vt ſtat ſub hoc ordine vltimitatis ſecundum ſummationem ad omnes præcedentes, eſt forma totius numeri & omnium vnitatum eius col
L lectiue ſumptarum, vt etiam cum illis includitur ipſamet quo ad ſuum potentiale præciſe. Eſt enim numerus ſic cõpoſitus ex vnitatibus, quod vnitates ſunt in potentia in eo & non in actu per formam cuiuſcunq; alterius numeri ex eis compoſiti vel componibilis, vt habetur ex Ariſto. nono huius tex. com. 40. Ita quod ipſa vltima vnitas, licet vt ſtat ſub ſupradicto ordine ſit forma numeri, vt tamẽ potẽ tialis cauſa, id eſt præcindendo à tali ordine, conſtituit numerum cum alijs, & ſuſcipit determinatiuam formam cũ alijs vt ſit pars ita huius numeri puta quinarij, quod non alterius, & ſm q̃ talis numerus completus eſt per illam vnitatem vt vltimam, & non per vlteriorem. Sed aduertendum eſt quod hãc vltimam vnitatem ſtare ſub prædicto reſpectu vltimitatis ad alias poteſt intelligi duobus modis. Primo actualiter, & ſic accidit ei. Cum enim hoc
M non ſit niſi per actualem conſiderationem intellectus, ſicut ei accidit conſiderari vel non conſiderari ab intellectu, ita conſequenter accidit ei ſtare illo modo ſub tali reſpectu rationis. Vnde ſecundum hoc non competit ei dare ſpeciem numero. Alias, naturales rerum ſpecies cauſarẽtur ab intellectu noſtro, & ſubeſſent voluntati noſtræ, & ſic eſſent varię & incertę. Alio modo talis vnitas poteſt conſiderari vt ſtat ſub tali reſpectu fundamentaliter, hoc eſt vt eſt congruum fundamentum quo aptum natum ſit ſub tali reſpectu ab intellectu conſiderari. Et hoc competit ei intrinſece, & ex natura ſua & per ſe. Et ſecundum hoc conſtituuntur numerorum ſpecies, verbi gratia. Sunt q̃nq; vnitates. a. b. c. d. e. Quia intellectus poteſt ſummare multitudinem iſtam ab aliqua præcedentium quæcunq; fuerit, prouenendo vſque ad e. quacunq; via vel ordine per alias. (Neque enim ordo inter præcedentes exigitur ad numerum, immo excluditur, cum numerus nõ componatur ex numeris) habet ipſa vnitas e. quod ſit congruum fundamentum talis reſpectus vltimitatis ad præcedentes. Et ſic vt ſtat fundamentaliter ſub tali ordine ad alias, conſtituit numerum determinatę ſpeciei, ſcilicet quinarium, licet actualiter ſtare ſub tali ordine ſit ei accidentale. Quia ſi dicatur, quælibet illarum eſt nata eſſe fundamentum talis reſpectus, ergo quælibet erit forma. Reſpondetur quod nõ quælibet ſed vna tantum eſt nata eſſe fundamentum talis reſpectus, vnius ſcilicet ſummationis, eius inquam quę terminatur ad e. Et ideo ille quinarius non poteſt habere pro ſua forma partis niſi e. ſub tali reſpectu. Quia tamen earundem vnitatum poteſt fieri alia ſummatio quæ terminabitur ad aliam literam, puta d. ideo ipſa vnitas d. quæ in tali ſummatione fundamentali erit vltima, erit quoq; forma quinarij ex ſummatione illa reſultantis, & ſic ſuo modo dico de alijs, ita vt iuxta multitudinem vnitatum ſit quoq; numeralis multitudo quinariorum ſub vna ſpecie quinarij conuenientium, & per diſtinctas numero vnitates & vl
O timas, præfataſq; numero diſtinctas ſummationes fundamentales, unitatum abinuicem numeraliter diſtinctarum. Et vnitas quæ in vna ſummatione habet rationem vltimę & conſequenter formę numeri, in alia non habet niſi rationem potentialis reſpectu vltimę, à qua habet quod ſit conſtitutiua ſic numeri quinarij quod non alterius. Et ſic ſunt in natura determinati numeri, & determinatę ſpecies numerorum de genere quantitatis. Quarum tamen ſpecierum diſtinctio & conſtitutio primo ſit per aliquam realitatem vt concipitur ſeu potius vt conceptibilis eſt ſub reſpectu rationis qui fundamentaliter ex natura rei procedit, & hoc vt diximus habet talis rei conditio vt eadem realitas ſub vna ſpecie modo habeat rationem formæ individualis, modo materiæ ſeu partis potentialis in alio individuo eiuſdem ſpeciei propter imperfectionem talis naturæ in comperatione ad ſubſtantiam. Non enim eſt hoc compoſitum tanq; perfectionis vt pars vna integrantium ſpeciem et eſſentiã individui, ſic ſit forma quod nunq; materia ſic materia q̃ nunq; forma, vt eſt in ſubſtantijs compoſitis. Sed tale diſcretum compoſitum quãcitatis admittit rationem formæ in vna vnitate reſpectu aliarum ſm quod cuilibet competit q̃ poſſit ſub prædicto ordine concipi, ratione cuius dicit ſanctus Tho. quod ordo ſpecificatiuus numeri, vt ſupra dictum eſt. Dico autem vnitatem eſſe materiam, non quidem proprie, ſic enim omnia accidẽtia formæ ſubſtantiarum ſunt, ſed vt omne quod alteri comparatum ſe habet vt potentiale materia dici poteſt. Sed circa id quod paulo ante dictum eſt, q̃ videlicet ſecundum multitudinem vnitatum eſt etiam numeralis multitudo numerorum ſub vna ſpecie, propterea q̃ cuilibet earum competit fundamentaliter ratio vltimitatis in ſummatione &c. occurrit dubium. Quia non videtur quod hoc ſufficiat ad diſtinctionem numeralem ſub vna ſpecie numeri puta quinarij. Et arguitur primo ſic. Vbi non eſt diſtinctio numeralis in ſubſtantijs accidentium, nõ eſt etiam diſtinctio numeralis illorum accidentium, quia accidentia ſicut eſſe, ita vnitatem & conſequenter diſtinctionem recipiũt à ſubiecto, ex quo ſolet dici, & verum eſt, quod individuantur per ſubiectum. Sed ſic eſt quod ſubiectum numeri ex quinq; vnitatibus conſtituti vt ad vnam earum ſummatio terminatur, non eſt numero diſtinctum à ſubiecto quinarij ex eiſdem vnitatibus cõſtituti vt ad aliam earũdem vnitatum ſummatio terminatur, & talis numerus quinarius eſt accidens reale, ergo in tali non eſt hac ſummationis varietate ſola, diſtinctio numeralis &c. Præterea ſecundo arguitur ſic. Realia accidentia non poſſunt adinuicem numero diſtingui, niſi habeãt diſtinctas numero realitates, vbi enim eadem realitas accidentis eſt, ibi idẽ etiam numero accidens eſſe neceſſe eſt. Sed in tali quinario non eſt alia & alia realitas accidentis prædicti, huius inquam quinarij a. b. c. d. e. ſiue ſummatio terminẽ ad
b. ſiue

A b. ſiue ad c. ſiue ad quancunq; ex alijs vnitatibus, ergo &c. probatur minor. Si enim realitas numeri nõ ſit aliud a realitate ſuarum vnitatum ſimul ſumptarum, & ipſa vnitas non ſit aliud realiter quam continuitas, vt nonnulli putãt, & hoc rationabiliter, vt ſicut vnum transcendens non addit ſupra ens niſi in diuiſione ſimpliciter, ita vnum de genere quantitatis non addat ſupra quantum niſi in diuiſionẽ tali generi correſpondentem, nec conſequenter vnitas ſupra quantitatem, tunc manifeſtum eſt, cum illa quinque cõtipua quorum cuilibet rationem vnius attribuimus vt cõ
B ſtituant numerum, eadem ſint realiter, ad quodcunque eorum ſumatio terminetur, quòd talium quinariorum realitas non eſt alia. Hoc idem ſequitur ſi vnitas, non ipſa continuitas ſit, ſed ſuperadditum accidens de genere quantitatis, vt alijs placet, talia quippe accidentia non ſunt diſtincta in quinarijs ab hoc tãtũ diuerſis quod ad diuerſas vnitates ſummatio earundem quinque vnitatũ terminetur, ergo &c. Tertio. Individuatio ſeu diſtinctio numeralis ſub aliqua ſpecie eſt vnius rõnis in omnibus individuis, ſicut & vnica eſt ratio diſtinctionis ſpecifice ſub aliquo genere, hæc inquam quod talia diſtinguãtur adinuicem per differentias oppoſitas eiuſdem generis diuiſiuas &c. Sed quedam individua huius ſpeciei quinarij abinuicẽ diſtinguuntur numero propter diſtinctionem ſubiectorum, & ſuarũ realitatum in diſtinctis ſubſtantijs. Sicut numerus quinarius quinque canum eſt eiuſdem ſpeciei cũ quinario quinque equorum, immo & cum quinario quinque ſtellarum, cum ratio formalis ipſius, de his omnibus formaliter prædicetur, & eiſdem realiter conueniat. Diſtinguuntur autem numero propter diſtinctionem ſuorũ ſubiectorum, & ſuarum realitatum in illis diſtinctis ſubiectis, quia videlicet iſte quinarius eſt realitas quædam de genere quãtitatis ſubiectiue in his cambus de quibus dr, q̃ ſunt quinq;, & ille
C quinarius eſt alia realitas quæ dam de genere quãtitatis ſubiectiue in æquis quibus idem numerus attribuitur, & ſic de alijs. Quinarij vero ex ſupra dicta varia ſummatione tãtũmodo variati, nõ diſtinguuntur ſubiecto vel ſua intrinſeca realitate vt ſupponitur, ergo non conuenit eis ratio principij diſtinctionis numeralis in tali ſpecie, & ſic non diſtinguuntur numero ſub ea. Quarto. Non magis diſtinguuntur aut minus aliqua individua abinuicem ſub aliqua ſpecie, quàm alia vel ab alijs eiuſdem ſpeciei. Sed quinarius quinque canum, & quinarius quinque ſtellarum diſtinguuntur numero ſub vnica ſpecie quinarij per reales diſtinctiones ſubiectorum & per diſtinctas realitates intrinſecas, ergo cũ prædicti quinarij ex varia tãrummodo ſummatione prædicta, cauſari, non ſic diſtinguantur, ſed valde minus & imperfectius, patet quòd non diſtinguuntur numero. Maior patet inductiue. Non enim vnus homo magis vel minus diſtinguitur numero ab alio, vt individuũ ſub ſpecie hominis, q̃ alius ab alio ſub eadem &c. dico vt individuum hominis,
D quia ſecundum accidentales conditiones multas, poſſunt quidamab alijs magis vel minus diſtingui. In ſubſtantia autem ſiue ſm ſubſtãtiam, non ſuſcipiunt magis et minus.

Pro ſolutione horum argumentorum ſcendum primo, quòd cum ea quę ſunt eadem numero ſint eadem ſpecie, et quæ eadem ſpecie, ſint etiam eadem genere. Econuerſo autem quæ diſtinguuntur genere, diſtinguũtur ſpecie, & quę diſtinguuntur ſpecie, diſtinguuntur & numero, vt dicit Ariſt. quinto & decimo huius; oportet q̃ ſi diſtinctio ſpecifica vel generica ſtat cum eadem realitate, & cum vnitate ſubiecti, diſtinctio quoque numeralis omnia hæc admittat. Non eſt autem inconueniens, immo forte eſt neceſſariũ, & maxime ſm tenentes relationem & fundamentum non diſtingui realiter, ſicut & ab aduerſarijs de quibuſdam cõceditur, eſt inquam in his & alijs neceſſarium quòd eadem realitas reſpondeat diſtinctis generibus etiam generaliſſimis, & conſequenter diſtinctis ſpecibus. Non eſt igitur in conueniens, vt aliqua dicantur numero diſtingui, quibus B tñ vnica tm realitas correſpondet. Notandum ſecundo, q̃ alio modo relatiua, & alio modo abſoluta ſuas rationes formales aſſequuntur. Abſoluta quippe rationem & diſtinctionem formalem ex intrinſeca forma, diſtinctionem vero materialem ex intrinſeco principio materiali ſortiũtur, ſi ſunt ſubſtantiæ compoſitę, vel ex ſubiecto ſi ſint accidẽtia. Et ideo in eis diſtinctio ſpecifica quia ſumitur ex diuerſitate differentiarum quæ ſumũtur a diuerſis formis intrinſecis in intrinſeca realitate eſt. Et taliter diſtincta non poſſunt in eadem realitate cõuenire. Sic etiam cum individua abſolutorum diſtinguantur per intrinſeca principia individualia quæ ſunt de intrinſeca realitate eorum, vel per ſubiecta vt dixi patet, q̃d nec ipſa poſſunt eandẽ numero realitatem habere. Relatiua autem ſuam formalem rationem ac ſpecificam differẽtiam, nõ ex intrinſeco aliquo principio, ſed ex oppoſito termino ſortiũtur. Vnde ſi ad diuerſos ter- F minos aliquid vnum, diuerſis ſm ſpeciem relationibus referatur, vel aliqua vna realitas tales diuerſas relationes fundare poſſit, contrarię tunc differẽtiæ in eandem coincident realitatem nec ſequetur cõtraria eſſe in eodem. Sicut enim ſuam rõnem formalem nõ habẽt a ſubiecto, ſed a termino, ita diſtinctionẽ formalẽ & differentiarum contrarietatem habent ex terminorum formali diuerſitate. Et ſic ſuo tunc modo, nõ ſunt in eodem quando nõ dicuntur ad idem. Sequitur etiam ex prædictis quod dictarũ ſpecierum oppoſitarum, in eadem tamẽ realitate cõuenientium, ipſa quoq; individua poterunt in eadem realitate conuenire, cum ſpecies nõ niſi individuorum realitatem habeant. Et ſi individua diuerſarum ſpecierum hoc poſſunt multo magis individua eiuſdem ſpeciei. Hæc omnia patẽt in ſpeciebus relationis. Nam ſecundum tenentes relationem non eſſe a fundamento realiter diſtinctam, quæ opinio ſatis rationabilis G eſt, duæ oppoſitę ſpecies relationis, puta ſimilitudo & diſſimilitudo, cum ſuper eadem realitate qualitatis, puta eiuſdem albedinis, fundari poſſit, (Socrates. n. per eãdem albedinem ſimilis eſt Platoni albo, ethiopi vero diſſimilis,) in intrinſeca realitate nullatenus diſtinguentur. Et hæc quoq; individualis ſimilitudo erit conſequenter realiter eadem huic diſſimilitudini. Et multo magis in eadẽ ſpecie idẽ inuenitur. Per eãdem. n. albedinem Socrates eſt ſimilis multis albis, ſequitur quod hæc ſimilitudo qua eſt ſimilis Platoni ſit realiter eadem cum ſimilitudine qua eſt ſimilis alteri, puta Ciceroni, & ſic de alijs, & hoc maxime ſequitur contra Scotiſtas, Thomiſtæ quippe aliter ſentiunt, quia tenent q̃ vnica reali ſimilitudine Socrates albus ad oẽs coalbos referatur, ſicut pater vnica paternitate refertur ad plures filios, licet ſint ſimilitudines vel paternitates plures ſm rõnẽ &c. Sed tñ adhuc ſequẽ idem ſm Thomiſtas, qa licet nõ ſint plura numero accidentia ꝓdictæ duæſimilitudines ſunt tñ duę ſimilitudines, numero diſtinctę ſub ſpẽ vna ſi- H militudinis, et hoc tõ qa diuerſos numero terminos reſpiciunt, quos & in ſui formali ratione aſſumunt. Sic ergo ſimilitudines iſtæ ſunt quidem duæ, & diſtinctę ſub ſpecie ſimilitudinis, & duo individua eius cum duos reſpictãt terminos, & tamen ſunt vna & eadem realitas albedinis, quæ eſt in Socrate. Sciendũ tertio q̃ ſicut in his quę proprie relatiua ſunt, apparet q̃ diſtincta individua eiuſdẽ ſpeciei poſſunt eſſe idem realiter, ita q̃ individualis vt ſic eorũ diſtinctio nõ exigit diſtinctionem in ipſa realitate intrinſeca, ita illa quæ licet non ſint proprie relatiua, habent tamen complemẽtum ſuæ rationis formalis ex varijs reſpectibus, poſſunt adinuicẽ diſtingui numero & pariter recipere ſpeciei ſuæ prædicationem non obſtante eadẽ realitate in qua cõueniunt vel fundantur. Dictum eſt autẽ ſupra q̃ licet quantitas diſcreta quæ eſt numerus, ſit quid abſolutum, eo q̃ in ſua formali ratione nullam realẽ relationem ineludat vel ſupponat, ratio tamen eius non niſi reſpectu quodam ratio
nis

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis compleatur, eo modo quo supra deduximus. Vnde sicut in relatione, ex varietate terminorum & ex diuersa habitudine ad diuersos terminos, multiplicantur individua relationis, vt sic, stante eadē intrinseca realitate, sic pari modo nō incōuenit dicere ꝙ stante eadem numeri vnius speciei realitate, ob varietatem tamen habitudinis quæ rationem formalem illius complet, possint indiuidua eius multiplicari. His premissis facile respondetur obiectis. Et ad primū quidem argumentum dicitur ꝙ accidentium pure absolutorum non est distinctio numeralis nisi per subiecta, secus autem eorum quæ licet principaliter sint absoluta, de sui tamen ratione specifica habent ꝙ cōcipiātur sub respectu. Talia enim duplicem etiam modum multiplicationis admittunt, propter rationem. s. absolutam multiplicari possunt indiuidua ex numerositate subiectorum vel intrinsecorum principiorum indiuidualium. Et propter respectū conceptum, possunt multiplicari ex multiplicatione terminorum, vel etiam varietate eorum quibus tales respectus inesse concipiūtur. Vt sicut ordo ille in communi suo modo constituit & distinguit speciem talis entis. Sic ordo hic & ille constituant suo modo & multiplicēt indiuidua, vel potius diuersa talium ordinum fundamenta vt sic. Et propter hoc sub specie numeri qui eiusmodi naturę est, quædā indiuidua multiplicantur ex multitudine subiectorum, vt duo quinarij quinq; lapidum & quinq; panum. Quædam vero ex multitudine prędictoꝝ respectuū, sicut quinq; quinarij quinq; lapidū ſm ꝙ quilibet vnus lapis est terminus fundamentalis summationis, vt supra declaratū est, & consequenter forma numeri. Habere autem sic variam diuersitatem distinctionis indiuiduorum, cōpetit ex his naturalis rationis suæ imperfectionis vt supra dictum est. Et inuenitur hoc in multis alijs rerū speciebus, sicut patet in relationibus. Possunt enim duę similitudines ideo numero distingui, quia sunt in diuersis subſtantijs, & hoc habent vt accidentia sunt, cum vt sic respiciant subiectum cui accidunt. Et possunt distingui numero, ꝓpter diuersos terminos, etiā si in eadem realitate fundentur. Sicut duæ similitudines in eadem numero albedine fundatæ ad diuersa coalba, & hæc numeralis distinctio competit similitudini, vt relatio est.

Ad secundum patet per idem. Absoluta quippe accidentia, vt sic, non possunt numero distingui nisi concurrat absolutarum realitatum distinctio: secus de accidentibus quę in sui specifico conceptu includunt eius rationis quasi completiuum specificatiui cōceptus, vt dictum est. Talia enim distinguuntur numero sub tali specie vt species est: non autem distinguuntur numero sub tali specie vt res est. Et hoc est quod a quibusdam dicitur, ꝙ distinguūtur numero vt specificatiuo & formali: non autem materiali. Ad tertiū dicitur ꝙ non est inconueniens speciem aliquem admittere duplicem modum distinctionis numeralis indiuiduationis, quando in illa specie duo inueniuntur concurrentia ad rationem specificam: vnum quasi materiale, alterum vero quasi formale: & vnum multiplicari potest in altero in sua vnitate remanēte, vt deductum est in solutione primi. Est tamen ordo inter tales modos distinctionis numeralis sub illa specie. Quia ille modus qui sumitur ex eo quod est materiale in specie accidentis, competit illi speciei sub ratione qua est accidens: cui vt sic, competit sicut esse ita & distinctionem habere a subiecto. Alius vero modus distinctionis numeralis qui sumitur ex eo quod est formale specificatiuum in specie, est proprius eiusdem speciei. Et si aliqua distinguūtur numeraliter sub tali specie primo modo, distinguuntur etiam sub illa secundo modo, non autem econuerso. Cum ergo in numero ista omnia inueniantur, vt declaratum est, ideo argumentum nullum est. Et per idem patet etiam ad quartum bene consideranti. Sicut enim aliquatum specierum possunt esse duo modi indiuiduationis, ita & duobus modis possunt sub eisdē spēbus indiuidua abinuicē distingui, vt tam vnū ab vno quā alterū ab altero magis vel minus distinguantur: eo modo, quo supra declaratum est. Ex his patet primum quod supra in principio huius defensionis declarandum proposui, quomodo videlicet intelligenda sint dicta sancti Thomæ, dum dicit numerum specificari per ordinem, & vltimam vnitatē esse formam numeri tanq; ei speciem & vnitatem. Hæc autem (vt nostris loquar) dixisse velim, magis veritatem inquirendo q̄ determinando, & cum omni semper reuerentia aliquoꝝ venerabilium doctorum a quorū assertionibus circa formam numeri videor declinare. Neque enim videtur verū ꝙ sit in quolibet numero rerum naturalium, ita vna numero vnitas a qua determinate suscipiat speciem, ꝙ non possit ab alia. Difficile est enim assignare quæ sit illa & qualis sit ille ordo. Similiter nō minus difficile est intelligere quo modo stent simul, quòd aliquid det specificationē enti reali, & absoluto, ita quod sit species realis prædicamēti & absoluti vt tenet sanctus Thomas de unitate vltima respectu numeri, & tamen dicatur ꝙ non specificet nisi secūdum ꝙ tale, puta numerus dependet ab intellectu, seu secūdum esse quod habet in intellectu tātum, prout dicūt quidam alij ex nostris. Quod autem ex uerbis Aristotelis in hoc loco expresse habeatur id quod docet doctor angelicus, hoc inquam quod vltima vnitas sit forma numeri, quod fuit secundum in principio huius defensionis propositum & ab Anto. an. negatū, sic deduco. Ponit Aristoteles in hoc textu decimo secundam similitudinem inter substantiam quam significat diffinitio, & numeros, quantum ad hoc, ꝙ sicut addito vel subtracto aliquo etiam minimo, ex his quibus componitur numerus, non est amplius idem numerus sed alius, ita in diffinitione, addito aliquo vel subtracto, nō est amplius eadem diffinitio. Ex his clare patet, quòd vltimā vnitatem intendit Aristoteles esse formam numeri, & eidē speciem dare. Nam sicut id per cuius additionem vel subtractionem est alia diffinitio, se habet ad id cui additur vel a quo subtrahitur in hoc quod est dare vel nō dare speciem & vnitatem, ita id per cuius additionem vel subtractionem est alius & alius numerus se habet ad ipsum numerum, cum in hoc attēdatur inter ista duo similitudo ſm Aristotelem. Est autem forma, seu differentia formalis habentis quidditatem, id per cuius additionē, vel subtractionem variatur quidditas. Q̄ patet tā ex parte additionis, q̄ ex parte subtractionis. Ex parte quidē additionis, quia cū in diffinitione non sit nisi gēnus & differentia, nō potest dici, quòd genus addatur differentiæ, tum quia prius non additur posteriori, sed econuerso, genus autem prius est differentia. Tum etiam quia potentia non additur actui, sed econtra actus intelligitur superuenire potentiæ quā actuat. Genus autem comparatur ad differentiam vt potentia ad actū, ergo &c. Ex parte etiā subtractionis idem patet. Quia non variaē species siue quidditas vt fiat altera quidditas ex parte subtractionis generis, sed tantūmodo ex parte subtractionis differentiæ. Subtracto enim genere nō remanet qd ditas, sed differentia tantum. Subtracta autem differentia remanente genere, remanet saltem virtualiter quidditas completa, vel proprie dicta si tale genus sit etiā species. Sic. n. est compositum ex genere & differentia, in quibus continetis cōsistit ratio quidditatis, vel quidditas ipsa generalissimi, quæ non est proprie quidditas, licet proprie dici formalis ratio. Et ad hominem idem patet, quia sic et Anto. and. exponit, sequens sanctum Thomam etiam verbaliter. Oportet igitur ꝙ & in numero id quod additur vel subtrahitur habeat rationem formæ respectu eius cui additur: cū in hoc etiam attendatur similitudo Aristotelis. Quod & ex sequenti similitudine patet, vbi ſm expositionem etiam Antonij andreæ dicitur, ꝙ sicut quidditas est cōposita ex eo quo est vnum, & quod est vnū, ita & numerus. Et per consequens sicut in quidditate id quo est vnum, est forma eius

eius quod est vnū, ita & in numero. Probat autem vtrūq; Aristoteles: quia rationes istæ, seu quidditates nō sunt vnū per se quasi indiuisibiles sicut vnitas aut punctus, vt quidam dixerunt, sed sicut quid compositum ex proprio actu & propria potentia sicut exponit Antonius andr. Vnde hoc supponens tanquam verum & de mente Philosophi statim inquirit, a qua vnitate sit numerus unus formaliter. Et sic oportet ꝙ intendat ꝙ id quo numerus est vnus formaliter, sit forma ex qua cum aliquo sibi composito quasi potentiali componatur numerus iuxta processum similitudinis Aristotelis. Et sic patet ꝙ etiam ſm eum secunda similitudo Philosophi attenditur in hoc, quòd sicut addito vel subtracto formali in quidditate, variatur quidditas: ita addito vel subtracto formali in numero, uariatur numerus. Probato igitur quod vltima vnitas tantum sit illa ex cuius additione vel subtractione variatur numerus: sequitur statim necessario ſm intentionem & uerba Philosophi ꝙ vltima vnitas sit forma numeri. Hoc ipsum autem cōpetere vltimæ vnitati probatur tam ex parte additionis q̄ ex parte subtractionis præfatæ. Ex parte quidem additionis, quia cum additio ista non fiat nisi per summationem intellectus, eo tamen modo quo supra declarauimus: nec aliquid possit intelligi addi nisi præexistentibus, nec aliquid subtrahi nisi a præexistentibus, oportet quòd id quod additur sit vltimum in tali summatione, ex qua additione fiat alia species numeri. Quod si aliquis forte dicat, nolo addere vltimam, puta quintam, sed volo addere tertiam vel quartam &c. patet ꝙ iste vocem suam ignorat. Cum enim per additionem vnius vnitatis non possit consurgere numerus quinarius, nisi illa quę additur præsupponat in summatione omnes alias ex quibus cum addita consurgat talis numerus patet ꝙ ea quę additur, vt sic, semper vltima est, tametsi in alia forte summatione fuerit tertia uel quartas: in illa scilicet quæ ad tertiam vel quartam terminata est. Ex parte etiam subtractionis idē patet. Nihil enim potest subtrahi ab aliquo numero sic ꝙ remaneat alia species numeri & inferior vt necesse est, nisi prius habuerit rationem complentis speciem numeri superioris. Sed talis est sola vltima vnitas, vt probatum est, ergo &c. Licet igitur quantum ad situs corporei ordinem aliqua possit subtrahi quæ secundum talem situm non est forte vltima, sed prima vel media: quantum tamen ad ordinem talis summationis fundamentalis, quæ est de ratione numeri, vt probatum est, non subtrahitur nisi illa quæ sumitur sub ratione vltimæ. Sic igitur ex his omnibus tam ab Arist. q̄ ex cōfessione aduersarij adductis, patet ꝙ vltima vnitas est forma numeri & comparatur ad illum vt actus & perfectio propria ad propriū perfectibile, & vt forma partis ad formatum. Et hæc de secundo.

Quantum autem ad tertium, ꝙ videlicet determinatio Antonij andreæ non sit bona, tam ex præmissis patere potest, cū deuiet a Sancto Thoma, & consequenter ab Arist. cui conformiter loquitur diuus Tho. vt ostensum est. Sed & specialiter hoc idem deducitur ex intentione & verbis Aristotelis multipliciter. Et primo sic. Comparat Aristo. quidditatem numeris, vt paulo ante dictum est: & assimilat eis in hoc ꝙ sicut in numeris est aliqd vt formale & aliquid vt materiale, ita & in quidditatibus. Vnde sicut numerus, licet sit compositus ex multis, est tamen cum hoc vnus per se, & in eo inuenitur aliquid quo est quid vnum per se, ita & quidditas est quid vnum per se, quamuis sit cōposita ex multis, scilicet ex materiali & formali, vt & ipse Anto. and. confitetur. Non enim est quid vnum sicut punctus, aut vnitas, aut aliud tale indiuisibile, vt dicit Aristo. Manifestum est autē ꝙ cum Aristo. dicit quidditatem esse compositam ex materia & forma & non esse indiuisibilē, non loquitur de forma totius. Non enim dicitur aliquid cōponi ex materia & forma totius, sed potius resultat forma totius ex vnione & compositione formæ partis cū materia. Forma ergo partis est illa ex qua cum materia est cōposita quidditas, & a qua sicut esse, ita & essentialē vnitatem habet compositum. Hanc autem formam partis in numero non assignat Anto. and. quæ sit, ergo male & non ad mentem Aristotelis determinat. Sanctus Thomas autem eam assignauit esse vltimam vnitatem, quæ vt vltima quidem habet rationem formæ & specificatiui numeri: vt vero prescindit ab hac ratione vltimitatis, habet simul cum alijs rationem materiæ. Sunt enim omnes vnitates ex quibus componitur numerus vt ex partibus materialibus, & ob hoc dicuntur esse in eo in potentia inquantum numerū componunt, licet ad hoc etiam ꝙ numerū cōponant opus sit vnicuiq; earum rationem vnius attribui. ergo &c. Et confirmatur deductio ista, quia Ant. and. dicit determinādo quod vnitas specifica numeri, puta qua quinarius dicitur vnus numerus specie distinctus a quaternario, est a forma specifica. Et licet non explicet an loquatē de forma totius, an de forma partis: quia tamen dicit etiam ꝙ ipsa vnitas est ipsa forma specifica, & paulo infra dicit, quod hæc vnitas est totalis, a qua denominatiuæ totum dicitur vnū, ideo videtur velle loqui de forma totius tātum. Licet hoc ex verbis eius de necessitate inferri non possit, cum & forma etiam partis specifica sit, & ea sit formaliter vnū ipsum formatum, sicut & formaliter ens: & per illam potest denominari totum vnum. Vnde ob hoc etiam potest dici vnitas totalis. His tamen non obstantibus si per illa verba intendat tantum explicare formam totius vt videtur, & maxime, quia paulo infra in expositione sequētis textus dicit, ꝙ Aristo. hic non loquitur nisi de forma totius, sequitur ꝙ cū forma totius sit cōposita ex materia & forma partis, & non possit tantum de eo quod materiale in re est, resultare, consequenter in numero erit aliqua alia forma, quæ sit forma partis. Cum ergo forma ista partis concurrat ad vnitatem formā: vt ratio & causa eius principalis, sequitur ꝙ eius etiam debuerit facere mentionem cum de vnitate qua numerus vnus est loquebatur, quærēs quid esset & a quo. Quod tamen nō fecit, immo sanctum Thomam impugnauit id optime facientem, ergo male. Secundo. Aristoteles hic comparans quidditatē numero dicit, ꝙ sicut in numero propter multitudinem vnitatum ex quibus componitur quærendum est, quid faciat ipsam esse vnum per se: quod ideo videtur difficile, quia tbi apparet manifesta multitudo & nullum apparet vniens, ita etiam quærendum est de quidditate, quæ etiam componitur ex multis, quid sit faciens eam esse quid vnum. Ex quo modo loquendi videtur magis de causa vnitatis quærere, q̄ quid sit ipsa vnitas: circa quod tamen solummodo, tota intentio Anto. and. insudauit, & ob hoc non ad mentem Aristotelis. Esse enim vnum vnitate propria vnum quodque, omnibus notum est. Sed a quo sit talis vnitas, in quibusdam est difficile videre: in his videlicet in quibus non apparet nisi diuersitas seu discretio, sicut est in numero. Tertio. Si numerus non ex alio est per se vnus q̄ ex sua forma totius, quæ per te est sua vnitas, non erit maior ratio ꝙ numerus sit vnus per se quā quod aceruus. Est enim & ipse aceruus vnus aceruus & distinctus ab altero aceruo propria vnitate, per quā ita constituitur in specie acerui, si sic fas est loqui, ꝙ nō in specie populi, licet hæc non sint proprie loquendo species, cū sint entia per accidens. Secundum prædictam autem Ant. and. determinationem, non posset assignari, quare vnitas numeri sit forma specifica faciens vnum per se magis quā vnitas acerui, & ob hoc sicut assignabimus p̄ te in numero vnitatē ipsam suam vt id quo est vnus per se, ita poterimus assignare, ꝙ ipsa vnitas acerui faciat illum vnum per se, ſm enim hoc non est maior ratio de numero, q̄ de aceruo. Et tamen Aristoteles hic dicit ꝙ in aceruo non est aliquid quo possit dici esse vnus, & propter hoc nō est vnus

per

Universidad de Deusto
Biblioteca

per se. In numero aũt est aliquid, quo est vnus per se. Ergo ſm Aristotelem aliquid aliud est in numero præter vnitatem quę est forma totius, ex quo est vnus per se, quod aceruo cõpetere non potest. Est enim aceruus aggregatio vnorum (vt ita dixerim) sine ordine. Et ex hoc sequitur q illud quod est in numero faciẽs eum vnum per se, & illud quod est in quidditate, quæ etiam ſm Aristotelẽ ad numeri simi litudinem est quid vnum per se, est in horum singulis propria forma partis vel propria differentia, quæ a forma partis sumitur. Et confirmatur. Nõ enim minoris immo maioris difficultatis est scire, quomodo numerus habet vnitatem specificam, quam scire quomodo est vnus per se. Multa enim sunt per se vt continua etiam per copulationẽ vel viscum &c. ex quinto metaph. quæ tamen non habent vnitatem specificam. Et ob hoc poterimus talia cognoscere, q sint vnum per se: & tamen nõ cognoscemus ea esse vnũ quid secundum speciem. Declarare ergo q aliquid in quo K apparet expresse multitudo & diuersitas cuiusmodi est numerus, habeat vnitatem per se, per hoc q habet vnitatem specificam, non aliter declarando quomodo habeat vnitatem specificam, & a quo est declarare magis notũ per minus notum, quod est petere principium. Et non solum hoc est ſm se, magis uel minus notum, vt diximus, sed etiã quo ad nos. Aliud ergo intendebat Aristo. cum quærebat vel asserebat esse aliquid quo numerus esset vnum per se, q̃ vnitatem specificam quæ sit idem cum forma totius. Quarto. In assignãda causa vnitatis per hoc q tale quid est vnũ propria vnitate specifica, non differunt simplicia a compositis, nec indiuisibilia a diuisibilibus. Sicut enim homo est vnus sua vnitate specifica quæ est sua forma totius. Sic humanitate, ita punctus est vnus sua forma totius ipsa (vt ita loquar) punctеitate. Et Gabriel sua Gabrielitate, & sic de oĩbus simplicibus. Sed Arist. facit hic differentiam inter simplicia & composita, quia non est in vtrisq eodẽ modo assignare quo sunt vnũ per se, ergo non intendit id de quo quę rit faciens numerum esse vnum per se, esse formam totius, & vnitatem illo modo specificam. Quinto Anto. and. loquens in determinatione sua de tali vnitate, dicit q est vel forma specifica vel propria passio consequens formam, vt ex modo loquẽdi videatur dubitare & ignorare, quod horum sit. Quod quidem non est docentis, sed mente vagantis. Non enim titubans, sed determinata & certa debet esse doctrina. Et si est vtrũq ſm diuersas rõnes, non debuit sic sub disiunctione loqui, sed explicare vnde haberet rationẽ passionis si passio erat, & quomodo, vel etiam vnde habebat identitatem cum seipsũ vt forma, vel cum diuersitatem, si alia est. Cum enim ausus fuerit ponere os in cælum, & contra Sanctum Thomam doctorem cælicum verba spargere, debuit grauiori pede procedere. Et cõfirmatur, quia circa finem suæ determinationis dicit, q hæc vnitas denomĩnat totum in secundo modo dicendi per se, ergo nõ est forma specifica, qa ab hac sumpta prædicatio est in primo modo. Ergo determinatæ debuit dicere q sit passio, & non subdistinctæ formę q sit forma vel passio. Debuit etiã declarare qualis passio sit, an videlicet ꝓprie, vel improprie dicta, quales sunt passiones entis, prout de facto est ipsum vnum transcendẽs, indistinctum realiter ab ipso ente quod dicitur ſle vnum, quomodo est quid vnum per se, quælibet species prædicamentalis. Sexto. Anto. and. dicit in hac eadem determinatione q talis numeri vnitas est innominata. Quod quidem uerum est apud illum, a quo non est cognita, vt ex dictis patuit. Sed apud eos qui huius formæ sicut & aliarum specierum quantitatis notitiã habent, nominata est. Vt enim ex dictis iam patere potest, in quolibet numero est dupliciter forma, sicut & in quolibet alio cõposito ex materia & forma, vel ex eo quod se habet per modum materiæ & formæ. Quædam enim est forma partis, quę in quolibet numero est vltima sua vnitas, & est nominata, sicut in quaternario dicitur seu denominatur quaternario quinta, & sic de alijs. Alia est forma totius quæ resultat ex vnione materiæ cum forma vel ex ordine materialis cum formali &c. Et hęc etiam nominata est. Nã hæc in numero binario dicitur dualitas. In ternario ternitas seu trinitas, & sic inde. Hoc autem modo nominari formas totius ipsorum numerorũ ſm suas species, nullus qui in doctrinis sapientum & Philosophorum exercitatus est, negare põt. Vt clarũ est intuẽtibus libros Platonis, Arist. Auerrois, Alberti, Sancti Thomæ, & etiam Scoti, & breuiter omnium sine differentia. Vtuntur enim omnes prædictis denominationibus formarum illarum. Contra se etiã loquitur in eadem fere sententia. Si enim denominat totũ, quomodo est forma innominata? Et si innominata, quomodo denominat? Patet igitur ex his omnibus, hanc Anto. and. determinationem vndecunq a plana veritatis via deuiare. Et hæc de tertio. Quantum ad quartum superest soluere argumenta ab aduersario inducta cõtra præfatam sancti Thomæ doctrinam. Ad primum igitur primo respondetur q ut ex determinatis patet, non arguit ad propositum eius quod intendit Sanctus Thom. quia vnitas illa quæ dat speciem & vnitatem numero, non dicitur vltima vltimitate situs realis, de quo tantum intendit dictum Aristo. super quo fundatur obiectio, sed vltimitate fundamentalis summationis quæ est de ratione numeri, vt superius dictum est. Secundo dicitur q Arist. loquitur de vnitate specifica, non autem de numerali sub eadem specie. Et hæc est alia & alia in numeris ſm quod variatur vnitas de vltima in non vltimam. Non variatur autem species & substãtia specifica numeri per diuersam positionem unitatis hoc modo dicto, sed per subtractionem eius, uel additionem alterius. Quod autem sit hæc intentio Aristotelis indicat ly differentia in substantia, quæ si proprie sumatur, specificã habet diuersitatem causare. Vnde negando ibi esse differentiam in substantia, non negat (quantum ex propria significatione verborum sumi potest) nisi distinctionem specificam. Indicant etiam hanc esse intẽtionem Philosophi, exẽpla quibus declarat q in quibusdam facit positio differentiam secundum substantiam. Nam dicit quòd diuersitas partium in homine & domo, & sic in alijs heterogeneis, intelligendo de partibus principalibus facit diuersitatem in substantia, quod exprimit diuersitatem specificam. Variatur enim species ex tali partiũ transpositione, puta si pedes hominis ponerentur in situ capitis, & econuerso, & tectum domus poneretur in situ fundamenti & econuerso. Sic igitur ex diuersa situatione vnitatum, etiam eo modo summationis quo declaratum est, cum non fiat variatio in substantia specifica, vt sit alia species numeri, patet q etiã si fiat variatio ſm numerum sub vna specie, non repugnat hoc dictis Arist. in loco allegato. Erit igitur nũc numerus alius nõ specie, sed numero: & forma alia, non specie sed numero. Et per hoc patet ad primam probationem falsitatis consequentis. Ad secundam vero dicitur q non inconuenit absolutum imperfectum, & imperfecte vnitatẽ habens specificari per ordinem prædicto modo. Immo hoc requirit ordo vniuersi vt quædam naturæ vno modo, aliæ vero alio speciem sortiant, sicut in principio deduximus per Sanctum Thomam q aliqua entia per formã, aliqua per compositionem, aliqua vero per ordinem specificãtur. Et in hoc super alia accidentia habet quantitas similitudinem cum substantia. Sic enim in supremo continguntur infimæ substantiæ, dum quantitas discreta, quæ est prior & consequenter perfectior cõtinua, admittit & habet in sui essentia compositionem formalis cum materiali, vt fiat ex eis per se vnum &c. Ad secundum argumẽtum patet solutio ex dictis. Non enim ex ultimitate naturæ, perfectionis, temporis, situs, aut actualis etiam a numerante summationis, habet aliqua vnitas, q sit specialis forma huius q̃nti), & nõ illius sed a fundamentali vltimitate prædictę etiam fundamentalis summationis, vt superius dictum est. Ad tertium dicitur, quòd forma informans est & in toto formato, & in parte materiali: sicut anima est in homine, & in materia eius. Sed forma ſignificata per modum compositionis vel ordinis, nõ est in parte vel in toto vt informãs. Non enim compositio est in singulis partibus compositi alias omnis pars heterogenei esset heterogenea, et pars etiã quælibet haberet in se compositionem totius, quæ omnia sunt falsa, sed sufficit quòd compositio sit in partibus: quia est ipsa habitudo compositionis partiũ, ita q singulas partes respiciat vt terminos, & nõ vt subiecta: sed vt subiectũ adequatum respicit ipsum totum. Sic eodẽ modo de ordine specificante numerum dicendum est, quãtum ad hoc q talis vnitas quæ est forma numeri nõ oportet q sit in alijs vnitatibus informando eas &c. sed sufficit quod ad eas terminetur tali ordine. Dicitur enim vltima in respectu aliarum, & hoc sufficit ad esse formam partis in tali specie. Et B est in ipso toto numero vt forma eius adequata per hoc, q in eo respicit alias sub prædicto respectu: ex qua habet totum ipsum quod sit vnum per se, et distinguitur sicut pars a toto ab ipsa forma numeri quæ dicitur forma totius, puta dualitate a qua numerus ille denominatẽ binarius, sicut ab humanitate denominatur homo. Est ergo in alijs vnitatibus non formaliter, neque enim hoc exigit natura huius formæ, sed ordinabiliter, inquantum ex ordine ad alias habet q sit vltima. Et hoc sufficit ad hoc q sit forma numeri dans ei speciem et vnitatem per se, vt dictum est. Et hęc de ꝑti defensione sufficiant. Per oia benedictus Deus. Amen.

DEFENSIO XXI.

Libro nono. t. c. 22. parte tertia.

Decipi enim circa quodquidest non est: sed aut secundum accidens. C

IN PRAESENTI textu dicit Arist. q verum & falsum non inueniuntur eodem modo in simplicibus sicut in compositis. Quia in simplicibus attingere mẽte, & repræsentare voce, est verum. In compositis autẽ rã ex parte rei intellectę q̃ ex parte intellectus requiritur compositio & diuisio ad hoc quòd sit in eis verum vel falsum. In simplicibus etiam falsitas non est. Sed non attingere ipsum simplex mente, est ipsum penitus ignorare. Et ratio assignatur ex cõditione & natura rei simplicis. Nam id quod non habet partes, aut totum scitur aut totum ignoratur: & sic qui non attingit ad quodquidest eius, ipsum omnino ignorat. Et subdit Philosophus q decipi quod est idẽ qd̃ dicere falsum, non est circa quodquidest simplicium nisi p accidens. Et hucusque concordamus cũ Antonio an. cuius etiam verba prædicta sunt fere omnia. Sed circa expositionem illius verbi (nisi per accidens) a Sancto Thoma defuans dicit, q simplicia sunt in duplici differentia. Quædã enim sunt simpliciter simplicia, quędam vero sunt simplicia, sed non simpliciter. Prima dicuntur conceptus non resolubiles in alios conceptus. Et licet nullus istorum conceptuum sit formaliter falsus, potest tamen esse falsus, inquantum aliquid apprehenditur sub determinationẽ non cõuenientem sed repugnantem sibi. Hęc ille. Et ſm hoc exponit illud verbum Arist. (nisi per accidens) esse intelligendũ q in talibus conceptibus simplicibus, sed nõ simpliciter, potest esse falsitas virtualiter. In conceptu autem simpliciter simplici non cadit falsitas etiam per accidens. Et q ista expositio sit etiam Arist. probat. Quia in isto capitulo Arist. videtur distinguere de intelligentia inquãtum est circa q̃d simplicium & circa quid compositorum, quod optime fit ſm prædictam expositionem. Per hoc enim q potest contingere falsitas per accidens in quodquidest simplicium ex hoc quod potest ipsum quodquidest attribui ei cui nõ cõuenit, non distinguuntur simplicia a compositis. Ergo sic exponere ly ſm accidens, non est exponere ad mentẽ Arist. qui intendit inter ista distinguere. Post hæc recitata alia exp positione super illo verbo (nisi per accidens) quæ est expositio Sancti Thomæ, subdit in fine, dicens. Prima tamẽ expositio subtilior & verior videtur, & contradicit isti secũdæ. Hæc omnia ex illo. Pro defensione igitur doctrinæ Sancti Thomę, ab hac inepta impugnatione, tria faciã. Primo quidem ostẽdam expositionem Sancti Thomæ nil falsitatis admittere, immo subtilissime penetrasse mentẽ Philosophi. Secundo expositionem aduersarij non esse ad mentem Philosophi, falso inniti fundamento, ac implicare contradictoria propalabo. Tertio ad motiuum illius respõsio applicabitur. Quantum ad primum sciendum primo q cum verum & falsum sint in intellectu sexto metaphy. tex. com. 8. q̃d intelligitur realiter & formaliter: & primo sint in compositione & diuisione, vbi supra, & hic text. cõ. 22. & etiam primo peri hermenias & alibi pluries, sequitur q in prima apprehensione non sint veritas proprie & perfecte. Eo tamẽ modo quo ibi est formaliter ibi sit. Sequitur etiam q veritas & falsitas nõ sint in rebus, quatenus esse in rebus distinguit cõtra esse in anima obiectiue. Quia tamẽ esse rei est causa veritatis in intellectu, et non econuerso: nõ enim propter meum extimare te esse album, tu es albus, vt dicit hic Arist. sed ex eo q res est vel nõ est, oratio dicitur vera vel falsa, vt dicitur in postprædicamentis: ideo in rebus quoq dicitur esse veritas, non quidem formaliter, sed causaliter. Secundum quem modũ etiam veritatis, primo & principalius est veritas in compositione & diuisione rei correspondenter ad compositionem & diuisionem intellectus, q̃ sit in ipso quodquidest: quod vt sic, nonnisi simplici apprehensioni correspondet. Si qua igitur sint entia quæ compositionem aut diuisionem in se non admittant, consequenter etiam nec intellectus videns ea, circa talia componendo aut diuidendo veritatem dicet aut falsitatem, nec in re illa prædicta veritas, aut falsitas causaliter reperietur. Poterit tamen talia simplicia intellectus, apprehẽsione etiam simplici intueri, & veritati huic correspondente causali veritate res illa tũc vera erit. Hæc Arist. pro maiori parte hic expresse docet. Dicit enim primo quòd verũ & falsum in rebus est componi aut diuidi, & intelligit hoc de rebus, & substantijs compositis, vt patet. Et dicit in rebus ad distinctionem veritatis aut falsitatis intellectus, quæ non important componi & diuidi, sed componere & diuidere quasi actiue, intellectualiter tamen: de quibus immediate subiungit dicens (vnde verus est) scilicet homo vel intellectus putans diuisum diuidi, compositum componi. (Mentitur autem, econuerso habens res) hoc est contrario modo quantũ ad compositionem & diuisionem habens res in intellectu suo, quia videlicet putat rem compositam esse diuisam, & ecõtra. Ex quo dat intelligere, q in hac extimatione seu in hoc iudicio intellectus, quo iudicat rẽ esse sicut est, vel non esse sicut non est, aut econtra, completur ratio veritatis vel falsitatis. Ostendit autem cõsequenter, quòd sic esse vel nõ esse in rebus, est causa veritatis & fallitatis in mẽte, proponens primo hoc & dicens: (Quando q est aut non est) scilicet in re cõpositio vel diuisio (est quod verum dicitur aut falsum) hoc est in intellectu. Per hoc enim quòd vtr hoc modo loquendi (quod verum dicitur) dat intelligere quòd loquitur de veritate & falsitate intellectus cuius est primo dicere verum vel falsum. Dicit autẽ posthæc, q (Hoc per serutãdum est quid dicimus.) Perscrutatur autem hoc per exempla dicens: (Nõ enim propter nos extimare te vere album esse, tu albus es: sed propter te esse album, esse dicẽtes, verũ dicimus.) Et sunt clara verba. Post hæc declarato in parte sequenti huius textus, quomodo cum veritate stat de aliquibus contingentia, in aliquibus vero reperitur necessitas:

sitas: & cū falsitate in quibusdā stat cōtingētia, in quibusdā vero impossibilitas ꝓm videlicet ꝙ contingēs aut necessariū aut impossibile est aliqua adinuicē cōponi vel ab inuicē diuidi in rebus, trāsit ad res & substātias incōpositas, quērēs quomodo in eis vel circa eas inueniatur verum & falsum. Et primo per modum interrogationis & quæstionis dicit: (Circa incompōsita uero, quid est esse, & nō esse.) quæ sunt causa veritatis & falsitatis: & quid est (verum & falsum). s. circa talia in intellectu. Assignat autem rationem dubitationis. Cū enim dictum sit ꝙ compositio & diuisio in rebus sit causa veritatis & falsitatis in intellectu, cum in rebus simplicibus nō inueniantur compositio & diuisio, videtur sequi ꝙ in eis nō erit verum & falsum. Et ideo dicit: (Non enim est compositum, vt sic quidem, quandocunq; cōpositum) hoc est ꝙ posit vere affirmari, ꝙ est, quia ex parte rei inuematur compositio (& non sit, quandocunque diuisum fuerit) hoc est, ꝙ & ipsa negatiua sit vera propter K diuisionem quæ sit in rebus (sicut album lignum) idest sicut est vera tūc affirmatiua, lignum est albū, propter hoc quod in re est compositio ipsius ligni cum albedine (aut in commensurabile diametrum) hoc est, sicut & negatiua est vera, diameter non est commensurabilis costæ, quia in re est diuisio prædictæ commēsurationis a diametro. Et subiungit consequenter ꝙ (nec verū) & falsum, similiter adhuc existens & in alijs, id est manifestum est ex his ꝙ non eodē modo est verum & falsum in his incompositis, & in compositis rebus. Et rationem assignat dicēs, (aut sicut nec verum in his idem, sic nec esse. Quasi dicat, Si esse in talibus non est idem, nimirum si in eis non erit eodem modo veritas, cum verum & ens se inuicem committentur & consequantur. Et similiter falsum, & non ens. Post hæc declarat quomodo in istis simplicibus posit inueniri verū vel falsum dicens: (Sed hoc est verum quidem aut falsum.) Supple in prædictis substantijs simplicibus, (Attingere quidē & repræsentare, verum.) Et ꝙ non loquatur de repræsentatione quæ sit etiam in compositione saltem præsuppositiue, sed de ea quæ pertinet ad primā operationem, patet cū subiungit: (Nō enim idem affirmatio et repræsentatio.) Verum igitur circa talia non est ꝑm compositionem & diuisionem, sed per simplicem repræsentationem, quo modo dicitur in tertio de anima, ꝙ intellectus circa ipsum quodqd est (quod vt sic simplex quidest) semper est verus. Et ideo post hæc hic ostendit ꝙ circa talia nōn est falsitas aut deceptio in intellectu dicens: (Decipi enim circa quodquid est, non est, sed aut ꝑm accidens.) Quod autem non solum in quodquidest simplicium non inueniatur falsitas & deceptio, quæ pro falsitate hic accipitur, sed etiam hoc idem reperiatur circa quodquid est compositorum, aperte asserit subdens: (Similiter autem & circa compositas substantias nō. n. est decipi). s. circa quodquid est earum. Circa cōpositionem quippe & diuisionem talium substātiarum esse veritatem & falsitatē supra exposuit. Vnde oportet ꝙ hic loquatur tātum de ipso earum quodquidest dum dicit circa M eas non esse deceptionem, sicut immediate loquutus est de quodquid est simplicium &c. Quomodo autē circa qđ quidest vtriusq; huius substantiæ posit esse falsitas per accidens, declarat Sanctus Thomas dicens: (Quomodo autē per accidens decipiatur aliquis circa quodquidest considerandū est. Non enim decipitur quis circa quodquidest, nisi componendo & diuidendo. Per primam enim operationē intellectus non decipitur circa quodquidest, sed semper est verus) vt probatum est ex tertio de anima. Restat igitur ꝙ tantum ratione compositionis vel diuisionis adiūcte posit sibi competere deceptio, & sic non per se, sed per alterū, & consequenter per accidens sibi poterit cōtingere. Quod quidē in substantijs compositis contingit dupliciter. Vno modo per compositionem diffinitionis ad rem diffinitam aut diuisionem. Vt si aliquis diceret, asinum esse animal rationale mortale, aut hominem non esse animal rōnale mortale. Alio modo ꝑm ꝙ diffinitio constituitur ex partibus quæ non sunt inuicem componibiles, vt si quis assignaret hanc diffinitionē: Homo est animal insensibile. Primo igitur modo diffinitio dicitur esse falsa, quia non est huius. (Secundo modo dicitur falsa per se vt in septimo docuit Philosophus.) Quod non est intelligendum quasi falsitas & deceptio competat ipsi quodquidest per se. Huius enim oppositum per hanc declarationem edocere intendit. Sed dicit competere ei falsitatē hāc per se, quia non per comparationem ad aliquid extra se, sed per comparationē ad partes suas intrinsecas. Competit tamen ei prædicta ratio per accidens, inquantum videlicet adiungitur ei compositio vel diuisio per opus intellectus. (In simplicibus autem substantijs non potest esse deceptio circa quodquidest substātiæ nisi primo modo. Non enim eorum quodquidest, est compositum ex pluribus circa quorum compositionē vel diuisionem possit accidere falsum.) Hæc formaliter ex sancto Thoma. Summa igitur intentionis Arist. in hoc textu vt ex prædictis patet, est ꝙ veritas et falsitas proprie & primo est in cōpositione & diuisione intellectus formaliter, in compositione autem & diuisione rerum causaliter. Improprie autem, etiā in prima operatione intellectus, est veritas formaliter, in rebus autem prima apprehensione cognoscibilibus, cuiusmodi est ipsum qđ quidest, est veritas improprie, & causaliter. Veritas autem proprie etiam causaliter non est in talibus per se, sed solū per accīs, inquātū eis adiūgit uel circa ea cōsiderat aliqua cōpositio vel diuisio, q̄ qdē cōpositio aut diuisio si sit in ipō qđqdest realiter, et si non actualiter cōsideretur vt compositum aut diuisum, sed potius simplici apprehensione, dicitur tamen in eo esse causaliter seu fundamētaliter aut virtualiter veritas aut falsitas ꝑm talem compositionem & diuisionem, sed per accidens, id est rōne eiusdem compositionis aut diuisionis realis in ea existentis, & intellectualis possibilis circa intellectum fieri. Patet autē in ipso quodquid est uel circa ipsum, intelligi esse compositionem & diuisionē duobus modis. Vno modo intrinsece, ex partibus realibus in eo existentibus. Alio modo quasi extranee ex ipso videlicet quodqdest, & eo cuius est qđ ideo pōt dici intrinsecū, qa nō est de cōceptu ipsius qđqdest, vt etiā quia est realiter ab illo distinctū inquantū aliquod cuius est ipsum quodquidest, includit aliquam realitatem quam nō dicit quodquidest. Sicut Socrates includit sua principia individuātia, quæ nō includit quodquidest hois. His duobus modis est compositum quodquidest compositorum, & ob hoc est in eo veritas & falsitas per accidens inquātum ex sua natura habet ꝙ posit composite & diuise intelligi vere vel falsē. Ipsum autem quodquidest simplicium, non est primo modo cōpositum. Neq; enim partes habet, vt possint ꝑm cōpositionem partium intelligi composite, aut ꝑm diuisionem diuise. Et ideo circa quodquidest simplicium quantum est ex natura ipsorum, primo modo nō potest esse veritas aut falsitas per accidens componendo vel diuidēdo. Licet enim intellectus noster circa talia, cōpositiones formet &c. id tamen non ex parte rei est, sed ex parte nostri modi intelligēdi, qui propter infirmam naturā nostri intellectus ipsa simplicia prout in se sunt intueri non possumus, sed admodū, immo & ꝙ species compositorū. Dicit autem ꝑm compositionem & diuisionem primo modo non esse veritas, aut falsitas in simplicibus, non quidem quia partes intrinsecæ sint vnite, vt in compositis inuenitur: in quibus incidit falsitas si intelligātur diuise &c. sed ideo quia partibus carēt, & ob hoc non potest seorsum vna earum pars intelligi, vt separata ab alia, sed vel nil eorum intelligitur, aut totum, quantum est ex parte rei, vt diximus. Quātum autem ad secundam cōpositionem quodquidest. s. cum eo cuius est. Sciendum est ꝙ licet in simplicibus substantijs quātum ad

essentialia

A essentialia quæ sunt de conceptu vtriusq; non differant realiter ista duo, vt patet. s. huius tex. cōmen. s. tamē in omnibus talibus citra Deum, aliquid pertinet ad suppositū, vt suppositum est, quod non pertinet ad naturam quam scilicet significat qđ quidest vt sic. De ratione. n. suppositi est, ꝙ quæcunque in re sunt præter essentiam quæ est principium suppositi, sint in ea mediante supposito, quia eius est esse per se, & consequenter eius est etiam alia per suum esse sustentare in se recepta. Et sic omnia primo vniuntur in supposito, & pertinent ad ipsum, vt dicit Sanctus Thom. secundo quolib. articu. quarto. Licet ergo talia non sint de essentia suppositi, sed sint vel ipsum esse quod distinguitur realiter a natura seu ab essentia, vel accidentia ipsius suppositi, propria quidem vt intellectus & voluntas & species, & communia vt multi actus & multi conceptus: quia tamen prædicto modo pertinent ad suppositum, habet suppositum rōne prædictę horum inclusionis ꝙ distinguatur realiter a natura. Et ex hoc dicit Sanctus Thomas in quoli B bero secundo articulo quarto, quòd etiam in substantijs separatis suppositū distinguitur realiter a natura, & sic quod quidest ab eo cuius est, etiam in simplicibus. Ratione igitur prędictę distinctionis realis posset diffinitio vnius substantię separatę, intelligi attribui alteri a suo proprio diffinito, & tunc interueniret deceptio, & non ignorantia tantummodo: quia ista duo non sunt penitus idem, vt ex hoc vel totum apprehendatur vel nihil: sed potest vnum eorū apprehendi, puta quodquidest, & circa illud falli, dum ipsum attribuit, nō suo proprio supposito, sed alteri quod putat esse proprium, forte propter aliquā similitudinem in accidentibus illis cum proprio. Et hoc modo per accidēs est falsitas in ipso quodquidest respectu eius cui conuenit esse illud cuius est ipsum quodqdest, siue hoc, siue illud, inquātum potest sic apprehendi, seu vt est fundamentum talis apprehensionis circa se. Cum autem actualiter sic compon- C tur, interuenit tunc falsitas nō per accidens, sed per se. Sed non est falsitas tunc in ipso quodquidest, sed in ipsa cōpositione, ex parte quidem rei causaliter ex parte vero intellectus formaliter. Propter eādem etiam distinctionē ipsius quodquidest ab eo cuius est in talibus, habet ipsum quodquidest quod posit intelligi sub ratione diuisionis a proprio supposito, & sic posit interuenire falsitas in diuisione seu in negatione: & sic falsitas hæc pari ratione erit in ipso quodquidest per accidens. Est igitur eadem ratio, sed non penitus eadem tā in simplicibus q̄ in compositis, ꝙ in eorum quodquidest inueniatur veritas & falsitas per comparationem ad id cuius est, quia in vtrisq; sunt hęc abinuicē distincta: licet magis in compositis q̄ in simplicibus vt diximus. Ex his omnibus patet propositum primum, ꝙ videlicet Sancti Thomæ expositio de substātijs simplicibus & quodquidest earum, sit ad mentem Arist. immo ꝑm verba Arist. exprimatur: & ꝙ nullum inconueniens sequitur ex hoc ꝙ ly (sed aut secundum accidens) exponitur de substātijs tam simplicibus quàm compositis, diuersimode tū, vt dictum est. Et hæc de primo. Quantum ad secundum. D Probatur, expositionē aduersarij nō esse ad mentē Arist. ex verbis etiam ipsius Anto. and. Nam vbi adortur explanare textum Arist. qui incipit, (Circa in cōposita vero &c.) dicit: Sic Arist. ostendit propositum quātum ad verum & falsum in substantijs compositis & simplicibus, quales ꝑm Arist. sunt substantiæ immateriales. Hæc ille. Et idem repetit incipiens eundem textum post diuisiones exponere, dicēs sic: Dicit ergo quòd circa incompōsita vero vt sunt substantiæ immateriales & simplices, non est verum & falsum propter compositionem & diuisionē quæ sit in rebus &c. Et de his prosequitur totam expositionē vt omnes videre possunt. In expositione similiter alterius partis eiusdē textus. ⁂. quæ incipit, (Et omnes sunt actu & non potentia &c.) sic incipit textum explanare: Dicit ergo ꝙ omnes scilicet substantiæ simplices & immateriales sunt actu & E non potentia &c. Et sic prosequitur exponendo de eisdem. Hoc idem repetit in recapitulatione exponendo textū qui incipit, (Esse vero vt verū &c.) vbi expresse exponit ꝙ in substantia simplici non est decipi sed ignorantia. Quomodo igitur partem textus inter prædictas mediam, vbi Arist. declarat qualiter in simplicibus inuenitur verum: non autē falsum nisi per accidens &c. potest hic exponere nō de substantijs simplicibus, sed de conceptibus simpliciter simplicibus? Nonne apparet expresse uoluntariam esse exponere, distortam, peruersam? Si esset ad intentionem Philosophi expositio ista, iudicandus foret insipientissimus, vt quęrēs etiam secundum expositionem tuam, quomodo in substātijs simplicibus sit verum aut falsum, respondeat, quòd circa conceptum entis, esse verum est representare, decipi vero circa illum non est, nisi ꝑm accidens, & sic de alijs conceptibus, si q̄ sunt simpliciter simplices. Et hāc declarationē positam in textu immediate sequēti adaptans ad ꝓpositū F principalis intentionis, iterum loquatur de substantijs simplicibus &c. Quis non cōfundatur, tam insulsum processum tanto Philosopho ascribere? Vnde certo certius extimandum est, non ab Anto. and. sed ab aliquo nedum ignorante, verumetiam imprudente admodum viro, illud notandum non nisi a sibi similibus, interpositum fuisse expositioni Anto. and. Sicut & in pluribus alijs locis huius expositionis factum esse non dubito, vt in hoc opere alibi notaui. Vnde & Mauritius, cuius forte prudētia ista fuit, hoc tandem aduertens, in margine circa finem expositionis vltimę illius partis, sic dicit: Videtur quòd nedum de simpliciter simplicibus loquatur. At non videtur, immo clarissimum est de talibus nullo modo ibi loqui, sed de substātijs simplicibus tantum modo. Addit autē Mauritius: Sed dic consequēter ad sua principia. Quasi dicat. Nō attendas quę hic videantur principijs Scoticis aduersari. Sed illis immobiliter inhæreas, cuius etiam Arist. vel cuicunque alteri sa- G pienti, siue ratiōnt, aut etiam sibiipsis, vt hic accidit, repugnent. Vel dic consequenter secundum sua principia, quæ sunt peruerse exponere textus Arist. vbi inueniuntur proprijs horum virorum placitis aduersari. Nos autem consequenter dicemus ad principia sapientissimi Aristo. Licet autem hoc quod contra hanc expositionem inductum est, clarissime conuincat ꝙ ad intentionem Arist. expositio illa non faciat, immo et repugnet, tamen ad fortiorem falsitatis & errorum repulsionē, ex eadem media parte textus qui incipit, (Sed est verum &c.) in cuius expositione ab intentioni Philosophi diuertit, idipsum ostēdemus. In hoc enim textu intendit Philosophus declarare, quomodo in simplicibus est verum, & similiter quomodo in eisdem non est falsum nisi per accidens. Proponit autem hoc dicens inter cætera ꝙ circa quodquidest, nō est decipi nisi per accidēs. Quod autem loquatur de quodquidest simplicium, & nō de quodquidest compositorum tunc, licet pateat ex eo ꝙ proposuit hoc declarare de simplicibus, vt diximus, adhuc H tamen in hoc eodē textu idipsum insinuat, dum statim subdit, hoc idem inuentri in compositis. Quod verbū non addidisset, nisi in priori verbo de quodquidest simpliciū tm intendisset. Tunc sic. Conceptus entis non est quodquidest aut conceptus alicuius quodquidest: & similiter cōceptus differentiæ vltimę non est quodquidest, sed pars cōceptus quodquidest, ergo Arist. dum declarat ꝙ circa quodquid est simplicium, non est deceptio, non intendit de conceptu entis aut differentiæ vltimæ. Quod si dicaſ licet ens & differentiæ vltimæ non habeant proprie quodquidest, habēt tamen proprium conceptum quo respōdemus ad quid de eis: patet ꝙ sic respondentes propriā vocem ignorant. Neque enim talis cōceptus est eorū quodquidest ꝑm esse qđ habet in intellectu, vt clarum est, neque ꝑm ꝙ est in rebus, vt stat etiā sub intellectu, quia quodquidest, est formaliter

notius

Universidad de Deusto
Biblioteca

notius ꝙd cuius est siue propriū siue improprium. Omnis enim diffinitio, quæ non nisi quodquidest significat, siue propria & proprium significans quodquidest, siue impropria, includit plures conceptus quibus declaratur id cuius est. Declaratio enim facta per nomen vnum notius, non est declaratio quid rei, sed quid nominis, vt dicitur in septimo. tex. com. 13. vbi etiam expresse dicit Arist. diffinitionem non posse fieri ex vno nomine tantum. Conceptus igitur non resolubilis in alios, nō potest esse aliquo modo qđ quidest. Et sic eorum hæc expositio repugnat textui, quàm aperte, etiam quo ad verba. Falsum quoque hanc esse expositionem, ruinosum hoc indicat fundamentum ꝙ videlicet præter ens, aliquid aliud habeat conceptum simpliciter simplicem citra Deū. Neque enim differentiæ vltimæ sunt illo modo simpliciter simplices, vt isti erronee putant. Et licet hoc per sapientissimos Thomistarum diffuse declaratum sit, nec multum quantum ad præsentem defensionem nunc referat, an sit sic vel non, cum satis abunde defensata sit doctrina & expositio sancti Thomæ, tamen ne ex toto tacentes videamur admittere falsitatem, vnica ratione saltem illam explodere volo. Et fundatur ratio super auctoritate Arist. tertio huius tex. com. 10. vbi dicit & probat ꝙ ens non potsit esse genus ex hoc, ꝙ nulla differentia participat genus. Omnis autem differētia participat ens, ergo ens non est genus. Intendit autem Arist. per participationem, hoc quod est habere in suo formali conceptu, quod patet, quia si participationē illam interpretari uoluerimus identitatem realem. Sic omnis differentia participaret suum genus, quia omnis differentia est idem realiter suo generi, etiā per aduersarios. Item non magis diceretur differentia participare ens, ꝙ ens participare differētiam, quia identitas realis reciproca est. Oportet igitur intelligere ꝙ ideo differentia non participat genus, quia ipsum genus non est de conceptu formali differentiarum. Et econtra, ideo ens ab omnibus differentijs participari, quia est de formali conceptu omnium differentiarum, ergo nullius alterius cōceptus est simpliciter simplex, cum omnis addat ad cōceptum entis. Et hæc de secundo. Quantum ad tertium sciendum ꝙ ratio quare Anto.an. in exponendo Philosophi hanc literam deuiauerit ab expositione sancti Thomæ, & ab intentione Philosophi est, quia licet in substantijs simplicibus non sit compositio partium realium, est tamē compositio partiū rationis, scilicet generis & differentiæ cum sint in prædicamento: & ob hoc in eorū quodquidest potest accipi id qđ habet rationē determinabilis. Ipsum genus, sub determinatione sibi non conueniente, puta sub non propria, sed alterius differentia: & sic in eo est virtualiter falsitas, non solum per comparationē, quodquidest ad id cuius est in eis, sed etiam propter compositionem vel diuisionem partiū rōnis, quæ sunt in eis intrinsece. In conceptu autem simpliciter simplici, non possunt inuentri diuersę partes, etiam secundum rōnem, nec aliquid per modum determinantis, & ob hoc falsitas nec per se nec per accidens in talibus esse potest quantum ad intrinsecas partes quas non habent. Et sic videtur posse saluari intentio Philosophi, qua quantum ad hoc videtur ponere distinctionem, inter quodquidest simplicium & compositorum. Quod nō saluatur ſm propriā expositionem, vt videtur. Sed ad hoc motiuum respondemus ꝙ multipliciter deficit. Et primo quidem quando dicitur ꝙ in substantijs simplicibus, licet non sit compositio realis, est tamen in eorum quodquidest, compositio rationis &c. Dicimus ꝙ verum est, sed hæc non habet fundamentum in rei essentia, sed est per apprehensionem intellectus nostri. Vnde bene sequitur ꝙ potest esse falsitas ex parte nostri intellectus circa tale quodquidest a nobis apprehensum, non autem ꝙ ex parte rei possit esse falsitas causaliter, quia nulla est partium compositio ex parte rei, ex qua natus sit intellectus compositionem formare vel diuisionē in quibus sit formaliter veritas aut falsitas. Quod aūt intellectus cōponat & diuidat &c. est ex imperfectione sua, qua non potest simplicia ista sicuti sunt, apprehendere, sed per modum & species cōpositorum, vt supra dictū est. Arist. autem & Sanctus Thomas loquuntur de veritate & falsitate prout est causaliter in rebus, siue per se siue per accidens, vt patet per supradicta. Secundo deficit hoc eorum motiuum in eo ꝙ dicitur, Arist. ponere differentiam inter intelligentiam circa quodquidest simplicium, & quodquidest compositorum, & ꝙ circa quid compositorum cadit deceptio per accidens, quia. s. compositum est natum facere cōceptum nō simpliciter simplicem, in quo potest cadere falsitas virtualiter, non sic autem in quid simplicium &c. Deficit inquam, quia falsum est quod assumit, immo Arist. expresse ponit quantum ad hoc similitudinem, inter quodqd est simplicium & compositorum. Postq̄ enim dixit ꝙ circa quodquidest simplicium non est falsitas nisi ſm accidens, statim subdit: Similiter autem & circa cōpositas substantias. Non enim est decipi. Quid clarius? Quod tñ pluribus modis contingit falsitas per accidens circa compositas substantias, q̄ circa simplices, ideo hoc Sanctus Thomas optime declarat, ex eoꝝ naturis quomodo proueniat.

Tertio arguitur contra motiuum illud. Si Arist. cum dicit ꝙ circa quodquidest simplicium, nō est falsitas nisi per accidens, intelligit de conceptu illo modo simpliciter simplici. Sequitur quòd quodquidest substantiarum simplicium condiuidat ab illo conceptu simpliciter simplici. Et sic vel quodquidest substantiarum simplicium, nō meminit, quando debebat ostendere quomodo in ipso, sit deceptio ſm accidens, & sic fuit diminutus, vel simpliciū substantiarum quodquidest intellecta & inclusa esse voluit in quodquidest compositarum substantiarum, de quibus statim vt diximus mentionem fecit, & sic substantias simplices vocauit substantias cōpositas, quod est derisibile. Nec Arist. vnquam per substātias compositas intelligi vult nisi substantias materiales. Et in præcedenti textu & in hoc, etiam ſm Anto. and. diuidit eas a substantijs simplicibus, vt supra diximus. Quarto ostenditur idem motiuum deficere quantum ad hoc quod dicit de conceptu simpliciter simplici esse intelligendum Philosophum &c. qui conceptus est conceptus entis, & vltimarum differentiarum. Et quidem ꝙ differentiæ vltimæ non habeant conceptus taliter simplices supra ostensum est. Quod autem cōceptus entis non sit talis de quo intelligendus sit hic Philosophus, ex verbis etiam aduersarij sic inducitur. Nam paulo infra recitata supra in principio verba. Subdit Anto. and. Ita inquit substantiarum simplicium potest intellectus simplex esse falsus per accidens in attribuendo alteri ipsum quodquidest, sicut in quid compositarum &c. Tunc arguitur sic. Intellectus non potest esse falsus in attribuendo alteri conceptum entis, ergo de conceptu entis non intelligit hic Philosophus, vel est differentia in attribuēdo alteri ipsum quid, inter quid simplicium & quid compositorum. Et vtriuq; est contra te, ex tuis tamen dictis sequēs, ergo implicas opposita. Assumptum etiam pueris clarū est. Cuicunq; enim attribuit conceptus entis, semper intellectus est verus. Nec habet aliquid quod sit alterum a se, nisi nō ens. Non ens autem non habet conceptum, nec eius est quid, vt possit dici conceptus entis attribui alteri &c. Quod autem aduersarius extremo loco recitata opinione Sancti Thomæ subintulit, hoc inquam. Primo expositio subtilior & verior videtur, & contradicit isti secundæ &c. patet quantā auctoris sui demonstret subtilitatem. Si enim illa verior, ergo & ista vera. Si illa subtilior, ergo ista subtilis, si non abusiuā proferēs comparationem, abusiue, inepte, incōpteq; loquātur. Si ergo ista vera & subtilis est, quomodo contradicit veriori & subtiliori? Non contradictoria sunt simul vera. Tantam igitur expositio illa sua, veritatem, & subtilitatem habet,

haber, quantam, & commendatio ista insulsa. Et hęc de præsenti defensione dicta sufficiant. Benedictus Deus. Amen.

DEFENSIO XXII.

Libro. 10. t. c. 18. parte prima.

HOC IN LOCO Arist. arguit ꝙ æquale opponitur magno & paruo, eo ꝙ hac dictione Vtrum, qua vtimur tātum in oppositis inquirendo, vtimur in prædictis. Quærimus enim vtrum aliquid sit maius aut minus alteri, vel certe æquale. Addit autē philosophus ꝙ ipsum æquale nō est cōtrariū alteri soli, puta magno soli, vel paruo tātummodo, quia non est maior ratio de vno quàm de altero. Addit adhuc philosophus: Nec ambobus. Quod quidem verbum Anto. an. exponit dupliciter, primo ꝙ æquale nō opponitur ambobus seorsum. Et hoc (vt ipsemet dicit) in idē redit cū eo quod dixerat ꝙ nō opponit tantū alteri. Secundo exponit prout exponit etiam sanctus Tho. Vnde & Mauritius Thomam in marginali campo producit. Et graue piaculum apud eum esset, si debita sanctitatis denominatione illum aliquando honoraret. Dicit ergo ꝙ aliter exponitur ly nec ambobus, cum vnum vni sit contrarium. Addit autem Anto. an. Prima tamen expositio videtur magis texere textum. Hęc ille. Sed ad hæc respondemus ꝙ prima expositio non solum nō magis texit textū, sed etiam non potest textui applicari, nisi superfluitatem et modum ineptissimū, improprium exprimendo cōceptū, philosopho imponamus. Superfluitatem quidem, dum idē repetit, etiā teste Anto. an. & sine vtilitate; quia primo dicto videlicet, (Non enim alteri soli contrarium) sat erat apponere declarationē hanc (quid enim magis aut maiori aut minori.) et sic clarissimus esset sensus absq; aliqua repetitione per ly nec ambobus, ex qua potius obscuratur sensus, vt varietas expositionū indicat. Modum autem ineptissimū etiam imponit philosopho. Nam per terminos oppositos significantes, vult a philosopho idem exprimi. Opposita signāta præferunt ly alteri soli, & ly ambobus, cum pluralitatem quàm vnum significat, aliud excludat, aperte etiā per exclusionis notam. Nec potest congrue dicere, ꝙ sensus sit ꝙ nec ambobus competit ꝙ nō opponatur alteri soli, quia hoc vt dixi clarius exprimitur per id quod sequē, (Quid enim magis &c.) nec decebat tantum doctorem inter claram sententiam & clariorem expositionē, interponere verbum quod eādem sententiam obscure repeteret. Nō disrumpit etiam contextum expositio sancti Tho. immo connectit, dum vim argumentationis auget inferentis vnū pluribus cōtrariari. Vt sic arguat philosophus cōtra tenētem ꝙ vni sit tantum vnum contrarium. Aequale non opponitur magno soli, nec paruo soli, quia non est maior ratio de maiori quàm de minori ꝙ opponātur æquali. Et iterum per te non opponuntur ambobus, ergo nulli, consequens est falsum, quia inter æquale & magnum & paruum vtimur ista dictione, Vtrum, cuius non est vsus, nisi inter opposita, vt ꝓbatū est in præcedenti textu, ergo oportet ꝙ antecedens sit falsum, non autem quo ad primam partem, propter probationem inductam, quia scilicet non est maior ratio de vno quàm de alio, ergo quo ad secundam, & sic falsum est ꝙ non opponatur ambobus, ergo oppositū eius est verum, videlicet ꝙ opponatur ambobus, quod erat intentum consequens huius argumentationis primæ contra veritatem & determinationem illam, ꝙ vni nō nisi vnū opponatur seu contrarietur. Quod. n. ly nec ambobus, se teneat ex prętactis in hac argumētatione, cum clare pateat ex prędicto formalissimo mō arguendi, tum etiā ex modo loquendi Aristo. est manifestū. Preponit. n. totū añs probationi vnius partis, quam ipse cogebatur probare vt intentum assumpti propositi ex ea cum altera parte, quam ideo non probauit quia ab aduersario concedebatur, ex doctrina prælibata, ꝙ vnum inquam vni tantum contrariatur, efficaciter posset inferre. Et hic de præsenti defensione satis.

DEFENSIO XXIII.

Libro. 10. tex. cō. 21. parte secunda.

Multitudo autē quasi genus est numeri. Est enim numerus multitudo vno mensurabilis.

HOC IN LOCO Anto. an. sanctum Doctorē a Mauritio in margine citatum impugnat circa præsentis partis expositionem sic dicens: Notandum ꝙ quidam expositor exponens istam literā dicit, ꝙ pluralitas vel multitudo absoluta quæ opponitur vni quod cōuertitur cum ente est quasi genus numeri, quia numerus nihil aliud est quàm pluralitas mensurata per vnum. Ita ꝙ vnum secundum ꝙ simpliciter dicitur ens indiuisibile, conuertit̄ cum ente: ſm autem ꝙ accipit rationē mensurę determinatur ad genus quantitatis, in qua ꝓprie inuenitur ratio mensurę. Similiter pluralitas secundū ꝙ significat entia diuisa non determinat̄ ad aliquod genus, secundum aūt ꝙ significat aliquod mensuratū, determinatur ad genus quantitatis, cuius species est numerus. Ideo dicit ꝙ numerus est pluralitas mensurata vno, & ꝙ pluralitas est quasi genus numeri, nō ꝙ simpliciter sit genus. Sicut. n. ens non est genus proprie loquendo, sic nec vnū quod cōuertit̄ cū ente, nec pluralitas ei opposita, sed est quasi genus, ga hēt aliqd de ratione generis inquantum est cōtus. Hęc ille. Sed hęc expositio deficit, ga numerus non solū reperit̄ in genere quātitatis, q. s. causat̄ ex diuisione cōtinui, sed etiā est numerus transcēdēs, cuius principiū est vnū quod cōuertit̄ cū ente, vt dictū fuit quinto huiꝰ. ca. de vno Falsum ergo est dicer̄ ꝙ vnū vt est mensura, & pluralitas vt est aliqd mensuratū, sint determinati generis, ga in quolibet etiam genere, est aliquod vnum quod est mensura. Dr autem pluralitas esse genus numeri, non ꝓprie, & ideo dicitur quasi genus, sed forsan pro tāto, quia ratio pluralitatis videtur absolutior ratione numeri, quia numerus videtur addere ratione mensurabilis super pluralitatem, licet omnis numerus sit pluralitas, & omnis pluralitas sit numerus aliquis, saltē transcendens. Hęc omnia Anto. an. formaliter. Licet autem quo ad rei veritatem minima sit & forte nulla in hoc differentia inter Thomistas & Scotistas, si vtrorūq; opinantium intentio attendatur. Quia tamē isti boni homines, quo ad verba magnificant se sancti Thomæ impugnare expositionē, ideo ob defensionem veritatis cui exteriori facie se opponere videtur, aliquadicam. Prætermittens hoc ꝙ indecens admodum est viro prudenti, & alienum valde ab omni philosophico collucratore, opinionem aliquam vel expositionem, non ratione, non authoritate aliquorum quos pars vtraq; concertantium vereatur, sed sola negatione refutare, vt statim omnibus palam fiat hos viros non ratione, sed voluntate duci circa veritatis inquisitionem. Quia si dicant ꝙ probatio inducitur ex dictis in quinto, maiore id reprehensione dignum est, vt textum in quinto contra sanctum Thohic inducat in quo loco cū sancto Tho. concordat. Oportet igitur vel ꝙ sanctus Tho. hic & ibi sibīpsi repugnet, quod vtiq; si esset, scio nō tacuisse pro honore suo. Vel si sibi non repugnat, sicut hic ita & ibi a te fuerat oppugnandus. Quod etiam eiusdem benevolentiæ gratia non omisisses. Vel certe hoc in loco sine causa & sine sapiētia illi te opponas, quod quidem verum est. Et vt hoc euidenter omnibus appareat, tria in hac nostra defensione faciemus. Primo quidem probabimus ꝙ ratio numeri, et similiter ratio mensurę et mensurati prius cōpetūt vni & multitudini de genere q̄titatis q̄ vni et multitudini transcēdētibus. Secūdo manifestabimus huius viri oppugnationē esse vanā

Universidad de Deusto
Biblioteca

I tati perusam multipliciter. Tertio cõsurabimus expositionem eius super illo verbo Philosophi (Quasi genus). Quã cum ad primũ probãt propositũ dupliciter, primo ex parte significati nominis numeri. Secũdo ex parte mensuræ & mensurati. Ex parte igitur huius nominis, numerus, probatur propositum tripliciter sic primo. Nullum nomen proprium alicuius speciei potest proprie conuenire alteri ab illa, & præsertim communissimo ad illam et alias species, iã enim non esset proprium, immo nõ solum alteri alicui, sed omnibus sub illo cõmunissimo cõtentis proprie cõueniret. Sed sic est ꝙ numerus est proprium nomẽ determinatæ speciei quantitatis. Species enim discreta cõdistincta orationi, nõ nisi nomine numeri proprie significatur, vt patet ꝑ Arist. in prædicamentis & per omnes peripateticos, ergo &c.
Secũdo quasi ex oppositto sic arguitur. Si nihil plus importaret numerus q̃ multitudinem absolute, vt mensuratã tamẽ per vnũ absolute, sequereꝫ ꝙ non magis esset spẽs quantitatis numerus q̃ cuiuscunq; alterius generis, quod est contra omnes philosophos. Probatur cõsequẽtia, quia in omni genere inuenitur multitudo mensurata per vnũ prędicto modo. Nam & per te in omni saluatur ratio vnius & multitudinis, & ratio mensuræ & mensurati, ergo non habet magis quantitas q̃ alia genera, determinatã aliquã speciẽ quæ vocetur & sit numerus. Tertio. Illud q̃d causatur ex diuisione continui, & q̃d cognoscitur etiã negatione cõtinui, non cõpetit proprie ꝑm suũ nomen alicui trãscẽdẽti, patet ista, quia transcendentia abstrahũt a continuo. Sed numerus est huiusmodi. Nam Arist. 3. phys. tex. cõ. 68. dicit ꝙ numerus non est separabilis a decisione continui. Et 2. de anima tex. com. 24. dicit ꝙ numerus est sensibile cõe, tale aũt non est nisi quãũ. Et tertio de anima, tex. c. 133. dicit ꝙ numerus cognoscitur negationi cõtinui, & in prædictis locis loquit in cõi & absolute de numero, & nõ de hoc vel illo, ergo cum hæc non conuenirent nisi numero de genere quantitatis, sequitur ꝙ ille solus debeat ꝓprie & absolute dici numerus. Ex ratione vero mensuræ & mensurati probatur propositum sic. Cuicunq; competit proprie & primo ratio mensuræ & mẽsurati, eidem etiã proprie cõpetet nomẽ numeri & principũ eius. s. vnius. Nam etiã ſm aduersarios numerus addit supra multitudinẽ rationem mensurabilis &c. Sed sic est ꝙ rõ mẽsuræ & mẽsurati primo cõpetit numero de genere quãtitatis, & vni quod est principiũ eius, ergo &c. Minor est Arist. in hoc eodẽ libro 10. t. c. 2 Dicit enim ꝙ esse metrũ. i. mensurã, maxime cõpetit quantitati, & per illam deriuatur ad alia genera, per quod omnibus liquet ꝙ loquitur de quantitate, vt est vnum genus distinctũ ab aliis, & non de quantitate analogicæ sumpta ad quantitatem molis & virtutis, vt conatur Anto. andr. peruertendo tex. illum exponere. Probat autem Philosophus ꝙ mensura primo inueniatur in genere quantitatis, per diffinitionem metri dicens: Metrum etenim est quo primo quantitas cognoscitur. Ex quo postea inducit ꝙ quantitas inquãtum quantitas. i. secundum propriam quantitatis rõnẽ qua ab aliis generibus distinguitur, cognoscitur, & cõsequẽter mẽ suratur vno. Sic igit patet ꝙ hoc nomẽ numerus maxime & proprie dicitur de specie quantitatis discreta, cui etiã proprie cõpetit ratio mensuræ. Improprie autẽ & per quãdã trãsumptionẽ et similitudinẽ, tã nomẽ numeri q̃ rõ mensuræ, ad alia deriuaꝫ, vt patet ex dictis Arist. vbi supra. t. c. 2. Immo idẽ ibi habeꝫ per Anto. an. Expresse. n. dicit iuxta ſam ꝙ rõ mensuræ est maxime ꝓpria quantitati, et primo ei cõpetit, & exinde ad alia gña deriuatur. Quoꝝ verborũ forte hic non fuit memor. Sed oportet sapientem & maxime illum qui sapientiori se opponit, esse memorẽ. Non potest aũt id quod est propriũ vni gñi, sic ꝙ cõstituat speciẽ determinatã illius gñis, ad alia deriuari per illud, nisi illis aliis improprie cõpetat & per similitudinẽ. Alias decẽ gña nõ essent impermixta, nec essent formaliter primo diuersa.

Et hæc de primo. Quantum ad secundũ ꝙ. Impugnatio ista vana sit, ex his patet. Nã si intendat in sua impugnatione ꝙ rõ mensuræ & mensurati inueniuntur in omni genere æque primo & proprie & maxime &c. vt innuunt verba eius. Falsum. i. & non probatũ nec hic nec alibi, & contradicit sibiipsi & Philosopho in t. 2. huius lib. Si aũt intẽdat ꝙ cõpetat omni gñi per quãdã deriuationẽ a quãtitate cui primo & proprie & maxime cõueniꝫ, hoc verũ est, nec huius oppositũ dicit hic aut alibi S. Tho. Immo hoc ipsum egregie ipse declarat super. t. 12. 5. huius. Vnde nõ debebat Anto. an. hic verba spargere in vanũ, cũ præsertim hic etiã S. Tho. idem innuat dicens ꝙ in gñe quantitatis inuenitur proprie rõ mensuræ, vt ex illo verbo proprie, det intellige re ꝙ in aliis generibus etiã inueniꝫ, licet non ita proprie, vt alibi declaratum est per eũ vbi magis erat ad propositum s. super prædicto. t. 12. 1. huius, & super. 2. t. in hoc. 10. Sic igitur patet ꝙ vnũ vt est mensura, & similiter numerus vt est quid mensurabile, proprie & primum sunt determinati gñis q̃ntitatis. Sed nec huius oppositũ ꝓbauit hic homo in quinto vbi allegat. Quinimmo super t. 12. optime conformiter Sancto Thomæ propositum nostrũ declarat, dũ dicit, ꝙ de rõne mensuræ sunt duo. Primum eſt replicatio vnitatis super numerum. Secundum est esse principiũ cognitionis mensurati. Quæ quidem, quia ambo conueniunt quantitati, aliis vero generibus nonnisi secundũ illoꝝ, ideo primo & proprie mensura inuenitur in quantitate, improprie & secõdario in aliis. Hæc ex illo ibi. In hoc tamen etiã ibi ab Aristotele doctrina aliqualiter deuiauit, quia vt habetur in tex. 2. huius. 10. sæpe allegato. De ratione propria mensuræ non est esse principiũ cognitionis absolute vel respectu cuiuscunq;, alias omne principium cognoscendi deceretur mensura aliquo modo, & sic prẽmissa esset mẽsura conclusionis, & diffinitto diffiniti &c. quæ sunt aliena a modo loquendi philosophoꝝ. Sed dixit Arist. de rõne mẽsuræ esse ꝙ sit principium cognoscendi quãtitatẽ. Sic. n. ibi probauit vni, primo & maxime competere rõnem mensuræ, quia vnum est quo quantitas cognoscitur. Et ꝙ loquaẽ de determinato genere quantitatis, patet vt supra dixi, quia quantitatem hãc immediate separauerat ab aliis generibus dicens, ꝙ ab ea deriuatur rõ mensuræ ad alia genera. Patet igitur propositum ex expositione etiam tua in quinto vbi te allegas. Sed forte dices, verum est, ꝙ rõ mensuræ proprie & primo conuenit quantitati, improprie autem & secundario aliis generibus. Sed tamen cum hoc stat ꝙ etiam proprie competat vni transcendenti, & similiter numero transcendenti competit, proprie mensurari, quia licet numerus transcendens non sit quantitas determinati generis, est tamen quantitas transcendens, & sic dico de vno, quod est principium eius. Quantitati autem non determinati generis, sed absolute, vt includit quantitatem molis & virtutis, proprie & primo competit ratio mensuræ. Sed contra hoc arguitur vt supra. Quod enim est proprium determinati generis, vt distinguitur ab aliis generibus sub aliquo communi siue vniuoco siue analogo, non potest proprie conuenire illi communi. Sed ratio mensuræ per te etiam super text. commen. 2. competit proprie determinato generi quantitatis vt distinguitur ab aliis generibus, ad quæ non nisi, vt induunt quoquo modo similitudinem quantitatis deriuatur, ergo non conuenit proprie quantitati analogæ, nec vni aut numero transcendentibus. Maior patet inductiuæ, vt quod conuenit primo homini, vt distinguitur ab aliis animalibus non conuenit proprie, & primo animali in cõi, & sic de aliis. Præterea. Si rõ mensuræ maxime competeret vni transcẽdẽti, vel competeret æque primo, & maxime etiam vni de genere quãtitatis, & hoc est impossibile, quia nihil potest primo cõptere duobus & præsertim superiori & inferiori. Id enim quod competit primo alicui, oportet ꝙ ꝓ illud cõpetat oĩbus aliis, & sic per

sic per posterius competit illis aliis. Vel cõpetit per prius vni transcendenti q̃ vni de genere quãtitatis, & hoc nec tu dicis, ne potest esse verum, quia tunc non per quantitatem determinati generis, sed per quantitatem analogam competeret aliis generibus ratio mensurę, contra Philosophum in principio huius. 10. Sed nec est possibile aliquid competere proprie alicui analogo, & per transumptionem cuilibet suorum analogatorum. Quicquid enim alicui analogo attribuitur, ex hoc ei attribuitur, quia competit per se proprie ei quod est primũ inter analogata, & per illud cõpetit omnibus aliis analogatis. Sicut patet quòd ratio sani, quod est quoddam commune analogũ ad sanum corpus, & ad sanam vrinam, per prius, & proprie competit sano corpori, & per attributionem ad illud, competit & vrinæ. Et si hoc est verum de ratione formali ipsius analogi, multo magis de his omnibus quæ rationem formalem consequuntur, cuiusmodi respectu vnius, est habere rationem mensuræ, & respectu numeri, habere rationem mensurati. Non enim vnum transcendens diffinitur per esse mensurũ, sed per esse ens indiuisum, vt patet per Arist. quarto huius, & per omnes peripateticos vbique. Nihil ergo est dictu, immo formaliter implicat, quòd aliquid competat primo ipsi vni communi analogo & similiter numero, & per ipsum deriuetur ad vnum & numerum in quolibet genere, et primo in quantitate &c. cum de ratione analogi hoc sit, ꝙ nihil de eo dicitur, nisi quia id proprie & primo competit suo primo analogato. Oportet ergo quòd ratio mensuræ & mensurati, ideo de vno & numero analogis dicantur, quia proprie & primo dicũtur de vno & numero alicuius prædicamenti, & per illud ad alia deriuetur. Et tale prædicamentum est quantitas, vt ex supra dictis & allegatis patet. Et hæc de secundo. Quantum ad tertium. Sciendum quod motiuum Sancti Thomę propter quod hic dixit, numerum proprie non inueniri nisi in genere quantitatis, sunt verbum Philosophi, hoc inquã ꝙ multitudo est quasi genus numeri. Ex hoc enim aperte deducitur ꝙ non omnis multido est numerus. Et cum ratio numeri cõsistat in mẽsurabilitate, sequitur, ꝙ ratio hæc non proprie cõpetit multitudini analogæ ſm totum suum ambitũ, quia non omni &c. & intelligitur de numero ſm propriã significationẽ, & similiter de mensura & mensurabili. Quia tamen nullũ analogum est proprie genus, ideo nõ dixit simpliciter Philosophus ꝙ sit genus, sed quasi genus, quia videlicet est cõmunius prædicatũ. Anto. autẽ an. exponit ly quasi genus. t. absolutiuus. Nec audet dicere ꝙ sit, sed dicit ꝙ videt ipsa ratio pluralitatis esse absolutior rõne numeri. Nec dicit ꝙ numerus addat, sed ꝙ videtur addere rõnem mensurabilis super pluralitatem. Ex hoc quippe modo loquendi non fit mam doctrinam se tradere manifestat. Doctrina autẽ sancti Thomæ habet determinate & certe, ꝙ ratio multitudinis est absolutior, quàm ratio numeri, si per rationem absolutiorem, intelligamus rationem pauciora includẽtem, seu minus contractam. Habet etiam determinate quòd numerus addit rõnem mensurabilis super multitudinem, vt habetur expresse hic ab Arist. dum probat multitudinem esse quasi genus numeri, quia inquit numerus est multitudo vno mensurabilis. Et cum hoc etiam habet doctrinam sancti Thomæ, quòd non ideo dicatur multitudo quasi genus numeri, quia habeat rationẽ magis absolutam. Hoc enim non esse bene dictum, probatur sic contra Antonium and. Vel enim competit multitudini ꝙ possit dici quasi genus numeri ratione absolutionis seu abstractionis illius præcise, quæ importat minorem contractionem, vel cum hoc etiam ratione cõmunitatis quæ importatur in abstractione vniuersalis a particulari. Si primo modo, ergo quicqd primo modo erit abstractũ in cõparatione ad alterũ, cum præcisione secũdæ abstractionis, poterit rõne illius primę abstractionis dici quasi genus illius. Qđ est falsum vniuersaliter. Sic. n. ens posset dici quasi genus vnius & veri &c. & quodlibet subiectũ esset quasi genus respectu sui sub ꝓpria passione, vt homo respectu hominis risibilis, & sic de aliis, quam doctrinam, nullus adhuc ex Arist. propinauit. Sed ipse potius in quarto huius dixit, ꝙ ens & vnum sunt omnium genera, quod quia proprie non est verum, sed interpretãdus est, quasi genera, si hanc ipse interpretationem admitteret propter absolutiorẽ rationẽ, non connumerasset vnum enti, sed de ente solo dixisset, ꝙ esset quasi genus omnium & etiam ipsius vnius, quia est eo absolutius. Intẽdit igitur Arist. hic & ibi, alicui competere, quòd sit quasi genus alterius, quia est communius eo, & consequenter rõne secundæ abstractionis. Licet ei desint aliquæ conditiones requisitę ad genus proprie. Et confirmatur. Sicut absolute & simpliciter non potest aliquid dici tale, puta homo, nisi ei competant omnia quæ sunt de ratione hominis, ita non potest dici aliquid quasi tale, nisi aliquid participet de his quæ sunt de ratione eius. Si enim nihil participet de his quæ sunt de ratione eius, diceretur simpliciter non esse illud. Sed de ratione generis non est abstractio prima nisi quatenus includitur in secunda, ergo ob primam abstractionem præcise seclusa secunda, & omni alio quod pertineat ad rationem generis, puta prædicari in quid vniuoce &c. nõ poterit quicquam dici quasi genus, sed simpliciter potius dicendum est tale quid nõ esse genus. Et sic patet ꝙ illud verbum Philosophi, non potest alio modo exponi q̃ fecerit sanctus Thomas. Et de præsenti defensione satis. Benedictus Deus. Amen.

DEFENSIO XXIIII.

Libro decimo, tex. com. 25. parte secunda ſm partitionẽ sancti Thomæ, tertia vero ſm Anto. an.

Non facit autem differentiam materia. Nõ enim hominis species, sunt homines propter hoc. Quãuis diuersę carnes & ossa ex quibus hic & hic &c.

HOC IN LOCO Aristoteles cum expresse dicat, quòd homines non sunt plures numero in vna specie, nisi propter diuersitatem materiæ, quia. s. sunt diuersæ carnes & ossa ex quibus est hic & ille &c. vt literã præ se fert, manifeste patet ꝙ materia est indiuiduationis principium ſm Philosophum. Quod quidem fugere cupiens Anto. an. dicit sic in præsenti passu: Aduertendum autem, ꝙ non oportet hinc sumere argumentum ꝙ materia quæ est pars essentialis, sit causa indiuiduationis, vt ait quidam expositor (Hunc Mauritius in margine vocat Thom.) quia æqui vocatur (inquit Anto. and.) de materia. Accipit. enim Philosophus materiã ꝓ differentia indiuiduali, vel pro ipso in diuiduo, qđ respectu speciei est quoddã materiale. Et per hoc habet intentum, ꝙ differentiæ cõtrariæ consequentes rẽ ſm esse materiale. i. indiuiduale, nõ faciũt differre spẽ de qua materia dictũ est in 5. huius cap. de vno, & in. 7. frequẽter. Hæc ille formaliter. Vt autem fugam hanc omnibus clarum sit esse præclusam, primo dicẽdum occurrit quòd licet diuersa principia indiuiduatia non faciant differre specie, non tamen Arist. talia principia appellat differentias in diuiduales, sed dicit ꝙ contrarietates quæ sunt in concepto cum materia, non faciunt differre specie. Et dat intelligere per hoc, qđ ab ipsa materia habent hoc qđ nõ faciant differre specie, cum per hoc id habeant, quod sunt in concepto cum materia vt sic. Vnde illud postea magis expresse ponit dum dicit: Non facit differentiam materia. Et hoc declarans subiungit. Non enim hominis species sunt homines ꝓpter hoc, quãuis diuersæ carnes & ossa, ex quibus hic & hic &c. Patet ergo expresse ex verbis suis ꝙ diuersitas secundum speciem non est ex diuersitate materiæ, sed diuersitas ſm numerũ. Et patet etiã ꝙ loquitur de materia quę est

Universidad de Deusto
Biblioteca

pars compositi, cum exemplificet de carnibus & ossibus, quæ sunt partes compositi. Infra etiam vbi obiici quasi diuersitas materialis faciat differre ſm speciem, eo quòd hic homo & hic æquus differunt specie, & quilibet eorū non est hic nisi per materiam, & rōnes eorū sunt cū materia &c. non vtitur nomine differētiæ aut diuersitatis, indiuidualis, sed simplici nomine materiæ dicēs: Vtrū materia nō facit diuersa specie &c. Et tamen si de tali ab his ficta differentia intenderet, si etiam alicubi tali aliquo vocabulo vti fas esset, hic præcipue opportunū fuisset, vbi ex intētione de principio diuersificante indiuidua sermonē faciebat. Vnde patet ꝙ Anto. and. expresse diuertit ab intentione literæ, dum a materia parte copositi quam expresse Philosophus in exēplis inducit, transit ad hæceitatem nōn̄ ab eo excogitatā. Ad sapientes igitur & Arist. doctrinā sectantes elicit hinc argumentum inuictum, ꝙ materia sit indiuiduationis primum principium. Ad viros autem determinatę mētis, qui omnia pro voluntate peruertunt, & Philosophi verba immutant, & prout eis placet, & præcipue vbi Arist. sibi aduersantem cernunt per supple, supple addunt ea sæpe, quæ nūq̄ Arist. somniauit, diuerticulaq; sibiipsis hoc modo parantes, & hinc inde sicut damulę fugientes prosiliūt, ad hos inquam non solum non est doctum argumentum inducendum ex Aristo. sed neq; cum eis esset etiam disputandū, cū principia pro voluntate negēt apud Philosophū, & oēs vere peripatheticos famigeratissima, vt p̄cipue in huius quæstionis arti. patet. Vbicunq; enim Philosophus materiæ naturā inquisiuit, & certe q̄ accurate, in primo in quā physi. & 5.6.8.11.12. metaph. ac alibi sæpius, nō nisi de materia parte cōpositi, ꝓpinqua vel remota, & de materia sensibili & intelligibili fecit mētionē, & exēplis tū in artificialibus, tum in naturalibus, nonnisi ac promentibus declarauit, & tamen sæpe isti hoies nōnisi de quadam materia sui capitis interpretantur. Ad hos igitur non argumentū eliciamus in uictū, sed eis dicamus ꝙ diuus Tho. expositiue loquutus est, quod vnicuiq; fas est pro libito, dūmodo verbis vel intentioni Philosophi non repugnet, quod ipsi deberent probare, q̄n diui Tho. expositionem spernunt. Quinimmo super ea quæ dicta sunt, patet eius expositionē, Philosophi literam quadrare, cū de materia Philosophus loquat, quæ distinguitur contra rōnem. i. formam, vt patet expresse in litera, etiam ſm Anto. and. expōnem, materia aūt conditiua formæ, est illa ex qua cū forma, cōpositum fit, per hoc ꝙ in materia forma ipsa recipitur. Nec attribuit S. Thom. vocabulis Philosophi noua & aliena significata, vt hic homo semper facit, vbi inuenit ipsum Philosophū propriis phantasiis cōtrarium. Et præsertim in hoc loco, dū ipsam materiam dicit significare vel proprietatem indiuidualē, vel veram materiam, quæ est pars cōpositi vt contractam ad, in diuiduationem, vel etiam ipsum totum indiuiduum quod est totum materiale respectu speciei &c. Cū tñ nullū istorum prædicto modo significet, sed tñ ipsam materiā quæ est pars compositi, non quidē vt indiuiduatā, sed etiā simpliciter quæ subiectum primum est formæ substātialis, & primum indiuiduationis principium. Signāt tñ aliquando ipsam materiā ꝓximā seu secundā, quę etiam subiectū dicitur, vt habes in 5. & 8. huius. Pollet aūt & satis iuste cōqueri Arist. ꝙ vocabulis a se pro distincto ac determinato significato assumptum, hi hoies ausi fuerint multiplici æquiuocatione confundere, sibiq; magnā hanc infamiæ maculam inferri, ꝙ vocabulo æquiuoco, pro diuersis significatis, in vno etiā literæ cōtextu, iuxta hoīs expositiones vtatur, & nūq̄ æquiuocationē eius aperiat. Sed nec Cōmenta, aut Alex. Albertus magnus, vel diuus Tho. cęteriq; Arist. aloni, fidissimiq; interpretes, donec his viris tātummodo æquiuocatio ista in cōfusione Philosophi innotuit, & prodoctrina (quamuis fictio sit) ab eis affertur absque timore. Sed satis nunc de his. Vbi enim hic homo se in quinto allegat, in nostra septima defensione, de hac eadem materia sermonem fecimus copiosum. Benedictus Deus. Amen

DEFENSIO XXV.

Libro. 11. lec. 5. parte prima.

Ens autem multipliciter, & non secundum vnum dicitur modum. Siquidem igitur æquiuoce, secundum commune autem nihil, non est sub vna scientia. Non enim est vnum genus talium. Si autem secūdum aliquid commune, erit vtiq; sub vna scientia.

HOC IN LOCO Mauritius in margine, valde irreligiose, vt sui moris est, loquitur, dicens ex verbis expositoris illius. s. Anto. and. vel etiam ex verbis Philosophi, argumentum efficax haberi contra proteruos, qui negant vniuocationem entis. Ergo ne diuus Thom. Albertus, Egidius & reliqui christicolæ. Si Comment. etiam ac alios ethnicos, præclarissimq; tamen sapientiæ viros omittamus, & innumerabilia luminaria mundi, proteruiæ notam incurrunt, eo ꝙ in Scotistica, hoc est vmbrosa officina non residēt, sed suo ingenio altius attolluntur his hominibus in suis tenebris derelictis. Licet enim horum nullum hic nomines, quia tamen omnibus Philosophantibus apertissime constat Docto. illos clarissimos opinionem illam defendere, omnibus simul tu contumeliā intulisti. Miles a doctoribus solutum est infirmissimum illud motiuum, ꝙ videlicet subiecto scientiæ sat est vnitas analogica, vt hic apertissime Philosophus edocet. Analogia vero vniuocationē haud q̄q̄ admittit, sed excludit potius vt sibi aduersam. Et analogicę dici ens cū pluries Philosophus docet, tū maxime id asserit 4. huius in principio dicēs: perinde ac sanum de medicina & vrina, ens de omnibus prædicari. Quia vero non vniuoce, docemur præcipue ex tertio huius texti commen. 10. vbi probatur non esse genus. Omne quippe vniuersale vniuocum, ex quinq; vnum aliquod sit, ni Porphyrius fuerit diminutus, necesse est. Nulli autē posset conuenientius generis diffinitio conuenire q̄enti, si vniuocum sit, cum prædicetur vt vniuersalissimum in qd de omnibus. Castiga igitur linguam miser. Eo quippe prouentus quis appellaris his esset, quo nihil concedit, non rationem exquirit, non regula sapientię sed volūtate regitur. Eo quippe is incurabilis quo imperſuasibilis est, vt & tu paulo infra notas in margine. Attende si Thomistæ sunt eiusmodi. Neque enim schola in mundo est, quæ magis auctoritatibus & rationibus roboretur & fulgeat, q̄ ea quæ Thomistarum dicitur. Vtæ siquidem & opiniones eorum communes appellantur, eo quòd communiter sapiētes, qui ratione ducuntur eis inhæreāt, nonnullis qui sui capitis obtusum sensum duntaxat sequuntur, quasi per Dei prouidentiam, vt veritatis impugnatoribus, ad sapientum exercitium derelictis. Sed & supra malitiam in illata contumelia, ostendit & hic homo mentis cæcitatem, dum hinc pro sua opinione elicere conatur argumentum, vnde sua potius opinio infirmatur. Cum enim dicat hic Philosophus, ens multipliciter & non secundum vnum modū dici, mox indicat non esse vniuocum. Ea quippe quæ in modos sit diuisio, ad multiplicia tantummodo pertinere innuit Aristotelis processus in metaphysica, quo iuxta legem in topicis assignatam, ꝙ omne multiplex prius diuidendū q̄ diffinien dum sit, diuisiones multiplicium terminorum propriis de eis fiēdis disceptationibus pręmisit in quinto. Quo loci & ens ipsum in modis partitus est, vt etiam specialiter edoceret, inter multiplicia computari, qualia quidem nō vniuoca sunt, cū suæ hęc notitiæ principiū a diffinitione nāciscātur. Vna est ēt vniuoci rō nois vnius ab inferioribus equaliter participata si in ante prædicamentis Philosopho credimus, si vt veri Pḥi loqui volumus, Qđ autē sic vnum est,

est, non in modos, sed in species iuxta cōmunem sapiētum consuetudinem diui dicitur. Hic tamen multiplicitate modorum entis nō obstante, voluit in hoc loco Philosophus docere, ꝙ ipsum ens vnius scientię obiectum esse potest. Illa quippe quæ plures in modos partiuntur, sunt in duplici differentia. Quædā nāq; plures explicant rationes, quāuis adinuicem ordinatas, vt homo dum de vero ac picto prædicari contingit. Et tale vt sic, scientiæ subiectum esse non potest. Quædam autem analoga sunt quæ vnicam promūt rationem formalem, in qua tamen analogata æque nō conueniunt, sed vni potius, eorum in quam primo, aliis autem per attributionem ad primum ipsum, ratio conuenit. Tale autem sic commune non refugit scientiā in obiectum assumere. Nā & expresse Philosophus quarto huius. t. 2. dicit ad eandē scientiam pertinere nō solū quę gēnę aut specie vnum sunt, sed illa etiā quæ vni fini, vel vni agenti, vel vni etiā substātiæ attribuuntur, vt ibi Cōmenta. affirmat. Dicto igitur hoc in loco ꝙ ens habeat plures modos, statim Philosophus declarauit pluralitatem istā nullatenus impedire quin ad vnam spectet scientiam, subdens: Siquidem igitur æquiuoce, secundum commune autem nihil (Quod addidit ne quis æquiuocationem sic accipiat, quasi nō analogam excludat) non est sub vna scientia. Non enim vnū genus talium. Si autem ſm aliquid cōmune, erit vtiq; sub vna scientia. Ex quibus verbis apertissime constat, ꝙ ens non est vniuocū, cum multipliciter dicatur. Nec pure æquiuocum. Tale enim sic dicitur æquiuoce, ꝙ ſm commune nihil, idest non dicit commune nisi nomen. Hoc autem nō pertinet ad vnam scientiā, ergo non est ens tale pure æquiuocum, cum pertineat ad vnam scientiam vt eius scilicet obiectum. Vnde patet quòd per talem modum arguendi quem obseruat hic Philosophus, non potest inferri, quod ens sit vniuocum, immo cum expresse inferatur, quòd non sit purum vniuocum, eo quod dicatur multipliciter, & etiam quod non sit purum æquiuocum, oportet ꝙ de necessitate sequatur quod sit medio modo se habens. Quem modum Auicen. primo, & post cū omnes, analogiam appellant. Multa de huius quæstionis materia dici possent, quæ qa per aduersarij verba non aliter explicare cōpellor, ad doctores nostros vidēda studiosos remitto, sat fuit ostē dille, quod ex præsenti pallu Philosophi elicere nō possunt quod eis faueat, sed magis quod eorum falsitates explodat.

Mirum est autem ꝙ hi homines vt se ex omni parte veritati opponerent non dixerint, hinc & argumentum elici, quod ens etiam genus sit, cum verba Philosophi nisi sane intelligerentur id expresse videantur insinuare, tū quia prædicatur maxime de pluribus differētibus specie in eo quod quid, & secundum eos etiam vniuoce. Facilius quippe hoc ipsum potuissent elicere secundum apparentiam verborum, quàm hoc tantum quod videlicet ens sit vniuocum, quod quidem nō nisi per has falsas consequentias inferunt videlicet. Ens non est æquiuocum, ergo vniuocum. Est quid vnum, ergo vniuocum. Est subiectum scientiæ, ergo vniuocum. Quas consequentias omnes licet in veritate pueriles sint, & ab exercitatis in philosophia, ac logica plurimum deridendæ, hic tamen homo adeo efficaces existimat, vt eis non consentientes, proteruos appellare non vereatur. O docta proteruia.

DEFENSIO XXVI.

Libro vndecimo, lectio duodecima, parte prima secundum Sanctū Thomam, seu cap. 10. & parte vltima, ſm Antonium andream.

Si igitur prædicamenta diuisa sunt, substantia & qualitate, loco, facere, aut pati, ad aliquid, & quādo, necesse tres esse motus, qualis, quanti & loci.

HOC IN LOCO Antonius an. impugnat quādam rationem quàm Sanctus Thomas inducit, cur videlicet Aristoteles inter genera ad quę non est motus prętermisit connumerare hęc tria, scilicet quando, situm, & habitum. Dicit ergo sit Antonius an. Notandum quod Philosophus videtur prætermisisse tria prædicamenta, scilicet quando, situm, & habitum, de quibus nō est locutus, vtrū in eis sit motus vel non, quare videtur insufficienter dixisse. Dicitur a quodam expositore (Hunc Mauritius in margine vocat Thomam) quòd quando, significat esse in tempore. Tempus autem est numerus motus, & ideo eiusdem rationis est non esse motum in quando, & non esse motum in actione & passione, quę significāt aliqualiter ipsum motum. Nam actio & passio sumpta pro re acta, est idem realiter quod motus. Positio autem vel situs non addit supra, vbi, nisi ordinē partium adinicem. Habitus etiam importat determinatam habitudinem indumenti ad indutum, & sic videtur eiusdem rationis ꝙ non sit motus in situ, & habitu, & ꝙ non sit motus in ad aliquid. Sed ista expositio videtur deficere, tum primo quia licet quādo, significet esse in tempore, & tempus sit numerus motus, qui est idem quod actio, non sequitur ꝙ si in actione non sit motus, ergo nec in quando, quia quando, est aliquid distinctum realiter a tēpore, sicut respectus ab absoluto, & est in alio prędicamento. Tempus etiam est distinctū ab istis motibus inferioribus quos mensurat. Non ergo valet, in vno distinctorum non est motus realiter, ergo nec in alio. Tum secūdo quia videtur impropriè loqui de positione, quæ est prędicamentum, & non distinguere inter positionem quę est differentia quantitatis, & quæ est prædicamentum, de qua nunc quærimus quæ dicit ordinem partium in loco, cuius oppositum iste dicit. Non etiam valet similitudo ad vbi, quia reducitur contra ipsum. Nam si in vbi est motus, ergo & in situ sine positione, cui secundum te non addat supra vbi, nisi determinatum ordinem partium. Tum tertio, quia non videt valere ꝙ quia in ad aliquid nō est motus, ergo nec in situ, nec in habitu, nisi plus addatur, cum sint prædicamēta realiter distincta. Aliter ergo potest dici & breuiter, ꝙ cum illa tria genera, de quibus quæritur, sint formaliter quidam respectus, licet nō sint de genere relationis, tamen intelliguntur per relationem de genere relationis propter eandem rationem. Nam sicut in ad aliquid negatur esse motus, quia non est ibi motus primo, ex eo ꝙ nihil mutatur secundum relationem nisi facta mutatione prius in aliquo absoluto, sic propter eandem rationem negatur esse motus in illis tribus generibus. Nunquam enim fit mutatio in quādo, vel situ, vel in habitu, nisi facto prius motu saltem locali vel in cœlo quantum ad quādo, vel in partibus corporis quantum ad situm, vel in vestimento, seu indumento, quantum ad habitum. Et ideo in his tribus gēnibus non est motus primo, sicut nec in ad aliquid. Quia igitur eadem est ratio non esse motum primo in ad aliquid & in his tribus, sufficerat Philosopho, forte causa breuitatis ostendere quòd in ad aliquid nō est motus primo, cum eadem ratio posset ad quodlibet horum trium generum de quibus quæritur, applicari. Hæc ille formaliter. Vt autem clare pateat oppugnationes istas veridicam Sancti Thomæ doctrinam non expugnare, tria in præsenti defensione faciemus. Primo, declarabimus quomodo intelligenda sint quæ hic affert diuus Doctor. Secundo ostendimus modum quo Antonius andreas nititur excusare defectum apparentem in litera Aristotelis, in multis deficere. Tertio, demum suis obiectionibus occurremus. Quantum ad primum, sciendum quod de natura & distinctione sex principiorū inter se, & a quatuor primis generibus, propter eorū minimā entitatem, & cōsequenter maximam difficultatem, est ambiguitas inter Thomistas, quibusdam asserentibus ꝙ sint puri respectus: quibusdam

Universidad de Deusto
Biblioteca

I vero ꝙ sint absoluta quædã sed sub respectibus: alijs autẽ ꝙ neutrum horũ formaliter importent, sed simplicem tantum modo denominationẽ extrinsecã, eo modo quo infra declarabituri materialiter aũt seu (vt ita dixerim) suppositi ue absolutum, vel etiam immediatius respectum. Ex Sancto Tho. quidem non clare habetur quæ harũ opinionum verior sit, cũ omnia quæ hic & alibi dicit sanctus Doctor de his sex generibus, pro se vnaquæq; istarũ opinionũ trahere possit. Vnde Auctor logicæ quę inscribit Sancto Tho. quam non Thomã angelicum, sed Thomam anglicum nostri etiam ordinis doctorem profundissimum, tenendũ est ꝙ didisse, vbi de his generibus tractat, se ad nullam prædictarum viarum determinat, sed media prætermissa, iuxta primam & tertiam distincte docet, quæ circa singula hæc genera dicendum aut tenendum sit. Mihi autẽ saluo saniori iudicio, & ad hos homines, pro nunc videt extribus his opinionibus veritas ista eliciẽda, ꝙ videlicet ista sex genera significant absolutum extrinsece denominans sub respectu, ita ꝙ prædictæ tres conditiones ad formalem eoꝝ rationem pertineant & concurrant. Hoc autem in quatuor extremis præcipue declarab, in quibus magis est difficile videre quid importent. Sciendum igitur ꝙ tempus comparatur ad temporalia vt mensura ad mensurata, & denominatur intrinsece mensura ab ipsa sua relatione mensuræ, qua refertur ad ipsa sua mensurata. Res quoque quæ mensuratur denominatur mensurata intrinsece ab ipsa sua relatione mensurationis quasi passiuæ, quæ est relatio realis de tertio modo relatiuorum. Vlterius ipsum tẽpus ex hoc ꝙ sic mensurat dicitur quasi adiacere rei quam sic mensurat. Et ex hoc habet ꝙ etiam denominet extrinsece rem quam mẽsurat, qua denominatione res illa dicitur temporalis & esse in tempore, quodquidem esse in tempore significatur per quando. Ex eo enim res aliqua dicitur formaliter aliquando, quia est in tempore seu temporalis. Et sic ipsum quando, significat tempus prout stans sub mensuratione denominat extrinsece rem temporalem. Et secundum ꝙ a diuersis partibus temporis, puta præteriti vel futuri, propinqui vel remoti, fit diuersa talis denominatio, ſm hoc inquam diuersificantur species ipsius qñ. Pari modo vbi importat esse in loco secũdum quòd denominatur extrinsece a loco vt stat sub relatione mensuræ, intrinsece quidem ipsi loco, extrinsece aũt ipsi locato, vt ex hoc videat locus quasi extrinsece adiacere locato. Sic & situs importat esse in loco, sed non simpliciter & absolute, vt vbi, sed ſm ꝙ partes locati habent determinatum inter se ordinem correspõdentẽ ad ordinem in partibus loci repertum, vt a loco sub tali ordine partium & vt mensura extrinseca, & ordine extrinseco, denominetur etiam extrinsece ipsum situatum sic vel sic esse in loco, puta sedendo, stando, vel iacendo &c. Habitus quoque significat quòd corpus humanum proprie, transumptiue autem etiam corpora aliquorum brutorum sic sunt in corporibus adiacentibus, vt illa habere dicantur per modum adiacentium quidem corpori habituato, sed extrinsece, quia non sicut pars vel quid continuatum. Et ex hoc denominatio per tale corpus extrinsecum facta, extrinseca etiam est. Quæ autem nunc dicta sunt, nõ solum non esse contra Sanctũ Thomam sed potius ad eius intentionem magis, quàm quicunque alius modus dicendi, considerandum est principaliter ex his quę dicit, vbi de talium principiorum natura & distinctione magis ex intẽtione loquitur, quàm ex his quæ dicit in hoc loco quasi incidenter. Quæ tñ etiã esse vera comprobabuntur ad intentionem qua hic de talibus loquitur. Ex intentione autẽ magis loquitur de his præcipue in tertio physicoꝝ, super tex. commen. 22. & 23. Ibi etenim inter cætera dicit sex principia distingui secundum diuersos modos prædicandi ex diuersa denominatione ab intrinseco. Sunt autẽ (inquit) quatuor quæ possunt taliter denominare, videlicet causa, esse-

ctus, mensura, & corpus adiacens corpori per modum habiti a corpore cui adiacet. Secundum autem prima duo, sumuntur duo prædicamenta, scilicet actionis & passionis. Secundum mensuram extrinsecam, sumuntur tria sequentia. Et secundum prędictum corpus extrinsece adiacens humano corpori vel alteri ad similitudinem humani corporis, sumitur sextum principium. Et addit quòd secundum quod aliquid denominatur extrinsece a tempore est prædicamentum quando. Secundum autem quòd denominatur a loco pari modo vt mensura extrinsece, est prædicamentum vbi & situs, qui supra vbi, addit ordinem partium in loco. Secundum autem ꝙ homo vel brutum ad similitudinem hominis, denominatur extrinsece a corpore, quod nõ est causa ad effectus aut mensura, est prædicamentum habitus. Hæc ex illo, vbi supra. Non sunt autem prædicta his quæ hic a Sancto Thoma dicuntur contraria vel aduersa, sed consona, quinimmo loca hęc inuicem se declarant. Qđ enim hic prętermisit de denominatione extrinseca, hoc ibi declarauit. Et quod ibi non dixit de ipsis esse per talia prædicamẽta significata, id hic expresit, dum in hac expositione dicit, ꝙ vbi significat esse in loco, & quando esse in tempore. Quod vero dicit hic positionem nõ esse aliud nisi ordinẽ partium adinicẽ, patet ex verbis suis ꝙ loquit de eo quod positio addit supra vbi, quasi dicat, nihil aliud addit supra vbi, nisi determinatum ordinem partium. Et loquit de ordine partium loci, secundũ ꝙ locus determinatus per determinatum ordinem partium, denominat extrinsece locatum partiformiter ordinatum in partibus. Et hoc vt dixi ex verbis diui Doctoris hic accipitur. Cum enim dicat ꝙ positio addit supra vbi ordinem partium, patet ꝙ positio ſm eum includit ipsum vbi, quasi materialiter, superaddens ordinem partium per se formaliter importatum. Ergo importat esse in loco, & mensurari locatum a loco extrinsece, sed non a loco indeterminate, sed sub determinato ordine partium. Importat ergo formaliter ordinem partiũ loci, prę suppositiue vero & quasi correspondenter ordinẽ partium locati vt locatũ, & non simpliciter vt totũ quoddam quantum est. Iste enim partium ordo & de rõne situs differentiæ quantitatis est. Si isthęc attendere voluisset aut potuisset Anto. an. non dixisset ꝙ Sanctus Doctor non distinguit, inter positionem quę est prædicamentum speciale ab ea quæ est de genere quãtitatis &c. Ex his omnibus patet quomodo tres prædictæ opiniones Thomistarũ de natura & distinctione sex principiorũ, aliquo modo dicũt quod verum est. Nam sunt puri respectus si sumantur quãtum ad vltimum complementum suæ formalis rationis. Sunt absolutum sub respectu quantum ad totale denominans. Nec hoc est ens per accidens sicut esset absolutum cũ respectu. Et extrinsece denominant, quantum ad modum prędicandi, quem ex natura quidem rei innascentẽ, vt prędicamenta tamen sunt, important. Pro maiori tamen dictorum declaratione, soluenda sunt duo dubia. Quorũ primum est, ꝙ cum prædicamenta sint realia, oportet ꝙ modi prædicandi fundentur super modos essendi secundum esse realia, & quòd quilibet tali esse correspondeat essentia et natura aliqua realis. Quærendum est igitur quæ sit in his realis ista natura. Nam si de prędicamento ipsius quando, loquamur, vel essentia eius est ipsum tempus, vel relatio temporis ad temporalia, vel opposita relatio rei temporalis ad tempus, vel aliquod prædictorum absolutorum, vt stat sub aliqua prædictarum relationum. Aliud enim non apparet quod videatur posse importari per quãdo, vt natura aliqua uel essentia. Sed non primũ, cum tẽpus sit species quantitatis. Nec secundũ aut tertiũ, quia illaꝝ relationum illa quæ realis est pertinet ad prędicamẽtũ relationis, vt patet quinto huius cap. de ad aliquid, quæ vero est rationis, non est in prædicamẽto. Nec quartum, tũ quia non videt maior ratio de vno illoꝝ absolutorũ ꝙ de alio, puta de

de tempore quàm de re temporali, tum etiam quia non videtur maior rõ ꝙ absolutum cum respectu sit ens p accidens, quam absolutum sub respectu, quia secundum includit primum, vt videtur. Ens autem per accidens non est in prædicamento, ergo non potest esse natura seu realis essentia alicuius prędicamenti. Secundũ dubium est, quia cum ordo partium in loco tam ex parte loci quàm locati sit ordo rationis, eo ꝙ non est inter distincta secundum esse, & similiter cum relatio mensuręad mensuratum sit relatio rationis tantum, vt patet per Philosophũ quinto huius ca. de ad aliquid, sequitur ꝙ si ipsum quando, vel vbi, vel situs, importent formaliter tales respectus, sint etiã formaliter entia rationis, nec obstat ea quoquomodo habere fundamenta realia, quia remota sunt, quo modo omne ens rationis, fundamentũ reale aliquod habet. Respectus quoq; qui importatur per habitum, rationis est & non realis. Cõsequitur enim rem vt procedit a volũtate, quia artificiale, vt sic, ergo &c. Pro solutione primi dubij sciendum ꝙ cum prædicamentum a prædicando dicatur, eo modo prędicamẽto vt sic cõpetet habere naturã, essentiam, esse &c. quo modo competunt hęc omnia prædicato vt sic, cuius vt sic est primo prædicari. Prædicatum autem vt sic, non dicit naturam vel essentiam vel esse in se solitarie, sed per respectum ad subiectũ, vt videlicet sit natura, essentia, vel esse ipsius subiecti. Secundum ergo ꝙ diuersimode competit alicui prædicari de subiecto, diuersimode etiam cõpetit ei ꝙ sit natura vel esse subiecti. Contingit autem ꝙ aliquid prædicetur de alio vt intrisecum illi, & tale denominat etiam intrinsece et essentia vel esse per ipsum importata, sunt illi intrinseca. Et si quęratur quæ sit realitas talis subiecti vt stat sub tali prædicato, respondebit ꝙ est hęc vel illa quę intrinseca illi subiecto est, puta substãtia, quãtitas, qualitas, vel ad aliquid, quę omnia insunt subiecto suo intrinsece. Quędam vero sunt prædicata quę prædicantur extrinsece: & eodem modo denominant. Vnde si de taliũ substantijs quęratur quę sit eorum essentia vel esse vt stant sub tali prædicato respondebitur recte, quod est illud qđ a subiecto extrinsecum est, & a quo denominatur extrinsece: & hęc est vt sic sua realitas, & ab ea vt sic dicitur, & est absolute & simpliciter. i. sine termino distrahente ens reale. Ad dubium ergo applicando, dicimus ꝙ realitas sex principiorũ, & esse super cuius modo fundatur modus prædicandi, est realitas & esse rei extrinsecę denominantis. Puta realitas ipsius quando quod significat rem temporalem esse in tempore, est realitas ipsius temporis vt denominantis rem temporalem, vt est mensura extrinseca eius. Et aliquid dicetur esse realiter aliquando, quia est in reali tempore inquantum mensura eius extrinseca: & hoc modo dicitur realiter denominare tale quid esse aliquando. Et nihil aliud pertinet ad realitatem ipsius quando, secundũ ꝙ prædicamentum est, & ab alijs distinctum. Sic eadem ratione dicẽdum est de vbi, ꝙ realitas & essentia eius est locus, vt denominans extrinsece locatũ. Et realitas situs est realitas loci, ordinem determinatum habentis in partibus, vt denominatis extrinsece locatum, in suis etiam partibus, ordinatum, correspondenter ad ordinem partium loci. Et realitas habitus est realitas ipsius corporis adiacentis corpori humano secundum totum vel secundum partem, ex qua tamen totum sic denominetur vt taliter adiacens est, & vt denominat sic extrinsece tale corpus se habere, puta vt sit vestitum, armatum &c. Et esse reale talium principiorum est esse in reali tempore vel loco &c. Licet igitur sit in prædicamento quantitatis vt continuo successiuum sub ordine prioritatis & posterioritatis in suis partibus sic numeratis: attamen ad prædicamentum etiam ipsius quando pertinet, vt denominat extrinsece ipsum temporale, & sua realitas, essentia, & esse, & vt induit hanc rationem denominationis huius extrinsecę, est huius prædicamenti propria realitas, essentia, & esse. Realiter enim res est aliquando, hodie, heri &c. prædicto modo. Et hoc sufficit ad realem prędicamentorum distinctionem: quia non secundum diuersas realitates, sed secundum diuersos reales modos prædicandi de prima substãtia, prædicamenta diuersa cõstituuntur, et adinuicem distinguuntur. Quod autẽ dicitur ꝙ absolutum sub respectu, puta tempus sub mensura dicit ens p accidens, negatur. Nec; enim quocunq; modo facta conuẽctio eorum quæ ad diuersa prædicamenta spectant, etiam si magis quàm prædicamenta adinuicem distinguerentur, causat ens p accidens. Sed solũ cõunctio facta in subiecto non ꝓprio & primo, & p modũ acerui. Exẽplũ primi, vt albũ. Exẽplũ secundi vt plures lapides sine ordine, plures hoses, plures canes &c. sine ordine. Nullũ. n. hoꝝ sic conuẽctoꝝ cõparatẽ ad aliud simul iunctũ, ut ꝓprius actus ad propriã potentiã, vt proprũ perfectibile & determinabile ad propriã pfectionẽ vel determinationẽ &c. Cõiunctio aũt eoꝝ quę licet ſm se valde distincta sint, etiã si vnũ sit ens reale, alteꝝ rationis, vt tñ conueniunt adinuicẽ cõstituũt vnam rationem formalem sub determinato modo prædicandi & denominandi rem &c. & secundum ꝙ vnum cõparatur ad aliud vt proprium determinabile ad propriam determinationẽ, non causat ens per accidens sed per se. Non enim ratione tertii coniunguntur, nec vnum vt contingitur cum altero importat ens per se quasi completum, vt facit subiectum in comparatione ad accidens cõe, & ex hoc facit cũ eo vnum per accidens, & vt ẽt facit quod licet qđ in aceruo inuenitur &c. sed potius ex se ambo concurrunt in vnum prout id quod ex se indeterminatum est, concurrit cum sua determinatione formali, in constituenda vna ratione formali vniuoca. Licet postmodum aliquod sic constitutum si comparetur ad substãtiam cui competit, faciat cum eo vnum per accidens, & consequenter de ea prædicetur per accidens: quod tamen de suis speciebus prædicatur per se. Sic autem est in proposito, quia tempus sub respectu mensurę, & vt denominans extrinsece, concurrit in vnam rationem formalem vniuocam: & sic nõ est ens per accidens, licet tempus cum substãtia sit ens per accidens. Et similiter relatio mensuræ cum tempore ipso, si considerentur ambo non vt vnum est propria determinatio alterius, sed vt distincta & secundum proprias rationes distincta, faciunt vnum per accidens. Idem dico de loco, & situ & habitu &c. Ad secundum dubium dicendũ ꝙ cũ prædicari sit consequens actum rationis & pertineat ad secundas intentiones, ex quo habent hi termini scilicet prædicatum, prædicabile, & prædicamentum, ꝙ sint termini secũdę intentionis, secunda autem intentio sit purum ens rationis, non inconuenit diuersos modos prædicandi, ex diuersis respectibus rationis innasci, & consequenter ex eisdem formaliter prędicamenta distingui, & eosdem assumere in sui conceptu formali. Et hoc necessarium est in quatuor extremis prædicamentis, in quibus denominatio sumpta ab extrinseco originatur & fundatur proxime super relationes rationis, & eis mediantibus super rem. Sicut denominatio extrinseca ab ipso tempore fit mediante relatione mẽsurę, qua tempus dicitur mensura temporalium. Denominatio a loco vt mensura, eodem modo mediante ipsa relatione mensurę. Mensura autem semper est relatio rationis in mensurante. Respectus etiam per situm & habitum importati, sunt etiam rationis, vt bene probat argumentum. Pertinent tamen (vt dixi) respectus isti ad formalem rationem rei, quæ est in prædicamento, vt in tali vel tali prædicamento est, & vt ab his diuersi modi prædicandi originantur. Nec inconuenit hoc modo ens rationis ad prædicamentum quod ens reale est, formaliter pertinere: quia non pertinet vt genus, aut differentia, species vel individuum, quomodo impossibile est ens rationis in prædicamento admitti, sed vt determinans & quodam-

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 modo specializans prædicamentum tale, & inquantū res illa, talis est prædicamenti, non autem simpliciter vt res est. His visis facile patere potest quomodo conueniens & efficax est ratio Sancti Thomæ, quam inducit ut ostendat non fuisse necessarium Aristotelis in hac litera, tria illa prædicamenta enumerare. Dicēs enim quòd ex hoc quod quādo, significat esse in tempore quod est numerus, & consequenter quòd eiusdem rationis est non esse motum in quādo, & non esse motum in actione & passione, subtilissime deduxit intentum. Nam motus cū sit quoddam reale ens, & realitatem suam habeat a termino sicut habet & speciē, nō nisi ad ipsum ens reale terminari potest. Si ergo aliqua non distinguantur nisi secundum rationem ita ꝙ in realitate conueniant, eiusdem rationis erit si ad realitatem vnius non dicatur esse motus, quòd nec ad aliud esse dicatur.
Modo sic est quod ipsum quando, vt supra deductum est, & idem realiter est cum tempore, quod ex prædictis etiam
K Sancti Thomæ verbis necessario infertur. Tempus quoque cum nihil addat super motum, nisi numerum partium secundum ordinem prioris & posterioris, quæ omnia, scilicet tam ordo importatus inter illas numeri vnitates, quàm ordo ille prioritatis & posterioritatis, cum sint inter non separata sed continuata secundum esse, non possunt esse nisi respectus rationis, non est consequenter realiter a motu distinctum: licet dicatur eius passio inquātum se habet ex additione ad motum secundum suam rationem formalem. Et cum omnis motus sit actus motiui & mobilis, vt dicitur secundo physicorum, actus autem motiui sit actio, & actus mobilis passio, sequitur quòd omnis motus sit realiter idem actioni & passioni. Vnde oportet eiusdem rationis esse quod in actione & passione non sit motus, &
L quòd non sit in omnibus alijs prædictis. Ex quo vltimate sequitur quod dicto quod non sit motus in actione, & passione, intelligitur sufficienter dictum quòd non sit motus in quando. In situ autem cum id quod reale in eo est, sit locus ad quem motus esset debuisset quidem eodem modo inferri quod pariter & ad situm motus esset, nisi formalis ratio quam ex relatione superaddita sortitur obsisteret: qđ in tempore non currit vt infra dicetur: & ideo non potuit alia ratio assignari: cur in situ per se et formaliter motus nō sit, nisi quia ordinem alicuius ad aliud formaliter importat, vt dictum est. Et in habitu similiter. Nam licet in substantia non sit motus, cum qua substantia, habitus ipse realiter idem est, non tamen ex hoc intentum deducitur: cum ei etiam idem competat ex sua formali & propria ratione, ratione, scilicet relationis formaliter importatę, vt dictum est, & iterum in articulo tertio dicetur expressius. Redditio autem causæ in tradenda doctrina, ex proprijs quo ad fieri potest, procedere debet. In his autem duobus specialiter etiam ratio a maiori concludit, quod si ad realem relationem vt sic non est motus, multo minus erit ad relatio-
M nem rationis. Ratio enim quæ a Philosopho tertio physicorum, & etiam hic inducitur, quare ad relationem non est motus, quia videlicet nulla facta mutatione in aliquo insurgit in eo relatio &c. multo fortius currit in relationibus rationis quàm in realibus. Est autem hic aduertendū quòd Antonius andreas referendo verba Sancti Thomæ, quandam interponit sententiam, quæ nō habetur ibi a Sancto Thoma, vt exemplaria tam impressa, quam non impressa testantur. Hāc inquam. Actio & passio sumpta pro re acta, est idem realiter quod motus. Hoc non dicit Sanctus Thomas, immo nec verum est, nisi valde extorte interpretando verba, Actio enim & passio non possunt sumi pro re acta. Sicut enim motus nō est res mota, ita actio aut passio non est res acta. Et hæc de primo. Quantum ad secundum patere potest ex iam dictis quomodo iste homo in reddendo rationem, cur non nominauerit Philosophus situm & habere, nō discordat a Sancto Thoma, quia cum eo fatetur, ꝙ hoc est ratione relationis importatæ per illa duo: licet & in hoc dicat vnum falsum, quod non dicit diuus Thomas, videlicet, quòd talia prædicamenta important puros respectus, & reales, & non de genere relationis. Quod quidem in parte supra exclusum est, & paulo infra plenius confutabitur. Discordat autem ex intentione a Sancto Thoma, & eidem se manifeste opponit in reddenda ratione, cur non nominauit quādo. Dum Sanctus Thomas reddit rationem ex parte realitatis ipsius quando, iste autem ex parte respectus inquantum respectus est, unde nō procedit ex proprijs, vt facit ratio Sancti Thomæ. Vnde cum doctrina inquantum possibile est, debeat ex proprijs tradi: quia vna de conditionibus demonstrationis ex qua generatur scientia est quòd ex proprijs procedat, vt patet primo posteriorū, patet quòd magis scite doctęq; processit Sanctus Thomas, quàm iste, immo impugnando Sanctū Thomam, vbi sapientissime se gessit, ostendit iste homo, quod illum vel noluit vel nō valuit intelligere. Quod vtique verum est, sicut hic, ita & in multis alijs locis suæ doctrinæ, in quibus ab his obscuris hominibus impugnatur. Sunt etiam in hac sua determinatione quædam a se præsuppositā, & in primo argumento contra Sanctū Thomam facto, proposita, quę supra determinatis a nobis contrariantur. Quæ cum sine probatione proponantur in argumentis, simpliciter neganda nunc essent: nec vlterius circa ea sermo habendus. Vt tamen appareat præpositam doctrinam solidam esse, probabimus hæc omnia quæ illi aduersantur, falsa esse. Supponit igitur hic quòd sex principia importent puros respectus, & quòd tales respectus sint reales, & quòd non sint de genere relationis. Horum autem primum esse falsum patet ex falsitate secundi. Si enim respectus non sunt reales patet quod cum prædicamenta sint realia entia, non importabunt solū illos respectus, nisi forte intelligant vt complementum suæ rationis formalis, vt supra declaratum est. Secundum autem ipsum esse falsum patet, tum ex his quæ supra dicta sunt, quia vt delicet tales respectus sunt mensuræ ad mensuratum, quas relationes ex quinto metaphysicæ constat non esse reales, & similiter respectus qui importatur per habitum est rationis tantum, vt supra probatum est, tum etiam quia falsum est tertium quod additur. Nam omnis relatio quę tale accidens est, ad prædicamentum relationis spectat. Quæ autem non est accidens sicut diuina, & omnis in substantia fundata, vt relatio creationis passiuę, similitudinis in genere vel specie substantiæ, & aliæ huiusmodi relationes in substantia fundatæ, non sunt in prædicamento ad aliqđ, non quia non competat eis relationis modus prædicandi, sed quia accidentia non sunt. Sicut & differentia substantialis licet prædicetur in quale, & propter hoc etiā appelletur qualitas, vt patet quinto metaphysicę, capitulo de qualitate, quia tamen non est accidens, non est in prædicamento qualitatis. Quod autem omnis relatio, quæ sit reale accidens pertineat ad prædicamentum relationis, patet ex diffinitione Aristotelis, quia dicit ꝙ relatiua sunt quorum totum suum esse est ad aliud se habere, quæ diffinitio æqualiter competit omnibus relatiuis relatione reali, quæ sit accidens. De his enim, quod intēdat Aristo. necesse est, cum diffiniat prædicamentum accidentis. Nec est addenda glosa voluntaria, diffinitioni Philosophi, videlicet intelligi debeat hoc additō, quod talis relatio necessario insæsatur posito termino & fundamento, vt dicunt Scotistę. Necessarium enim & contingens cum sint quædam cō muniora prædicamentis (inueniri enim possunt in omnibus sub distinctione, & sunt passiones entis cōmunis) non possunt esse ppria & per se primo distinctiua vnius prædicamēti ab alio. Et si ex hoc, ista gl. nō fuit intēta a Pho: tūc diffō quā ille somniauit, nō est illa quam dat Philosophus. Differentia. n. addita vel subtracta variat diffinitionem, vt

dicitur

A dicitur octauo huius. Si autem Philosophus intendit eam, cum ex nullo verbo in diffinitione posito elici rite possit, fuisset diminutus. Quod est satis absurdum illi imponere. Neq; enim erat difficile tanto Philosopho & tam accurate doctrinam tradenti, addere illud, si addendum putasset. Si vero non putauit addendum, sequitur ꝙ vel ille ignorans fuerit, vel hi potius homines desipiant. Sed & adhuc cū glo. illa habetur propositum in respectu importato per ipsum quando, si sit realis ut dicunt. Posito enim tempore & re temporali, necessario resultat quando. Si ergo ipsum quando, importat purum realem respectum, erit in prędicamento relationis: quod est falsum, cum prædicamenta sint impermixta. Non est ergo hæc propria ratio cur prędicamenta hæc distinguantur a prędicamento ad aliquid. Similiter & in alijs quinq; principijs, si quis subtiliter perspiciat, idē inueniet. Licet enim videantur ponī terminus & fundamentum actionis & passionis, & tamen non sequi actio, si
B non sint agens & patiens in debita approximatione, tamen non est sic. Neq; enim fundamentum actionis est quæcūq; dispositio in agente vt agat: aut fundamentum passionis, quæcunq; dispositio patētis vt patiatur, sed in vtrisq; fundamentum est motus ipse. Patet autem ꝙ quàm primum ponitur agens & patiens suo modo sub motu, necessario resultant relationes actionis & passionis, licet illa res quæ est agens, & illa res quæ est patiens ponī possint, & non sequi prædictę relationes, sicut & circa relationes alias omnes contingit puta, res quam aliquando competit esse similem poni potest & non sub fundamento similitudinis, puta non vt habens albedinē, & tunc non necessario sequitur immo repugnat quòd sequatur relatio similitudinis, quæ tamen necessario sequitur ad coalbum posito illo fundamento.
Quod si dicant, potest poni agens sub motu, puta ignis sub calefacere, & non sequetur actio, respectu ligni non ap
C proximati. Respondetur ꝙ hoc non est præcise ratione approximationis, sed quia nō ponitur sub motu in quo communicet lignum illud. Fundamentum enim actionis & passionis est motus, non qualiscunq; nec qualitercunq;, sed isdem qui est simul actus mobilis & motiui, & ex hoc dicitur talis motus esse idem actioni & passioni, ut habetur secundo physicorum. Cuius etiam signum est, quia ignis non potest poni sub calefacere, nisi respectu alicuius quod calefit, & sic necessario innascitur relatio actionis & passionis, licet non respectu ligni non approximati, sed respectu alterius corporis quod ignis dicitur calefacere. Et hoc est commune in omnibus relationibus quę fundantur in actione & passione. Neq; enim potest poni pater quin ponatur necessario filius, non tamē ille qui non est genitus ab eo, & sic de alijs. Hoc idem inuenitur in alijs tribus vltimis prædicamentis. Posita enim adiacentia quę de eo-
D rum diffinitione est, necessario sequitur extrinseca denominatio. Adiacentia autem illa necessario ponitur positis relationibus mensurę & mensurati, vel habentis & habiti. Relatio autem saltem mensurati ad mensuram, cum sit in prædicamento secundum Philosophum, oportet ꝙ secundum istos necessario innascatur posito termino & fundamento, & consequenter opposita relatio quæ rationis est. Et sic suo modo appareret de habitu, nisi esset tam modicę entitatis respectus. Non ergo glosa applicata per istos ad diffinitionem relatiuorum, est ad intentionem Aristotelis vel etiam vera. Ex prædictis autem omnibus patet secundum determinationem inquam Anto. an. a veritate longius euagari, vbi a sancto Thoma discordat. Superest nunc tertio soluere argumenta quæ iste homo contra sanctum Thomam inducit. Ad primum igitur, patet iam ex dictis falsum esse ꝙ quando, sit quid realiter distinctum a tempore. Non enim distinguitur vt respectus ab absoluto, quia quando, non dicit purum respectum, ut probauimus. Sed idem penitus absolutum per vtrunq; importatur, & re

spectus quem addit quando, rationis est, & non realis, vt supra diximus. Nec ex hoc distinguuntur ꝙ ad diuersa spectant prædicamenta. Eadem quippe realitas potest ad diuersa prædicamenta pertinere propter diuersos modos essendi & prædicandi in eadem realitate fundatos, & ex varijs respectibus rationis innatos, vt supra dictum est. Tempus autem esse distinctum ab istis motibus exterioribus, non obstat proposito. Non est enim ipsum quando, subiective intrinsece in re temporali. Immo cum ex propria ratione denominet extrinsece, clarius sua ratio innotescit respectu motuum quibus est extrinsecum, q̄ respectu eius in quo est subiective. Denominat tamē & ipsum per se extrinsece, licet per accidēs eo ꝙ in ipso subiective sit, denominet intrinsece. Non enim competit hoc ei inquantum mensura talis est, sed inquantum huius accidens &c. Ad secundū dicendum ꝙ sanctus Thomas apud illos tantum impro-
F prie loquitur, qui ita male dispositi sunt, vt in plano etiam inueniant quo impinguant. Non erat hic locus conueniens in quo per ipsum omnia adducerentur, quę dici possent de istis prædicamentis. Sat quippe ei fuit exprimere quod sufficiens est ad saluandum Philosophum de apparente defectu. Dedit tamē (vt supra deduxi) & in hoc loco intelligere quod alibi pluries & quidem valerrime docuit. In hoc specialiter apparet horum virorum passio liuoris in sanctum Thomam. Cum enim a parte sciāt illum sepissime docuisse qualiter distinguantur situs quod est prędicamentum, & situs de genere quantitatis, immo forte non nisi ab illo, seu ab imbutis eius doctrina hoc ipsum didicerūt, sicut & alia multa quæ vera proferunt, & tamen miser iste contra eum hic muelitur, quasi contra ignorantem prędictam distinctionem de situ. Eya homunciões, tergite ora, immo quod melius vobis conduceret, tergite corda omni passione in-
G uidię vel odij, prius quàm diuinissimum doctorem nominare audeatis. Falsum etiam maximum imponit sancto Thomæ, ꝙ videlicet dicat situm quod est prædicamentum, nō importare ordinem partium in loco. Habuit certe Anto. an. hoc in loco satis lippos oculos. Ex hoc enim ꝙ dixit situm addere super determinatum ordinem partium, dat intelligere ꝙ includit esse in loco, & superaddit determinatum ordinem partium in loco. Quod si hoc etiam nō diceret, non tamen dicit huius oppositum, vt hic sibi falso imponit. In hoc etiam, ꝙ iste homo addit in secundo suo hoc argumento, ꝙ videlicet non valet similitudo ad vbi, quia (inquit) reducitur contra ipsum, quia si in vbi est motus, ergo & in situ siue positione, cum secundum te (inquit) non addat supra vbi nisi determinatum ordinem partium. In hoc inquam, ostendit se non intelligere Sancti
H Thomā. Neq; enim sanctus Thomas dicit aut intēdit probare, ꝙ in positione non sit motus per similitudinem ad vbi. Quis enim hoc somniauit? Sed ipsius vbi ex hoc tantum memini, quia voluit ostendere, quidnam positio importaret: quia videlicet importat determinatum ordinem partium supra vbi. Sed & huius hominis hæc ipsa deductio non quidem quasi ex similitudine a sancto Thoma proposita (vnde non potest in ipsum retorqueri) sed ex ea similitudine quæ in veritate est inter vbi & positionē, licet aliqua difficultas ingeratur, magis tamen contra Antonium andream militat, quàm contra Sanctum Thomam. Nam si non obstante respectu formaliter significato per vbi, inuenitur in eo per se primo motus, pari modo respectus non erit per se primo, ratio, quare in positione vel in alio prædicamento respectum formaliter includente, non sit motus. Vel per oppositum. Si in alijs potest (vt diximus) respectus facere ꝙ in eis non sit primo motus, idem pari modo faciet & in vbi. Militat autē (vt dixi) ratio ista magis contra Antonium and. quàm contra Sanctum Thomam, tum quia vult prædicamenta ista puros importare respectus: & sic nihil aliud in eis inuentri

Universidad de Deusto
Biblioteca

I ex quo posset ei per se motus attribui: & sic cum ex respectu non valeat eis motus competere, sequitur quòd impossibile sit absolute quòd eis conueniat, tum etiam (quod tamen idem est) quia cum per eum illi respectus sint reales, tam ex sua realitate, quàm ex sua ratione formali habebunt talia omnia prædicamenta, quòd in eis motus nõ sit: & sic in vbi non erit per se motus. Prædicta autem duo nos non dicimus, vt supra patuit. Inquantum tamen nos etiam argumentum tangit respondemus, quod non omnis respectus habet aut facit q̃ ad ipsum seu ad rem sub ipso non sit motus, sed solum respectus, qui videtur eiusdem rationis cum respectu, qui est de prædicamẽto ad aliquid, vt innuit Sanctus Thomas in hoc loco. Duplex enim est respectus, scilicet ad. & in Relatio autem prædicamentalis, non qualiscunque respectus est, sed respectus ad. Et propter hoc respectus accidentis ad subiectum etiam si esset realis, non esset prædicamento relationis sed transcendens: quia
K licet istis verbis aut modis dicendi exprimatur quòd videlicet sit respectus ad subiectum, seu quòd accidens referatur ad subiectum, & similibus, non tamen dicit formaliter ad. sed in. Ex hoc enim accidens respicit subiectum, q̃ est in subiecto. Et sic non pertinet ad prædicamentum ad aliquid, quod importat formaliter respectum ad. Respectus autem importatus in vbi, est respectus in. Significat enim esse in loco. Similiter respectus importatus in quando, quia significat esse in tempore. Licet enim talia esse, non sint intrinseca, sicut esse accidentis in subiecto, sufficit tamen quomodocunque significent esse in. etiam sicut in mensura. Et sic ex respectu non potest inferri quòd sicut in relatione non est motus, ita non sit motus in vbi, aut in quando. Et hæc est causa quare Sanctus Thomas non prohauit hic quòd in quando, non sit motus, ratione respectus
L in eo importati, sed alia via processit, vt supra diximus. Quã viam regiam ingredi non valens Anto. and. omniũ voluit eandem rationem ex respectu vniuersaliter sumptã assignare, & non potest fugere quin pari passu ratio illa cõcludat in vbi, in quo tamẽ secundum Philosophum & veritatem, est per se primo motus localis. Ratio autem quare respectus ad. & non respectus in. faciat quòd ad se seu ad absolutum sub se non sit motus, est, quia respectus ad. si sit realis est inter distincta secundum esse, et propter hoc in vno potest incidere motus realis altero non mutato: & tamen quia illud ad quod referebatur, mutatum est, oportet quod vel ipsum vlterius non respiciat, vel quod aliter respiciat, quàm prius, & sic aliam relationem ad illud habebit sine sui mutatione: & sic ad ipsam relationem non est p̃ se motus, vt dicit Philosophus. Quod si quando ad eam est, accidit hoc sibi. Si enim per se & ex sui ratione haberet quòd ad ipsam esset per se motus, non posset de nouo alicui aliqua relatio aduenire, nisi relatio esset terminus alicuius motus, quod falsum esse probatum est, & patet experientia. Respectus autem in. non potest alicui aduenire de
M nouo sine mutatione eius quod taliter respicit, immo moueri proprie nihil aliud est nisi secundum illud quod in eo est aliter se habere quàm prius, si mutatio fit ad intrinsecũ, sicut est augmentum ad quantitatem, & alteratio ad qualitatem: vel etiam aliter se habere secũdum illud in quo est, sicut in mẽsura, sicut accidit in motu locali qui nihil aliud importat, nisi quod mobile aliter se habeat secundum locum, sicut mensuratum secundum mensuram. Et respectus importatus in vbi. est respectus in. ad quem per se est motus. Mouetur enim mobile vt sit in loco. Licet enim respectus mensurationis seu locationis sit respectus ad. & non in quantum denominat mensurans intrinsece in ordine ad mẽsuratum, tamen secundum quod talis respectus denominat extrinsece ipsum mensuratum, seu locatum esse in mensurante seu in locante, est respectus in. & non ad. & est de ratione vbi. Sic igitur ad tales respectus in. est per se motus, non solum localis, vt dictum est, sed etiam alterationis, & N
augmenti. Alteratur enim aliquid secundum calorem, vt calor sit in ipso, quod est dicere, vt sit calidum: & sic de aliis. Quod autem in quando, non sit motus non obstante, quod respectus eius sit respectus in. hoc est ex alia ratione assignata a Sancto Thoma in litera. Quia igitur respectus importatus in positione, qui est respectus inter partes, est respectus ad. & non est respectus in. Neque enim vna pars est in alia, sed refertur ad aliam vt prior ad posteriorem, vel vt superior ad inferiorem, anterior ad vlteriorem, sinistra ad dextram, & econuerso. Ideo ex tali respectu optime concluditur, quòd in positione non sit motus. Et sic dico de habitu, quia respectus per ipsum importatus est potius aq. duàm in. Dicimus enim corpus secundum habitum adiacere corpori, non autem esse in corpore, ideo pari modo in illo eiusdem rationis est non esse motum & in. ad aliquid. Notandum tamen quod licet non sit per se motus in positione, vt dictum est, quia tamen ipsa positio magis nobis manifesta est, & simul includit vbi, vt dictũ est, ideo differentiæ motus ad vbi, sumuntur penes diuersum ordinem situs nobis manifesti in vniuerso, scilicet sursum & deorsum, &c. Et hoc non solum secundum quòd ipsum vniuersum est quoddam totum in se talem ordinem includens, sed etiam vt est quoddam secundum suas partes ordinate locatiuum, vt ita loquar, communicans locatis corporibus talia esse, scilicet sursum & deorsum, & sic de aliis. Ex his omnibus tam liquido constat quomodo secundum argumentum quod Antonius andreas inducit contra Sanctum Thomam, supra inconuenientia quæ includit, auctorem etiam suum leraliter vulnerat. Ad tertium tam patet ex dictis. Licet enim sint prædicamenta distincta: quia tamen conueniunt in hoc analogo quod est ad aliud dici, ex quo habet relatio quòd ad eam nõ sit motus per se, sequitur quod nec in ipsis, scilicet positione et habitu sit motus per se. Et hoc sat fuit dicere apud sensatos, P
nec erat necessarium aliud addere: præsertim cũ ratio quare ad relationem non sit motus in hoc eodem capitulo suo loco ab Aristotele, & suis expositoribus clarissime deducatur: & in quinto physicorum idem ipsum habetur. Superfluum igitur fuisset grauissimo doctori hic idem repetere. Et hæc de præsenti defensione satis sit benedictus Deus. Amen.

DEFENSIO XXVII.

Libro duodecimo textu commenti. 27. parte prima.

Eorum quæ sunt in eadem specie diuersa (supple principia) non specie. Sed quia singularium aliud tua materia & species & mouens, & mea vniuersalia autem ratione eadem.

Q

EX HOC LOCO Mauritius in marginibus dicit sumi argumentum contra Thomam de principio individuationis. Sed deceptus est. Cum enim debuisset dicere contra Scotum, dixit contra Thomam. Quod quidem vt clare pateat formandum est hoc suum argumentum, & ex quibus verbis Philosophi hic elici possit, insinuãdum. Dicit hic Aristo. in sententia, quod licet actus & potentia sint eadem omnium principia ſm quãdam proportionalitatem, distinctorum tamen genere, sunt distincta genere principia propria: & distinctorum secundum speciem, distincta etiam principia ſm speciem: & distinctorum secundum numerum, distincta principia numero. Et dat exempla de actu & potentia ſm genus, secundum speciem, & secundum numerum. Sicut materia, species id est forma, & mouens, ſm genus, ſm speciem, et ſm numero distincta. Sicut

A cut principia Socratis & Platonis ſm numerum, sunt anima & corpus & generans Platonis, anima & corpus & generans Socratis, & sic de aliis. Esse autem principium alicuius ſm numerum, est esse principium individuationis, & hoc verum est de omnibus prædictis tribus, scilicet materia, & forma, & agente, licet inter hæc primum ſm naturam sit ipsa materia, eo quod sit primum subiectum in incommunicabile, & consequenter cui competit omnibus aliis incommunicabilitatem impartiri, vt alias dictũ est.

Non potest autem ex his dictis, apparens aliquibus argumentum elici contra Thomistas de ista materia, nisi hoc, quod si materia tua & materia mea, sunt distinctæ materia ſm numerum, quæ tamen secundum vniuersalem rationem sunt eadem, oportet quod materia mea sit hæc & numero
B distincta a materia tua per aliquid quod contrahat materiam in cõmuni, ergo materia mea non est principium primum q̃ ego sim vnus numero, seu individuum, sed illud aliud per quod & materia mea est vna numero & distincta a materia tua, & per quod materia in communi quodammodo contrahitur. Ad horum primum principium dicunt Scotistę esse hęceitatem. Hoc fuit motiuum principale, propter quod Scotus deuiat a sancto Thoma, & a veritate in hac quæstione, & ad chimeras se conuertit. Argumentum autem prædictum soluit Capreolus secundo. d. 3. soluunt & omnes Thomistæ, solui & ipse in septima defensione, & contra authores suos retorsi. Sed præcipue retorqueri potest contra eos ex verbis Aristo. hic habitis, ita vt impossibile sit eis fugere. Nam (vt dixi) Aristo. probans distinctorum tantum numero, esse etiam distincta numero principia, hæc ipsa inducit per exempla, quia videlicet alia est materia tua & materia mea, species tua & species mea, mouens tuum seu pater tuus, & mouens seu generans meum. Tunc arguo sic. Hic Aristote. accipit materiam pro materia quæ est pars compositi, ergo
C hæc est principium individuationis, cum sit principium distinctorum ſm numerum vt sic. Patet consequentia etiã ſm aduersarios. Sed antecedẽs probatur tripliciter, primo sic. De illa materia loquitur hic Philosophus quæ constituitur speciei seu formę partis, ex qua scilicet cum ipsa materia tãquam ex principijs intrinsecis fit compositum, vt patet in litera. Sed talis non est hęceitas, sed ea quæ est pars compositi, vt etiam aduersarij habent concedere. Nõ enim dicũt compositum componi ex forma partis & hęceitate, immo hæceitatem dicunt materiam quæ correspondet formę totius, vt patet supra in septima defensione, & non primo respicit formam partis, ergo &c. Secundo. De illa materia loquitur hic Philosophus de qua verificatur esse principium rei compositę ex materia et forma, hoc etiam patet in litera, sed talis est materia quæ est pars compositi, vt patet primo physico. vbi hæc materia connumeratur inter principia rerum naturalium, & non hæceitas, ergo &c. Tertio de illa materia ſm numerum loquitur hic
D Philosophus de qua si ſm speciem summatur dicit q̃ est principium distinctorum ſm speciẽ, vt patet in litera. Sed hęc est materia quę est pars compositi etiam secũdum aduersarios. Licet enim necessario argumẽto (vt infra patebit) conuincatur, non tamen concedere volunt hæceitates plures conuenire in hæceitate communi, sed esse eas dicunt primo & seipsis diuersas, ergo &c. Ex hac autem totali ratione, patet quod cum Aristo. ex intentione tractet expresse hic de principio individuationis, & non inducat aliam materiam q̃ eam quæ est pars compositi (vt deduximus) pro tali principio, sequitur quod vbicunq; alibi de tali principio ex incidenti loquitur nominãdo materiam, non possit materia pro hæceitate glosari, vt facit semper Anto. an. in hac sua expositione, literam Philosophi in hoc præcipue peruertẽdo. Aequiuocasset quippe Philosophus hic & alibi, & vbicq; diminutus fuisset, nullibi talium ma-
terierum diuersitatem aperiens. Si autem omnino ex obE stinatione, & contra omnem rationem quæ elici possit hic ex Philosophi litera, vis quod hic intendat non de materia q̃ est altera pars cõpositi, sed de illa tua chimerica hæceitate. Adhuc arguo contra te, ex ipsis verbis Philosophi, retorquendo in te argumentum quod contra nos ipse facis. Dicit enim hic Philosophus quod materia mea & materia tua sunt distinctę numero, vniuersali autem ratiõe sunt eadem, vt etiam Anto. and. exponendo fatetur, ergo non põt hæceitas mea distingui ab hæceitate tua, nisi per aliquid aliud, ipsa vniuersalis rationis materia cõtrahatur ad meã, & per aliud contrahatur ad tuam, alias idem ſm idem ab alio distingueretur, & cum eodem conueniret, & esset idẽ & diuersum seu non idem, quæ implicant. Cũ ergo in hęceitate conueniant, vt habes concedere si literam de illa hæceitate exponendam censes, si distinguuntur abinuicẽ, per aliud distinguuntur, ergo illud aliud erit principium incõmunicabilitatis & distinctionis vniusab alia, & con- F
sequenter erit principium primum individuationis, & non ipsa hæceitas. Nec potes tu respondere ad argumentum istud contra hæceitatem, sicut Thomistę ad idem argumentum respondent contra materiæ partem compositi factum. Ipsi enim Thomistę (vt alias habitum est) dicũt, q̃ materia quæ est pars compositi non habet communitatem de qua loquitur hic Philosophus, nisi vt consideratur per analogiam ad formam, vt formæ in communi considerentur & materia vt communiter sumpta substernt, & particulari formæ, particularis materia. Secundum se autẽ sine ipsa analogia ad formam, materia considerari nõ potest, & per consequens nec est vniuersalis nec particularis nec individua. Talia enim non conueniunt rebus nisi per considerationem intellectus, neq; etiam ipsum fundamentum talium intentionum, puta fundamentum individuationis, quod est esse vnum numero, non competit materiæ G
nisi per formam, quia a quo quid habet eẽ, habet & vnum esse. Et tamen ipsa materia non vt individua, sed secundum se, prescindendo eam secundum considerationem a forma, est principium primum & immediatum individuationis formæ, & ea mediante principium est individuationis suę, & ambobus mediantibus (ſm naturę ordine hanc mediationem semper intelligendo) est principium individuationis totius compositi. Tali autem modo sumpta quo est principium individuationis formæ, ideo nõ potest cognosci, quia sic ipsa est purum ens in potentia. Nihil autem est cognoscibile nisi inquantum est actu, ut patet nono huius. Est autem sic sumptũ principium individuationis vt primum subiectum & vt primum incõmunicabilitatis principium. Distinctionis autem numeralis, ipsa non secũdum se sumpta simpliciter, sed vt quãtitate signata principium est. Hanc responsionem fundatam super natura materię ex doctrina Philosophi, non possunt isti homines ad hæceitatem applicare, quia non possunt hæceitatem esse purum ens in potentia. Sic enim hęceitas de genere substantiæ, non esse distincta ab ipsa prima materia, sed ponunt eam potius ad genus actus pertinere, quod apparet, tamen quia contra nos arguunt quod materia non possit esse principium individuationis, quia actus (inquiunt) dividit & separat septimo huius. Cui argumento respondi in septima defensione, tum etiam quia dicunt hæceitatem esse differentiam quandam individualem, vt ibidem diffuse produximus: vnde non habet (vt dicunt) quòd non possit accipi vt vniuersalis aut particularis, vt habet materia. Patet igitur q̃ argumentum quod hinc sumunt Scotistæ cõtra nos friuolum est, & pluries sic solutum vt pro honore suo tacere debuissent. Quod vero nunc nos contra eos ex litera Philosophi inducimus, est efficacissimum & ab eis hactenus insolutum. Et de præsenti defensione satis sit benedictus Deus. Amen.

defensio

Universidad de Deusto
Biblioteca

DEFENSIO XXVIII.

Libro duodecimo tex.com.38.parte prima.

Mouet autem vt amatum, moto vero, alia mouentur.

HOC IN LOCO super præpositō verbo Philosophi, dicit sanctus Thomas quod melius dicit vt amatum quàm vt desideratum, quia desiderium est eius quod non habetur. Sed amor est etiam habiti. Hæc ille. Sed Anto.an. improbat hanc declarationem, dicens q̄ hoc nihil valet, quia desiderium est etiam respectu habiti, vt dictum fuit in primo huius in prologo. Vnde & de deo qui a sanctis angelis tam habetur, dicitur: In quem desiderant angeli prospicere. Et ideo vtrunq; bene dicit, & quod mouet inquantum amatum, & inquantum desideratum. Hæc ille. Sed videtur hic homo, egre ferre q̄ diuus Thomas Philosophum commendauerit de sapienti modo loquendi, quo proprio & accommodato intētę significationi vocabulo vsus est. Deficit etiam tam in conclusione sua principali, quàm in probatione. In cōclusione quidem sua deficit, tum quia falsa est, tum quia proponit eam contra sibi oppositam, & tamen nō soluit rationem quæ innuitur pro oppositā, quod reprehensibile admodū est in illo qui onus assumpsit oppugnandi conclusionem aliquam. Falsam ergo esse conclusionem suam propositam contra eam quæ sancti Tho. est, patet ex probatione quam innuit sanctus Thomas qua probat oppositam esse veram, videlicet q̄ desiderium non sit habiti. Est autem hęc eius ad hoc ratio. Si desiderium esset etiam habiti, desiderium nō distingueretur realiter neq; formaliter ab amore, consequens est falsum, cum in sensu sint passiones distinctę, & pari ratione distincti actus in voluntate. Consequentia vero patet, q̄ amor importat complacentiam quandam in re amatam, siue habitam, siue non. Cum ergo desiderium sit non habiti vt omnes concedunt, si esset etiam habiti, vt iste dicit, iam & ipsum esset formaliter complacentia in rem amatam, siue habitam siue non, & sic esset formaliter amor. In probatione etiam suæ falsæ conclusionis deficit dupliciter ſm quod duas probationes inducit. Et in prima quidem, hoc quod dicit dictum esse in prologo metaphysicę, q̄ desiderium sit etiam habiti, falsum est. Neq; enim Aristo. hoc dicit aut intendit, neque ipse Anto.and. Et de Aristo. quidem patet, quia Aristo. desiderij non meminit in prologo, nisi in prima eius propositione, hęc scilicet: Omnes homines natura scire desiderāt. Et rursus circa finē ꝓlogi, ubi dicit: Quod qui scire propter se desiderat, ipsum maximā scientiam maxime desiderabit. Et cum vtrobiq; de eodem desiderio loquatur, probato quod in prima propositione non loquatur nisi de desiderio proprie dicto, prout scilicet est motus appetitus in rem non habitam, liquido constabit quod in prologo Philosophus nihil dicit aut intēdit, q̄ huius faueat phantasiæ. Quod autem loquatur Philosophus in prima propositione prologi huius de desiderio proprie dicto quod est non habiti, patet primo ex ipso philosophico processu, quia hoc non decet Philosophum, & præcipue Aristo. cuius proprium semper extitit doctrinam tradere ex propriis, et non solum ex propriis principijs & causis rerum de quibus differit, sed etiam ex propriis & accōmodatissimis vocabulis & modis loquendi, ita quod nunquam parabolico aut in proprio sermone loquatur, vel transumptiua significatione vocabuli, vbi secundum horum proprietatem supperunt ei verba. Id enim poetarum proprium est, & ideo alienum valde a grauissimo Philosopho, & præcipue vbi tradit scientiarum omnium suppremam qualis est metaphisica. Et hac etiam de causa sanctus Tho. secundo de anima reprehendit Platonem dicens cum habuisse malum modum docendi, eo quod vteretur parabolico sermone ad altissima, humano tamē ac naturali ingenio non imparia, edocenda. Cum igitur propria vocabuli huius (desiderij inquam) significatio sit, q̄ motum quēdam appetitus in rem nō habitam importet. (Per hoc enim distinguitur ab alijs actib⁹ appetitus) & hoc vel simpliciter, vel inquantum non habita est, puta si sit desiderata ſm esse perfectum, quo modo non habetur: Si sit habita in præsenti, desideratur continuatio in futurum, vel simili alio modo procedendo ab imperfecto vel inchoato ad pfectū: ergo Philosophus ꝓpria ista significatione vsus est in ꝓlogo metaphysicæ, nō autē impropria illa, qua de desiderium dicitur tantū motus appetitus in rem desideratā cum exclusione fastidij, seu remissioris affectus. Secundo hoc idem patet tam ex Anto. and. quàm ex Scoto, quàm etiam ex Philosopho ipso. Ex ipso quidem Anto.and. patet, quia nullibi super prologum illum, siue ex intentione Philosophi, siue propria, exprimit quod desiderium ibi sumendum sit ſm impropriam hanc dictam significationē. Vnde mirū est quomodo ausus fuerit hic dicere, quod in ꝓlogo dixerit vel docuerit id tale nomē significasse. Sed, & q̄ fortius est, ex verbis etiam suis in principio expositionis prologi expresse elicitur, quod tam ipse quàm Philosophus non nisi de desiderio ſm propriam significationē intendat. Dicit nanq; ibi q̄ intento Philosophi in illo ꝓœmio est reddere auditores benevolos, & ad amorem sapiētiæ trahere. Sed sicut non traheret ad amorem sapiētiæ nisi dignitatem illius ac excellētissimam prædiceret, ita nec benevolos eos redderet nisi desiderijs eorū occurreret, & dignissimam hanc sapientiam quam non habent se eos edocturum promitteret. Si enim eam haberent, nec auditores eius essent, nec benevoli redderentur, quia nihil vtilitatis eis impartiendum offerret: ergo loquebatur in prologo de sapientiæ desiderio quam non habentes optabant ope Aristo. assequi. Ex Scoto etiam idipsum ex hoc habē, q̄ ſm illum sensum putat Scotus in prologo nomē desiderij Philosophum accepisse, ſm quem ipse Scotus super prædicta Philosophi sententia fundat argumentum aut rationē, quā putat concludere q̄ videlicet possimus in hac vita substātias separatas quidditatiue cognoscere. Arguit autem sic in tertia. q.4. metaph. Desiderium naturale non potest ex toto frustrari, sed omnes homines desiderant cognoscere quidditatiue substantias separatas, ergo &c. Minorem hāc probat ex prædicta Philosophi sentētia dicens: Omnes homines naturā scire desiderāt. ergo magis scibile, magis scire desiderant, ergo maxime, maxime. Sed maxima scientia, maxime scibilis, est scientia substantiarum separatarum, ergo &c. Hæc autem ratio quomodocunq; currat, (Infirma quippe est ad intētum quo eam inducit, q̄ videlicet in hac vita sit hoc possibile, vt per Capreolum & alios Thomistas ostenditur in secunda dist. primi,) hoc tamen ex ea saltem habetur q̄ hic nō summat Scotus desiderium, nisi ꝓut est non habiti, quia non omnes habent illam substantiarum separatarū notitiam, ergo de eodem desiderio interpretanda ſm eum est sententia Aristote. Ipsum quoque Aristo. sub eodem sensu ibi loquutum fuisse, iam ipsa sua verba docent. De illo enim desiderio loqui eū necesse est, quod omnibus hominibus adest ex natura, litera promit. Sed desiderium scientiæ habitę, non adest omnibus hominibus ex natura, immo non nisi cum maximo studio adest & paucissimis. Desiderium autem scientiæ nō habitę, omnibus naturaliter insertum est, ergo de isto Philosophus loquitur, non de illo. Sic igitur patet q̄ prima probatio quā Anto.and. inducit pro sua falsa conclusione, ex omni parte corruit. Sed & secunda minus valet, minus quoq; fauet honori eius. Dedecus quippe maximum est, quo præcipue isti homines in adstruendis falsitatibus cōfunduntur, q̄ vbi sibi desunt rationes naturales, in corde etiam ꝓbiæ, recurrant.

recurrant ad sacras literas pro subsidio. Sed sicut nescit diuina bonitas patrocinium præstare criminibus, sic nescit diuina sapientia subsidium præbere philosophicis erroribus. Quomodo autem potest per sacras literas ꝓbari Philosophum in verbis suis habuisse hunc vel illum sensum, cum philosophus sacris literis non inhęreat? Sed præcipue de modo loquendi & de vocabulorum significatis, nō potest ex sacra scriptura trahi argumētum ad metaphysicam, cum peculiare sit sacrę paginę iuxta principijs theologorū Diony. doctrinam, metaphoricis ac parabolicis locutionibus vti, tum ob ipsius obiecti ac impartiti luminis altitudinem, tum etiam vt diuina a superbis sapiētibus & prudentibus huius seculi merito abscondantur, paruulis autē, id est humilibus reuelentur. Hic autem modus docēdi, ab omni naturali scientia, & præcipue a metaphysica alienissimus est. Propria quippe significatione vocabula respondent, his præsertim quæ nobis ad cognoscendum ꝓportionata sunt, quia sicut cognoscimus, ita & nominamus. Vnde quæ proprie & per se cognoscimus, proprie etiā & per se nominamus, & quæ per alia cognoscimus, cuiusmodi sunt ſcipue quę facultatem nostri intellectus excedunt, aliorum vocabulis ſm quandam etiam deficientem similitudinē nominamus. Talia sunt (vt dixi) quęcq; diuinitus reuelata. Nobis autem proportionata sunt ea omnia quę in scientijs humanitus acquisitis traditur. Vnde ex prædicta conditione vtriusq; scientię, si diuinę literę aliquo vtantur vocabulo, quo etiam utatur Philosophus, pōr potius argumentum sumi q̄ ſm aliud & aliud significatum vtantur diuinus & Philosophus q̄ ſm idem. Et q̄ theologus seu diuinus dum supernaturalia promit, metaphorice loquatur, & Philosophus proprie, merito præsumendum est. Quod præcipue contingit in proposito. Neq; enim angelis ꝓprię visionis nomen atq; prospectus competit, cū sensus intuitum, quo angeli carent, vocabula ista si proprie sumantur insinuent. Neq; etiam respectu dei qualitercūq; a se visi, feruntur desiderio, si proprie loqui volumus. Verum q̄ non nobis adest vocabulorum copia, quibus proprie supernaturalia hæc exprimi possint, ideo ad beatissimę illius intellectualis visionis excellentiam edocendam, vocabulis vtitur quæ proprie significant præsentialem visionem corpoream: quę apud nos notissima est ſm sensum. Cuius etiam summę visionis delectationem maximam quæ ex obiecti nobilitate proueniat, omneq; fastidiū tollat in vidēdo, exprimit desiderij nomen. Et ne ex proprietate significationis vocabuli, qua proprie, rei nō habitę est, forte q̄s crederet q̄ angeli careant visione illa quam tantopere desiderant, exprimunt literæ diuinæ, quomodo tali a se desiderato bono non frustrantur, dicente Chro q̄ angeli Dei in cœlo semper vident faciem Dei patris, & consequenter faciem filij ac spiritus sancti. In quo etiam exprimitur q̄ visio illa sit nō imaginaria, non pictigiosa, nō enigmatica, sed clarissima & apertissima, vepote facialis, in quo dicto etiam faciei nomine vtitur metaphorice, vt patet. Ex his omnibus tam patet qualiter desipuerit Anto. and. dum dixit quod nihil valet declaratio illa sancti Thomę cum sapientissima fuerit, & grauissimis fundamentis innixa, faciens plurimum Aristote. qui nomine amoris hic vti voluit, non autem desiderij. Habent enim quem amant substātiæ illę simplices. Sua potius ꝓpugnatio nihil valet & multipliciter deficit, vt deductum est. Quod si etiam vtroq; vocabulo idem exprimi potuisset, adhuc melius nomine amoris q̄m desiderij exprimitur. Et hoc dicit sanctus Tho. quod tamen nō impugnat Anto.an. sed impugnat eū quasi intendat, q̄ non posset vti nomine desiderij, quod tamē nō dicit sanctus Tho. Ideo autem melius nomine amoris vtitur q̄m desiderij, vltra ea quæ dicta sunt, quia si nomine desiderij vsus esset, occasionem forte erroris ex propria vocabuli ſignificatione alicui præstitisset, q̄ videlicet desidera ta assimilatione ad primum desiderabile, substantiæ illę separatę quæ cœlos mouent priuatę essent, quod falsum est In hunc autem errorē non inducitur quisq; ex nomine amoris ad propositum inducto. Et hęc circa ꝓsentem defensionem dicta sufficiant, cum benedictione Dei. Amen.

DEFENSIO XXIX.

Libro duodecimo tex.cō.43.parte secunda.

Videmus autem prꝫter vniuersi simplicē lationē, quā mouere dicimus primā existentē subam & immobilem, alias lationes planetarum sempiternas.

EX HOC LOCO sanctus Tho. dicit quod ſm Arist. primum mobile immediate mouetur a primo motore. Sed Anto. and. hoc dictum sancti Tho. impugnat super tex. cō. 44. sic dicens: Est dubium, vtrum primū cœlum moueatur immediate a primo motore. Et declarato quid in veritate tenēdum sit, subdit: Sed de intentione Aristo. dicit vnus expositor q̄ sententia sua est q̄ primū cœlum mouetur ꝛmediate a primo principio, quod est Deus. Sed hoc nō videtur, quia superius dixit q̄ primum mouēs mouet primū motum in ratione amati, oportet ergo q̄ sit dare aliud mouens quod moueat in ratione amātis, de quo dixit supra, q̄ ipsum cōsequitur maxima delectatio ex hoc quia intelligit & amat primo mouens, & illud est aliqua secunda intelligentia. Hæc ille. Qui & multa alia circa hoc dicit, quæ quia in veritate non sunt contra sanctum Tho. non adduco nunc. Infra tamen in hac eadem defensione aliqua tangemus ex eis, & reprobabimus, eo modo quo tangunt quorundam placitum circa hanc quæstionem. In præsenti igitur loco sanctus Thomas nō dicit q̄ primum mobile ſm Aristo. moueatur a deo immediate vt motore ſm locum, vt imponit et Anto. and. sed dicit simpliciter q̄ mouetur immediate a deo. Et non aliter hoc intelligendū esse puto nisi vt supra declarauerat Aristo. q̄. s. moueatur immediate a deo primum mobile vt ab eo amatum, & nō vt motore localiter. Sed huius motus localis immediatū principium est aliqua substantia separata, quæ ſm Aristo. vt etiam sanctus Tho. testatur supra tex. com. 39. est anima cœli, qualitercunq; tenuerit esse cœlum animatum, ꝓprie videlicet an impropriē. Et dixit etiam super eodē textu sanctus Tho. q̄ intellectus primi mobilis fit intelligens in actu per contactum aliqualem primę substantiæ intelligibilis, & ex hoc habet magnam delectationem. Et quia propter quod vnumquodq; & illud magis, sequitur q̄ quicquid diuinum & nobile quale est intelligere & delectari, inuenitur in intellectu attingēte, multo magis inuenitur in intelligibili primo quod attingitur, & ideo consideratio eiusdem delectabilissima est & optima. Huiusmodi autem primum intelligibile, deus est. Ex his verbis sancti Tho. immo Aristo. quia hęc dicit exponendo Aristo. ad literā, patet expresse, q̄ deus nō est immediatus motor primi mobilis ſm motum localem, sed illa potius intelligētia quam vocat intellectum primi mobilis. Deus autem illud monet mediate vt causa pria in cuius virtute omne aliud mouens mouet. Immediate autem ipsum primū mobile mouet solum motu metaphorico, prout finis & bonum dicitur mouere appetitum. Non est ergo aliter interpretādum dictum eius quo hic dicit primum cœlum moueri immediate a primo principio. Cum præsertim etiam a proposito, in opusculo. 24. ca. 1. 2. 3. & 4. determinet omnia corpora cœlestia immediate moueri localiter ab aliqua substantia separata citra deum, quia ſm sententiam Augustini. 8. super Geñ. ad literam, Deus creaturam spiritualem corporali præposuit, & tertio de Trini. dicit q̄ Deus mouet superiora corpora per spiritum vitę rationalem &c. Qđ si diceret Mauritius q̄ debuisset explicare quo motu intelligeret

Universidad de Deusto
Biblioteca

I ret primum mobile moueri a deo immediate, & nō sic indistincte et absolute ꝓponere ꝙ moueatur a deo imediate, quia facile posset aliquis occasionem erroris ex uerbis eius sumere ꝙ intendat de motu proprie dicto &c. Respondemus ꝙ ex declaratione paulo ante habita, qūo Deus mouet primū mobile vt amatum, facile apud ingeniosos ois occasio erroris tollitur, alias & ipse Mauritius imprudenter supra in margine e regione expositionis Anto. an. super 3.c.35. eandem imprudentiā incurrisset, immo maiorem cum explicet ibi motū localem dicens: Primum mobile a primo motore primo motu qui localis est perpetuo mouet. Loquitur aūt de motore de quo & in textu & in expositione Anto. an. dr ꝙ mouet primum mobile, & vt amatū.

Licet aūt sic dicendum videatur ſm via sancti Tho. vt probatum est. Nō minus tū ꝓbabile forte videret ſm eundem sanctum Doctorē ꝙ videlicet tenuerit Arist. placitū fuisse, ꝙ Deus esset immediatum mouens primi mobilis, etiam ſm motum localē. Hoc aūt ee de intētione scī Tho. videtur, tum quia hoc in loco dicit ꝙ primū mobile mouetur a primo motore inquātum primū mobile distinguit ab alijs mobilibus. Nā sicut dicit Arist. existimauit ꝙ octaua sphera in qua sunt stellę fixę esset primū mobile, & motor eius esset primum principium. Sed postea deprehēsum est ab astrologis ꝙ supra sphērā stellarum fixarum sit alia circundans totum quæ reuoluit totum cœlum motu diurno, & hoc est primū mobile qđ mouetur a primo motore ſm Arist. Hæc ille. Patet aūt ex modo docendi ꝙ loquitur de primo mobili vt distinguitur ab alijs. Ergo de eius ꝓprio & immediato motore, & nō nisi de motu locali qualis est ille diurnus. Si enim de motu metaphorico & ꝓ modum finis intellexisset, nō magis dixisset ꝙ esset motor primi mobilis ꝙ aliorū mobilium, cum quęcunq; mouentur, ab eo mouean̄ per modum finis & vt amatum, eo ꝙ oīa quærunt illi assimilari quantum ꝓnt, tum quia paulo infra non solum videtur hoc asserere, verum ēt & apparenti ratione persuadere, sic dicens: Satis cōueniens videtur vt primus motus rerum corporalium a quo oēs alij dependent habeat pro causa principium immaterialium substantiarū, vt sit quædam connexio & ordo sensibilium & intelligibium. Hæc ille. Vbi expresse patet ꝙ ex intentione Arist. probat rationabiliter dictum esse ꝙ primo motui respondeat primus motor, qui est principium substantiaꝝ immaterialium, quod est dicere primam substam immaterialem a qua aliæ dependent, quæ prima substa, deus est. Non potest aūt glosari de motu metaphorico qui est motus appetibilis, quia talis motus non consueuit a Philosophis distingui per primum & secundū, sed primum motū vocant vbicq; motum localē circulare primi mobilis. Nec me ꝓterit in quibusdā exemplaribus hanc quam vltimo induxi sancti Tho. sententiam aliter sonare. Sed mendosa in hoc fuerunt vsq; modo impressa exemplaria, sicut & in alijs pluribus, vt luce clarius cōspexi ex exemplaribus antiquissimis manu exaratis. Nec multitudo impressionum oppositō fidem pręstat, eo ꝙ sit tanq; vnicus error omnium, cum in imprimendo, vnus liber, alterius imbibat errorem. Neque enim oībus correctoribus affuit forte librorū copia, vel non ab oībus fuit corrigendo adhibita necessaria diligentia, eo maxime ꝙ libri corrigendi persępe cōmendātur puris grammatistis, vel alijs quibuscūq; qui doctrina in libro illo tradita sunt ieiuni. Necq; enim ad ꝓpositum eorū quæ hic sanctus Tho. dicit, vllo modo conferret sentētia illa iuxta modum quo in alijs exemplaribus iacet, nisi forte ad bonum sensum per alium modum dicendi expressum, traheretur. Sed de hoc satis. Ex Arist. etiam dictis idipsum quod supra diximus videtur expresse haberi tam in. 8. physico. q̄ etiam in hoc. 12. In octauo quidem physico. quia ex toto illius libri processu videtur Arist. velle concludere ꝙ est aliquis motus localis sempiternus, & talem esse nō nisi circularem probat a. t. c. 54. vsq; ad. t. c. 76. Ex sempiternitate autem huius motus physici, venatur esse vnum primū motorem. Et manifestum est ꝙ loqtur de motore motu physico ꝓdicto. Nam postq̄ concluserit tex. cō. 32. ꝙ necesse esset semper motum esse, & dicto ꝙ duplex est mouēs. s. mouēs seipsum & mouens alia a se, & conclusio etiam ꝙ primum mouens est mouens seipsum inquantum vna pars eius est mouens & altera mota, dicit postea. t. c. 60. ꝙ mouens seipsum maxime proprie mouet se ſm locum. Illa aūt pars mouens in primo mouēte seipsum, est ipsum primum mouēs ſm eum. Necq; enim alio modo deuenit in hoc libro in cognitionem primi mouentis. Tale aūt primum mouens cōcludit tex. cō. 34. esse immobile. Et non pōt intendere nisi de motu quo mouet alia, qui est motus localis, vt dictum. Loqui autē illum de motore imediato patet, quia inquirit ꝓprium motorē ꝓdicto motu primo & sempiterno. Prius aūt motor est immediatus. Quod ēt primū tale mouens immobile ſm Aristo. sit Deus ipse, nullus negat. De deo enim concludit Arist. in fine octaui ꝙ est mouens immobile impartibile & nullam hās magnitudinem. Oportet ergo concludere ſm Arist. ex ꝓdictis locis ꝙ Deus est ipsum primum ımobile mouens motu sempiterno locali & circulari, qualis est ꝑcipue motus primi mobilis, a quo oēs alij motus dependāt, ut patet i hoc. 12. tex. cō. 34. & in secundo cœ. t. c. secundi. In hoc ēt libro in propositis verbis in fronte defensionis videtur Arist. expresse id quod supra dictum est asserere. In illis enim verbis patet ꝙ loquitur de latione primi mobilis quæ non nisi motus localis est, sicut & lationes aliarum sphęraꝝ. Primā aūt substantiā immobilem, non nisi primā subam immaterialem quæ deus est, intendit. Hoc idē deduci posse videtur ex ꝓcessu quē facit hic Arist. ad inuestigandum multitudinis substantiarum separataꝝ determinatum numeꝝ. Sicut enim tā in. 8. physi. q̄ hic inuestigauit Philosophus subam aliquam separatā eē ex eo ꝙ est aliquis motus sempiternus, ita & multitudinē eaꝝ non inuestigauit, aut extimauit aliter posse inuestigari, q̄ ex multitudine ꝓdictoꝝ motuum, vt tot sint substantiæ illę quot motores. Et cōsequenter oēm ordinē quem posuit inter illas substantias ſm. s. ꝙ aliqua est prīa, aliqua secunda, cognouit ex hoc tantum ꝙ aliqua est primus motor. s. primi mobilis, aliqua vero secunda, secundi .s. mobilis, & sic inde, ergo vī ꝙ Arist. putauerit primam subam quam deum. t. 39. vocauit, esse ꝓprium motorem, & consequenter ımediatum primi mobilis, et sic ab eo oēs alios motus dependere. Et q̄ts istę rōnes sint valde apparentes, magis tū iudicio meo mouent rōnes suprapositę, quæ oppositū cōcludunt. Manifeste enim. S. Tho. ex verbis et intētione Arist. supra. t. c. 39. parte. 3. distinguit inter aīam quam vocat intellectū primi mobilis a qua ſm oēs ipsum primū mobile mouetur, & primā substantiā intelligibilem quā dicit esse magis felicem, diuinā, nobilem, & maiorē habere delectationē q̄ ꝓdictam aīam, quæ anima per cōtactum aliquālē intellectualem huius primę substātiæ, suā felicitatem assequr. Et confirmatur quia sanctus Tho. in secundo contra Gē. ca. 70. arguens cōtra Cō. probat substantias intellectuales posse vniri corpori vt formas ex hoc ꝙ Arist. hic dicit primū mouens ımobile mouere vt amatum, ergo inquit oportet ꝙ quodlibet cœlum quod mouetur, ipſm amet, ergo habet substātiā intellectualem vt suam formā, alias nō posset operatio cœlo attribui. Mouet aūt vt amatum ꝑcipue ipſm primum mobile, ergo eius aīa est distincta ſm intentionem Aristo. ab ipso deo amato. Necq; enim aliquis ex Arist. putat deum esse animā primi cœli per quam tanq; per formā primum mobile dicatur formaliter aīatum, vt videtur. Siquis igitur hanc viam sequatur vt in principio fecimus, ad ea quæ obiecta sunt ſm aliam viam rndeat. Et ad primum dicat quod in vtraq; sententia. S. Tho. intendit quidem de motu physico

sico primi mobilis, sed non intendit ꝙ ipse motor immediate moueat motione actiua physica. Vnde intentio sua est in illis verbis, ꝙ motus quo pasliue primum mobile mouetur physice, est immediate a primo motore mouēte vt amatū. Licet enim mediate sit ab eodem etiam effectiue, immediate tñ hoc modo a prima substātia separata est posit ipsum deum ſm Arist. Scđm theologos autem ab alia substantia separata, ēt si non sit prima. Multæ enī sunt supernoꝝ spirituum operationes nobiliores q̄ sit mouere cœlū, vt ex fide cognoumus, quod ab Arist. non est reuelatum. Ad id vero quod arguendo supra dr ꝙ ſm motum metaphoricum, nō est magis mouens imediatum primi mobilis q̄ aliorū mobilium, negatur hoc, imo sicut si mouent primum mobile motu locali immediate, diceret mediante illo motu mouere alia corpora localiter, ita cum sit immediatum principium vt amatum respectu motus primi mobilis, mouet mediante illo alia a se mota eodem modo. s. vt amatum. Inferiorum enim orbiū motores q̄runt in mouendo assimilari primo principio, sed mediāte appetitu quo quærunt assimilari motoribus corporum superiorum, & ꝑcipue primi mobilis quod quærit immediate assimilari deo. Ad id aūt quod ex. 8. physi. inducitur, respondeē ꝙ sit est philosopho in illo lib. deducere ex sempiternitate motus, ad vnum primū motorem ımobilem. Quali aūt motu, primum mouens ımobile immediate moueat, suum non fuerat ibi inuestigare, sed reliquit id metaphysico, cuius ꝓprium est de motu illo metaphorico, & ꝓ modū finis, inuestigare. Nam sic mouere, quid a materia, & motu physico abstractum ſm esse & rationem. Ad dicta autem Arist. in metaphysica eodem modo respondetur sicut responsum est ad dicta sancti Thomę. Ad id vero quod adducitur de inuestigatione numeri substātiaꝝ separatarum respōdetur quòd inuestigauit illo ꝓcessu numerum substātiarum separatarum citra deū. Et ex ratione hac scilicet quòd primū mouens debet esse omnino ımobile, deduxit quòd supra proprios motores orbium sit omnium princeps vnicus, a quo vt amato omnia mouētur, & ad quem omnia ordinātur, illi pro suo modulo quocunq; ente quęrente ac satagente assimilari. Sicut aūt secunda forte via magis placeret, posset dici ead rationem supra inductam ex verbis Arist. et sancti Thomę sup. t. c. 39. quòd non eodem modo hic & ibi sumit hoc quod dico primum mobile. Sed supra accepit primū mobile pro corpore cœlesti, vt distinguit̄ cōtra mobilia corruptibilia quę sunt in cōparatiōe eoꝝ fecda mobilia sicut infra. t. c. 49. nomine cœli totā machinam cœlestem seu etiam totū mūdum appellat. In primo mobili autem sic accepto inueniūtur quædam anima, immo multę quæ distinguunt̄ ab illa prima substātia, per cuius cōtactum assequuntur suam nobilitatem & magnam delectationem &c. Hic autem vbi iam distinxit etiā in ipso cœlo plura mobilia, accipit primum mobile per comparationē ad alia cœlestia mobilia, cuius primi mobilis motor immediatus, etiam localis, est ipse deus secundum hanc viam. Et si motor ꝓprius cœlestis corpis, debeat eius anima appellari, non erit inconueniens secūdum Arist. quòd deus, primi mobilis anima nominetur. Ex his patet etiam responsio ad confirmationem. Quod sicut responsio ista non videatur regia, is qui viam illam sequitur inueniat meliorem. Ad alia autem argumenta Anto. an. hanc viam tenentis facile respondere possent. Probat quippe secundo Anto. an. propositum suum per commenta. qui cōm. 41. huius. 12. exponendo Philosophum, assignat primo cœlo duplex mouens, vnum cōiunctum & aliud separatum. Ad hoc autē respondere possunt isti primo quòd parum curarent de authoritate Cōmenta. vbi ratione in oppositū sunt fortiores quàm sit eius authoritas, & vbi etiam sanctus Thomas omnium philosophorum ac theologorū monarcha oppositū docet. Quinimo quia non est consuetudinis Anto. an. in hac sua expositione, a Commen. auxilium implorare, quem sępius & in multis Scotistę despiciunt, itrepit vrgens suspitio quòd dubium hic infertum non sit eius farina, sed ab aliquo alio sancti Thomę amico ex voto additum, vt forte plura alia in hac eadē expositione apposita sunt eadem ratione, prout alias notaui. Secundo dicerent quòd per hoc non intendit Commenta. esse duos motores secundum suppositā, sed vnius motoris duas mouendi conditiones. s. per modū efficietis. & ꝓ modū finis. Et secundū primā conditionē mouens dr intrisecum, eo quòd mouens efficienter & motum, debeant esse simul. Per secundam vero dicitur extrinsecum, quia de ratione finis non est quòd simul sit cum his quæ sunt ad finem. Tertio probat Anto. an. propositum scilicet ꝙ deus non moueat cœlum immediate aliquo motu locali secundum Aristo. sed tantum per modum amati, quia inquit octauo physicorum, probat Philosophus ꝙ potentia infinita non potest mouere corpus immediate. Deus autem habet potentiam infinitam &c. Sed ad hoc dicitur ꝙ male intelligit Aristo. quia ibi loquitur de potētia infinita existente in magnitudine vt sic, vt patet. t. c. 78. & inde, quæ potentia in magnitudine cum agat de necessitate naturę, quia vt sic id est inquantum est in magnitudine, non agit per intellectum, si moueret corpus immediate ageret & moueret secundum totum suum posse, & sic corpus illud moueret in non tempore, quod implicat contradictionem. Non autem loquitur Philosophus de potentia infinita extra magnitudinem. Immo ibidem demonstrat ꝙ cœlum nō potest moueri tempore infinito, nisi per aliquam talem potentiam infinitam, siue mediate, siue immediate, & idem patet in hoc. 12. t. c. 41. Et hęc de presenti defensione satis.

DEFENSIO XXX.

Libro. 12. tex. com. 49. parte prima.

Si enim plures essent cœli vt homines, foret principium quod circa vnumquodq; specie vnum, numero vero multa. Sed quecunq; sunt numero multa, materiam habent. Quod autē quid erat esse non habet materiā primā. Endelechia. n. Vnū igitur ratione & numero mouens primum.

HOC IN LOCO Aristoteles probat non esse plures cęlos, i deſt plures mūdos ex hoc ꝙ prima principia eorum essent specie vnum & numero plura, quod est impossibile, quia quæ sunt vnum specie & plura numero, habent materiam, primum autem principiū est omnino immateriale vt probatum est, ergo &c. Sanctus autem Thomas explicat hanc deductionem, quia quæ distinguuntur solo numero, cum non distinguantur secundum rationem, & formam, quia talium est communis ratio speciei, oportet ꝙ distinguantur per materiam primam. Sed Anto. an. cui non sapit ista seges, hic sic loquitur: Notandum ꝙ aliqui peruertentes sensum literæ, ex hoc loco sumunt argumentum ꝙ materia quæ est pars essentialis sit causa individuationis. Nam ista ratio qua cōcluditur vnitas cœli ex vnitate motoris, non tantum specie sed numero, propter hoc ꝙ non habet materiam, non videtur valere, nisi distinctio numeralis fieret per materiam. Sed non valet. Aequiuocant enim de materia, sicut sępe dictum est. Concedo enim ꝙ non ponuntur plures motores primi, quia in primo motore nō est materia, ideſt nō est in eo aliquid aliud, sed est de se hic sine alio contrahente. Nam talis contractio nō stat cū perfecta simplicitate, & ideo quidditas dei est de se hęc. Excludit ergo Aristo. a primo motore materiam non solum illam quæ est altera pars essentialis compositi, sed illam quæ est proprietas individualis quæ est cā individuationis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

indiuiduationis,non prima. Hęc ille. Si ratione aliqua vel occasione verbi alicuius hic vel alibi a Philosopho expressi,itti homines mouerentur ad suas has ineptas assertiones,esset aliqualiter excusandi etiam si tantum doctorem impeterent verbis quasi peruertentem Aristo. literam aut sensum. Sed reprobare dicta sapientum,nec eorum satisfacere rationibus,nec alias inducere rationes quæ vel in minimo persuadeant,q; Philosophi litera aliter exponenda sit quam sapientes exponant, sed proprię tantum voluntatis determinatione,ad suam phãtasiam velle literam ex toto sibi contrariã trahere,& quod inurbanissimũ est, alios contumelijs afficere,peruertentes eos esse literæ sensum concla mando,eo q; non sibi sed Aristo. conformiter loquantur, alienum nimis est,nedum a veris Philosophis, verũ & ab omnibus qui vel modica saltem naturali vigerent prudentia. Quamuis autem hic deberem huius verba despicere, vtpote sine vlla ratione vel persuasione prolata, eo etiam maxime q; de huius materia quæstionis, plurima iam dicta sint in septima. 24. & 27. defensionibus p̃missis, attamẽ ad maiorem Aristotelicę doctrinę declarationem,duo hic faciemus. Et primo probabimus Arist. non loqui in præsenti passu nisi de materia quæ est altera pars cõpositi. Secundo q; si etiam loqueretur de vtraq;,vt dicit Anto.an. adhuc sequitur propositum sancti Thomæ directe contra Scotistas. Primũ ex q̃no patet, p̃mo sic. De illa materia loqtur Philosophus in hoc loco de qua solet dici cõgrue q; aliquid est in materia. Sed hoc dicitur congrue de materia quæ est altera pars compositi,non autẽ de hęceitate. Nec; enim dicitur q; forma vel actus vel quodcunq; aliud reale sit in hęceitate sicut in materia,sed potius econuerso dicitur ab istis opinantibus q; hęceitas sit differẽtia subiectiue in eo existens quod per eam indiuiduatur,& ab alijs differt, sicut etiam differentia formalis dicitur esse in specie quæ per eam differt ab alia specie,ergo &c. Maior est Cõmenta. qui in præsenti passu dicit,q; ideo in primo principio non est materia,quia simplex non est in materia, primum autem principium est omnino simplex,ergo &c.

Secũdo. De illa materia loquẽ hic Philosophus de qua supra dictum est & probatum a Philosopho,q; per eius negationem primum principium est immateriale. Sed supra 1.com. 10. probatum est hoc de materia quæ est pars compositi,vt patet & per expositionem Anto.an. Nihil enim dicit ibi de hęceitate,ergo &c. Maior est Comen. in hoc loco. Quem ideo induxi, vt appareat q; non solum contra sanctũ Thomã, sed etiam contra alios sapientes hi homines verbis garriunt, non ratione concertant. Licet diuum Thomã tantum nominent ex peculiari affectu. Et confirmatur ista ratio. Cum enim de eadem materia tenendũ sit Philosophum hic & supra loquutum esse vt asserit Cõmenta. & supra per exclusionem materia probauerit nõ solum primum principium, sed etiam alios motores orbiũ esse immateriales,sequitur si hic loquitur de hęceitate,q; supra etiam hęceitatẽ ab illis motoribus excluserit, quod est contra Scotistas: vel si supra non exclusit hęceitatem ab alijs motoribus,cum per exclusionẽ materię de qua hic loquitur intenderit probare immaterialitatẽ illarũ substãtiarum,non posset dici q; ratio sua concludat q; aliquid sit absolute immateriale,nisi primum principium, & sic alia principia motum cœlorum possent dici absolute materialia,quod est contra omnes sapientes. Patet cõsequẽtia, quia habent materiam per cuius exclusionem probatur primũ principium esse immateriale,ergo & per eius inclusionem absolute concludetur alios motores esse materiales. In causis enim proprijs & præcisis,sicut negatio est causa negationis,ita affirmatio affirmationis,vt dicitur in primo posteriorum. Processit autẽ Ari. in illa ratione, cum potissima sit,& non indigna tanto Philosopho,ex causis proprijs & præcisis, ergo &c. Tertio. De illa materia loquitur hic Philosophus quæ & a se hic & ab omnibus sapientibus vocatur prima, & condistinguitur ipsi materię proximę, vt patet per Philosophum in quinto huius.tex.com.12.& in octauo: seu condistinguitur subiecto, quod vocari potest materia secunda,quæ & conuenit si sit proprium subiectum,cum materia quam Philosophus appellat proximam. Sed talis materia secundum omnes est materia quę est altera pars compositi,quæ est primum subiectum formę,ergo &c. Maior patet in litera. Quarto. De illa materia loquitur hic Philosophus quæ cõmuniter distinguitur contra actũ & formam, vt patet in litera,quia Philosophus ex hoc probat in primo principio nõ esse materiam, quia est purus actus. Sed talis est sola materia quæ est pars compositi,tum quia de illa absolute intelligunt sapientes, dum dicitur aliquid esse compositum ex materia et forma, & non de illa chimera Scotistarũ,tum etiã quia ipsi quoq; Scotistę,non diuidunt hęceitatem contra actum,quin potius dicunt eam esse actualem differẽtiam indiuidualẽ &c. vt supra in defensionibus, septima &. 24. plenius habitum est,ergo &c. Quinto. De illa materia loquitur Philosophus hic de qua sapientes habẽt intelligere si absolute proponatur. Sed sapientes in tali casu debent intelligere de materia quæ est pars compositi, & in hoc loco materia absolute proponitur,ergo &c. Patet maior, quia sapiens interpretatio ab omnibus sapientibus accepianda est, & non nisi ab insipientibus spernitur. Minor probatur, quia analogum absolute propositum,semper sumitur pro primo analogato,quod scilicet principaliter significat. Materia autem secundum Scotistas est analogum quoddam,primo significans materiam partem compositi, & secundo differentiam indiuidualem,ergo &c. Quantum ad secundum patet propositum. Quia Philosophus nõ loquitur hic de materia nisi vt est principium distinctionis numeralis,vt patet in litera. Si ergo loquitur per te non solum de hęceitate sed etiam de alia,sequitur q; vtraq; sit indiuiduationis principium. Quod tamen tu negas de illa quæ est altera pars compositi,quæ tamen in veritate sola est illa quæ est indiuiduationis principium,cum alia non nisi leuissima sit ficțio. Et confirmatur super eodem fundamento. Quia cum Philosophus non loquatur hic de materia nisi vt est primum principium distinctionis numeralis,non deberet loqui de illa,qua etiam remota,stat dicta distinctio. Talis secundum te est materia quæ est pars essentialis. Ea enim ab angelis remota,stat inter eos secundum te distinctio numeralis,ergo de ista hic non loqueretur aut intenderet. Cuius tamen oppositum hic asseris dicẽs, q; Philosophus excludit hic a primo principio non solum materiam quæ est altera pars compositi,sed etiam illam tuam chimeram. Patet igitur ex his omnibus q; Philosophus non nisi de materia parte compositi loquitur,& consequẽter q; ex illa vnũ quodq; primo habet q; sit vnum numero & indiuiduum distinctum ab omni alio indiuiduo sub eadem specie. Et sic elicit hic necessario ex Philosopho q; ipsa materia quæ est pars essentialis compositi, vt quantitate tamen signata, eo modo quo alias dictum est & declaratum ex intentione Philosophi, est principium primum numeralis distinctionis & consequenter indiuiduationis, & eius negatio est primum principium oppositę indistinctionis, per cuius scilicet exclusionem,substantię separatę non possunt vna specie plures esse,& ipsum primũ principium est vnũ numero super omnem speciem & naturam. Qui est Deus gloriosus,cui est summa laus & gloria per infinita seculorum secula. Amen.

Expliciunt defensiones ab impugnationibus qbus Ant. an.& Mauritius quidam impugnant diuum Doctorem in expositione sua metaphysicali.

Tabula

SVMMARIA OMNIVM DEFENsionum tabula sequitur.

IN prima defensione ostenditur explanationẽ cuiusdam hęsiodistarũ fabulę a sancto Tho. inductam non fuisse inutilem, vt Anto.an. sine ratione calumniatur.

In secunda. Defenditur sanctus Thomas in hoc q; dicit diffinitionem elementi non conuenire materiæ primę,cuius oppositum Anto.an. oppugnando diuum Doctorem, astruere nititur.

In tertia. Defenditur sanctus Tho. ab Anto.an. impugnante quandam eius declarationem super verbo Philosophi,si vox diuidit, diuisionis particulę sunt cõformes &c.

In quarta. Defendit sanctus Tho. in hoc,q; naturam tertio modo a philosopho dictam interpretatur tam de actiuo quàm de passiuo principio motus,cum tantum de passiuo contra sanctum Thomam conetur Anto.an. probare ipsam esse interpretandam.

In quinta. Defenditur sanctus Doctor in hoc quod dicit quintum modum naturę etiam de forma totius debere interpretari,cuius tamen oppositũ nititur Anto.an. pbare.

In sexta. Defenditur sanctus Tho. vbi declarat, quid sit necessarium absolute,quam declarationem Anto.an. sensu satis ieiuno impugnat.

In septima. Defenditur sanctus Thomas ab Anto. an. falsa,plurima ingeminante circa principiũ indiuiduationis, in qua etiam omnia Scotistarum fundamenta circa eorum phantasticam opinionẽ de hęceitate,penitus euulsa sunt et in nihilum resoluta.

In octaua. Defenditur sanctus Tho. vbi declarat quæ sit contrariorum differentia maxima, quam doctrinã Ant. an. dicit minus esse ad intentionem philosophi quàm suã, cum tamen sua vtpote multas falsitates includens, nõ possit esse ad mentem philosophi.

In nona. Repheditur Mauritius eo q; sine ratione & inurbanis verbis carpat Doctorem angelicum, cuius non est dignus etiam calciamenta tangere.

In. 10. Defenditur rationabilis causa, cur sanctus Tho. putat literam philosophi fuisse corruptã, quã tamen literã saluare nititur Anto.an. sine vlla apparẽtia veritatis.

In. 11. Defenditur sancti Tho. diuisio data ex intentione philosophi,qua ens diuiditur in actum & potentiã,& quędam dicuntur contra opinionem Scotistarum de potentia obiectiua,quã Anto.an. hic inconsiderate satis inducit cõtra sanctum Thomam.

In. 12. Ostenditur q; Anto.an. nõ intellexit sanctũ Thomam dum illum impugnat quasi de potentia passiua tantum loquatur exponẽdo philosophum, cum sit totum oppositum, quia de actiua tantũ in loco philosophũ exponit.

In. 13. Defendit a sancto Tho. data sufficientia cuiusdã diuisionis Aristo. & ea quæ ab Anto.an. contra sanctum Tho. inducitur, ostenditur insufficiens & insulsa.

In. 14. Reprehenditur Mauritius q; ausus fuerit misellus, tantę claritatis iubarem verbis licentiosis impetere, vt dicat sanctum Tho. sibijpsi etiam in proximis adinuicẽ verbis contradicere.

In. 15. Defenditur sanctus Tho. tam ab inurbanitate verborum Mauritij quàm ab Anto.an. dũ ostenditur ex verbis philosophi ibi conuinci vnitas formę substantialis in composito.

In. 16. Ostẽditur aliud argumentum ex textu etiam philosophi electum de eadem materia, quod fugere Scotistæ cupiunt, vndiq; eosdem coartate atq; deijcere.

In. 17. Eodem modo quo in præcedenti, argumentum aliud ad idem,ex Philosophi verbis assumptum,Scotistas vndiq; fugare demõstratur, quod tamẽ Anto.an. hinc inde fugitans declinare,cupit.

In. 18. Defenditur sanctus Tho. ab Anto.an. inducente ex philosophi litera seu potius ex propria phantasia q; non repugnet alicui naturę suppositorum pluralitas.

In. 19. Defenditur sancti Tho. expositio q; Philosophi verbum quo dicit in simplicibus non esse quęstionẽ neq; doctrinam,debeat de simplicibus substantijs interpretari. Et reprobatur expositio Anto.an. de terminis simplicibus contra sanctum Tho. inducta.

In. 20. Defenditur sancti Thomæ doctrina, qua ostẽdit vltimam vnitatẽ esse formã numeri,& impugnatio Anto. an. ex omni parte deijcitur.

In. 21. Defenditur sancti Tho. explanatio super Philosophi verbum quo dicit non esse falsitatẽ in simplicibus nisi per accidens,& ostenditur q; illam expositionẽ impugnãdo Anto.an. ad pauca respexit.

In. 22. Defenditur sanctus Tho. in exponendo literam Philosophi ab Anto.an. eiusdem expositionẽ impugnãte.

In. 23. Defenditur sanctus Tho. in hoc q; dicit numerũ proprie dici de multitudine prædicamentali, & secũdario de transcendenti, & similiter ratio mensurę. Quæ quidem Anto.an. nititur impugnare.

In. 24. Elicitur inuictum argumentũ pro opinione sancti Tho. de principio indiuiduationis, quod quidẽ Anto. an. euitare frustra nititur.

In. 25. Reprehenditur Mauritius de irreligiosa oblocutione contra tenentes ens non esse vniuocum,& ostenditur hoc idem ex Philosopho ibidem haberi.

In. 26. Defenditur ratio quædã quàm sanctus Thomas assignat, cur Aristo. non nominauit quando, situm, & habitum, inter prædicamenta ad quæ non est motus, quã rationem Anto.an. nixus est impugnare.

In. 29. Ostenditur ad quem sensum dicat sanctus Thomas primũ mobile secundum Aristo. a primo motore moueri,& quid circa hoc sentiendum sit secũdum veritatem, circa quæ Anto.an. ludit verbis cum sancto Thoma.

In. 30. Ostenditur quomodo ex texto philosophi ineuitabile sumitur argumentum q; materia & non hęceitas sit primum indiuiduationis principium. Quod quidẽ Anto. an. euitare contendit.

Multa alia tum quasi ex se docendo, tum ex philosopho extorte deducendo, falsa continet illud Anto.an. Commẽtum. quę si per omnia refellere voluissem, volumen in immensum creuisset. Stultum autem fore arbitror circa singula sollicitũ esse quid quisq; loquatur aut sentiat. Omnibus enim factum in hoc satis iri puto, si pro tuenda gloria diui Doctoris, ibi aduersarios insectus fuero, vbi sanctum Tho. ex nomine citatum, se quasi debellasse iactitarunt. Ex hoc sane quisq; potest aduertere q; in alijs multo facilius proderentur intellectu minus vigentes.

Et quidẽ non esse Scoti hanc expositionẽ, eos qui de viris illustribus historias conscripserunt, inuoco testes, qui vbi de Scoti operibus loquuntur, talis expositionis in metaphysicam, non meminerunt, sed quęstionum tantummodo. Esse etiam prætractam expositionẽ Anto.an. exploratissimum est, tum ex verbis ipsius Anto.an. in eiusdem expositionis fine, vbi se specialiter nominando dicit q; hãc ędidit, protestans se in omnibus Scoti vestigia insecutum. In prima etiam quęstione septimę soluendo primum argumentũ, allegat seipsum Anto.an. in expositione hac sua,

& iuxta

& iuxta gitatum locum sic inuenitur in ea, vt ipse dicit, tū ex multis locis vbi & Mauritius in marginibus fatet, verba plurima non Scoti esse, sed Anto. an. vt præcipue patet in vndecima cap. 10. In 12. tex. c. 10. & 30. vbi etiam allegat se Antoian. in quæstionibus suis. Item sup. tex. cō. 43. vbi & Scotum allegat, vt Mauritius idem fatetur. Scotus autem nō allegaret Scotum. Tum etiam quia in hac expositione septimo huius sup. t. cō. secundi & 12. huius super. tex. cō. tertij, dicitur cum Arist. in locis illis, cp accidētia, sunt entia, quia talē entis &c. Et tū Sco. in quarto. d. 12. q. prima dicit cp sic exponentes puertunt Arist. Oportet igiē cp vel sibijpsi cōtradiceret, vel peruersorem se Philosophi accusaret. Non recte igitur Mauritius fecit, huic expositioni antiquum verum titulum ammouens, falsum apponere.

Oculatissimos demum viros, nunc vltimo exoratos velim, vt correctionem meam atcp labores, quibus cursum cōmunis lecturg a principio libri peri hermenias ad extremum vscp metaphysicę, tam textum philosophi duplicem quàm diui Thomæ expositionē deputare conatus sum, eo nolint dānare quo adhuc nouis quibusdam mēdis libri cō maculētur. Quamuis. n. nō talia de me sentiam quasi errare non possim, sed & proculdubio putem ex minori fortasse cura, nōnulla, tam etsi pauca, meos oculos aufugisse merito collimanda: attamen animaduertant rogo omnes, me nō nisi exemplaria domi reformasse, quę postmodum cōpositoribus fuerant commendanda. Formas autem per eosdē prio excussas, quas semp deformatas nimis euadere, ipsi quoq; fatentur, nullas emendaui. Alterius quippe curg hoc onus fuerat demandatum. Id enim ausim, si formas ipsas purgare maculis mea interfuisset, non secus ac secunda secundę cum Com. Gae. nuper impressa, ac mea cura quo ad formas etiam expolita, omni ex parte opus floridum processisset.

Finis defensionum Fratris Bartholamæi Pisani in defensionem. D. Thomæ Aquinat. super Metaphys.

REGISTRVM.

✠ a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z. AA BB CC.

Omnes sunt quaterniones præter ✠ & C C quinterniores existentes.

Venetijs in officina hæredum Lucæ
Antonij Iuntæ Florentini.
M D X L VIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca